A. A. Howard.

C. SUETONII TRANQUILLI

OPERA.

TEXTU

AD PRAESTANTISSIMAS EDITIONES

RECOGNITO

CONTINUO COMMENTARIO ILLUSTRAVIT

CLAVEM SUETONIANAM ADJECIT

DETLEV CAR. GUIL. BAUMGARTEN-CRUSIUS

GYMNASII MERSEBURGENSIS CONRECTOR SOCIET. LAT. JENENSIS SODALIS.

VOL. I.

LIPSIAE

APUD GERHARDUM FLEISCHERUM JUN.

1816.

VIRO

MAGNIFICO ET SUMME REVERENDO

HENR. CAR. ABR. EICHSTADIO

THEOL. ET PHILOS. D., SERENISS. SAXON. DUCI A CONSILIIS AULICIS INTIMIS, ELOQU. ET POES. PROF. P. O. IN ACADEMIA JENENSI, BIBLIOTHECAE EJUSDEM ACADEMIAE PRAEFECTO, SOCIETATIS LATINAE JENENSIS DIRECTORI ETC. ETC.

IPSIQUE SOCIETATI LATINAE JENENSI

HANC SUETONII EDITIONEM

ADDICTISSIMI GRATISSIMIQUE ANIMI MONUMENTUM ESSE VOLUIT

DETL. CAR. GUIL. BAUMGARTEN-CRUSIUS.

Quod TUO nomine eorumque, qui sub auspiciis TUIS in colendis ornandisque literis versantur, inscribere ausus sum hanc, quae in publicum jam emittitur, Suetonii editionem, id non arrogantia quadam, quae dignam tali ornamento eam judicaret, neque eorum imitatione factum est, qui qualicunque labori ex spectatissimi cujusque viri patrocinio splendorem speciemque aucupantur, sed verecundissimo non

minus quam gratissimo animi sensu, cujus quum testimonium publice facere jamdudum desiderassem, vix meliorem opportunitatem reperturus mihi videbar. Quum enim in eo maxime elaborare debeant societatis, quam tanta cum laude communique utilitate moderaris, sodales, ut studiorum assiduitate, laboris diligentia, publice privatimque accuratam antiquitatis cognitionem augere et promovere nitantur, qua post restitutas literas prae ceteris terris nostram patriam condecoratam non sine superbia quadam nobis gratulamur; et intellexisse me, laudabile, quod mihi

etiam, ex quo benivolentia TUA ascriptus ei eram, propositum esse deberet, consilium, et pro facultate ad attingendum et persequendum illud aspirasse, hoc quasi judicii voluntatisque monumento ostendere posse existimabam. Accessit, quod praeter communem, qua omnes in vera eruditione principes suspicio, verecundiam, et singularem sensum, qui pluribus fautoribus amicisque, quorum nomina vel literis non exscripta animo tamen meo infixa sunt, propius addictum me esse jubet, artius TEcum et sanctius mihi intercessit vinculum, ex quo Jenensis academia, in-

ter cujus lumina praefulges, fratrem, natura non magis, quam animorum studiorumque consensu mihi conjunctissimum, in magistrorum suorum consessum recepit, atque inde sibi suisque peculiarem officiorum meorum partem vindicavit. Quibus omnibus quae praemittenda erat meritorum TUORUM laus, multarumque et variarum, quae nomini TUO me cultumque meum astrinxerunt, causarum enumeratio, ab invito fere omittitur, quod nolle TE laudari verbis, non minus persuasum habeo, quam imparem me esse laudibus TUIS. Id unum tamen habeto, quem in-

ter plurima pericula, quae a vicina barbarie studiis nostris imminebant, inter iram et minas dejecti divino auxilio patriaque virtute tyranni, quem inter domesticas varii generis molestias vanumque stultorum, quamvis potentium, hominum contemtum, insitum et innutritum semper servavi doctae antiquitatis amorem non exiguum modo in TUO patrocinio fomitem ad sacrae flammae instar reperisse, sed erectum etiam ornatumque illustri, cujus jam civem me fero, sodalitate, laetam fiduciam animo indidisse, ubi favere coeptis nostris, quod spero rogoque, perre-

xeris, in posterum quoque haud inutile vel indecorum virium me mearum in destinata arena periculum esse facturum. Ita vale, TUISque iisdemque meis me commenda.

PRAEFATIO.

Fleischerus, cujus singularia de literis et solidiori maxime eruditione merita omnes norunt, quum ante triennium, plerosque auctorum Romanorum, qui in scholis legi solent, continua serie edendi consilium cepisset, atque ita quidem, ut, textu ad optimas editiones vel reddito vel accuratius constituto, brevis annotatio subjiceretur, quae accommodata ad adolescentulorum ingenia, removendis, quae gravissimae eos impediunt, difficultatibus sufficeret, eique operae viros maxime adhibendos duxisset, qui in publica juventutis institutione versati, quid conduceret illi aetati, quotidiana experientia discere facile potuissent; quae illi est fere translata ab Erfurdtio quondam nostro erga me amicitia, ut ad rem, cujus non exiguam speraret utilitatem, mei aliquid laboris conferrem, benigno de studiis meis judicio desiderabat. Et quum eligendi, in quo elaborarem, auctoris copia adhuc superesset, incidit statim animus in Suetonium, ut quem ob contractam a pueris familiaritatem, continuatam per plures annos publicam interpretationem, multiplicem denique, quam eruditissimus scriptor suppeditat, materiam jamdudum intentiori studio commendatum, futurae vitae laboribus saepius destinassem. Neque ignorabam, quae ob eo incepto absterrere me possent rationes; imo reputabam, quot et quales viri eruditionem suam in recensendum explicandumque hunc auctorem

jam convertissent, ut arrogantiae fere videretur, subinde in diversam sententiam judicare, importunitatis, vestigia eorum sequi, et melius jam exposita praeter necessitatem repetere; perspiciebam, quantam argumenti varietas non historiae tantum, sed omnis vitae reique Romanorum quum publicae, tum privatae requireret cognitionem; haud mediocris denique in promtu erat numerus locorum, in quibus vel residua textus corruptela, vel rerum ipsarum difficultas vanam hactenus aliorum operam reddidisset. Accedebat, quod ea, quae ex novis subsidiis, codicibus nondum comparatis, alioque nunc primum in lucem edito apparatu, singularis esse solet recentissimis editionibus commendatio, nostrae deesse fere videbatur. Sed, ut fieri solet, eadem, quae avocare debebant a labore, impedimenta praecipuum ad aggrediendum mihi admoverunt stimulum, ita tamen, ut, quos scripserat librarii consilium, fines, ne supervacuus noster esset labor, admodum excedendos existimarem.

Itaque, quum Fleischerus maxima facilitate, nullo modo se circumscripturum rationes nostras, asseverasset, et gravissimi viri, quorum judicium explorare licebat, auctores extitissent, accessi ad rem, his potissimum legibus constitutis, ut textum ad praestantissimarum editionum fidem, criticumque, quem exhibent, apparatum, quam castissime possem, reddendum curarem, commentarium historiae maxime ipsisque rebus ex aliis monumentis illustrandis destinarem, clavem denique adjungerem vel glossarium, quod ultra vulgaris indicis modum, in uberius explicanda Latinitate usuque dicendi quum communi, tum Nostri versaretur. Eminent autem inter superioris seculi editiones tres, Burmanniana, Oudendorpiana, et Ernestiana, a Wolfio repetita, sed ita diverso consilio institutae, ut diversum etiam

eorum, qui utuntur iis, judicium requirant. Quum enim Burmannus copiosissimam annotationum, quas superior aetas pepererat, silvam suo suique temporis more larga manu dedisset, successit Oudendorpius, princeps fere inter Batavos in elimandis Latinorum monumentis, secutusque quidem Graevii et Gronoviorum vestigia, tanta excelluit in subsidiis, quae etiam nova haud pauca ei suppetebant, et comparandis et digerendis diligentia, accurata linguae et rerum scientia, judicii denique acumine, ut primas in demerendo hoc auctore partes vindicare sibi posset. Ita mihi saltem, si profiteri licet, quod sentio, semper fuit persuasum, neque flectere potuit animum auctoritas nominis Ernestiani, communis patriae studio fortasse adjuta. Quamquam enim toto animo ab iis sum alienus, qui hodie id unice agunt, ut in Ernestium ubique invehantur, et, quo major superiori aevo hujus viri celebritas fuit, eo graviori acerbitate de summis ejus meritis per quamlibet occasionem detrahant, negare tamen nequeo, parum semper mihi placuisse editionum, quas in juventutis usum procuravit, rationem. Aspersae enim subinde notulae, quamvis eximiam semper prodant viri eruditionem, adeo ex mero magis lubitu, quam certo consilio, profectae videntur, ut praetermissis, quas plurimas provectiorem etiam juvenem morari, ipse olim expertus sum, difficultatibus, longiores aliis locis, ubi minus opus, et argutae nonnunquam, ubi intentior cura tanto viro omnem scrupulum exemisset, facilem scriptoris lectionem eamque ingenii, dictionis, argumenti cognitionem, quae ad familiaritatem quandam cum auctore assurgere debet, minime efficiant; atque huic unice causae, quod Ernestium non dedisse putabam, quae dare potuisset, non immodestiae, vel minori praestantissimi in plurimis literarum gene-

ribus magistri verecundiae tribuendum est, si quando non dissentire tantum, sed impugnare etiam ejus disputationes, mihi sumsi. Reddere autem Ernestii editionem, non novam procurare, Wolfio fuit propositum. Ita expunxit quidem, quas ille reliquerat, labes, textus sanitati ex pristinis novisque subsidiis, et singulari, quo valere virum nemo ignorat, ingenii acumine mire consuluit, expediit etiam, quas quaesitas magis, quam inventas viderat, paucis saepe verbis difficultates, addiditque suae Ruhnkenii, cujus dictatis utebatur, auctoritatem, sed ipsa editionis ratione egregiam potius alienae crisin, quam talem ipse dedisse visus est hominibus eruditis, qualem a tantis ingenii doctrinaeque divitiis omnes exoptassent. Quae quum ita forent, excudendam quidem curavi alteram Bipontinam, ad Ernestianae exemplum maxime expressam, sed recognitam, novisque curis felicissime plerumque emendatam, ita tamen, ut ex Oudendorpiana et Wolfiana, quicquid melioribus libris fultum, vel linguae, et ipsius auctoris usui, rerum denique veritati accommodatius videretur, tanquam ex reconditiore thesauro, affunderem; neque longus fui in enumeranda, quam superiores editiones copiosissime exhibuerant, lectionis varietate, sed de gravioribus admonuisse, vel, quae causas et originem variae depravationis docere juvenes poterant, commemorasse contentus, brevi tantum disputatione, cur hanc vel illam rationem praetulissem, exposui. Ac meo quidem judicio in mutando textu rarissime usus sum, innato quodam, quem profiteri haud erubesco, pudore, et satis justo talis sedulitatis odio; nisi quod majorem scripturae et interpunctionis, quam observatam huc usque cognoveram, aequabilitatem spectavi, suspiciones autem, quae variis temporibus inter legendum vel interpretandum acci-

derant, solummodo in notis proposui. In hoc autem negotio, ut antea jam dixi, in paratis acquiescendum fuit, editionibus scilicet, quas quidem comparare mihi licuit, praestantissimis, iisque, quae passim viri docti in disputationibus de hoc vel illo loco uberius plerumque, quam in justa editione fieri solet, exposuerunt, quam etiam ob rem a longo inde tempore ad omnes, qui Suetonii aliquam partem tractarent, libellos valde attendi, et quaecunque judicii vel novitate vel veritate notabilia viderentur, in rem meam converti. Ac praecipuam quidem messem inveni in Observationibus *Mülleri*, scholae Cizensis Rectoris, cujus postea aliam cum maxima gratiarum actione mentionem faciam, quum in publicum emissis anno 1804., tum schedis, quarum usum mihi concessit, inaratis, et *Waltheri*, Lycei Torgav. Subrectoris, quae anno 1813. prodierunt, finita jam operis parte ad me delatae, a quibus uti meam opinionem modo confirmatam, modo idoneis argumentis exemplisque adstructam, modo correctam et refutatam, grato animo intellexi, ita, ubi discedendum putabam, non aliter id feci, quam ut modestiae nunquam immemor viderer. Ne autem nulla prorsus ex nova librorum collatione editionis nostrae essent ornamenta, communicavit mecum Cel. *Müllerus*, quae est humanissimo viro etiam erga novum in re literaria hominem benevolentia, editionem Plantinianam anni 1596., a Petro Scriverio procuratam, ad cujus marginem vir doctus varietatem notavit codicis, de quo ipse initio libri ita scripsit: „Caesares Suetonii contuli cum Cd. MS. membranaceo, ex bibliotheca Nicol. Jos. Foucault Comitis Consistoriani, bonae notae, sed admodum recenti; in cujus fine legebatur: JA. DE HOLLANDIA ROME 1444. XX. FE. FINIVIT. Graeca deerant relicto spatio." De reliquis

Suetonii scriptis idem eodem loco: „Librum de Grammaticis et Rhetoribus contuli cum antiqua editione, in cujus calce exstabat: *Impressum Florentiae apud Sanctum Jacobum de Ripoli. MCCCCLXXVIII.* anno 1738. mense Aprili et Majo in bibl. Senatus Lipsiensis." Ac de hac quidem editione, satis ea nota et commemorata etiam a Bipontinis in notitia literaria de Suetonio Tranquillo pag. XVI., dicere non attinet. Codicis autem varietatem excerpsi omnem, libroque praemisi haud mutatam, ut adeo admonitione non opus sit, vulgatum, a quo discedit, textum esse editionis Scriverianae; transscripsique etiam manifesta, quibus scatet, vitia, ut ex librariorum erroribus depravationis originem et progressus tirones discerent. Ceterum, qui diligentius eam collationem comparaverit, omnino parum accurate librarium, quicunque ille fuerit, in negotio versatum fuisse, multis tamen locis optimorum codd. lectionem isto confirmari, nonnullis singularem quoque neque ineptam exhiberi, animadvertet.

Dicendum jam de commentario, quem fines antea scriptos egressum, ipse non negavi. Fuit autem mihi in elaborando eo consilium hoc, ut juvenes, quorum institutionem maxime spectat opus, et cognoscerent fontes, e quibus singulae partes historiae, quam tractat Suetonius, uberius peti possunt, et in ipsa lectione vel privata, vel publica, comparandi supplendique copiam haberent. Quod enim multi, nimis ita impediri detinerique lectionem, dicent, de eo ita sentio: esse quidem plerosque scriptores, maxime historicos, celerius percurrendos, ne vel rerum ordo nimia tarditate memoria legentium excidat, vel depereat, ubi in singulis subsistas, magna pars artis, quae est in continuata rerum enarratione; in aliis autem diutius morandum, qui singulari

scribendi ratione, argumenti varietate, ipsisque, quae ad requiescendum quasi fixerunt, intervallis amplioris interpretationis et occasionem dederunt, et effecerunt fere necessitatem. Atque tales profecto sunt vitarum scriptores, inque primis Suetonius, qui res gestas Caesarum, ut plerisque satis notas, brevissima narratione memorasse contentus, versatur maxime in describendis moribus illorum et temporum et hominum, in recensendis publice privatimque actis atque institutis, in multis denique longius exponendis, quae vera historia ut levia suaque dignitate inferiora praetermittere solet. Ibi igitur multa supplenda ex aliis scriptoribus, multa, quae ad leges, mores, instituta, totum vitae genus illius aevi pertinent, uberius explananda, praesertim quum, oppressa libertate, novam formam respublica non magis, quam vita et lingua Romanorum induisset. Praecipuus autem in ea re usus est Graecorum, quos, constat, suae genti accuratius exponere, quae Romani levius tangunt, addere etiam multa ex seriori compilatione, quae prior aetas vel ignoraverat, vel audire non sustinuerat, saepe etiam ea veritate uti et libertate, quam sueta servitus metusque, vel studium partium et propriae gentis adhibere vetuerant Romanos. Horum itaque scriptis, ubicunque idoneum fuerit, studiose collatis, et longiore interpretatione plerumque supersedere possumus, a Graeco homine, quem ante oculos habemus, jam exhibita, eodemque tempore non historia modo, institutis moribusque antiquis juvenes optime imbuemus, sed utriusque etiam linguae scientia, dum, quod Latine legere et efferre didicerant, Graeco quoque habitu cognoscent; quid, quod ad avidius expetendos, quos semel gustare coeperunt, fontes excitabimus; quibus rebus eveniet, ut, quae per

diversas lectiones distribui alias solent, una eademque ingenio et animo possint propinari. Jam quae solent Graecorum monumenta in manibus esse adolescentulorum, nisi Plutarchi forte hanc vel illam vitam exceperis; et, si amplior etiam magistris supellex, quomodo poterunt afferre tot volumina ejusque plerumque molis, et conquirere locos in auctoribus passim dispersos, sine maxima molestia, et rei non minus quam temporis detrimento? His igitur ductus rationibus, quas veras mihi experientia et quotidiana, quae in hoc institutionis genere versatur, opera satis comprobaverant, prius quam ad interpretandum Suetonium accederem, vel aliorum commentarios diligentiori studio perscrutarer, repetitam institui fontium, Graecorum maxime, lectionem, qui ut in Caesaris et Augusti vita largissimi affluunt, mox sensim sensimque decrescunt et tandem in uno fere Dione eoque ne integro quidem residunt. Ex his, quae Nostro gemina essent, diligenter excerpta, postea in adstruenda ipsa annotatione novo dilectui subjeci, unde id factum spero, ut aptiorem saepius locum et reconditiorem, quam reliqui interpretes, compararim, in qua tamen re haud parum adjutum me fateor egregio Fabricii et Reimari in Dionem commentario; vel, ubi praerepta jam a superioribus materia esset, meis tamen oculis singula vidisse, neque unquam in aliena auctoritate acquievisse, laudi ducere mihi possim. Pitiscum enim, cujus editio absoluta demum maxima operis parte in manus meas pervenit, reperi quidem idem consilium fuisse secutum, sed quum commentarios indicesque promiscue compilaret, ob quod summo jure etiam ab Oudendorpio passim carpitur, et inutili mole lectorem obruisse, et contulisse, quae vel parum idonea vel aliena etiam et absurda attentiori lectione facile cognovisset. Ceterum poetas

rarius adhibui, nisi ubi ad mores seculi illustrandos facerent, partim quod omnino hujus artis est, augere res et splendidiore colore adornare, partim quod adulatio erga foedissimos tyrannos, qua v. c. Martialis et Statius affluunt, tanto fastidio afficere intimum animi mei sensum solet, ut transscribere etiam et calamo repetere turpia verba pudeat.

Fuit autem animus, non cum superioribus interpretibus de eruditionis judiciique palma decertare, quod in Suetonio maxime summae arrogantiae esset et temeritatis, sed eam exhibere Suetonii editionem, quae et magistris in publica institutione, et adolescentulis aliisque, qui minus impeditam hujus scriptoris cuperent lectionem, iis denique sufficeret, qui animi magis oblectandi variisque antiquitatis thesauris instruendi, quam reconditam doctrinam aucupandi consilio ad eum accessissent. Ita fieri non potuit, quin multa repetenda viderentur, quae alii jam copiosius exposuissent, quod si qui crimini mihi dandum existimarent, maximam sane injuriam facerent. Quis enim nova omnia expetat in editione scriptoris sexcenties repetiti? imo utilius fuerit, eligere ex immensa copia, quae ad rem plurimum faciant, dilectu prudenter instituto, resectis, quae recentior aetas repudiavit, additis, quae rectius hunc exposita sunt, in compendium redigere longiores de nonnullis locis vel rebus disputationes, et ubi sententiarum diversitas accidit, omissis, quae falsa et inepta etiam doctissimis hominibus exciderunt, vera omniumque punctis probata ea brevitate eoque ordine referre, qui vera et expedita quaerentibus promtioris cognitionis et facilioris judicii copiam faciat. Ita, quum persuasum haberem, minus quidem gloriolae, quae ex novitate quaeritur, maxime autem utilitati consuli, et hanc unam fere nostris tem-

poribus nostraeque operae relictam esse laudem, et ipsam tamen haud sine labore et industria comparandam; ad hunc finem omnes vires meas converti, et judicabunt fortasse, qui diligentiore examine laborem meum dignati fuerint, non festinante animo atque studio me in eo fuisse versatum, neque aliena modo recantasse, sed, ubi acquiescendum etiam in doctiorum hominum judicio atque auctoritate esset, propriis tamen oculis vidisse, neque ulli industriae pepercisse, quae necessaria ad nostras rationes videretur. Accessit tamen huic editioni commendatio ex eadem, quam antea praedicavi, Cel. *Mülleri* humanitate. Misit enim auspicanti opus editionem Casauboni anni 1611., quae in bibliotheca Cizensi servatur, ob notas, a Thoma Reinesio margini ascriptas, quarum specimen Observationibus supra memoratis ipse olim adjunxit. Sunt eae maximam partem historicae, partim aliorum scriptorum locos, partim Gruteri inscriptiones aliaque monumenta comparantes, quibus posthac accuratius exploratis et ad Nostri interpretationem adhibitis quamquam nihil detrahitur Reinesianis, vel ob ipsam doctissimi viri memoriam maximi aestimandis, factum tamen, ut minorem inde fructum carpere potuerim; neque tamen, quae nova et singularia Reinesius subinde admonuisset, ubique commemorare neglexi. Communicavit mecum idem Müllerus Io. Freder. Reitzii dictata in Suet. Augustum et Tiberium, anno 1751. calamo excepta, atque erunt fortasse, qui typis ea exscripta maluissent. Sed praeter nimiae prolixitatis immodestiaeque erga eum, cui usum debebam, metum alia neque levis, ut puto, me prohibuit ratio. Ex quo enim plures, quae Batavi in scholis suis discipulis exposuerant, edere coeperunt, satis constat, non eum inde eruditioribus fructum provenisse, qui a talium magistro-

rum nomine poterat sperari, neque id vitio vertendum gravissimis viris, quum illi auditorum ingenia privataeque institutionis utilitatem spectarent, adeoque in levioribus saepe, quae ignorari adhuc videbant, subsisterent, neque in publicum exitura illa, cogitarent. Ita Reitzius etiam modo antiqua Romanorum instituta illustrat, modo usum verborum et grammaticam etymologiam indagat, multaque immiscet, quae viva quidem voce addi solent, editioni non conveniunt. Ceterum, inde etiam varia me desumsisse, quae prae ceteris utilia viderentur, lectores passim invenient; et quo major in legendis et perlustrandis, quae in paucorum tantum conspectum veniunt, voluptas, eo graviora etiam de opera nostra sunt merita viri, qui illorum usum nobis, et qui utuntur nostris, invidere noluit.

Restabat adhuc, ut de glossario quaedam praemonerem. Sed, quoniam librarius precibus meis hoc dedit, ut seorsim iste libellus emitteretur, propter eos, qui alia editione jam instructi aliquod interpretationis subsidium cuperent, ibi quid consilii secuti fuerimus, exponendi occasio suppetet. Itaque, quem laborem tristissimis temporibus, oppressa foeda dominatione patria, et imminente ut omnibus pacis artibus, ita literis maxime et antiquae eruditioni exitio, adortus fueram, postea inter medios belli tumultus, circumstrepentibus armis, saepe adstante etiam milite, continuavi, quem, parum denique aberat, quin ipse sumtis armis, morte forsan oppetita, interrumperem, eum, Deo satis dignas gratias dicere nequeo, quod absolvere mihi contigit restituta laetiori rerum forma, oppresso tyranno, recuperata libertate, renascente felicioris aevi spe, novo emergente literarum flore, redditaque omnibus, quae emori coeperat, vitae publicae privataeque alacritate; quae omnia uti sperare cum

optimo quoque nunquam cessavi, ita postquam evenerunt, erectiori animo patriae meae iisque, qui bene ei cupiunt, congratulor; juvenes autem, ut non minus assidua antiquorum monumentorum lectione, et sapienti veteris historiae usu, quam recentissimis exemplis, vivisque quum proximae miseriae, tum partae salutis vestigiis ad ingenuum patriae honestaeque libertatis amorem excitentur, piaque incensi flamma pro his sacris neque industriam, neque labores, nec mortem quidem obire recusent, sanctissimis precibus exoro. Scr. Merseburgi d. XXVII. Jun. MDCCCXIIII.

Ita scripseram, quum editio nostra ante biennium prelis destinaretur. Inciderunt postea varia impedimenta, quae operarum laborem morarentur, ipsumque librarium a maturando consilio avocarent, in quibus haud levissimum ex novis, quae ingruere coeperant, turbis bellicis. Quibus denuo copiarum nostrarum virtute disjectis, fractaque, ut sperare licet, in multos annos vi iraque hostium, eo felicioribus auspiciis Suetonium emittimus, cui quicquid recentioris curae interea impendimus, glossario, in quo adornando jam versabimur, inseretur. Neque valedicere possumus lectori, quin, lustrato jam, quod ante oculos habemus, primo operis volumine, gratias agamus Cel. Schaefero, cujus suetae diligentiae, quod sartum tectumque a typothetarum injuria illud prodit, unice debetur; et quum laudes summi viri nemini non cognitas nostroque loco longe majores sciamus, ut in quas omnia pectora conspirent, id tamen nobis habebimus, ut hac etiam nos nostraque dudum intellectae ejus amicitiae denuo commendandi opportunitate ex animi nostri sensu utamur. Merseburgi d. XXII. Januar. MDCCCXVI.

COLLECTIO VARIAE LECTIONIS COD. FOUCAULT.

ad marginem ed. Plantin. a. 1596. notatae.

JULIUS.

Cap. 1. *Caesar* annum agens. *Consutia.* uxor*e*, dote.

— 4. Apollonio *Miloni.* saepe illis.

— 5. Tribuna*tum.* auctores*que* restituen*do.* cujus *tum.*

— 6. *a* regibus. *Aretho* Marcio.

— 7. *quam* nihil dum. stuprum matri. ad ampl. *rem.* terrarum orbis.

— 9. P. Sulla et *L. Antonio.* *Tamisius.* signif. vide*rent.* Tamisius ad*di*cit.

— 10. Venatione*sque.* *quod* factum est.

— 11. *trophea.* Theu*th*onis. *in* sic. numero. Corneliis legibus *condemnavit.* (Adscriptum in marg. *Scaber textus.*)

— 13. dignitate et aetate.

— 14. *Decimum Syl*lanum. obtinuisset adeo. quoad manus.

— 15. in *alterum.* optimatum.

— 16. gratias *et* per prim. viros egit.

— 17. Vectius. *cyrogra*phum. *eo* quod compellari.

— 18. prov. or*dina*rentur. quum jam edictis.

— 19. ne Catone qu. *obtinente* (correct. in margine). larg. *aere publico* fieri. *creatur.* *ab* optim. *collesque.*

— 20. accensus *funis.* potesta*tem obi*ret. per *lo*cum. campum stellatum. *per*palam. a *pluribus* ad pl. hora.

— 21. *filiamque* Juliam. *paululum* ante.

— 22. Socero *ergo.*

— 23. e *petitoribus.* *recepissent.*

— 24. *nequivisset.* Nomen *Lucam* deerat relicto spatio. prorogar*ent.* Verba *perfecitque utrumque* deerant. *ne* deerat ante *injusti.* quosdam legatos. *plurimum* qu. quisquam.

— 25. eique in sing. annos stipendii *nomen* imposuit, (del. *quadringenties.*) *aversum* caelum. assumta. *Gorgo*niam.

— 26. *interimque.* *et quando.* *et* ne ea causa. *quo* ante nemo. quam maxi*me.* domestica*nti.* *prandia.*

Cap. 27. *persequebatur.* patrono*ne.*
— 28. Ad verba: *nec plebisc.* adscriptum in marg. *Nec superfluum.* *lege jam incisa* (deletis verbis *in aes.*) Post *condita* relictum est spatium. In marg. adscriptum *cognosceret.* *Novum* relicto spatio.
— 29. Post voc. *intercessores* alia manu insertum *Tribunos.* — eadem *tempestate*, collegam. a. *ceterique.*
— 30. causas *ante.* Verba *quae instituerat* deerant. *consilium petissem.* Post *in ore habuisse* relictum spatium duarum linearum, Graeca in marg. addita.
— 32. *jacta est alea.*
— 33. suam dignitatem.
— 34. Ordo *ac* summa. Brun*du*sium. *has*, exi*tus.*
— 35. proelio *fudit.* ins. tendi quoque. omnium rerum. — Verba *de Pharnace* corrupta in *defrenare.*
— 36. Dirachium. *consistenda* nece.
— 37. *diffracto.* *lychnos.* *ceteris.*
— 38. *in Equites Romanos.* viritim dim*i*sit. epulum *ad usque saturationem.*
— 39. *xenum* suum. donatusque *est.* *per* quatuordecim *Senatus* per orchestram. *in moram cocleae.*
— 41. pro parte *dimidia* (pro *altera*). circ. tri*bum.* *qui* erat tertium.
— 42. *continuo* deerat. *deducta summa.* *distraxit.*
— 43. ordine senatorio*s.*
— 44. *Nam.* mon*te* accubans. Graecas Latinas*que.* qui in Pontum et *Tra*ciam effud.
— 45. Post *tonderetur* deerant verba: *diligenter, ac raderetur.* *laureae coronae.*
— 46. a fundamen*to.* quia non *vota* — responder*ant.*
— 49. *Licinii* deerat. *sponsam* interiorem. defendenti *enixe* causam filiae Nicom. *tute.*
— 50. *dilexit* deerat. *e mimo* addixit.
— 51. *auro* in Gallia *emisti.*
— 52. dil. reginas (omisso *et*). *rasa* (pro *Nasa*). saepe *contraxit.* thalamego*que.* *et* ante *forma* aberat. *quem de Cleopatra dicant.* *at* ne.
— 54. furatus *est.*
— 55. *militari quare.* debeat Caesar. *atque* etiam. adolescen*tis* adhuc Strabonis *Caesar.* *vix* deerat ante *ipsius putat.*
— 56. Alii Oppium (sine *enim*). *oim* ornatu. . para*tam.* *vellent.* Postea deerat ῥῆσις a: *cujus tamen rei* usque ad *emendate.* *praes*cripserit. Post voc. *poema* relictum erat spatium. *ad citeriorem* (pro *Ciceronem*). *prosequi* vellet. trag. Oedi*pi.* *qui* ord. bibl.

Cap. 59. ad eludendum. *Saluini.*
— 60. cunctatior. *victoriam.* Mox aberant verba: *auferre cal* *posset.* *Nullum unquam.* *qui, in* pro *quin.*
— 61. *prede* Veneris.
— 62. aquilifero *moranti sectis.*
— 63. vectori navicula. partis *aversae.*
— 64. eruptionem host. subito.
— 66. *vocatis.* cum legionibus (sine numero).
— 67. *cohibebat* in ceteris. clade Titiniana.
— 68. *ac* sine. ipsi alios. *averso* semel. castella. *casum* *Stevae*, et mox *Steva.* C. *Attilii*, mox: *Attilius.* — *centum viginti* sine *et.*
— 69. bellis nullam Gallicis. *novam* qu. legionem. in armis adhuc Pompejus.
— 70. milites esse *se.* *at* sic quoque.
— 71. defendissent. stipendium. *ab* abstrahentibus. occ. diu apud se. advexit.
— 72. *in diversorio loco* (omisso *et* ante *in*). *et* ipse humi — accubuerit. evexit.
— 73. contra *nullos.* Memmini.
— 74. *levissimus.* ditionem. Corn. *Sagittae.* cur *ergo.* *meos* disjunctum in *in eos.*
— 75. Afran. *et* Petr. proclamabat. *Picolai.*
— 76. Aberant verba *jure caesus* relicto spatio, item *ut* ante *cont. cons.* *at* nullos non.
— 77. T. *Amplius.* aurispice. *sacra quondam.*
— 78. *de* collegio. repente. constiterit.
— 79. *in* sacrif. Lat. Epid. Manilius. plebejo.
— 80. Consilia *ergo.* bini *trinive.* *statuae* aberat post *Caesaris*, mox etiam verba: *Hic quia — factus est.* *M. que et D. Bruto* pro vulg. *Marcello.*
— 81. vet. sepulcra. ossa Capys. *ut* vagos. patibulo. *monuit* deerat. super nubes. *et* haec. ins. iudicem. — commisit. sine ulla *sua* noxia.
— 82. *et sic* trad. quidam. Mox Graeca integra insunt.
— 83. ex quadrante. Reliquos in *una* cera.
— 84. collocata *est.* Voc. *Urbis* aberat post *itineribus.* quam triumphorum instrumento.
— 85. apud *eam.* controv. *quascunque.*
— 86. *noluisse.* inspectantium se. *sed* pridem.
— 87. subitam*que* sibi celeremque.
— 88. continuos dies.

AUGUSTUS.

Cap. 1. exta rapta precuit (omisso *foco*).
— 2. a *Servilio* Tullio. Aemilio *Paulo.* e pago *Thironio.*

Cap. 3. *existimatione.* *diversores.* *Turingum* agrum. *et* Thrac.
— 4. Dec. *in* Macedonia Mox aberat voc. *liberis*, et scrib. Octa*vio* majore et Octa*vio* minore, item *Ancaria* et *Acia* et *Acacia*. verum *idem* Ant. *Verulonensis*, et adscr. in margine: Regio palatii (imo *Latii*).
— 5. Capita *bibula*. habe*tur*. *e* pro*ximo* suo.
— 6. horror qui*dem*. confirmata (omisso *est*).
— 7. in memor*ia*. Mox aberat *recens* ante *eo nato*. sed a M. pro opprobrio sibi nomen prius. *Mimacii Plauci*. non *cum* novo. inclyta Roma condita est.
— 8. *aviam* aberat relicto spatio. studiis*que* vac. *nutrito* (pro *vitrico*). *militum* (pro *multum*).
— 9. summa *parte*, singillatim. *e* quibus.
— 10. *mortem* avunculi. et *vim* necopinantes. *provisum*. — quamquam *pater ejus* (pro *patricius*). *trans. latinum multa* (pro *translaticium jus ulla*). *inde* (pro *invicem*, sed correct.). *aut* Reip. consul. *susceperant*. demandatum *tertium* bellum mense. fugisse eum.
— 11. Pansa*que*.
— 13. qui*a* se obt. ceteri, in hîs (sine *et*). in Ital*ia*.
— 14. rumore — *de*lato. inter*emtus* est. *qui* opp. *erumpebat*.
— 15. *ex proposito*.
— 16. Lu*thr*inum et Avernum mari *lo*cum. Mox aberat *quum* ante *hieme*. *devictus*. *suppremum cesum*. in consp. *venisse*. Demiocare. *iterum*. refugien*te*. Cor*te*jos.
— 17. *et* reconciliationibus. hosti *in*dicato. Mox *insulam* aberat post *Samum*, et *militum* post *seditione*. repetit. *Alia* temp. ordi*naverant* (sed correct.). simula*cra*. *arre*ptum.
— 18. *corpus* deerat. asper*sum*. *faci*liorem. mil. *ope*. celebratior *et* in post.
— 19. *et* rerum nov. *An*dasii. *at* neque. *Temasi*ni Epicadi. *Puccin*a. *Ta*lephi. rapere. *Ad extremum* Telephus — destin*arat*.
— 20. *altera* (sine *autem*). Sub finem *ab Urbe* alia manu additum.
— 21. gentes *Al*pinas. Rhe*ni*. exigere *temptaverat*. poena multatus est. *et* Scythas. Ar*menii*.
— 22. ante memoriam. *clau*sit.
— 23. ut a peritis (sine *et*). adeo *denique* (pro *namque*).
— 24. Equ. Rom., *qui*. Voc. *delictorum* aberat ante *genere*.
— 25. quam ratio mil. (sine *aut*). *phaleres aut* mur. coronas. *et*, *sat* aberat ante *celeriter*.
— 26. *sed* ante tempus.
— 27. *ultro*que. *et* C. Turanium. T. *V*inium. *honora*vit.
— 28. quum *praesidens idem* ferret. Urbem *nam*.

Cap. 29. festinatius. *tantum*que (pro *cautum*que). Mar*tis*. pro *vis*ione paterna — *no*verat. desiderari *adeo*. ad*didit* (pro ad*dita*). serv. *perducen*tem. porticus *lunae* et Octa*vio*. a multis *tunc*. a, M. *Nero*.
— 30. *anni* mag. vici*na*. man. praeda (sine *ex*). *ac* ceteras.
— 31. su*per* duo millia. velut exemplar (sine *ad*).
— 32. quam vo*lun*tas. honora*tis* ludis. *idem* quinquennio.
— 33. sed *etiam len*itate.
— 34. *et* de ambitu. al. severius quam ceteras. lenita*que*. — Verba *partim ad se* aberant. *in maturitate*.
— 35. et qui*dem*. *abortivos*. *amicis* aberat. excusan*tes*. Mox deerant verba *publice jus*. *pure* ac mero.
— 36. *dis*posito. quaestu*ram*.
— 37. *Quo*. *triumviratum* alia manu add. *cinxit*. *satis* aberat.
— 38. viri*li* to*gae*. *at* ne. *pro*posuit.
— 39. *in ex*probatis. *levis*simum.
— 40. *At* comitiis. parentibus*ne*. tri*b*ubus suis. tor*sus*ve. positis la*g*enis.
— 41. qua*dring*enos. quamvis *non*.
— 42. *qua*dam steril. cessa*vit*. post*hac* rem.
— 43. fec. se ludos. nonn. *etiam*. nec *in* Amph., sed *et*. exstructis *quoque*. minorum*que*. No*v*ium (omisso praenomine). *etiam* aberat ante *Equitibus*. *Licium*. per mediam arenam ad spect*andum* (passive). *circa*.
— 44. quid specta*culi* (pro spect*andum*). milite*s*. *multis* e plebe. veni*re* (pro veni*rent*).
— 45. libe*ro*rumque. *inter*missione.
— 46. in su*am* qu. coloni*am*. sub di*e*. *At* necubi. at *his*. — *per* singu*los*.
— 47. alias *autem*. *ac* terrae. *nec* est.
— 48. Reg*norum*. *ac* amic. Verba *aut resipiscerent* aberant. *at* plurim.
— 49. *ceterum* num. *con*stituit. sub ma*nu*. a loco ii*dem* proferrent. exig*unt*.
— 50. *Sphinge* aberat relicto spatio.
— 51. Aberat ῥῆμα: Nec quicquam — inquisivit.
— 52. *solere* aberat. *ex quis* sibi.
— 53. *O* aberat ante *dominum*. *ejus*modi. vesp*era*. *desideria* aberat. et *quidem* sedentes. summo*ven*te. Mox aberat *sedentibus*.
— 54. *Triumvi*rum. contum*acia fandi* cuiquam *de*fuit.
— 55. *at* ne.
— 56. quoti*ens*. in tri*bus*. et *astan*tibus. No*mius*. arctius *enim vinctus*. consent. *cunctis*. *Scrutario*.

Cap. 57. *existimare.* Ap. *Scan*daliarium. in restitutio*ne*, *sin*gil*latim*. revertent*e*. o*mn*ibus.
— 58. *legatione* aberat. *nec* Caesar Aug. cum pop. (sine R.).
— 59. titulo victimae. in Capito*lio*.
— 62. *expo*stul*a*ntibus. P. *Clau*dio. *et* aberat ante *ex altero*. cum hac *quoque*.
— 63. despondisse *filiam*. *petisset*.
— 64. *et* Lucium. Censo*rio*. diu*turno*s. *Vi*cinio. *ela*boravit. ut imo (sine *in*).
— 65. *Fede* et *Fedes* (pro *Phoebe*). a quo*quam* liberto. — *levi*oribusque. *eos* app. *ac* tria carc.
— 66. reperi*ren*tur. Salvi*de*mum. *enim* aberat post *desider.*; item *de* ante *pluribus*. Agr. *inpa*tientiam.
— 67. *E*celadum. *Cosini*. incur*rere*. *Polum*. *grassatos*.
— 68. pilus *ex*surgeret. matris *adulterium*.
— 70. *minima* declin. notatus est *et*.
— 71. *mir*rhinum. festis *et* prof. ger*unticos*. *cause* (pro *canem*). cal*e*fecimus. retra*ct*um. Ad *enim* post *benignitas* additum in marg. Alii non habent.
— 72. *item* per annos. *tegnophion*. suburbanum libertorum. La*vin*ium. vet. *et* varitate (sed correct.). — qualia sunt *capita* (pro *Capreis*).
— 73. ab sorore, uxore et filia ne*poti*busque.
— 74. *et* aberat ante *assidue*. *di*lectu. *secus* pro *senis* relicto spatio.
— 75. jo*cu*lariter tantum. aversas. *indi*care.
— 76. nam hoc qu. (sine *ne*). in *vescendo* (pro *essedo*). *ungui*. *inob*servantia.
— 77. Nepos tra*didit*.
— 78. *at* ne eas. ut evenit, recuperare non posset.
— 79. *Vi*lius Mara*ch*us.
— 80. *co*x*a indice*. Mox aberat *inde*. admon*e*ret.
— 82. *et* hiberni quidem. *tepe*facta.
— 83. ocellatis.
— 85. hortatio*nem* (sed correct.).
— 86. concinnitate. curam *di*xit. *aut* aberat ante *necubi*. *la*dens *et* malum.
— 87. *Cotti*diano. *celerius*—coquuntur. *et* aberat ante *pro stulto*. ba*teo*lum. pulle*la*ceum. betizare. *laconizare*. divi*dere*, et mox trans*ferre*. sed *idem*.
— 88. custo*dit*. nam *qui*. *id* aberat ante *notarem*.
— 89. magistro usus (omisso *dicendi*). eruditione etiam. — indige*ret*. *aut* orationes Metelli. au*diit*.
— 91. *Item* per omne ver.
— 92. Auspicia et omina quaedam. mari*que*.
— 94. lego libris. *Acciam*. obdormi*v*isse. egressum. *Il*-

lum. *picti.* *exigi.* unique omnino (omisso *olim*). — statim nocte. *spem* (pro *specie*). at *inse*quenti. Cicero Caesarem (omisso C.). dem. *è* coelo. *etiam* aberat ante *obtegeret.* *nec* minor. exsi*luit*.

Cap. 95. *a* liquido.

— 96. *Qui* et. *aversa.* in *ipsos.* homini Eutychus.

— 97. evectus (omisso *est*).

— 98. profl. alvi (sine *ex*). Puteol. *suum.* quae *tunc* appul. — fausta *omnia.* missi*lia.* nihil al. *spon*deret. *etiam* tum — varian*tem.* *Nolae* deerat.

— 99. admissos amicos. *et* quid iis. *ad* Ur*bem.* Pro *deminutio* eadem manu in marg. erat *divinatio.*

— 100. diebus — minu*tis.* in ae*de.* die nata*lis.* pro Rostris veteribus (omisso *sub*). jura*ret.* ac Mausoleo (omisso *in*).

— 101. apud virgines (omisso *se*). quin*que*nos. *per*duxitque — *ut* vic. absumsi*ssent.* e*ssent.*

TIBERIUS.

Cap. 1. *qui* mag. constat. *Tacio* Claudio. triumphos *sex.* — *post et* duobus. *qui* significatur.

— 2. Claudius *Claudus.* *Tibe*rius Nero. *nota*tissimum est.

— 3. clara et insi*gnis.* *Druso.* ut fama *est.*

— 4. Pater Tiberii *vero.* in qui*bus* Narbo. *orta* esset. deinde *Na*polim. in Sici*lia.*

— 5. in fa*stis* *actis*que *in* publica rel. Isaurique Antonii.

— 6. prodidit; *simul.* et *per* Achajam. *clavus* et fibula.

— 7. *et* absens. rur*sus*que grav. oc. *per*secutus est. in aspectum *ei.* mox *disc*edit.

— 8. quorum *diu* invidiam. *ejus*modi.

— 9. Tribunis mil. de*in.* discor*diis.* ex*in.* *Bre*nnos.

— 10. *ex*osculatus.

— 11. forte *quon*dam. al. exceptum (omisso *est*). *ut* per val. perculsus *ergo* — diu*que.* hoc *modo.* *capi* jussit. laetus *nuncio* — securo ab hac parte (sine *jam*). — *tumul*tibus.

— 12. remans*it* *igitur.*

— 14. ingre*ssum.* leg. *arx.* *cum* maxime expertus.

— 15. quod amiserat (omisso *adoptione*). *ne* hered. quidem.

— 16. Parth. lega*tos.* Mox deerat *mandatis.* *inter* Dan. fl.

— 17. censue*rant.* *alii,* ut Pius.

— 18. contentusque uno (omisso *se*).

— 19. sibi majoribus (omisso *ab*).

— 20. *re*ver*sus.* seque praesidenti*bus.* *quo*dam cum ex. passus *est.* congia*rio*rum.

— 21. vitiis Tib. virtutibusque. unicum Reip. praesidium. — sive quid incidit (omisso *inquit*). teque *oro,* ut parces

Cap. 25. praetoriani Germanicis. *ur*gebant. obfirmitate.
— 27. pro *sacra*.
— 28. de se *et de* suis.
— 29. adversus te *Tiberius*. *me*que id dixisse. Verba *me poenitet* aberant.
— 30. conser*vandam*. referr*ent*. forma *le*gum. et rapi*na*.
— 31. per *dissen*sionem.
— 32. *a* se dederant. jus*sus*. sabba*ti*. venientem *eum*. deglu*tire*.
— 33. Princ. *se* ex*e*rcuit. eatenus inven*ie*bat. *ejus* const. quasdam.
— 34. ex*crev*isse. ann. *metelli*. dimi*dium*que. edicto prohibuit. stre*nua*rum. *et* aberat post *consuerat*.
— 35. public*e* deesset. *ut* aberat ante *uxorem*. quo *Juli*us. — al. *e* quaestura.
— 37. Thra*si*polim. Verba *Archel. Cappadocem* aberant.
— 39. neque rediturus (omisso *unquam*). *incoenante* deerat relicto spatio.
— 40. ne *qui* se interpella*rent*.
— 41. re*ver*sus. *per*fectosque.
— 42. *Li*berius. al*ter* Syriam.
— 43. Ca*prensi*. mon*struo*sique. appella*bant*. incestarent (omisso *se*). Phanistorum. palam (sine *que*).
— 44. inter femi*nas*. *acerram* deerat relicto spatio.
— 45. unde *mora*. *ex odio*.
— 46. *per*secutus.
— 47. opera magn. *egit*. quo *pacto*.
— 49. Aberant verba *et jus*. *et* vectig.
— 50. *qui* min. est. ne consiliis (omisso *ejus*) — *et egere* et uti. actum *in* Senatu. sed frequ. (omisso *et*).
— 51. funeris *sui*. et in *medio* condemnato.
— 52. sed *tamen* non statim. con*sularibus* (pro *consolantibus*).
— 53. ore *de*ducto.
— 54. concitati *pro*derentur.
— 56. Nihil*o levi*or. *necem* secessum.
— 57. app. eum *lutum sanguine maceratum*. fas. oium.
— 58. quo decre*tum*.
— 59. ab impat. dominii (omisso *Romae*).
— 61. *scri*bendi solatium. palpitantesque *adhuc*. *Pau*conius.
— 62. ne *vul*garet injuriam.
— 63. usque *eo* detinuit.
— 66. eadem con*tine*ret.
— 67. *de* devotoque. a*ffecit* mihi.
— 70. affec*tio*ne. scripta oium. praeci*pue* auctores.
— 74. jam et diu frigidus.

CALIGULA.

Cap. 1. diuturno morbo.
— 2. propter *quod*.
— 3. oravit etiam causas triumphaleis. Voc. *veteres* post *Variana* aberat. quam ut amici*tia* more maj. renunt.
— 6. *Et* ut demum.
— 8. Aberat cognomen *Capitone*. vico Ambi*cario*. Tiburi *fuerit*. quic*quid* adjuverit. voci*te*tur. XV. Kal. Jan. abunde pa*tere* arbitror. quae sola *autor* (an *autorum*) restat et publ. instr. autoritas.
— 9. castrensi *lo*co.
— 10. patrem Syr. exped. (sine *in*). trans*mutans*.
— 12. Sejano *hoste* tunc suspecto. gloriatum enim assidue.
— 14. externorum *fervor*.
— 15. In*ten*debat. sacram. *affi*cerentur. criminum (sine *que*).
— 16. Ut lenior labor *indic*. *ducen*tesimam.
— 17. ex Kal. *Junii*. usque VII. Idus (sine *in*).
— 18. varii generis *ac* multif. *quos*dam etiam. Trojae *incursione*, *et* quosdam. *lege Loti*ana. ex proximis *intedia*.
— 19. passuum *spatium*. quercica corona et *cetura* (omisso *securi et*).
— 20. sed *hoc* certamen.
— 21. alterum omissum est. *di*metiendum.
— 22. adorandum se. Voc. *tetraones* deerat.
— 23. Actiacas *singulas*que vict. *Li*gonem. *et* per ist. *abolev*isset.
— 24. consuet. stupri. Antonia avia. noctu prof. (sine *que*).
— 25. abduxisse suum (omisso *eam*). *ac* prox. die.
— 26. amicos propinquosque. ut eque*stres*. senio*que*. pegmaces. famem indixit (omisso *populo*).
— 27. contra port. med. ea*dem* causa *no*verat. ad metalla *et* munitiones viarum. ambigui *loci*.
— 29. Voc. ἀδιατρεψίαν adscriptum: h. e. *inverecundiam*. et hominis. praetorium *unum*.
— 30. inferi. deflevit, et eos edicto.
— 31. *ut* Aug. princ.
— 32. factorum dictorumque. *pom*parum habitu.
— 34. *omne hoium genus*. consulto et auctore se. licui*sset*. e civitate. paululum abfuit.
— 35. ita proripuit spectaculis.
— 36. Verba *neque suas* deerant. *M. Ne*storem. Valer. Catu*lus*. *trecentis* adhuc *...* *votis*.
— 37. Nepo*tatus*. Libur*nas*. in*...*ed. *quadam* celeritate.
— 38. ut *et* vetera. *nec* illum, *nec* se. reas. expergefac*ta* somno Caeso*nia*. subjecit et *vindica*vit. incider*int*.
— 40. ex *graecu*lorum diurn. quaest.

Cap. 41. *Ejus*modi. flagit. populo (omisso *Rom.*). di*stru*isque. ad *imi*tandos *ad* libidinem. pecunia *feno*ris. atque *in* perjurio.

— 42. in vestibu*lis*. ad ca*pien*das stipes. Mox aberat *saepe*.

— 43. flumenque *Cliteram* Me*nero*am. impetum *fecit*. quanto nunquam *aliter*.

— 44. ignominia dim. (omisso *cum*). commoda *me*ritae mil. ad se*xcentorum* millium: Adminiocino Bellini.

— 45. hostem*que*. in hoc qu. mi*n*imo. monuit*que*. *tem*pestiva convivia.

— 46. *captur*us esset. ut Pharo.

— 48. circum*de*dit.

— 50. colore pallido. et oculis *in* temp. quare *et* trans. *gradi*, stare. insom*nio*. pelagi *quan*dam speciem. cubandi *quoque* taedio.

— 51. transmarinas *certe*.

— 53. *Ex* disciplinis. suppetebant*que*.

— 54. can*ta*tor. Verba: *pugnat*. *annis*, *aurigabat* deerant. — eo*dem* die, quo periit. *hinc* tam docilis.

— 55. studio *doce*retur. *M*. *Nesto*rem. Germa*ni* corporis. — *qui* ex eo. in *am*phoretis. moni*lia* gemmis.

— 56. nec cessavit (omisso *ex eo*).

— 57. Cassius nomine (omisso *quoque*). pantomimus *minister*. in laur*eato* mimo.

— 58. gladio *caesam*. accipe *raptum*. *repente*. quidam etiam ferrum per obscoena.

— 59. die*bus quatuor*.

— 60. hominum erga se.

CLAUDIUS.

Cap. 1. fossas *magna vi* et imm. op. quandoque posset, restiturum. *eu*logium.

— 3. Verba *pop*. *Rom*. post *sortem* deerant.

— 4. si est *arctius*. posse arbitremur eum. a *Si*lani filio. — *et* spectare eum. *quid* post haec — constituerit et reliquerit. *ne* parte sexta nuncuparet.

— 6. public*e* defuit. *per* se. exposcerent. circa sester*tium* vicies. necessitudines ceteras.

— 7. accla*mi*tante populo.

— 8. manibus *subtentis*.

— 10. per haec *et similia*. quia *sui* diff. occupa*rant ut* asserturi. Postero *ver*o die. diversa *sententium*. armatus. singulis *qu*in*terna*.

— 11. Imperio*que*. de*c*ernen*da* curavit. Circ. an*nuos*. *quo* per Circum. Mox deerat *docuit*.

Cap. 12. Aberat *ac* initio. *ut* rata essent (sine *que*). non *potuisset* audire eos. *con*firmarent.

— 13. et a singulis (omisso *sed*). Mox *et* aberat post *reperti*. *eo*dem adoriretur. Verba *ac Messalae* aberant. — atque ipsius servis. *ac* divinitus.

— 14. duos *proximos*. quarto *quo*que anno. Verba *ex bono et aequo* aberant.

— 15. *interdum* inconsultus. facill. dabat *poenas*. *Curtalius* gratias agens. abuti solitos. pe*des* apprehen*dendo det*.

— 16. Plancum Paulumque. inaequa*bili*ter. *pres*sisset cuidam. sed in per. (omisso *etiam*). Ptol. *in* Alexandriam. crimen majestatis. intulis*set* arguebatur.

— 17. vehementi *Euro*. *Orcadas* insulas. praesidibus provincia*libus*. secu*ta* — adep*ta*.

— 18. arde*ret*. repraesen*tans*. *vel non ex eo* cogitavit. in*venie*ndos etiam tempore (sine *in*).

— 19. cujusque ci*vis*. Pompeae. Lati*ne*.

— 20. ductum aqu*arum*. no*vo* lapideo op.

— 21. complura *et* magnifica. *et* tribunali. seculares *quoque*. quae utraque *rosina*. Africa*nos*. plurifar*ia et* multiplicia. dat*urum se* dixerat. Pa*bulum*. illud plane (omisso *quoque*). *ei ciente* buccina.

— 22. *et* aberat post *civilemque*.

— 23. Papiae legis. *edicto* abrogavit.

— 24. non *se* lecturum. liberti*no* filios. de*crétaque* Ostiensi. *Syl*lano. ep. commu*nis*. A. *Plan*cio. cognomen Chaucius.

— 25. post *ali*am. impulsore *Cherestro*. templum*que* in Sicilia.

— 26. non recus. *se*. *Tyberio* Caesari.

— 27. Drusum Pompejum *pu*berem. *Boterh*. Verba *alique coeptam* aberant. Anto*nin*am. Mox aberat *Octaviam*. *Syll*anum. *per*sequebatur.

— 28. Aberat *Narcissum*, relicto spatio. *honorari*.

— 29. studio *aut* libidine. *equidem* insciens. mi*nora* quaeque. defensione ulla *obtinentibus*. ut *cum* de nece.

— 30. opimis*que*.

— 31. prospera.

— 32. sexc. disc. (omisso *simul*). conviv. *est* et. nobilibus — v*escentibus* (omisso *qui*).

— 33. *penna*. *v*igilabat. tamen inter*dum*. in gesta*torio*.

— 34. jugul. *praecipie*bat. cum *per* quaedam.

— 35. mil. vi*cem* mi*nistrator*um. *et* graph. age*ret*.

— 36. non indign. (omisso *tam*). cum adultero *filio*.

— 38. quia subeunti (omisso *sibi*). satisfa*cientes*.

***

Cap. 39. *et in consilium.* omni *oratione.*
— 40. quis, *vel* inter quos. scire *aut* cogitare. teste in Senatum. ego Theogonius videor λεγιώτατος.
— 41. T. *Lucio.* *obhesitantem.* *correctus* saepe. quam eleganter.
— 42. Aberat *alterum* ante *additum.*
— 43. *et* laudantibus. impu*beri.*
— 44. non mul*tumque* post. cons*cia* quoque. *etiam* de subsequ.
— 45. funeratus*que* est.
— 46. accessisse *se.*

NERO.

Cap. 1. *at* ne praenom. rursus tres (omisso voc. *sequentes*).
— 2. co*apt*assent. per prov. *vectus* est. *cum* os ferreum, cor plumbeum *esset.* Massiliens*i* obsidione.
— 3. ex *his*, qui p. l. damn. *essent.* ac sub. *re integra.* adspers*is.*
— 4. au*gurand*i arte. *immitis* alia manu scriptum.
— 5. quod quantum potare *vide*batur. sed in v. A. (sine *et*). sed in praet. au*guria*rios fraudaverit. sororis *loco.*
— 6. Nero natus est *ante* novem m. nasci *non* potuisse. infanti *ei.* neque ipse (omisso *id*). inter lud. au*dierat.* add. fabulae.
— 7. ludis Troj*anis.* amit. *ejus* Lep. a qua *re.* ind. *decon*cursione. ex*hinc.* Praefecti Urbis *atque* Latinarum. sal. Claudii.
— 8. in Curi*a* delatus est.
— 9. laudavit *et* consecravit.
— 10. *inter*iorem adhuc. *non* liber., *non* clem. sed re fam. (sine *a*). quin*qua*gena. *divis*it et plebem (sed correctum).
— 11. secreta *et* ceteris. *in* camel. quadr. ludis *quoque* pro aet. de*currit.* inducta est Afranii *toga*, quae Incendium *scri*bitur. spar*sit* et populo.
— 12. Aberat *quod* post *munere.* confectores, *quoque* fer. et varia ar. min.
— 13. *Mitrid*atis. retuler*int.* *dianam* deduc*tam.*
— 15. sed conscriptas. *proinde* atque. in Curi*a.* admiss*as* prioribus. *convivii* Rebilii. *ora*tiones ad Sen. per *Cos.*
— 16. ut et ante insulas.
— 18. defuncto *Concio.*
— 19. Magni Alexandri *more.*
— 20. et *in* musica. factita*runt.* fuscae. in scenam prodire. Neapo*lim.* absolveret *nomen.* per *quam*plures. — Alex. *in* laudationibus. *quae* de novo. adolescent*es.* —

— — imbrices condiscerent et *testes* (omisso *vocabant*). — oper. *no*varent. *ac* sine anulo.

Cap. 21. praestitu*tum* diem. *mortis* se copiam. in *urna*. simul Praef. (sine *que*). *Clini*um Rufum. *nec* dubitavit.

— 22. Prasi*ni* agitatorem. objurg. *paedagogo*. *coti*die. *num*mos Ciro. secessu commeabat. multi*plici*tatis. voluit saepe. scire *et* audire Gr. nec *aff*ectione dil. *Scasio*pen.

— 23. jussit *et* Olympiae. detineret*ne*. quamvis tuum consilium sit et *no*tum. itaque en:xae — multi (bis omisso *et*). observare, *causare*. *et* malignitate.

— 24. ut *non*nunquam. sudorem fr. (omisso *quoque*). deter*gere*. ipse se. Olympiis *Ne*ro. nec eo *serius*. *deinde* aberat post *decedens*.

— 25. pompa cete*ro*rum. in cubi*culis*. par*cere* arteriis. multisque amicitiam.

— 26. occulte *et* velut. taber*nas* etiam. quint. domi constit*utae* par*te*.

— 27. *e* medio die. refotus sae*pe*. Urbis *et* ambubajarum. — Ad *institorio copas* adscriptum: *al. institoria*, *institor*, et *copias*; *locopas*. appel*la*ret. plu*res* aliquanto rosa*riis* (omisso *absorptio*).

— 28. *Attem*. in mul. *figu*ram. ded. ad se *uxorem* habuit. — *atque* hoc genere. *territum*.

— 29. Aberat *quatenus* ante *ferae*. calli*de* obtegere.

— 30. impensarum ratio. praelautos*que*. *Mitri*datem. *Spe*culum mirm. *alea* lusit: *et* purpura. minus mille carucis.

— 31. *tam* damnosior. suffece*runt*. *ei* tanta laxitas. *cela*tiones laqu. flores *fe*stulis. porticibusque *aquarum*. per *CXL* millia. secum *attulisset*. par*va* mol. opera.

— 32. *dextans ei* cogeretur, *qui* — *ul*lae familiae. studiosis *vi*ris. civit. sibi in certam. animadv. matr. *in* specta*culis*.

— 33. Parri*cida*.

— 34. facta dictaque sua. hactenus pri*mum*. in *vexanda*. — summ. qui et Romae. quum *esse* veneno tentasset. — *tetrar*chis. *Baj*ulos. *abjecto*. *non* inc. auctoribus. — veteribus*que*. junxit parricidio. simul *haud* excepero.

— 35. Pom*poni*am Sab. *antea* nuptam. qui *fingeret et* dolo — fateretur. Pom*pejam*. ex *augu*ratione. est genus. — servis *suis* demand. *Birro*.

— 37. Nullus post *hoc*. gen*tis* stemmate. hora*rum* spat. sign. saepe *ej*ecit. quandoque de Rep. ut sibi *a* pop. Rom.

— 38. labe*facta*. ducum domus priscorum.

— 39. quaedam fortuita. Mox aberat *unius*. quam qui *edi*-

etis. *ut sunt* illa. neque auctores *horum versuum*. — per *judi*cem. bib. *vacante*mque. exi*tium* C. Claudii.

Cap. 40. quat. a*nnis*. spopond*erant*. destituto Orientis *domina*tionem. lent*e et* secure. occasio*nem nactus*. Sub fin. cap. aberat voc. *praecipere*.

— 41. Edictis ta*men juri*dicis. Sen*atus* epistola. malum se citharoedum. quam quod inscitia sibi.

— 42. Postqu. etiam deinde. diu sine voce. intermor*tuo*. re*sipuit*. lasci*viae*que.

— 43. defend*eren*tur. in utriusque lo*co*.

— 45. caritate lucra*ticia*. tra*deret* tandem. et *asco*.

— 46. *cum* vet. *cum* novis. *ad* Octavia*m* (sed correct.). dedi*caturum*. Astur*cione*. transfigura*tam*. *ac* in hoc dec. versu.

— 47. *de*cerpsit. va*rie* agitavit. *attrac*tus prodiret. dir. *et* stragulis. *Spicu*lum.

— 48. *Numenta*riam viam. *aversa — commi*nantium. *et quid* in U. *ex* odore. *adversus* villae parietem. modi*ca* cul*citra*. fameque et *iteru*m sibi. ali*quan*tum.

— 49. quum*que* comperisset. secum *extu*lerat. Mox deerant verba: *vivo — aç t.*, relicto spatio. In margine add. G. i. e. Graecum. ir*rum*penti Centurioni. for*titu*dinemque vis. prius *aut* magis. *Hirci*us.

— 50. *Accia*. monumen*ta*. imposi*to* — hor*tulo*rum.

— 51. pro*pe* justa. luxur*ia*. *pene* verticem.

— 53. max. *etiam* po*puli ra*ritate. nam *et* luctabatur. tota Graecia. etiam *et* Apollinem.

— 55. novam in*dixit*.

— 56. quam periret *dies*.

— 57. modo *et* dicta. Volg*esus*.

GALBA.

Cap. 1. sed *vel* evid. ut hodie ea villa. pangi ramulum. ta*cto e* coelo. August *etiam* sceptrum.

— 2. pronepotem se Quinti Capitolini. quod patern. orig.

— 3. unde tra*xit*. il*la*tis demum. non *vi*is egressus. atque *ec gilbus*.

— 4. *Sergius*. VIII. Kal. Jan. sinistror*sus*. adoptatus*que* a nov. sua *Livia* nom. et Oce*llare* cogn. nam Luc. mox pro *Sergio*. responsum est, summum — portendi. *ad*vexit. menstr. dei*nde* suppl. *ac* pervig*ili* anniversario.

— 5. quae moritum adhuc. ut *in* conven*tu* matr. *quum* habuisset.

— 6. fu*neram*bulos. fili*us* exstitit. Caesare *ludis* subtit. — statim*que* per castra. max. insignis (omisso *ipse*).

Cap. 7. etiam et in parv. arctissima annona. vetuitque, simulac. adaquari.
— 8. sodalesque patrios. iter ingressus. vehicula. provincia ingr. sacr. et inter aedem.
— 9. Supervenerunt et. et virg. honestae. Jovis divinae. — simil. et a fat.
— 10. dein institio. prudentiaque et aetate. decurso appulit. justum piumque fav. Diis.
— 11. mors sui Vind.
— 12. Gallisrumque cunctantius. ablatam a Tarr. quos ex remig. (omisso voc. Nero). non immisso modo. — sine commodo ullo. paraxidem. coraulo. manu sua pecul. (sine e).
— 13. venitione unus a villa.
— 14. Livius leg. ejus. Icelius. summe (h. e. summae) equ. gradus. adesse abutendum.
— 15. pretio addici. impunitatem nos. pop. Rom. deposcenti. pro Tigellino saev. (omisso etiam).
— 16. flagrabat. solito praeponi. neque gratam rem hab. — se militem legere, non emere. sed max. furebat.
— 17. Pisonem Lic. produxit in c. ne tunc donatione ulla. — quo facilius. praeficiendi.
— 18. speculator. Tusc. excurrisset. atrumque juxta senem.
— 19. amplius quam cont. (omisso nihil, sed relicto spatio). — in publicum objicerent. ac advenire frequ.
— 20. Germanorum vexill. Neronianus libertus. in patr. suum. dispens. argutus.
— 22. usque eo abundans.
— 23. ut primum licitum est.

OTHO.

Cap. 1. M. filius Otho. multarumque et magn. detectis. lectum inter patr. splendida fem. duos filios tulit. Mox deerat voc. Marcum. vixdum nub. Germanico filio.
— 2. Kal. Majas. non habitaret in Sen.
— 3. die, quam matri Nero nec. dest. non ad advert. susp. — Pompejam Sab. nuptiarum spem. missos ad exercendam. deducto matr. et satis visum. acrior in unum omnem. hoc discidio innotuit. moderationem atque abstinentiam.
— 4. cor... Galliae primus accepit. imparaturum. nec ea via minus.
— 5. Speraverat Otho fore. in diem. at primo. res est.
— 6. donec commissa mora. obvioque non al. quasi id dem. ipsi rel.

Cap. 7. Deix. brevi oratione.
— 8. Germanici exerc. jam*que* duxibus. Verba: *nulla ne*— *conditis* deerant. *aver*tissimis auspic. caesas *dictavit*.
— 9. quin trahi *illum*. *propositum* cepit.
— 11. abire *temptabant*. *tanquam* desertores.
— 12. compe*tit*. fuisse. *calvusque traditur*. cotidie. linire.

VITELLIUS.

Cap. 1. *ac* etiam sord. exstat*que elog*ii. *Fanno*. *ju*dicia st.— missos.
— 2. *consuturis*. *praelatus eloquio*. *aliter* ante *adire* alia manu scriptum. pro *maximo* munere (superscr. *vel summo*).
— 3. para*lipsi*. *Ac* Vitellius. VII. I*dus*. *nec* quae prov.— pueril. primam (sine *que*). perp. spin*terio*.
— 4 locum *habuit*. *quum* pecul. merito.
— 5. curam*que* operum. *stag*num.
— 6. Fund. *petrono* patre.
— 7. praestolantium (adscr. l. *petu*lantium v. *postulantium*). — det. tur*ba*. et in *his*. velut *Deo donum* obl. III. Consulis. rec. etiam experim.
— 8. supplicia *impressit*. conc. *carmini*. etiam super. (sine *jam*). qui pr*ior*.
— 9. praem. agmi*ne*. lustra*vit*que.
— 10. jus*sa* Trib. utque *etiam* campos. neo eo *serius*. propalam *auxerit*. dedican*dam*.
— 11. aliquid et de Domitio.
— 12. *et* mutua lib. *re*prehendisset.
— 13. a *Parthia* usque.
— 14. *inque* frig. pot. in*ter* Kal. Oct. propositus est. in mor*te*. *cata* muliere. Alii tradunt.
— 15. *di*lectum. Be*bri*acenses. cunctis *de*clam. eadem *illa*.— metuen*tes sui* sub*ito*. *compre*ssit. jurare *et* ceteros. — solut*am*. in ae*dem*. il*lum* esse Conc.
— 16. Suasit*que*. hostes approp. contin*uo*, *et* qui simul erant. re*le*gato. cul*citra*.
— 17. ab *his*. quis esset. religa*tus*. coma *a* capite.
— 18. conjectu*ra* eorum.

VESPASIANUS.

Cap. 1. *De rebel*lione tr. Pr. locus etiam ad sext. m.. Spole*tum* euntibus. Ad voc. Vespasi*ae* adscriptum in marg. lege *anae*. magnum *jud*icium. Petronii patrem (suprascr. l. *nium*). *muni*cipem operarum. *soleant* (ita correctum).

Cap. 2. C. *Pompejo* Sabino. ne quid oculorum consu. qu. fratre *adem*pto. tribuna*tum* — in *Tra*cia meruit. — sextoque vix adeptus est loco. *Gaj*um *nequeo* non. — Germa*nia*. dignatus *est*.

— 3. Sabrac*ensis*. de*ligat*am. Fer*enti*. Domic*ill*am. libertam *et amavit*.

— 4. Narcissi *in gratiam*. translatus *est*. *Noc*tem. in *diti*onem. partim Auli Legati consularis. in brevi spatio. nec sine m. *indi*gnatione. jacta *sint*. obliga*ret*. *qui*. impetra*ret*. condormisc*eret*. ut et industriae exper*tus*. additis *quoque* duabus ad cop. leg. — correcta castr. disc. (omisso *statim*). uno et altero proelio. scuto*que*.

— 5. non per*ama*vit. ipsos *de*cumbentis pedes. cypressus. — *atque* in Ach. ostenderet *recenter quidem* exemtum. — *tensam*. et *inde* in Circ. ac non post (omisso *multo*).

— 6. Moes. *exitus* bina *cum* tr. leg. ingressis iter. nihilo serius. r*umorem*. qui Vit. fec*isset*. *re*scripserunt. — Jud. exerc. (sine *deinde*). victorem Vitellium. ex praes*idia*.

— 7. Susc. *itaque*. *sed hoc* quoque accessit. *nu*llo modo rem. Teg*ere*. atque in *his*.

— 8. dolor*em*. ad omnem audaciam processerunt. exauctor*ita*vit. *fla*grantem ungu. quum *ei*. maluissem *ali*um *abole*visses. ab *hos*tia. *Tra*ciam. si possessores *cui aedificatores* cessarent. *confecit* deerat.

— 9. item*que*. *differre* deerat.

— 10. maj. *ad* modum.

— 11. filiorum familia*rium*.

— 12. *quando* et con. nihil ornamen*ti*. scrut. salutantes.

— 13. lev*iss*ime tulit. retra*xere*. oblatrantem*que* nescio quid.

— 14. dotavit *etiam*. Morbo*v*iam. Pomp*us*ianum.

— 15. reper*ire*tur. qui rever*surum*. *laetatus* deerat. *neque* etiam.

— 16. *ob*missa. *et* auxisse. ven*dicare*. *tu*mentes.

— 18. ple*bis* ulam (an ple*bis gulam*)?

— 19. *appellari* tr. quadringen*ta*. *Carpejo* Diod. dabat sicut Saturnalibus. ita *per* Kal. Mar*tias*. *nec* sic qu. *Cibiotandem*. Fa*no* archi*minio*. dicta *viri*.

— 20. nit*enti*. *de quo* quidam. in *eri*sterio.

— 21. de*in* perl. ipse *se*. *post* dec. locum def. *Gnidis*. domestica.

— 22. in qu. et *haec*. quad*ringenti*.

— 23. Verba *jus fisci* deerant. nuncia*ntes* lega*tos*. *vel* cont. — cet. prodigia. stella crin. coelo. Ju*niam* Calv. *de* g. A.

Cap. 24. protinus*que*. *Citillas*. mun. Imperato*ris*. oporte*ret*. — su*l*levantium.
— 25. *se* vidisse. med. parte (sine *in*). ipse *et* filii.

TITUS.

Cap. 1. *utut* odio.
— 2. *Gajana*. Septiconium. sordi*bus*. perparvo obscuro (sine *et*). Nar*cisco*. *ullo* modo. qu. omn. memor.
— 3. Lat. linguae Graecaeque. finge*ndo*. *usque* post *extemp.* alia manu scr. certa*men* imitari.
— 4. statuarum ejus et imaginum. A*recidiam* Tertul*lam* patre Equ. R. *natam*. praeto*ria*rum. Fur*vil*lam. *ex equestr*. deinde hon. *Traci*am et Gam. urbes Jud. val. sub fe*mori*bus. *circa* se.
— 5. *addi*toque *Pha*phiae. Jerosol. *XII*. propugn. decedente. *aut* remaneret. desciscer*e*. Or. sibi regnum. de mor*te*. de*in* Puteo*lis*.
— 6. consularem (omisso *virum*). *aver*so rumore.
— 7. co*mes*sationes. suspecta rap. nec vitio ullo. praecipueque *sunt usi*. Ber. sed *exspecta*re omn. in publ. coetu. *et* solitas. *ter*misque. exstruc*tas*.
— 8. al. non haberent, quam si *eas*dem *is*dem. *animum* deerat. to*ta* die. *Suevii* montis. in Vesen*io*. lan. *moribus*. sub*i*ci ac ven. in s. *adve*hi.
— 9. *puni*turum adjura*tis*. con*junc*tos. docens. si *qua* praet. salvum filium. sed ins. die. *ferra*menta. — venturum *quoque*. neque *se* ponere, *at*. ut primo (omisso *a*).
— 10. dim. *paludamentis*. *non* ipse. *nec* cuiquam.
— 11. *duos* add. al. manu. *con*currit. ob*secra*tisque. congessit, quantas *nec* vivo. *quidem* al. m. scr.

DOMITIANUS.

Cap. 1. *VIII*. Kal. Nov. adol. tem*pus*. arg. vas. pollicen*ti*. — var*iae* superst. depr. non potue*rint*. *inde* progressus. Dom. *et* Long. officia urbana.
— 2. Germani*am*que. ob *hoc* correc*tus*. quotie*ns*. *jus ex* consul. i*nire* mod. depoposci*ssent*. militi *offerret*. — *vim* struere fratri. *propalam*que.
— 3. hora*rum*. a *Fu*bio Crispo.
— 4. etiam duplex equestre. Verba *ac pedestre* al. m. scripta. ad *lychin*nos. ante pedes *ejus* stabat *puer coconcinatus*. parvo portentosoque *capillo*. *et* quid sciret, *et quid* sibi v. esset. *vena*les pugnas. *e fosso*. proxi-

mb Claudius. *facilius* al. m. scr. *cycharoedas* chorocycharistae. *philocycharistae*. cur*sum* etiam virg*inis* certa*mine*. *forte* ducti. trecen*tum*. *die* aberat. — pleb*eis*.

Cap. 5. in *quibus* et. stadium et *ex metodium*. max. *ortus*.

— 6. sponte in *Dachos*, et mox *de Cadis*. barb. copias. — praesagiis prius — com*pererit*. ip*sum* quo dimi*candum* *erat*. *divulga*tum est.

— 7. in commu*nes* rerum u*sus*. rectarum coen. perseve*ravarit*. equi*tesque* Rom. aureos *trinos*.

— 8. ne semper (omisso *se*). accommod*aret*. *vocavit*. auctor et *tunc plus* fuit. corr. morum. *vocaban*tur. — lege *Catinia*. *Osculatis* sor. corr. relegasset (omisso *earum*). *deinde* longo int. stupr. *virginis*.

— 9. desti*narit*. liber*alitatis*. omni*s erga* se. Ru*sti* Casp. reos *autem*. prox. apud aerarium. accus. *quia*. in *perpetuum* don. Ad *subsecivu* not. *sucina* l. *licina*. veteribus *prioribus* poss.

— 10. et *tunc* max. aegrum. quod *Trecem*. ob*jecerit*. *Cinicam* Cor*ealem*. Orf*icum*. Gl*abron*em. quemque levissima. *heu tacto*. quodque *cito* hort. Salv. *Occeanum*. Imp. *vitrici* sui. imp. gene*si*. in membra*nas*. Verba *ac ducum* aberant. quod *petitus thea sed* et. *eos* aberat post *sanct*. phil. o*mnis*. *filium* aberat post *Helvid*. die *in* destina*to*. part. *a*versae. *ex* notior. Tribu*nos*. *neque* apud mil.

— 11. in *throno*. principii *levi*tas. neque *omni* ab re. a pietate *nra*.

— 12. n. eo *serius*. haerer*et*. viv. *ac* mortuorum. adver*sus* maj. uno existente. viver*et* vitam. a procuratore (suprascr. *procuratione*). circum*septus*. *a* juv. — *His*tria.

— 13. se fratri et patri. *et* illos. *evo*catam eam. acclamari*que*. *tantos* ing. cons. *hoc* fieri jubet. *et* pond. certi. *La*nos *artus*que. inscriptum sit arcui. Mox verba, quae sunt in vulg., *aream et calvitium*, deerant, superadd. alia manu: APKEI. nec *qui*cquam. suscepisset (*imperium* al. m. scr.).

— 14. jam pri*die*, Adolesc. *tuo* Cal*d*aei. semper*que* anxius. — propositi de exc. vin. *ex*cogit. hon. neo nisi (omisso *et*). in ma*nu*.

— 15. negantem*que*. accur. impe*tra*vit. *ut* aberat post *evenit*.

— 16. Verba *cubiculo* — *afferret* alia manu scr.

Cap. 17. *idem* lavantemne. *in* ipsa horam. *arrepto*. *dummodo* ferrum. *Philix* nutrix. filiae Titi.

— 18. in *jumenta*. etiam hoc simul illum consolans. *eadem remanent mecum* cap. fata.

— 19. etiam ita ex industria. efficeret.

— 20. nec *elegantia*. *sucrucum*.

— 21. quotiens. super coen. *Praetor*. *matrianum*. ominabatur.

— 23. statimque Divum. cont. *et* acerb. solo *affigi*. *galbam* sibi.

DE ILLUSTRIBUS GRAMMATICIS.

Cap. 1. ne in usu qu. *olim*. antiqu. doctorum *quidem* et poetae et semigraeci erant (omisso *oratores*). *aut* si quid ipsi Latine comp., prae*alle*gebant. fer*an*tur.

— 2. inter sec. *et* tert. bellum (omisso *Punicum*). quum reg. Pal. (sine *in*). exemplo fuit (omisso *ad imitandum*). commentandoque ceteris. *uno* volumine. — quae legisse *se*. praedic*ant*. Grammatic*am*. In fine deerat voc. *usus*.

— 3. Initio aberat praen. *Lucius*. *M*. Metellum. tra*dun*tur, pretia *vero*. Luc*t*atium. Mel*iss*us. *Panosagasema*. *DCC numûm a* Q. Catulo. condu*ctos*. edocuis*sent*. *in*gressu.

— 4. Nepos libello. eos qui diligenter. epistola *ostendit*. — *ne* cum Sig. quidem. a Grammat*ica*, *ne* illum quidem. namq*ue* apud maj. quem *non* literatum. discr. *possessoribus*. *para*phrases, *allo*cutiones. omitti jam vid*es*. statim ludo.

— 5. praeter commentat*ores*. libert. *se* dupl. cogn. esse *per* hoc indicat. Saevius Post*in*us idem *ac* Marcus docebit.

— 7. *Scitabachi*onis. in *iis* M. Cic.

— 8. *Marcus* Pomp. ut coactus *sit*. ann. *Ennii*. dic*it*.

— 9. Pu*pil*lus. *primo* aberat ante *appar*. Ad voc. *Perialogos* adscr. *f*. περὶ ἀλόγων, *de iis*, *quae contra nationem* (l. naturam) *fiunt*. negligent*iore*. acer*be*. quos omni *in occasione*. marm*oreo*, habi*tum*.

— 10. *Atrius*. Athenis *est* natus. Cap. Attejus *natus*. ut *a* nimia. *adjutor* deerat. ad sum*ma*. in *quis*. de rat. *scri*bendi. Asinium cred. *utque* maxime.

— 11. ad poetic*as*. inscripsit praeter gr. lib. senec*tutem*. — pauper*tate*. ab*ductus*. depict*am* m. *assilla*. sapien-

tiam sit assecutus. tres *calculi*, sed. farris. et rursus (omisso *idem*).

Cap. 12. Epica*dus*. *in* sacerdotio. qua*si* nunquam.

— 13. *Sta*berius hero suo *morem* emtus. propter studium.

— 14. codic. Mem*mio*. nihil Romae. *opinor* deerat, etiam Graeca relicto spatio. ita me haberem (sine *si*). mecum illum habere. mihi *sollici*tudo. mol. esse *possem*. Verba *quum — non possit* deerant.

— 15. *Laenas*. Tell. *templum*. oris *probum*. mon*struo*sum. pretium su*um* retulisse. *atque* doctr.

— 16. libertus *Sarti*. post *inde*. alios poetas *per*legere. — *Et* Epirota.

— 17. in*tra* se. ne*que* amplius. cent. sest. *circa henicu*lum. in quo *facto*.

— 18. mox Pan*sa*. in *parcula*. *vota* sua exstit*erant*. quum *et* doceret.

— 19. cujus etiam lib*ris*.

— 20. *etsi* deerat. ad*ductum*. *et audiit et* imitatus est. — *qui quum* admodum pau*per* decess*isset*. *ex* liber.

— 21. qu*od* elegan*ter* curam. *lo*corum scribuntur. trach*e*atas.

— 22. exact. mo*de*stissimus. qu*od* Cassius. esse ill*um* Latinum. certe jam mentitur.

— 23. *Quintus Remnius*. prae*sagante* Virgilio. Palaem. *mili*tem. la*vare*. sum*tus*. qua*dringena*.

— 24. quamvis *omnes* contemni. et *amovere* curavit. idque perraro nimis. Pauca.

DE CLARIS RHETORIBUS.

Cap. 1. *Senatusconsultum* aberat, item praen. *Cajo*. de Phil. et Rhetoribus. ut *si* ei. *item dixerunt*: *ne* rerunc. juventus ad quos in lu*dum*. La*tine scilicet* Rhetoras. in ludos *intra*re. quapr. et *in* iis. *vobis non placet*. *etiam* Graece declamavit. et *quod cum* Consul. cau*sas* Caesaris. Caesar primo imp. a. proflu*it* copia, adeoque *fluit*. *cum* breviter *ac* presse. *dum* utilia. *historiis* deerat. appell. *additis*. adi*ere*, pepig*ere*, solv*ere*. piscis nullus *af*fuit. — in liber*tate*.

— 2. Cicero *in epistola* ad M. *Lucium* deerat. apud eum exercer*e*tur.

— 3. Pil*utus*. ing. *et* studium. *scribi* deerat.

Cap. 4. ludum dicendi. *a* C. Epidio. fl. *Scarni.*
— 5. *Tibi et* joci causa. com*peri*torum tuorum. *falsum animo* hominem. *in te* deerat. *vulnera secun*dum jugerum.
— 6. sedens in *opere.* cal. den*sum.* declama*re aut gemere.*— Pisonem *personalem.* qu. oohibe*rent* lictor*es.* ut deplorato. st. in *ispeum* erat. senior vomic*e* Novarium. Fini adscripta verba: *Nil amplius reperitur.*

*) COLLECTANEA
DE
VITA ET SCRIPTIS
SUETONII TRANQUILLI
ex Angeli Politiani in hunc Scriptorem Praefatione potissimum desumta.

C. *Suetonius Tranquillus patrem habuit Suetonium Lenem* 1), *tertiae decimae legionis bello Othoniano Tribunum angusticlavium. Natus est circa initia imperii Vespasiani: nam XX annis a morte Neronis adolescentem, item imperante Domitiano adolescentulum se ipse nominat.* 2) *Adeptus erat et ipse tribunatum militum; sed contulit statim in propinquum suum Caesennium Silvanum.* 3) *Post Magister Epistolarum imperatoris Adriani, eo honore privatus est, quod apud Sabinam Principis uxorem familiarius egerat, quam reverentia domus aulicae postulabat.* 4) *Matrimonium ipsi parum felix, sine liberis: quare intercessione Plinii junioris jus trium liberorum ab imperatore Trajano obtinuit.* 5) *Praeter Vitas duodecim Caesarum (quas*

---

*) Haec ex ed. Bipont. reddenda curavi, notitiam literariam de Suetonio, ut prolixiorem pro nostrae editionis ratione, praemittere nolui.

1) Vid. Vitam Othonis cap. 10. Avi sui mentionem facit in Caligula cap. 19.

2) Neronis cap. ult.

3) Cf. Plin. Epist. L. III, 8.

4) Ael. Spartian. in Hadrian. cap. 11.

5) Plin. Epist. L. X, 95.

octo libris ita complexus est, ut prioribus sex singuli Imperatores; septimo solstitiales illi, Galba, Otho, Vitellius; octavo gens Flavia, comprehendantur) scripsit haec, quae recenset Suidas: De Graecorum lusibus librum unum: De Romanorum certaminibus et spectaculis duos: De anno Romano unum: De notis unum: De Republica Ciceroniana, contra Didymum, unum: De nominibus propriis, deque vestium generibus: De ominosis verbis: De urbe Roma et ejus institutis moribusque, libros duos: De stemmatibus illustrium Romanorum. Citantur et hi Suetonii libri: -- De Regibus tres, ab Ausonio; De institutione officiorum, a Prisciano; et ab eodem De Praetoribus plures: nam etiam octavum allegat. Attribuuntur insuper Suetonio libri, De triumphis: De Poëtis: De vitiis corporalibus: De rebus variis. Sed ut duo posteriores a futili tantum auctore Servio citantur, ita De institutione officiorum, et triumphis, e libris De urbe Roma fortasse petiti sint; atque De Poëtis comprehensi fuerint libellis De Grammaticis et Rhetoribus etc. quorum quaedam habemus. Alium quoque Suetonium citat Vopiscus, etiam Historicum, sed cognomento Octavium: ejus nihil exstat. Verum cum mentio Vopisci facta sit, lubet haec collectanea ipsius de hoc nostro testimonio finire. Vocat igitur emendatissimum et candidissimum scriptorem. Quo elogio omnia dixit.

NOTITIA LITERARIA
DE
C. SUETONIO TRANQUILLO
EX

Jo. Alb. Fabricii Bibliotheca Latina a Jo. Aug. Ernesti auctius edita Tom. II. Cap. XXIV.

SUETONII aetas. 1)

C. Suetonius 2) Tranquillus, Grammaticus et Rhetor Romanus, scriptor, Vopisci judi-

1) Res ad Suetonium pertinentes narrarunt praeter *M. Ant. Sabellicum* et *Phil. Beroaldum*, Anonymus, cujus *Collectanea s. loca ex variis auctoribus excerpta, quae ad Suetonii genus, vitam, studia, et opus de XII Caesaribus pertinent*, leguntur in Sam. Pitisci editione Suetonii, Leovardiae 1715. 4. Tom. II. p. 1174. sqq. et in Petr. Burmanni edit. Amst. 1736. 4. Tom. II. p. 489. sqq. *Dan. Guil. Mollerus in Dissertatione de Suetonio Tranq. Altorf.* 1685. 4. *Martin. Hankius de Romanarum rerum Scriptoribus* Lib. I. p. 110. sqq. Lips. 1688. 4. *Laisne* in *Remarques sur la personne et les écrits de Suetone*, quae invenies in *Nouveau Recueil de Pieces fugitives de Mr. Archimbaud* T. I. Paris 1717. 12. p. 23. sq. *Jo. Nic. Funccius* in *Tractatu de imminenti Latinae linguae senectute* c. VIII. §. LI. sqq. p. 555. sqq. Quibus add. *The Life of Suetonius* in Biographia classica Lond. 1740. 8. Vol. II. p. 231.

2) Tranquillus dici maluit, cum pater ejus Suetonius Lenis diceretur. Diversus a *C. Suetonio Paulino*, de quo Tacitus XIV 36. et Xiphilinus in Nerone, quemque cum Tranquilli parente confundit Muretus XV, 11. var. lect. et Xicco Polentonus in vita Suetonii nostri ap. Pighium in Annalibus Rom. III. p. 600. Fuit et *Suetonius Octavianus*, a quo vitam Taciti Imp. scriptam refert Vopiscus.

cio[1]), emendatissimus et candidissimus, Plinii[2]) junioris amicus, et ab eo adscitus in contubernium, Trajani beneficio, cum ἄτεκνος esset, jus trium liberorum consecutus, Magister Epistolarum, sed ab Hadriano remotus ab illa provincia, quod apud Sabinam, uxorem Imperatoris, injussu ejus, ut ait Spartianus, familiarius se gessisset.

SCRIPTA *Suetonii.*

Ex scriptis ejus exstant 1. *Vitae XII Imperatorum*, pari libertate[3]) ab eo descriptae, ac ipsi vixerunt: *C. Julii Caesaris*, (quae initio mutila esse videtur Turnebo, Ursino, Torrentio, Pitisco, et ante hos Ludov. Vivi, qui etiam supplementi loco quaedam de Julia gente Caesarisque juventa commentatus est, quae occurrunt in editione Suetonii Plantiniana cum Torrentii notis 1574, 8. et in Vivis operibus Tom. I. p. 686. seq.) *Octavii Caesaris Augusti*, *Tiberii Neronis Caesaris*, *C. Caesaris Caligulae*, *Tib. Claudii Drusi Caesaris*, *Neronis Claudii Caesaris*, *Sergii Sulpicii Galbae*, *M. Salvii Othonis*, *A. Vitellii*; *utriusque Vespasiani*, *et T. Flavii Domitiani.* Hae vitae in quibusdam Codd. et Suidae testimonio in VIII[4]) libros tribuuntur,

---

1) In vita Firmi cap. 1.

2) Plinius X, 95. ad Trajanum: *Suetonium Tranquillum, probissimum, honestissimum, eruditissimum virum, et mores ejus secutus et studia jampridem, Domine, in contubernium assumsi, tantoque magis diligere coepi, quanto propius inspexi.*

3) Hanc a Tillemontio in Histor. Imperatorum et aliis quibusdam reprehensam recte tuetur Baelius in Lexico edit. secundae: ubi etiam observat, Chronologici ordinis securum Suetonium vitas per rerum capita maximam partem digessisse, et diligentissime annotasse, quae ad vitam, mores, indolem et ingenium cujusque Imperatoris spectare observarit.

4) Lupus Ferrariensis Epist. 91. Suetonium de vita Caesarum

quam sententiam in sua editione sequitur Is. Casaubonus: nempe ita, ut priores Imperatorum sex vitae singulos libros constituant, vitae Galbae, Othonis, Vitellii septimum, reliquae tres Imperatores de gente Flavia octavum. At aliis, ut M Zuerio Boxhornio et Pitisco, qui numerum Suidae corruptum putat, singulae vitae singulos libros absolvunt, quibus praeit Vincentius Bellovacensis in Speculo Historiali, qui duodecim Suetonii libros laudat. Non praepostere res narrare, sed temporum libenter observare ordinem, ostendit Cardinalis Norisius Epist. ad Anton. Pagium T. 4. Opp. p. 760., etsi alioqui vitam quamque secundum rerum genera, non plane secundum temporum ordinem narrat. [1])

2. *Libri de illustribus Grammaticis.*

3. *De claris Rhetoribus libri*, sed majori parte mutilus. 4. Ex libro *de Poëtis* [2]) est *Vita Terentii* a Donato excerpta, *Vita Horatii*, quam Porphyrio ad Horat. lib. 2. Epist. I. diserte tribuit Suetonio, *Vita Persii*, *Vita Lucani*, et *Vita Juvenalis*, quam alii malunt referre ad *Probum*, sed ex orationis convenientia Suetonio vindicat Salmasius ad *Solin.* p. 320. Item e Suetonii Vita Virgiliana multa ad verbum repetit Donatus.

---

in duos nec magnos Codices divisum a Marquardo Abbate mitti sibi desiderat: quod tamen de voluminibus capiendum.

1) De scriptis Suetonii novissime diligenter egit *Edmundus Burton* in *Observations on the character and writings of Suetonius*, in ejusd. *Ancient Characters deduced from classical Remains*, Cambridge 1763. 8.

2) Confer Rol. Maresii Epistolas p. 473. edit. Lipsiens. 8., et Vossium de imitatione cap. VIII. §. 9. Poësis unde coeperit, ex Tranquillo refert Isidorus Hisp. Orig. VIII, 7.

****

PLINII *Vita et Liber de viris illustribus Suetonio praeter rem tributa.*

Plinii majoris vita Suetonio indigna est, ut judicat Casaubonus, et argumento non uno Vossius de Hist. Latin. ostendit, et Scaliger ad Eusebium non dubitat, plus quam quatuor seculis scriptam esse post Suetonii obitum. Aliam ejusdem Plinii vitam, incerto auctore scriptam, vulgavit post alios Joannes Harduinus. *Liber de viris illustribus* non magis Suetonii est, quam Plinii junioris, sed Aurelium Victorem auctorem habet. Similiter falsi fuere, qui ex loco Orosii VI, 7. *libros* Caesaris *de bello Gallico* ad Suetonium retulere, de quibus Baelius in Lexico edit. sec. in *Caesar*, nota 5. De Plinio tamen nonnulla, ut ex Tranquilli Suetonii catalogo virorum illustrium, affert Vincentius Bellovacensis libro X Speculi Hist. cap. 67. Rabanus Maurus de Arte Grammatica Tom. I. Opp. p. 46.: *Tranquillus vetustae scriptor Historiae sic de poëtis Gentilium et de poëmatibus refert: Cum primum homines exuta feritate rationem vitae habere coepissent, seque ac Deos suos nosse, cultum modicum ac sermonem necessarium commenti sunt* (ita ex Isidori VIII, 7. Orig. lege pro *convenientibus*) *sibi: utriusque magnificentiam ad religionem Deorum suorum excogitaverunt. Igitur templa illis, domibus pulcriora, et simulacra corporibus ampliora faciebant. Ita eloquio etiam quasi augustiore honorandos putaverunt, laudesque eorum et verbis illustrioribus, et jucundioribus numeris extulerunt. Id genus quia forma quadam efficitur, quae ποιότης dicitur, poëma vocitatum est, ejusque fictores poëtae.*

SCRIPTA deperdita.

Multa alia scripserat Suetonius, quae interciderunt. Ex his fuere: Περὶ τῶν παρ' Ἕλλησι παιδιῶν, *de ludis Graecorum* lib. I. Suid. in Τράγκυλλος, et Servius in V. Aeneid. ubi male exeusum *de puerorum lusibus.* Laudant etiam Tzetzes Chil. VI. hist. 85. et Eustathius ad Iliad. α'. *Lib. I. Historiae ludicrae* Gell. IX, 7. *De spectaculis et certaminibus Romanorum*, περὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίοις θεωρικῶν καὶ ἀγώνων lib. II. Suid. Περὶ τοῦ κατὰ Ῥωμαίους ἐνιαυτοῦ, *de anno Romano* lib. I. id. Περὶ τῶν ἐν τοῖς βιβλίοις σημείων, *de notis, quibus Critici in libris utebantur*, lib. I. id. Περὶ τῆς Κικέρωνος πολιτείας, *pro Ciceronis Republica*, adversus Didymum Chalcenterum Grammaticum (qui Ciceroni maledixerat, teste Ammiano XXII ult.) Suid. Περὶ ὀνομάτων κυρίων καὶ ἰδεῶν ἐσθημάτων, καὶ ὑποδημάτων, καὶ τῶν ἄλλων, οἷς τις ἀμφιέννυται, *de nominibus propriis, et de generibus vestium*, Suid. et Servius in VIII. Aen. Περὶ δυσφήμων λέξεων ἤτοι βλασφημιῶν, καὶ πόθεν ἑκάστη, *de vocibus mali ominis sive maledictis, et unde quaecunque*, Suid. et Etymol. in ἀρχολίπαρος. Περὶ Ῥώμης, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ νομίμων καὶ ἠθῶν, *de Roma ejusque institutis et moribus*, libri II. Suid. In hoc opere fortassis tradiderat etymologiam vocis triumphi, quam e Tranquillo affert Isidorus XVIII, 2. Originum. Στέμματα Ῥωμαίων ἐπισήμων, *Stemmata sive Genealogiae illustrium Romanorum*, Suid. *Libri III de Regibus*, quos carmine in epitomen coëgerat Paulinus, teste Ausonio Epist. XIX. *De institutione officiorum*, Priscian. lib. VI. *Praetorum liber octavus*, id. libro VIII. *De vitiis corporalibus*, Serv. in Aeneid. VIII. *De rebus variis*, id. et Charisius lib. 2. Etiam in Isidori Hisp. libro de natura rerum c. 37. quaedam nomina vento-

rum e Tranquillo referuntur, et c. 38. locus magnus de signis tempestatum ex *Tranquillo in pratis*: sed puto legendum *in variis*. Joannes Grialus legit *in pratis*, ut λειμῶνας sive *prata* inscripserit libros suos de rebus variis: alii *in parergis* vel *Arateis*: quae lectiones minus placent.

C. SUETONII
TRANQUILLI
XII CAESARES.

C. IULIUS CAESAR

[1] Annum agens sextum decimum, patrem amisit: sequentibusque Consulibus, Flamen Dialis destinatus, dimissa Cossutia, quae, familia equestri, sed admo-

Annum agens] Initium hujus libri, quale auctor conscripserat, periisse plerisque videtur, desiderantibus maxime prosapiae Caesaris mentionem historiamque pueritiae, quam, reliquorum Imperatorum vitis praemissam, in hoc uno praetermisisse Suetonium, credere vix licet. Accedit ad rationes satis graves librorum varietas, qui vel omittunt initio nomen, vel diverse praeponunt, ut adeo repetitum istud post libri inscriptionem librariorum sedulitati tribuendum videatur. — Natus est Caesar A. U. C. 654. C. Mario VI. et L. Valerio Flacco Css., Idibus Quinctil., unde huic mensi *Iulii* nomen postea datum. (v. c. 76.) Obiit igitur pater A. U. 670. L. Cornelio Cinna IIII., Cn. Papirio Carbone Css. De ejus morte *Plin.* H. N. 7, 54. (ed. Franz.) „Nullis evidentibus causis obiere, dum calciantur matutino, duo Caesares, Praetor (Lucius), et praetura perfunctus Dictatoris Caesaris pater (Cajus), hic Pisae exanimatus, ille Romae.“ — De *gente Iulia* copiosissime exposuit *Glandorp.* Onomast. p. 414. sequ., de Caesare Dictatore p. 425. sequ. v. etiam *Bayle* Diction. sub v. *César* not. R.

Flamen Dial. destinatus] Suo loco mota haec verba aliis videntur, aliis ab aliena manu inserta, ob difficultates chronologicas. Nam *Vellej.* 2, 43. „quum paene puer a Mario Cinnaque Flamen Dialis creatus, victoria Sullae, qui omnia ab iis acta fecerat irrita, amisisset id sacerdotium.“ Eo autem anno, quem Noster dicere videtur (A. U. 670. v. 671.) fato jam cessrant Marius et Cinna, ille 667., hic 669. Inter plurimos, qui

dum dives, praetextato desponsata fuerat, Corneliam, Cinnae quater Consulis filiam, duxit uxorem, ex qua illi mox Iulia nata est; neque ut repudiaret, compelli a Dictatore Sulla ullo modo potuit. Quare et sacerdotio, et uxoris dote, et gentiliciis hereditati-

---

in hac arena desudarunt, de quibus plura v. apud Oudend., optime rem explicuisse videtur *Wesseling*. Observ. 2, 18., qui, Caesarem jam A. 667. in Merulae locum Flaminem destinatum, ea tempestate, de qua Sueton., dimissa Cossutia, Corneliam duxisse, existimat, provocans ad morem Nostri, brevitatis studio multa saepe uno commate complectentis, tempore diversa, cujus exemplum, nostro assimile, vide Tiber. 9. fin.; atque ita etiam interpunxi, ut sensus existeret: Caesar, jam prius paene puer Fl. D. destinatus, sequentibus Cons. h. e. sequente post patris mortem anno, dimissa Cossutia, sequ. — Caesarem autem *destinatum* (h. e. *designatum*, ut *Tac.* A. I, 3. *destinari Consules*) modo, nunquam inauguratum fuisse Flaminem, docent et sequentia, ubi *sacerdotio multatus* dicitur, et *Vellej.* l. c. et *Plutarch.* Caes. 1. *ὡς — μετιὼν ἱερωσύνην εἰς τὸν δῆμον προῆλθεν* (ita leg. pro *προςῆλθεν*), *οὔπω πάνυ μειράκιον ὤν, ταύτης μὲν ἐκπεσεῖν αὐτὸν ὑπεναντιωθεὶς Σύλλας παρεσκεύασε*, confirmat etiam *Tacitus*, qui A. 3, 58. „duobus et septuaginta annis post Cornel. Merulae caedem *neminem suffectum*" dicit, ubi Lipsius scrupulum, qui ex n. l. oriri posset, removit. — Ceterum *Flamines* (Dialis, Martialis, Quirinalis) nonnisi e Patribus legebantur. Ritus electionis v. apud *Tac.* A. 4, 16. De ejusdem dignitatis cerimoniis agit *Gell.* N. A. 10, 15.

praetextato] i. e. ante sumtam togam virilem, quam quo aetatis anno induere soliti fuerint, controversum est. v. ad Aug. 8. — De voc. *praetextatus* v. ind. Ita *Vellej.* 1, 10. „duos minores natu *praetextatos* habuit." Id. 2, 59. „obiit, *praetextato* relicto filio." *Quinctil.* Inst. 1, 8. „de quo genere optime C. Caesarem *praetextatum* adhuc accepimus dixisse."

quater Consulis] i. e. qui omnino quater Consul fuit, ut Vitell. 7. „*ter Consulis* filium." Alii interpretantur: *quartum* Cons.

Quare — multatus] Non de uno tempore haec intelligenda. Complectitur auctor Sullae injurias, quae ad diversas partes Caesarem transduxerunt. Sacerdotium sibi destinatum prius amiserat (v. supra), nunc et uxoris dotem et reliqua, eaque non tam lege Cornelia de proscriptione, ad dotem et hereditates extensa, quam poena arbitraria, ut statuit Ernest. — *Plut.* Caes. 1. init. *Τὴν Κίννα τοῦ μοναρχήσαντος θυγατέρα Κορνηλίαν,*

bus multatus, diversarum partium habebatur: ut etiam discedere e medio, et, quamquam morbo quartanae aggravante, prope per singulas noctes commutare latebras cogeretur, seque ab inquisitoribus pecunia redimere; donec per virgines Vestales, perque Mamercum Aemilium, et Aurelium Cottam, propinquos et affines suos, veniam impetravit. Satis constat, Sullam, quum deprecantibus amicissimis et ornatissimis viris aliquamdiu denegasset, atque illi pertinaciter contenderent, expugnatum tandem proclamasse, sive divinitus, sive aliqua conjectura:

ὡς ἐπεκράτησε Σύλλας, οὔτ' ἐλπίσιν, οὔτε φόβῳ δυνηθεὶς ἀποσπάσαι Καίσαρος, ἐδήμευσε τὴν φερνὴν αὐτῆς.

ut etiam — redimere] Infinitivos *discedere* et *redimere*, pendentes a *cogeretur*, praetuli ob orationis concinnitatem. Al. *discederet* et *redimeret*. Rem *Plut.* l. c. ita: συχνὸν μέν τινα χρόνον πλανώμενος ἐν Σαβίνοις ἔκλεπτεν ἑαυτόν· ἔπειτα δι' ἀῤῥωστίαν (sine justa ratione Casaub. maluit δι' ἀῤῥωστίας) εἰς οἰκίαν ἑτέραν μετακομιζόμενος, κατὰ νύκτα περιπίπτει στρατιώταις τοῦ Σύλλα διερευνωμένοις ἐκεῖνα τὰ χωρία, καὶ τοὺς κεκρυμμένους συλλαμβάνουσιν, ὧν τὸν ἡγεμόνα, Κορνήλιον (Phagitam. v. c. 74.) πείσας δυσὶ ταλάντοις ἀφείθη. *Inquisitores* sunt igitur homines ad investigandum emissi, quos Gr. φυγαδοθήρας dici, notat Casaub.

per virg. Vestal.] quibus jus erat, pro afflictis preces interponendi, maxime intercedendi pro criminis capitalis reis. Exempla sunt apud *Cicer.* pro Font. 17., Nostr. Tib. 2. Vitell. 15., *Tac.* A. 11, 32. H. 3, 81. — *M. Aemilius Mamercus* v. *Mamertus* Consul fuit cum D. Bruto A. U. 676. (*Cic.* Brut. 47.), fuditque, quod Reines. annotavit e *Liv.* epit. 76., in bello Marsico Italicos, legatus Cn. Pompeji Consulis. *M. Aurel Cotta* consulatum gessit cum Lucullo A. U. 679. (*Cic.* Vers. 5, 13.) De propinquitatis affinitatisque cum Caesare ratione nihil constat, nisi quod Aureliam, matrem Caesaris, M. Aurelii sororem fuisse, e n. l. colligit *Glandorp.* Onomast. p. 144.

sive div. s. al. conj.] h. e. sive Deo aliquo agitante eumque sermonem ut vaticinium suggerente, sive ad ita sentiendum humana tantum prudentia et accurata indolis Caesaris observatione commotus. Illud casum, hoc causas externas internasque rationes involvit. Similes loci sunt *Plut.* Pomp. 76. εἰ δή τις ἔτι Πομπηΐου λογισμός, ἀλλ' οὐχὶ δαίμων ἐκείνην ὑφηγεῖτο τὴν ὁδόν. *Dion.* 41, 46. καὶ τοιαύτην ἐλπίδα ἤτοι τηνάλλως, (ut Reimar.

Vincerent, ac sibi haberent, dummode scirent, eum, quem incolumem tanto opere cuperent, quandoque optimatium partibus, quas secum simul defendissent, exitio futurum; nam Caesari multos Marios inesse. [2] Stipendia prima in Asia fecit, M. Thermi Praetoris contubernio; a quo ad arcessendam classem in Bithyniam missus, desedit apud Nicomedem, non sine ru-

---

edidit) ἢ καὶ ἐκ μαντείας τινὸς εἶχεν., Similiter Claud. 13. *casu quodam an divinitus.*

Vincerent] ut antea *expugnatum* trop. de effecta tandem post multum laborem persuasione. Ita Tib. 21. *expugnatum precibus uxoris* et c. 37. *nec unquam ullis populi precibus potuit evinci.* Similem usum verb. μάχεσθαι, νικᾶν, ἐκπολιορκεῖν, καταναυμαχεῖσθαι notavit Casaub.

multos Marios] *Plut.* οὐκ ἔφη νοῦν ἔχειν αὐτούς, εἰ μὴ πολλοὺς ἐν τῷ παιδὶ τούτῳ Μαρίους ἐνορῶσι.

M. Thermi — contubernio] *Aurel. Victor* 82. „*contubernalis* Thermo in Asiam profectus." *Contubernio* ducis uti dicebantur juvenes nobiles, qui in eodem tentorio habitantes artem militarem ab eo discebant. v. ind., Cort. ad *Sallust.* Iug. 64., Manut. ad *Cic.* ad Div. 5, 20., Ernest. in Cl. Cicer. — De *Thermo* nihil constat, nisi Minuciorum hoc fuisse cognomen. Quem *Appian.* Mithrid. 52. pro Praetore fuisse relictum in Asia a Flacco, fascibusque a Fimbria privatum scribit (A. U. 669.), cum nostro eundem esse non posse, docuit jam Casaub. Alius in bello civili a Pompeji partibus stetit. *Caes.* B. C. 1, 12. *Flor.* 4, 2, 19. *Lucan.* 2, 463. sine dubio idem, qui Catonis collega fuerat in tribunatu. *Plutarch.* Cat. min. 27. Sed is *Quinti* praenomen gessit, Propraetor Asiae, A. U. 702., memoratus a *Cicer.* ad Div. 2, 17, Att. 5, 20. Ad eundem epistolae sunt Ciceronis L. 2, 18. et 13, 53. sequ. Dicitur etiam Thermus quidam cum aliis transiisse a Sexto Pompejo ad Antonium *Appian.* Civ. 5, 139.

apud Nicomedem] Fuit is Nicomedes IIII., a Mithridate regno exutus, sed restitutus a Romanis, quibus postea, quum sine prole decederet, regnum legavit. *Appian.* Mithrid. 7. ubi v. Schweigh. cf. Fabric. ad Dion. 43, 20. et patris mei elem. hist. ant. p. 413. — Ceterum Plutarchus haec omnia justo breviori narratione complexus Caes. 1. καὶ καταβὰς εὐθὺς (quum se ab inquisitoribus redemisset) ἐπὶ θάλατταν, ἐξέπλευσεν εἰς Βιθυνίαν πρὸς Νικομήδη τὸν βασιλέα· παρ' ᾧ διατρίψας χρόνον οὐ πολύν, εἶτ' ἀποπλέων, ἁλίσκεται περὶ τὴν Φαρμακοῦσαν νῆσον ὑπὸ

more prostratae regi pudicitiae: quem rumorem auxit, intra paucos rursus dies repetita Bithynia, per causam exigendae pecuniae, quae deberetur cuidam libertino, clienti suo. Reliqua militia secundiore fama fuit, et a Thermo in expugnatione Mytilenarum corona civica donatus est. [3] Meruit et sub Servilio Isaurico in Cilicia, sed brevi tempore. Nam Sullae morte comperta, simul spe novae dissensionis,

---

τυράννων seqq. De pudenda Caesaris cum Nicomede consuetudine v. infra c. 49.

rursus repetita] Illustrat hunc pleonasmum Bremius exemplis *Cornel.* Datam. 6. „minus *prospere procedebant*" et Alcib. 6. *rursus resacrare*. Infra etiam Tib. 65. *relata rursus*. Plura dat Freinshem. ind. Flori sub v. *rursus redire*.

per causam] i. e. sub nomine, sub praetextu, προφάσει. v. ind.

libertino] *Libertini* opponuntur *ingenuis*; iidem *liberti* dicuntur, addito nomine v. respectu manumissoris s. patroni. De alia multorum sententia v. ad Claud. 24. Ceterum h. l. praeter alios ostendit, fuisse nonnunquam libertinis patronos alios praeter eum, qui libertatem dederat.

reliqua militia] Ita c. 5. *tribunatu mil.* c. 11. *proscriptione*. v. Gronov. ad *Liv.* 5, 34. et ind. nostr. sub *in*.

corona civica] v. *Gell.* 5, 6. *Plin.* H. N. 16, 4, 5. Voc. *corona* h. l. a nonnullis omittitur, ut saepius. — De expugnatione *Mytilenarum* (sic scripsi auctoritate nummorum, et praeeuntibus Duker. ad Thucyd. 3, 5., Voss. ad Melam 2, 7., Oudend. ad h. l., Oberlin. ad Caes. B. C. 3, 102.) v. *Liv.* epit. l. 89. „Mytilenae quoque in Asia, quae sola urbs post victum Mithridatem arma retinebat, expugnatae dirutaeque sunt." Prius jam Mytilenenses superaverat Lucullus, Sullae legatus. *Plut.* Luc. 4. Mortuo interim Sulla, expugnatio absoluta est.

Servilio Isaurico] qui Consul fuerat cum Appio Claudio Pulcro A. U. 675. *Appian.* Civ. 1, 93. Est is P. Servil. Vatia C. F. M. N., qui postea Isauricus appellatus est, pater ejus, quocum Caesar consulatum gessit redux ex Hispania. A. U. 706. v. ad c. 35.

brevi tempore] Ante annum exactum A. U. 676. Romam rediit, M. Aemilio Lepido, Q. Lutatio Catulo Css.

spe nov. diss.] *Florus* 3, 23. „Cupidus — rerum novarum per insolentiam Lepidus acta tanti viri (Sullae) rescindere para-

quae per M. Lepidum movebatur, Romam propere rediit. Et Lepidi quidem societate, quamquam magnis conditionibus invitaretur, abstinuit: quum ingenio ejus diffisus, tum occasione, quam minorem opinione offenderat. [4] Ceterum, composita seditione civili, Cornelium Dolabellam, consularem et triumphalem virum, repetundarum postulavit: absolvit...

---

bat." *Cic.* Cat. 3, 10. In ordinem redactus est a collega Catulo et Cn. Pompejo, *Sullanae dominationis ducibus atque signiferis*, ut Florus l. c. *Plut.* Pomp. 16. *Appian.* Civ. 1, 107. *μικρὸν τε πρὸ τοῦ Ἀρείου πεδίου μάχης αὐτοῖς γενομένης, ἡττώμενος ὁ Λέπιδος καὶ οὐκ ἐς πολὺ ἔτι ἀντισχών, ἐς Σαρδὼ διέπλευσεν, ἔνθα νόσῳ τηκεδόνι χρώμενος ἀπέθανε.*

occasione] Al. *occasioni.* Ablat. jungitur verbo *confidere* infra c. 86. Plura exempla v. apud *Burm.* et Oudend., qui codd. auctoritate eundem casum h. l. reposuerunt.

Cornel. Dolabellam] cui Cn. praenomen fuit, Cn. F., Cn. N. Consul A. U. 673. cum M. Tullio Decula, e consulatu Macedoniae praefectus, triumphavit de Thracibus. *Cic.* Pis. 19. Distinguendus est ab alio Dolabella ejusdem praenominis, Praetore, Ciliciaeque ex praetura praefecto, C. Verre legato (*Cic.* Verr. 1, 4. et 2, 1, 15. sequ.) qui repetundarum accusatus a M. Aurelio Scauro condemnatus est. Nostro defensores fuere contra Caesarem C. Aurel. Cotta et Hortensius. *Cic.* Brut. 92. *Valer. M.* 8, 9, 3. „Div. Iulius — vim facundiae proprie expressit, dicendo in accusatione Cn. Dolabellae, quem reum egit, extorqueri sibi causam optimam C. Cottae patrocinio." Male igitur *Victor* c. 82. „mox Dolabellam judicio *oppressit*." Non enim oppressit, sed petiit tantum. *Plut.* Caes. 4. *ὁ μὲν οὖν Δολ. ἀπέφυγε τὴν δίκην.* — Alia discrepantia est in tempore accusationis. *Plut.* l. c. institutam eam dicit a Caesare post reditum ex insula Rhodo, consentiente *Vell.* 2, 43; et auctor dial. de orator. c. 34. *uno et vicesimo aetatis anno*, quum secundum Nostr. acciderit ea necesse sit A. U. 677. M. Aemil. Lepido, D. Iunio Bruto Css., quo annum 24. ingressus est Caesar. Sed de talibus nihil potest certi constitui. — *repetundarum*] *Plut.* *Δολοβέλλαν ἔκρινε κακώσεως ἐπαρχίας.* *Postulavit* h. e. accusavit ex lege Cornelia Sullae Dictatoris, quae illis temporibus proxima. Recensum legum de repetundis v. apud *Sigon.* de judic. 2, 27. et in Clav. Cic. ind. leg. Mos autem fuit adolescentibus nobilibus Romanorum, accusare viros illustres, ad eloquentiae famam sibi comparandam.

lutoque, Rhodum secedere statuit, et ad declinandam invidiam, et ut per otium ac requiem Apollonio Moloni, clarissimo tunc dicendi magistro, operam daret. Hunc dum hibernis jam mensibus trajicit, circa Pharmacusam insulam a praedonibus captus est: mansitque apud eos, non sine summa dignatione, prope

---

Apollonio Moloni] Al. *Molonis*. Fuit sane Molonis filius Apollonius; „sed fuit Graecorum (ita Spalding. ad *Quinctil.* Inst. 3, 1, 16.) illo quidem tempore mos, ut ipsum patris nomen superadderent filio, cujus rei exempla sunt idonea apud Fabric. B. G. ed. Harles. IIII. p. 273. Romanos contra genitivo usos in hac re, negat Salmas. ad Inscr. Herod. Att. p. 90." Idem Spalding. docet, praeeunte Casaub. ad h. l., distinguendum esse nostrum Apollonium ab Apollonio Alabadensi, qui Μαλακοῦ cognomen habebat. (*Strab.* 14, 2, 13.) quod secus fecerunt Ernest. in Cl. Cic. et Kaltwasser. ad vers. German. Plutarchi Caes. 3. v. etiam Graev. ad *Cic.* ad Att. 1, 17. Noster Ciceronis fuit magister. *Plutarch.* Cicer. 4. Caes. 3. ἐκ δὲ τούτου (np. post captivitatem apud piratas et ante actionem contra Dolabellam) — ἔπλευσεν εἰς Ῥόδον ἐπὶ σχολὴν πρὸς Ἀπολλώνιον τὸν τοῦ Μόλωνος, οὗ καὶ Κικέρων ἠκροᾶτο, σοφιστεύοντος ἐπιφανῶς, καὶ τὸν τρόπον ἐπιεικοῦς εἶναι δοκοῦντος.

circa Pharmacusam ins.] ad litus Asiae supra Miletum (ὑπὲρ Μιλήτου Stephan. Byz.). v. *Cellar.* Geogr. A. 3, 2. p. 24. Aliae duae ad Salaminem juxta Atticae litus erant parvae insulae hujus nominis. *Strab.* 9, 1, 15. ἐνταῦθα δὲ καὶ αἱ Φαρμακοῦσσαι δύο νησία.

a praedonibus] *Plut.* Caes. 1. ἁλίσκεται (profectus a Nicomede) περὶ τὴν Φαρμακοῦσαν νῆσον ὑπὸ πειρατῶν, ἤδη τότε στόλοις μεγάλοις καὶ σκάφεσιν ἀπλέτοις κατεχόντων τὴν θάλατταν. *Polyaen.* 8, 23, 1. contra: Καῖσαρ ὡς Νικομήδη πλέων περὶ Μαλέαν ὑπὸ λῃστῶν ἥλω Κιλίκων. Consentit cum Nostro *Valer. M.* 6, 9, 15. qui: „inter primae juventae initia *privatus* Asiam petens sequ." — De origine horum piratarum v. *Appian.* Mithrid. 92. sequ. Compescuit eos postea Pompejus. A. U. 687. *Appian.* c. 94. *Plut.* Pomp. 24. sequ.

dignatione] h. e. dignitate. v. ind. *Tac.* A. 2, 53. „quo plus *dignationis* adulatio haberet." 3, 75. „*dignatione* magistratus." 4, 16. „*dignatio* sacerdotum." Apud *Cicer.* Att. 10, 9. fere omnes: „nec quicquam, nisi de *dignatione*, laborat," ubi miror, Cel.

quadraginta dies, cum uno medico et cubiculariis duobus. Nam comites servosque ceteros initio statim ad expediendas pecunias, quibus redimeretur, dimiserat. Numeratis deinde quinquaginta talentis, expositus in litore, non distulit, quin e vestigio classe deducta persequeretur abeuntes; ac reductos in potestatem, supplicio, quod illis saepe minatus inter jocum fuerat, afficeret. Vastante regiones proximas Mithri-

---

Schützium, *dignationem* pro *dignitate* dici, negare. — *Vell.* 2, 41. „Idem postea admodum juvenis, quum a piratis captus esset, ita se per omne spatium, quo ab iis retentus est, apud eos gessit, ut pariter iis *terrori venerationique* esset." Male igitur h. l. alteram lectionem: *indignatione* defendit Oudendorp.

cum uno medico] *Plut.* l. c. μεθ' ἑνὸς φίλου καὶ δυοῖν ἀκολούθοιν, unde nonnulli h. l. suaserunt: *cum uno amico.*

ad exped. pecunias] i. e. comparandas. *Caes.* B. G. 7, 36. „non prius agendum constituit, quam rem frumentariam *expedisset.*" — Auctore *Vell.* 2, 42. *publica civitatum pecunia* redemtus est Caesar. *Plut.* l. c. ἔπειτα τῶν περὶ αὐτὸν ἄλλον εἰς ἄλλην διαπέμψας πόλιν ἐπὶ τὸν τῶν χρημάτων πορισμὸν κ. τ. λ. Idem postea: ὡς δ' ἧκον ἐκ Μιλήτου τὰ λύτρα. *Polyaen.* l. c. Καῖσαρ Ἐπικράτη Μιλήσιον οἰκέτην πέμπει πρὸς Μιλησίους, παρακαλῶν χρήματα ἐπιδανεῖσαι· οἱ δὲ παραχρῆμα ἔπεμψαν. Idem, vino medicato ebrios latrones oppressos a Caesare, narrat.

quinqu. talentis] *Plut.* l. c. πρῶτον μὲν οὖν αἰτηθεὶς ὑπ' αὐτῶν λύτρα εἴκοσι τάλαντα κατεγέλασεν, ὡς οὐκ εἰδότων, ὃν ᾑρήκοιεν· αὐτὸς δ' ὡμολόγησε πεντήκοντα δώσειν. *Polyaen.* l. c. Καῖσαρ διπλᾶ τὰ λύτρα τοῖς λῃσταῖς ἀπαριθμήσας sequ. *Valer. M.* l. c. „*quinquaginta* se talentis redemit."

classe deducta] *Plut.* πλοῖα πληρώσας εὐθὺς ἐκ τοῦ Μιλησίων λιμένος, ἐπὶ τοὺς λῃστὰς ἀνήγετο, καὶ καταλαβὼν ἔτι πρὸς τῇ νήσῳ ναυλοχοῦντας, ἐκράτησε τῶν πλείστων.

supplicio — afficeret] Secundum *Plutarch.* custodiae eos dederat Pergami, commisso supplicio Proconsuli Iunio, sed eo tergiversante εἰς Πέργαμον ᾤχετο, καὶ προαγαγὼν τοὺς λῃστὰς ἅπαντας ἀνεσταύρωσεν, ὥσπερ αὐτοῖς δοκῶν παίζειν ἐν τῇ νήσῳ προειρήκει πολλάκις. Consentit *Vell.* 2, 43. „Omnes, quos ceperat, suffixit cruci." v. infra c. 74. — Pro *inter jocum* al. *per jocum.* Sed *inter* saepius esse i. q. *in* v. *per*, et de loco, tempore et re dici, docet Duker. ad *Flor.* 2, 6, 41.

date, ne desidere in discrimine sociorum videretur, ab Rhodo, quo pertenderat, transiit in Asiam: auxiliisque contractis, et Praefecto regis provincia expulso, nutantes ac dubias civitates retinuit in fide. [5] Tribunatu militum, qui primus Romam reverso per suffragia populi honor obtigit, auctores restituendae tribuniciae potestatis, cujus vim Sulla deminuerat, enixissime juvit. L. etiam Cinnae, uxoris fra-

---

ab Rhodo] Ita saepissime scriptores. v. ind. sub *a*, et interpr. ad Caes. B. C. 1, 11. ubi *ab Arimino*.

transiit in Asiam] Magno sane hominis privati conatu. Praeerat Asiae tum Iunius, qui Vellejo *Proconsul*, Plutarcho ὁ διέπων τὴν Ἀσίαν, mox στρατηγός (ut saepe Praetor pro Proconsule, nomine universo) dicitur. Non sine justa ratione morosius ille arrogantiae Caesaris succensebat.

per suffragia populi] *Plut.* Caes. 5. τοῦ δὲ δήμου πρώτην μὲν ἀπόδειξιν τῆς πρὸς αὐτὸν εὐνοίας (ob accusatum Dolabellam) ἔλαβεν, ὅτε πρὸς Γάϊον Ποπίλιον ἐρίσας ὑπὲρ χιλιαρχίας, πρότερος ἀνηγορεύθη. Ita de Mario *Sallust.* Iug. 63. „Ergo ubi primum tribunatum militarem *a populo* petit, plerisque faciem ejus ignorantibus, facile notus *per omnes tribus* declaratur." Scilicet electio Tribunorum mil. modo penes imperatores, modo divisa inter Consules et populum erat (ab illis creati *Rutuli* s. *Rufuli*, sec. Festum ab auctore legis Rutilio Rufo, ab hoc *comitiati* appellabantur), variata re pro varia partium vel ordinum potentia, vel postulante Reip. necessitate, ut populo, ineptis hanc dignitatem tribuendi atque ita patriae officiendi, potestas adimeretur. Locos huc facientes *Liv.* 7, 5. l. 9, 30. l. 42, 31. l. 43, 12. et 44, 21. congessit *Sigon.* de ant. jur. civ. Rom. 1, 15. p. 175. et Addend. p. 821. cf. *Polyb.* 6, 19. et Manut. ad *Cic.* ad Div. 5, 20.

auctores rest. trib. pot.] Rem, per plures annos cum maximis contentionibus tentatam (v. orationem Licinii Macri *Sallust.* Hist. 3.) perfecerant Pompejus et Crassus Consules A. U. 684. *Vell.* 2, 30. „Hoc consulatu Pompejus tribuniciam potestatem restituit, cujus Sulla imaginem sine jure reliquerat." cf. *Sallust.* Cat. 38. *Liv.* epit. 97. *Cic.* Verr. 1, 15. Leg. 3, 11. v. etiam Ern. Cl. Cic. de lege Cornelia tribunicia, Fabric. ad Dion. 36, 21.

cujus vim Sulla dem.] *Liv.* epit. 89. „Sulla Dictator factus— Tribunorum pl. potestatem minuit, et omne jus legum ferenda-

tri, et qui cum eo civili discordia Lepidum secuti, post necem Consulis ad Sertorium confugerant, reditum in civitatem rogatione Plotia confecit, habuitque et ipse super ea re concionem. [6] Quaestor Iuliam amitam, uxoremque Corneliam, defunctas laudavit e more pro Rostris. Sed in amitae quidem laudatione, de ejus ac patris sui utraque origine sic refert: *Amitae meae Iuliae maternum genus ab regibus ortum, paternum cum Diis immortalibus conjunctum*

---

rum ademit.“ *Appian.* Civ. 1, 100. τὴν δὲ τῶν δημάρχων ἀρχὴν ἴσα καὶ ἀνεῖλεν, ἀσθενεστάτην ἀποφήνας, καὶ νόμῳ κωλύσας, μηδεμίαν ἄλλην τὸν δήμαρχον ἀρχὴν ἔτι ἄρχειν· διὸ καὶ πάντες οἱ δόξης ἢ γένους ἀντιποιούμενοι τὴν ἀρχὴν ἐς τὸ μέλλον ἐξετρέποντο. cf. *Caes.* B. C. 1, 5. et 7.

post necem] i. e. post mortem. Morbo enim obierat Lepidus. v. notata ad c. 3.

rogatione Plotia] *Gell.* 13, 3. „repperi tamen in oratione C. Caesaris, qua Plautiam rogationem suasit, necessitatem dictam pro necessitudine sequ.“ *Rogatio* differt a lege sec. Festum ita: „*Rogatio* est, cum populus consulitur de uno pluribusve hominibus, quod non ad omnes pertineat, et de una pluribusve rebus, de quibus, non omnibus, sanciatur. Nam quod in omnes homines resve populus scivit, *lex* appellatur.“ Egit igitur Plautius s. Plotius Tr. pl. hac rogatione de reducendo L. Cinna exule, nec confundendae ejusdem leges de vi et judiciaria.

Iuliam] *Plut.* Mar. 6. Caes. 1. ubi: Ἰουλίᾳ, πατρὸς ἀδελφῇ Καίσαρος, ὁ πρεσβύτερος συνῴκει Μάριος, ἐξ ἧς ἐγεγόνει Μάριος ὁ νεώτερος, ἀνεψιὸς ὢν Καίσαρος. Id. c. 5 τῆς Μαρίου γυναικὸς, Ἰουλίας, ἀποθανούσης, ἀδελφιδοῦς ὢν αὐτῆς ἐγκώμιόν τε λαμπρὸν ἐν' ἀγορᾷ διῆλθε, καὶ περὶ τὴν ἐκφορὰν ἐτόλμησε εἰκόνας Μαρίου προθέσθαι, τότε πρῶτον ὀφθείσας μετὰ τὴν ἐπὶ Σύλλᾳ πολιτείαν, πολεμίων τῶν ἀνδρῶν κριθέντων.

uxoremque Corneliam] *Plut.* l. c. τὸ μὲν οὖν ἐπὶ γυναιξὶ πρεσβυτέραις λόγους ἐπιταφίους διεξιέναι, πάτριον ἦν Ῥωμαίοις· νέαις δ' οὐκ ὂν ἐν ἔθει, πρῶτος εἶπε Καῖσαρ ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς ἀποθανούσης. Morem, mortuos laudandi pro Rostris, describit *Polyb.* 6, 53, 54. Matronis post bellum Gall. eundem honorem tributum fuisse, auctor est *Liv.* 5, 50.

paternum] *Vell.* 2, 41. „hic (Caesar) nobilissima Iuliorum genitus familia, et, quod inter omnes antiquissimos constabat,

est. Nam ab Anco Marcio sunt Marcii Reges, quo nomine fuit mater: a Venere Iulii, cujus gentis familia est nostra. Est ergo in genere et sanctitas regum, qui plurimum inter homines pollent, et cerimonia Deorum, quorum ipsi in potestate sunt reges. In Corneliae autem locum Pompejam duxit, Q. Pompeji filiam, L. Sullae neptem: cum qua deinde divortium fecit, adulteratam opinatus a P. Clodio; quem inter publicas cerimonias penetrasse ad eam muliebri veste, tam constans fama erat, ut Senatus

---

ab Anchise ac Venere deducens genus sequ." *Appian.* Civ. 2, 68. ἐκ γὰρ Αἰνείου καὶ Ἴλου τοῦ Αἰνείου τὸ τῶν Ἰουλίων γένος, παρενεχθέντος τοῦ ὀνόματος, ἡγεῖτο εἶναι. Caesar ipse apud *Dion* 41, 34. τί μὲν ἀπό τε τοῦ Αἰνείου καὶ ἀπὸ τοῦ Ἰούλου γέγονα; et Antonius *Dion.* 44, 37. de Caesare: ὅτι τὰ μὲν νεώτατα ἐκ πολλῶν καὶ γενναίων ἀνδρῶν ἔφυ, τὰ δὲ ἀρχαιότατα ἐκ βασιλέων καὶ θεῶν ἐγίγνετο. cf. *Strab.* 13, 1, 27. Coelius ad Cic. (Div. 8, 15.) *Venere prognatum* dicit Caesarem. Eadem de Augusto *Virgil.* Aen. 1, 286. et 6, 790. sequ. De templo Veneris Genetricis a Caesare condito v. ad c. 61.

quo nomine fuit mater] amitae Iuliae, Marcia, quae avo Caesaris, C. Caesari, nupserat. Male Casaub. *ei*, et Burm. *patris* additum volunt.

sanctitas regum] quos more inter homines sancito violari haud licet. Ita auctore Serv. ad *Virg.* Georg. 4, 211. Sallustius dixit: „adeo illis ingenita est *sanctitas regii nominis.*" *Cic.* Sext. 37. „fretus *sanctitate tribunatus.*" Tribuni enim erant sacrosancti i. e. inviolabiles. *Cerimonia Deorum*, ut recte Wolf., est *religiosa veneratio.*

Pompejam] Auctore *Plut.* Caes. 5. post quaesturam. Ibi enim: γενόμενος δ' ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἐκείνης τρίτην ἠγάγετο γυναῖκα Πομπηΐαν, ἔχων ἐκ Κορνηλίας θυγατέρα, τὴν ὕστερον Πομπηΐῳ Μάγνῳ γαμηθεῖσαν. Pater Pompejae, Q. Pompejus Rufus, filius Q. Pompeji, Consulis cum L. Sulla A. U. 665., interfectus erat a P. Sulpicio Tr. pl. *Vell.* 2, 18. „quin etiam Q. Pompeji Cs. filium eundemque Sullae generum per emissarios factionis suae interfecit (Sulpicius.)" De Pompejis Rufis v. Cl. Cic.

inter publicas cerimonias] inter sacra bonae Deae. Descriptionem hujus festi et facinoris Clodii lege apud *Plut.* Caes. 9. 10. Ej. Cic. 19 et 28. *Dion.* 37, 45. *Cic.* ad Att. 1, 12. Sext. 54. *Liv.* epit. 103. Accidit Praetore Caesare A. U. 692. Habebantur

quaestionem de pollutis sacris decreverit. [7] Quaestori ulterior Hispania obvenit: ubi quum mandatu Praetoris, jure dicundo conventus circumiret, Ga-

---

enim illa sacra Cal. Majis a Vestalibus virg. in Consulum et Praetorum aedibus, prohibitis aditu omnibus maribus. v. c. 74.

quaestionem] extra ordinem. *Cic.* ad Att. 1, 13. „credo enim te audisse, quum apud Caesarem pro populo fieret, venisse eo muliebri vestitu virum, ideoque sacrificium quum virgines instaurassent, mentionem a Q. Cornificio in Senatu factam — postea rem ex SCTo ad pontifices relatam, idque ab iis nefas esse decretum, deinde ex SCTo Consules rogationem promulgasse; uxori Caesarem nuncium remisisse.“ cf. ep. 14 et 16. Clodius tamen judicium evasit, ut *Dio* 37, 46. ἀφείθη δὲ, καίτοι τῶν δικαστῶν φρουρὰν παρὰ τῆς βουλῆς, ὅπως μηδὲν κακὸν ὑπ' αὐτοῦ πάθωσι, καὶ αἰτησάντων καὶ λαβόντων· ἐφ' ᾧπερ καὶ ὁ Κατοῦλος ἐπισκώπτων ἔλεγεν, ὅτι τὴν φυλακὴν ᾔτησαν, οὐχ ἵνα ἀσφαλῶς τοῦ Κλοδίου καταψηφίσωνται, ἀλλ' ἵν' αὐτοὶ τὰ χρήματα, ἃ — δεδωροδοκήκεσαν, διασώσωνται. cf. *Plut.* Caes. 10.

decreverit] Saepissime ita Noster. Ita c. 12. „tam cupide *condemnavit*, ut — *profuerit*.“ c. 13. „*superavit*, ut — *tulerit*.“ c. 14. „metum *injecit*, ut — non *piguerit*.“ Ib. „*comminata est*, e. str. gl. intentans, ut s. u. pr. *deseruerint*, vix pauci — *protexerint*.“ c. 67. „*diligebat*, — ut — barbam *summiserit*, nec ante *demserit*.“ c. 70. „*circumegit et flexit*, ut — *responderint* et — *sint secuti*.“ c. 72. „*tractavit*, ut — *cesserit et* — *cubuerit*.“ Piget plura exempla afferre, praesertim cum frequentissimus hic usus etiam sit Livio, Nepoti, Tacito, Vellejo.

ulterior Hispania] i. e. trans Iberum. *Plut.* Caes. 5. *θάψας δὲ τὴν γυναῖκα, ταμίας εἰς Ἰβηρίαν ἑνὶ τῶν στρατηγῶν, Βαίτερι,* (v. Βέτερι, *Vell.* 2, 43. „cum esset Quaestor sub Vetere Antistio“) *συνεξῆλθεν, ὃν αὐτόν τε τιμῶν ἀεὶ διετέλεσε, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ πάλιν ἄρχων ταμίαν ἐποίησε.* — *obvenit*] sorte. Ita enim provinciae inter Quaestores dividebantur. *Cic.* pro Mur. 8. „sed quaestura utriusque propemodum pari momento sortis fuit.“

mandatu Praet.] Al. *Populi Romani*, corrupte e PR., quod legerunt P. R. — Al. *mandato*. Illud confirmant formae *jussu*, *suasu* aliaeque similes satis notae. — Ceterum Quaestores et jurisdictionem Praetoris mandatu exercere, (ita *Cic.* Divin. in Caec. 17. Quaestor Caecilius vocasse partes ad se dicitur) et discedentis Praetoris munere fungi solebant. *Cic.* Div. 2, 15. — Ad beneficia autem initio quaesturae suae provinciae Hispaniae tributa Caesar ipse provocat in oratione, quam dat auctor B. Hisp. c. 42.

conventus] *Conventus* et *judicia* erant *provincialia*, ad quae

desque venisset, animadversa apud Herculis templum Magni Alexandri imagine, ingemuit: et quasi pertaesus ignaviam suam, quod nihildum a se memorabile actum esset in aetate, qua jam Alexander orbem terrarum subegisset, missionem continuo efflagitavit, ad captandas quam primum majorum rerum oc-

---

conveniebant incolae a Praet. vel Quaest. evocati, (*Caes.* B. G. I, 54. „ipse in citeriorem Galliam ad conventus agendos profectus est“ 5, 2. „conventibus peractis“ 8, 46. Infra c. 30 et 56.) et *urbes ipsae*, in quibus conventus habebantur. *Plin.* H. N. 3, 3. ed. Franz., ubi inter quatuor juridicos conventus Hisp. Baeticae nominatur *Gaditanus*. Graeci *conventus agere* dicunt ἀγοραίους sc. ἡμέρας ἄγεσθαι. Ita dicitur Act. Ap. 19, 38. v. *Krebs.* Lex. N. T. in ἀγόραιος et *I. Fr. Gronov.* Observ. 3, 22. Cf. de his sign. et alia, qua cives Rom. in provinciis negotiandi causa commorantes saepe notat, *Mori* ind. in Caes. sub v. *conventus* et *Ern.* Cl. Cic.

in aetate] Annos tum (A. U. 687.) habebat Caesar 33. Alexander item mortuus est annum agens 33. post regnum 12 annorum et 7 mensium. *Diod. Sic.* 17, 17. *Gades* describit *Strabo* l. 3. p. 450. sequ. ed. Siebenkees. ubi multa etiam de templo Herculis. Alexandri ibi erat imago propter genus, quo pertinere ad Herculem credebatur. *Diod.* 17, 1. dicitur γεγονὼς κατὰ πατέρα ἀφ' Ἡρακλέους, ad quam originem provocat in oratione ad Thessalos. *Diod.* 17, 4. cf. *Vell.* 1, 6. *Appian.* Civ. 2, 151. (nisi Plutarchi ea est Alexandri et Caesaris comparatio) καὶ τὸ γένος ἐκ Διὸς ἤστην ἑκάτεροι (Alex. et Caesar), ὁ μὲν Αἰακίδης τε καὶ Ἡρακλείδης, ὁ δὲ ἀπὸ Ἀγχίσου τε καὶ Ἀφροδίτης. Ceterum *Plut.* Caes. 11. de Caesare Praetore Hisp. id narrat, quod Noster, accuratior in temporibus, de Quaestore. Ibi enim: ὁμοίως δὲ πάλιν ἐν Ἰβηρίᾳ σχολῆς οὔσης, ἀναγινώσκοντά τι τῶν περὶ Ἀλεξάνδρου γεγραμμένων, σφόδρα γενέσθαι πρὸς ἑαυτῷ πολὺν χρόνον, εἶτα καὶ δακρῦσαι sc. λέγεται. *Dio* 37, 52. ubi de praetura quidem Caesaris agit, prorsus tamen ad Suetonii verba: ὅτι ἐν τοῖς Γαδείροις, ὅτε ἐταμίευε, τῇ μητρὶ συγγίνεσθαι ὄναρ ἔδοξε· καὶ παρὰ τῶν μάντεων ἔμαθεν, ὅτι ἐν μεγάλῃ δυνάμει ἔσται· ὅθενπερ καὶ εἰκόνα Ἀλεξάνδρου ἐνταῦθα ἐν τῷ Ἡρακλέους (id enim est *apud* Herc. templ.) ἀνακειμένην ἰδών, ἀνεστέναξε καὶ κατωδύρατο, ὅτι μηδέν πω μέγα ἔργον ἐπεποιήκει.

missionem] Ita *Sall.* Iug. 64. „Marius a Metello petundi gratia *missionem* rogat.“

casiones in Urbe. Etiam confusum eum somnio proximae noctis (nam visus erat per quietem matri stuprum intulisse) conjectores ad amplissimam spem incitaverunt, arbitrium orbis terrarum portendi interpretantes: *quando mater, quam subjectam sibi vidisset, non alia esset, quam terra, quae omnium parens haberetur.* [8] Decedens ergo ante tempus, colonias Latinas, de petenda civitate agitantes, adiit: et ad audendum aliquid concitasset, nisi Consules conscriptas in Ciliciam legiones paulisper ob id ipsum retinuissent: nec eo secius majora mox in Urbe mo-

---

confusum] Al. male *confisum*. Illud est i. q. *perturbatum*, cum nesciret, quid de somnio esset sentiendum, utrum laeta portenderet, an tristia. Ita *Ovid.* Heroid. 19, 193. „nec minus hesternae *confundor* imagine noctis." *Eum* Burm. deletum maluit ut otiosum; sed morem Suet., pronomen praeter necessitatem adjiciendi, pluribus exemplis adstruxerunt Ern. et Oudend. — Somnium illud fuit Caesari teste *Dion.* l. c. ἐν τοῖς Γαδείροις, ὅτε ἐταμίευε, coll. 41, 24. sed *Plut.* Caes. 32. nocte, ante quam Rubiconem fluvium transiit. Λέγεται δὲ (ita ille) τῇ προτέρᾳ νυκτὶ τῆς διαβάσεως ὄναρ ἰδεῖν ἔκθεσμον· ἐδόκει γὰρ αὐτὸς τῇ ἑαυτοῦ μητρὶ μίγνυσθαι τὴν ἄῤῥητον μῖξιν.

conjectores] *Quinctil.* Inst. 3, 6, 30. „*conjectura* dicta est a conjectu i. e. directione quadam rationis ad veritatem, unde etiam somniorum atque ominum interpretes *conjectores* vocantur." — De hac hujus somnii interpretatione plurima Casaub. ad h. l. et Fabr. ad *Dion.* 41, 24., e quibus reddo unum locum *Artemid.* Oneirocrit. 1, 79. (p. 117. ed. Reiff.) ἀγαθὸν δὲ καὶ παντὶ δημαγωγῷ καὶ πολιτευτῇ (ἡ μῖξις σὺν τῇ μητρί). σημαίνει γὰρ τὴν πατρίδα ἡ μήτηρ.

omnium parens] Liv. 1, 56. „Brutus — terram osculo contigit, scilicet quod ea communis mater omnium mortalium esset."

colonias Latinas] Int. Gallos Cisalpinos Transpadanos, qui jus Latii acceperant post bellum Marsicum lege Pompeji Strabonis, patris Magni, A. U. 664., quo minus contenti *civitatem* i. e. jus suffragiorum et honorum petebant, quam tandem nacti sunt a Caesare Dictatore. *Dion.* 41, 36. v. *Sigon.* de ant. jure Ital. 3, 2., Torrent. Casaub. Wolf. ad h. l., Lips. ad Tac. A. 11, 23.

ritus est. [9] Siquidem ante paucos dies, quam aedilitatem iniret, venit in suspicionem, conspirasse cum M. Crasso consulari, item P. Sulla et Autronio, post designationem consulatus ambitus condemnatis, ut principio anni Senatum adorirentur, et trucidatis, quos placitum esset, dictaturam Crassus invaderet, ipse ab eo Magister equitum diceretur, constitutaque ad arbitrium Republica, Sullae et Autronio consulatus restitueretur. Meminerunt hujus conjurationis

---

M. Crasso] Consul fuerat cum Pompejo M. A. U. 684. De conjuratione cum Catilina v. *Plut.* Crass. 13. Cic. 15. *Dio* 37, 35. et ibi Fabric.

P. Sulla] *Cic.* Off. 2, 8. „Hastam dicitur vibrasse, Dictatore propinquo suo, neque sexto tricesimo anno post a sceleratiore hasta recessisse" (sc. Dictatore Caesare, cum Pompejanorum bona in publica auctione emeret), ad Div. 9, 10. l. 15, 17, 19. ubi v. Cort. *Sall.* Catil. 17 et 18. ubi eadem conjuratio, diverse tamen, narratur, haud commemoratis Crasso et Caesare. De *Autronio* (cui libri Sueton. praenomen dant *Lucium*, cum tamen *Publium* fuisse constet, quo errore P. Sulla etiam apud Cic. Off. l. c. in multis codd. Lucius dicitur, nos h. l., Burmannum aliosque secuti, praenomen omisimus) v. *Cic.* pro Sull. 1. et *Sallust.* l. c. atque ibi Cort.

post design. cons.] Creabantur Consules mense Julio vel Augusto comitiis centuriatis, unde usque ad Kal. Januar., quibus inde ab A. U. 600. consulatus initus est, *Consules designati* dicebantur, praeter alios eo etiam honore eximii, quod primi in Senatu sententiam rogabantur.

ambitus] i. e. illegitimae petitionis, δημοκοπίας. Leges latas contra ambitum v. apud *Sigon.* de judiciis 2, 30. Sulla autem et Autronius, ambitus condemnati, consulatum, cui designati erant, capere haud poterant ex lege Acilia Calpurnia, M. Acilii Glabrionis et C. Calpurnii Pisonis A. U. 686., quae tum valebat. (*Dio* 36, 21. *Κατὰ τῶν δεκασμοῦ περὶ τὰς ἀρχὰς ἁλισκομένων ἐνομοθετήθη πρὸς αὐτῶν τῶν ὑπάτων, μήτ' ἄρχειν μήτε βουλεύειν σφῶν μηδένα, ἀλλὰ καὶ χρήματα προσοφλισκάνειν.*) In eorum locum Cotta et Torquatus, qui reos egerant, sunt substituti. *Sallust.* Cat. 18.

Tanusius Geminus in historia, M. Bibulus in edictis, C. Curio pater in orationibus. De hac significare videtur et Cicero in quadam ad Axium epistola, referens, *Caesarem in consulatu confirmasse regnum, de quo Aedilis cogitarat.* Tanusius adjicit, Crassum, poenitentia vel metu, diem caedi destinatum non obisse, et idcirco ne Caesarem quidem signum, quod ab eo dari convenerat, dedisse. Convenisse autem, Curio ait, ut togam de humero dejiceret. Idem Cu-

---

Tanusius] v. *Tanusius* v. *Tanisius. Senec.* ep. 93. „Annales Tanusii scis quam non decori sint, et quid vocentur" sc. *cacata charta* apud Catull. Idem commemoratur *Plut.* Caes. 22. ubi perperam in multis Γανύσιος et Κανύσιος. v. *Voss.* hist. Lat. 1, 12.

M. Bibulus] Int. edicta illa, quibus in Caesarem invehebatur adeo acerbe, ut Archilochia dicerentur. *Cic.* Att. 2, 19. v. infra c. 20 et 49.

C. Curio pater] C. Scribonius Curio, qui Consul fuit cum Cn. Octavio A. U. 677. De eo *Cic.* Brut. 60. Off. 2, 17. al. ut de filio, ad quem sunt epistolae, Brut. 81. v. Cl. Cic.

Axium] Al. *Atticum, Auxium, Accium.* Nomen Axium lapidibus confirmatur.

diem — non obisse] Al. male *adiisse* s. *adisse. Obire diem* est die destinata adesse loco constituto, ut *Cic.* Div. 10, 25. „multi — annum petitionis suae *non obierunt*" i. e. praetermiserunt v. ad annum non petiverunt, uti Cortius ad h. l., qui praeter n. l. laudat ibi ad Att. 1, 2. „*obieris* Qu. fratris comitia" et Lael. 2. „qui diligentissime semper illum diem solitus esses *obire.*" Graev. ad n. l. excitat *Cic.* pro Mil. 10. „nisi *obire* facinoris locum tempusque voluisset." *Plin.* ep. 9, 37. „*obire* primum consulatus tui diem."

togam de hum. dejiceret] i. e. laciniam togae, quae sinistrum humerum tegebat, pleramque subductam ita, ut sinus efficeretur, manu detraheret in oratione. De more oratorum, togam *rejiciendi* (quod verbum h. l. etiam maluit posuit Burm. haud apte) et *dejiciendi* s. demittendi ab humero v. *Quinctil.* Inst. 11, 3. — De tota conjuratione haud dubie accuratius exponit *Sall.* Cat. 18., qui Kal. Jan. prius, postea Non. Febr. caedi destinatas fuisse dicit, sed Catilinam, ducem facinoris, ante frequentem conjuratorum conventum signum pro curia sociis dare maturasse. *Dio* 36, 27. οὐ μέντοι καὶ ἠδυνήθησάν τι

rio, sed et M. Actorius Naso, auctores sunt, conspirasse eum etiam cum Cn. Pisone adolescente: cui, ob suspicionem urbanae conjurationis, provincia Hispania ultro extra ordinem data sit; pactumque, ut simul foris ille, ipse Romae, ad res novas consurgerent, per Ambronas et Transpadanos: destitutum utriusque consilium morte Pisonis. [10] Aedilis, praeter Comitium ac Forum, basilicasque, etiam Capitolium ornavit porticibus ad tempus exstructis, in quibus, abundante rerum copia, pars apparatus ex-

---

δρᾶσαι, διὰ τὸ τήν τε ἐπιβουλὴν προμηνυθῆναι, καὶ φρουρὰν τῷ τε Κόττᾳ καὶ τῷ Τορκουάτῳ παρὰ τῆς βουλῆς δοθῆναι.

M. Actorius Naso] qui historicus memoratur etiam infra c. 52.

Cn. Pisone] *Sallust.* l. c. dicitur is „adolescens nobilis, summae audaciae, egens, factiosus, quem ad perturbandam Remp. inopia atque mali mores stimulabant.“ Idem hanc conjurationem cum superiori eandem facit.

extra ordinem] *Sall.* 19. „postea Piso in citeriorem Hispan. Quaestor pro Praetore missus est (i. e. extra ordinem, vulgo enim Quaestores cum Praetoribus et Proconsul. provincias adibant) annitente Crasso, quod eum infestum inimicum Cn. Pompejo cognoverat.“ Periit in itinere, occisus ab equitibus Hispanis, quos in exercitu ductabat. *Sall.* l. c. *Cic.* Verr. 4, 25. *Dio* l. c. ἐπεὶ δ᾽ οὖν καὶ ὣς ὁ Πίσων ἐθρασύνετο, ἐφοβήθη τε ἡ γερουσία, μή τι συνταράξῃ, καὶ εὐθὺς αὐτὸν ἐς Ἰβηρίαν, πρόφασιν, ὡς καὶ ἐπ᾽ ἀρχήν τινα, ἔπεμψε· καὶ ὁ μὲν ἐνταῦθα ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων, ἀδικήσας τι αὐτούς, ἐσφάγη.

Ambronas] Ita suadet Oudend. non sine Mss., qui habent *Ambrones.* Al. *Ambranos*, *Umbranos*, *Lubranos*, *Lambranos*, de quibus nihil constat. *Ambrones* erant reliquiae latrocinantium Gallorum, quos Marius deleverat. Epit. *Liv.* 68. *Eutrop.* 5, 1. *Oros.* 5, 16. *Plut.* Mar. 18. eos dicit exercitus Teutonici μαχιμώτατον μέρος, ὑφ᾽ οὗ προήττηντο Ῥωμαῖοι μετὰ Μαλλίου καὶ Καιπίωνος πρότερον, et ex c. 19. idem nomen ad Ligures etiam ob communem originem pertinuisse videtur. (v. *Mannert* Geogr. der Gr. u. Röm. T. 3. p. 51 sequ.) Antonius etiam apud *Dion.* 44, 42. καὶ νῦν δεδούλωται μὲν ἡ Γαλατία, ἡ τούς τε Ἄμβρωνας καὶ τοὺς Κίμβρους ἐφ᾽ ἡμᾶς στείλασα.

ornavit] tabularum, statuarum alioque apparatu, quem nonnunquam Aediles a sociis commodatam post ludos reddide-

poneretur. Venationes autem ludosque et cum collega, et separatim, edidit: quo factum est, ut communium quoque impensarum solus gratiam caperet; nec dissimularet collega ejus M. Bibulus, evenisse sibi, quod Polluci; ut enim geminis fratribus aedes in Foro constituta tantum Castoris vocaretur, ita suam Caesarisque munificentiam unius Caesaris dici. Adjecit insuper Caesar etiam gladiatorium munus, sed aliquanto paucioribus, quam destinaverat, paribus. Nam quum multiplici undique familia comparata ini-

---

runt. *Cic.* Verr. 4, 3. ubi etiam *Forum ornatum*, ut totus omnino locus nostrum illustrat. Natum initium Fori ornandi ab Aedilibus *Livius* 9, 40. dicit post victoriam de Samnitibus.

Venationes] De venationibus, quae ludis Circensibus exhibebantur, et in quibus vel ferae cum feris, vel bestiae cum hominibus, *bestiariis* inde dictis, committi solebant, v. *Onuphr. Panvinius* de lud. Circ. 2, 3. (de venationibus a Caesare exhibitis p. 384. sequ. Tom. VIIII. Thes. Graev.) *Bulenger.* de venatione Circi et Amphitheatri (Thes. T. c. p. 749 sequ.) et *Just. Lips.* Saturn. Serm. qui eodem Thes. Tomo continentur.

ludosque] scenicos. v. c. 39. et Tib. 34. unde histriones *ludii*. *Dio* 37, 8. καὶ τὰ Ῥωμαῖα καὶ τὰ Μεγαλήσια πολυτελέστατα ἐποίησεν (ὁ Καῖσαρ).

solus gratiam caperet] *Dio* l. c. ἐγένετο μὲν γὰρ τῶν δαπανηθέντων ἐς αὐτὰ τὰ μὲν κοινῇ αὐτῷ πρὸς τὸν συνάρχοντα Μάρκιον Βίβουλον, τὰ δὲ καὶ ἰδίᾳ· τοσοῦτον δὲ δὴ ἐν τούτοις ὑπερῆρεν, ὥςτε καὶ τὴν ἐπ' ἐκείνοις δόξαν σφετερίσασθαι, καὶ δοκεῖν ἅπαντα αὐτὸς ἀνηλωκέναι. Idem Bibuli dictum commemorat: ὁ οὖν Βίβουλος αὐτὸς ἐπισκώπτων ἔλεγεν, ὅτι τὸ αὐτὸ τῷ Πολυδεύκει πεπονθὼς εἴη· τοῦ γάρ τοι ναοῦ κοινοῦ οἱ πρὸς τὸν ἀδελφὸν τὸν Κάστορα ὄντος, ἐπ' ἐκείνου μόνου ἡ ἐπωνυμία αὐτοῦ γίνεται.

glad. munus] Voc. de hoc ludorum genere proprium, unde, qui edebat, *munerarius* v. *munerator*. Domit. 10. *Flor.* 3, 20, 9. v. ind. *Lips.* Saturn. 1, 7. „Spectaculum hoc appellatum proprie munus, vel quia populo gratis daretur, vel, ut Tertullianus ait, ab officio, quia officium se mortuis facere arbitrabantur.“ De munere Caesaris Dio l. c. ἔτι δὲ καὶ μονομάχων ἀγῶνας ἐπὶ τῷ πατρὶ μεγαλοφρονέστατα διέθηκεν.

paucioribus — paribus] Produxit tamen ζεύγη τριακόσια καὶ εἴκοσι. *Plut.* Caes. 5.

micos exterruisset, cautum est de numero gladiatorum, quo ne majorem cuiquam habere Romae liceret. [11] Conciliato populi favore, tentavit per partem Tribunorum, ut sibi Aegyptus provincia plebiscito daretur, nactus extraordinarii imperii occasionem, quod Alexandrini regem suum, socium atque amicum

---

Aegyptus provincia] non proprio sensu; nam Augustus demum Aegyptum in provinciae formam redegit (Aug. 18.), cum Caesar facere id veritus esset (infr. 35.), sed *provincia* h. l. ut saepe, regio, locus, natio, ubi quis bellum gerendi munus accepit s., ut Ernesti, in quam quis cum imperio mittitur. Ita *Liv.* 2, 54. „Manlio Vejentes *provincia* evenit." 40, 35. „quum — confectam *provinciam* nunciassent" et postea: „Consulibus ambobus provinciam Ligures esse Senatus jussit." Atque ita de Graeco etiam homine Romanus scriptor *Nepos* Alcib. 4. „quum esset Alcibiades in magna spe provinciae bene administrandae." Nota res est, inde quodvis munus v. officium provinciam dici.

plebiscito] i. e. comitiis tributis, plebejo magistratu rogante. Exempla datae per tribus provinciae sunt *Liv.* 29, 13. „omnes tribus eosdem — Proconsules — obtinere eas provincias jusserunt." 30, 27. „Consules jussi cum Tr. pl. agere, ut, si iis videretur, populum rogarent, quem vellet in Africa bellum gerere." *Sall.* Jug. 73. „et postea populus a Tr. pl. Manilio Mancino rogatus, quem vellet cum Jugurtha bellum gerere, frequens Marium jussit." Alia suppeditat *Sigon.* de ant. jur. provinc. 2, 1. p. 146 sequ. Nam leges Manilia et Vatinia satis sunt notae. Ita Catonem etiam in Cyprum plebiscito missum, annotavit Reines. e Vell. 2, 45.

extraord. imperii] ut quod neque consulatu, neque praetura functus acciperet. Ita c. 9. Pisoni Hispania data prov. extra ordinem.

regem suum] Recte Ern. *Ptolemaeum Alexandrum* intelligit, quem post occisam matrem Cleopatram Alexandrini regno ejecerant, revocato ex insula Cypro Ptolem. Lathyro, quod factum est A. U. 690. Errat igitur Torrent., qui de Ptolem. Aulete sermonem esse putat. Is, Lathyri filius nothus, regno exutus, Romam venit A. U. 698. Cn. Cornel. Lentulo, L. Marcio Philippo Css., ubi acerrimae de reducendo eo contentiones in Urbe fuerunt, reductus tamen est anno sequenti Pompejo M. et M. Crasso Css. ab A. Gabinio. v. *Dio* 39, 12 sequ. et c. 55. cf. continuatio *Rollin.* H. Rom. T. XI. l. 37. et patris mei ele-

a Senatu appellatum, expulerant, resque vulgo improbabatur. Nec obtinuit, adversante optimatium factione: quorum auctoritatem ut, quibus posset modis, invicem deminueret, tropaea C. Marii de Jugurtha, deque Cimbris atque Teutonis, olim a Sulla disjecta, restituit; atque in exercenda de sicariis quaestione, eos quoque sicariorum numero habuit, qui,

---

menta hist. ant. p. 374 sequ. — Ceterum n. l. *res* pertinet, ut recte Burm., ad injuriam Ptolemaeo a civibus illatam, quae populo Rom. displicebat.

tropaea C. Marii] *Plut.* Caes. 6. εἰκόνας ἐποιήσατο Μαρίου κρύφα, καὶ νίκας τροπαιοφόρους, ἃς φέρων νυκτὸς εἰς τὸ Καπιτώλιον ἀνέστησεν. Accusatus ideo in Senatu a Lutatio Catulo, adjutus maxime a Marianis, periculum evasit. *Vell.* 2, 43. „et restituta in aedilitate, adversante quidem nobilitate, monumenta C. Marii.“ Hunc vero loc. contra *Flor.* 3, 2., Romanis quoque morem fuisse, tropaea constituendi, ostendere docet Ern., allatis aliis, ut *Cic.* pro Arch. 9. *Plin.* H. N. 3, 3. *Dion.* 41, 24. Sed alia Graecorum tropaea fuerunt, in loco pugnae erecta, alia Romanorum in ipsa Urbe rerum gestarum monumenta.

in exerc. de sic. qu.] „Caesar post aedilitatem factus est *judex quaestionis*“ (h. e. qui veluti partes Praetoris sive absentis sive nimis occupati agebat, unde et *princeps judicum* vocatur Ascon. Paed. v. *Heineccii* Ant. Rom. 4. tit. 18. §. 15.) „eique Praetori operam navavit, cui sorte contigerat quaestio inter sicarios. Id erat fere aedilitiorum hominum munus, et gradus ad praeturam ex aedilitate.“ Ita verissime Casaub. Sic Cic. Brut. 76. „is (C. Visellius Varro) cum post curulem aedilitatem judex quaestionis esset.“ v. *Sigon.* de judic. 2, 5. Rem conficit locus *Dionis* ab interpretibus praetermissus, sicut noster a Fabric. ad Dion., l. 37, 10. ὅ τε γὰρ τὸν Λουκρήτιον ἐκ τῆς τοῦ Σύλλου προστάξεως ἀποκτείνας, καὶ ἕτερός τις συχνοὺς τῶν ἐπικηρυχθέντων ὑπ' αὐτοῦ φονεύσας, καὶ κατηγορήθησαν ἐπὶ ταῖς σφαγαῖς καὶ ἐκολάσθησαν, τοῦ Καίσαρος τοῦ Ἰουλίου τοῦθ' ὅτι μάλιστα παρασκευάσαντος. Factum id esse L. Caesare et C. Figulo Css. A. U. 690., anno igitur proximo post Caesaris aedilitatem, disertis verbis prodit Dio. De lege Cornel. de sicariis L. Sullae Dict. A. U. 671. v. *Heinecc.* Ant. R. 4. tit. 18. §. 58. Leges Corneliae h. l. dicuntur ob varia capita legis revera unius. Ceterum similem Catonis Quaestoris severitatem erga illos Sullae ministros narrat *Plut.* Cat. min. c. 17.

proscriptione, ob relata civium Romanorum capita, pecunias ex aerario acceperant, quamquam exceptos Corneliis legibus. [12] Subornavit etiam, qui C. Rabirio perduellionis diem diceret: quo praecipuo adjutore, aliquot ante annos L. Saturnini seditiosum tribunatum Senatus coërcuerat: ac sorte judex in reum ductus,

---

proscriptione] i. e. tempore proscriptionis, (Sullanae) v. c. 2.

relata] Puto scribendum *delata*, nisi forte intelligendum de Senatoribus vel aliis, qui in munere publico erant constituti, quorum adeo erat *referre*. Fortasse intelligendum etiam sensu proprio. Capita enim proscriptorum relata ab occisoribus loco publico exponebantur.

Subornavit] T. Attium Labienum, Trib. pl., qui C. Rabirium ob interfectum Saturninum, Tribunum pl., ideoque virum sacrosanctum, perduellionis crimine petebat. Defendere Rabirium Cicero, cujus oratio extat, et Q. Hortensius. — *Perduellis* pr. erat i. q. *hostis*, inde qui civem Rom. ut hostis tractasset, et omnino libertatem et securitatem publicam violasset. v. *Heinecc.* 4, 18, 47.

aliquot ante annos] *Dio* 37, 26. Τίτος δὲ δὴ Λαβιηνὸς Γάϊον Ῥαβίριον ἐπὶ τῷ τοῦ Σατουρνίνου φόνῳ γραψάμενος, πλεῖστον σφίσι τάραχον παρέσχεν. ὅ τε γὰρ Σατουρνῖνος πρὸ ἓξ που καὶ τριάκοντα ἐτῶν (A. U. 654. C. Mario et L. Valerio Flacco Css.) ἐτεθνήκει· καὶ τὰ κατὰ τὸν πόλεμον τὸν πρὸς αὐτὸν οἱ ὕπατοι τότε παρὰ τῆς βουλῆς προσετετάχατο. *Cic.* in Pis. 2. numero rotundo *ante quadraginta annos* rem factam dicit. De seditione Saturnini v. *Flor.* 4. 16. *Liv.* epit. 69. *Aurel. Vict.* c. 71.

sorte judex i. r. d.] non ut judex quaestionis, ut Casaub. putat; sed Duumviri in causa perduellionis judicabant, a quibus tamen ad populum provocare licebat, qui comitiis centuriatis de reo suffragia ferebat. *Liv.* 1, 26. „*Duumviros*, qui Horatio *perduellionem judicent*, secundum legem facio.“ 6, 20. de M. Manlio: „Sunt, qui, per *Duumviros*, *qui de perduellione anquirerent*, creatos, auctores sint, damnatum.“ *Cic.* pro Rabir. 4. diserte: „Hic (Labienus) popularis a Duumviris, injussu vestro, non judicari de cive Romano, sed indicta causa civem Rom. capitis condemnari, coegit.“ Denique *Dio* 37, 27. καὶ (ἦν γὰρ αὐτὸς ἐκεῖνος (C. Caesar) καὶ μετὰ τοῦ Καίσαρος τοῦ Λουκίου δικάζων· οὐ γὰρ ἁπλῶς, ἀλλὰ τὸ δὴ λεγόμενον περδουελλίωνος ὁ Ῥαβίριος ἐκρίθη·) κατεψηφίσαντο αὐτοῦ, καίτοι μὴ πρὸς τοῦ δήμου, κατὰ τὰ πάτρια, ἀλλὰ πρὸς αὐτοῦ τοῦ στρατηγοῦ, οὐκ ἐξόν, αἱρε-

tam cupide condemnavit, ut ad populum provocanti nihil aeque ac judicis acerbitas profuerit. [13] Deposita provinciae spe, pontificatum maximum petiit, non

---

θέντες, ubi v. Fabric., qui tamen falso, T. Labienum (pro C. Caesare) cum L. Caesare Duumvirum fuisse, dicit, nostri loci eo loco immemor. Postea *Dio*, P. Metellum Celerem, Augurem eundemque Praetorem, revulso in Janiculo vexillo comitia ante latam sententiam solvisse, Labienum a causa denuo agenda abstinuisse, narrat.

pontif. max.] A. U. 691. M. Tullio Cicerone et C. Antonio Css. *Dio* 37, 37. Καὶ τὰς αἱρέσεις τῶν ἱερέων, γράψαντος μὲν τοῦ Λαβιηνοῦ, σπουδάσαντος δὲ τοῦ Καίσαρος, ἐς τὸν δῆμον αὖθις ὁ ὅμιλος, παρὰ τὸν τοῦ Σύλλου νόμον, ἐπανήγαγεν, ἀνανεωσάμενος τὸν τοῦ Δομιτίου. Initio enim pontifices a collegiis suis cooptabantur usque ad legem Cn. Domitii Ahenobarbi Tr. pl. a. U. 650., quae septendecim tribubus sorte ductis creationem tradidit, (Noster Ner. 2. *Vell.* 2, 12. „quo anno Cn. Domitius Tr. pl. legem tulit, ut sacerdotes, quos antea collegae sufficiebant, populus crearet." *Cic.* Agrar. 2, 7.) abrogatam a Sulla a. U. 670. jam restitutam a T. Labieno Tr. pl. a. U. 691. Postea sacerdotibus jus suum reddidit M. Antonius. *Dio* 44, 53. ἔς τε τοὺς ἱερέας αὖθις ἀπὸ τοῦ δήμου τὴν αἵρεσιν τοῦ ἀρχιερέως ἐπανήγαγε. ὁ γὰρ Καῖσαρ, τοῦ Μετέλλου τοῦ Εὐσεβοῦς τελευτήσαντος, τῆς τε ἱερωσύνης αὐτοῦ, καίτοι καὶ νέος καὶ μηδέπω ἐστρατηγηκώς, ἐπεθύμησε· καὶ ἐν τῷ πλήθει τὴν ἐλπίδα αὐτῆς, διά τε τἄλλα, καὶ ὅτι τῷ τε Λαβιηνῷ κατὰ τοῦ Ῥαβιρίου συνηγωνίσατο, καὶ τὸν Λεντοῦλον ἀποθανεῖν οὐκ ἐψήφιστο, λαβὼν, τοῦτό τε ἔπραξε, καὶ ἀρχιερεὺς τῶν ποντιφίκων, καίπερ ἄλλων τε τῆς τιμῆς πολλῶν, καὶ τοῦ Κατούλου μάλιστα, ἀντιποιουμένων, ἀπεδείχθη. v. *Jac. Guther.* de veteri jure pontificio 1, 8., *Jo. Andr. Bosius* de Pontifice Max. Romae veteris c. 3. (Thes. Graev. Tom. V.) Ceterum errasse eos, Pontifices comitiis tributis electos fuisse, opinantes propter tribuum mentionem apud *Cic.* l. c. et nostrum h. l., non minus quam *Gruchium* de comit. 2, 2., docent Ernest. et Oudend. inde, quod Pontif. max. creati sunt ante comitia tributa (orta a. U. 263.) neque princeps sacerdotum in comitiis, quae sine auspiciis haberentur, creatus esse videtur. Contra probabile est, populum secundum tribus in campum processisse, ibique in classes et centurias suas distinctum suffragia edidisse. Ita tribuum mentio in comitiis centuriatis infra c. 41 et 80. *Cic.* Agr. 2, 1. v. *Sigon.* et *Henr. Vales.* ad *Liv.* 1, 43. et *Duker.* ad *Liv.* 25, 5. qui locus etiam docet, haud facile creatum liquem fuisse, qui sella curuli non sedisset.

sine profusissima largitione. In qua reputans magnitudinem aeris alieni, quum mane ad comitia descenderet, praedixisse matri osculanti fertur, domum se nisi Pontificem non reversurum. Atque ita potentissimos duos competitores, multumque et aetate et dignitate antecedentes, superavit, ut plura ipse in eorum tribubus suffragia, quam uterque in omnibus, tulerit. [14] Praetor creatus, detecta conjuratione Catilinae, Senatuque universo in socios facinoris ultimam statuente poenam, solus municipatim dividendos, custodiendosque publicatis bonis, censuit. Quin et tan-

---

profus. largitione] *Dio* l. c. καὶ γὰρ θεραπεῦσαι καὶ κολακεῦσαι πάντα τινὰ καὶ τῶν τυχόντων ἑτοιμότατος ἐγένετο, καὶ οὔτε λόγου οὔτε ἔργου οὐδενός, ἐς τὸ κατατυχεῖν, ὧν ἐσπούδαζεν, ἐξίστατο· οὐδὲ ἔμελέν οἱ τῆς αὐτίκα ταπεινότητος πρὸς τὴν ἐκ τοῦ ἔπειτα ἰσχύν, ἀλλ' ὧν ἐπεχείρει πρωτεῦσαι, τούτους ὡς καὶ κρείττονας ὑπήρχετο.

domum se] *Plut.* Caes. 7. τῆς δ' ἡμέρας ἐνστάσης, καὶ τῆς μητρὸς ἐπὶ τὰς θύρας αὐτὸν οὐκ ἀδακρυτὶ προπεμπούσης, ἀσπασάμενος αὐτήν (id osculo fiebat)· ὦ μῆτερ, εἶπεν, τήμερον ἢ ἀρχιερέα τὸν υἱόν, ἢ φυγάδα ὄψει.

competitores] Q. Catulum et P. Isauricum. *Plut.* l. c. qui ἐπιφανεστάτους ἄνδρας καὶ μέγιστον ἐν βουλῇ δυναμένους eos dicit. *Dio* l. c. *Vell.* 2, 43. „et ante praeturam victus maximi pontificatus petitione Q. Catulus, omnium confessione Senatus princeps.“ *Sall.* Cat. 49. „Sed isdem temporibus Q. Catulus et C. Piso neque gratia, neque precibus, neque pretio Ciceronem impellere potuere, uti per Allobroges aut alium indicem C. Caesar falso (Catilinae socius) nominaretur — Catulus ex petitione Pontificatus odio incensus, quod extrema aetate, maxumis honoribus usus, ab adolescentulo Caesare victus discesserat.“

municipatim] Apud *Sallust.* Catil. 51. Caesar: „ita censeo: publicandas eorum pecunias, ipsos in vinculis habendos per municipia, quae maxume opibus valent: neu quis de iis postea ad Senatum referat, neve cum populo agat; qui aliter fecerit, Senatum existumare, eum contra Remp. et salutem omnium facturum.“ Consentit *Dio* 37, 36. γνώμην ἔδωκε δῆσαί τε αὐτούς, καὶ ἐς πόλεις ἄλλους ἄλλῃ καταθέσθαι, τῶν οὐσιῶν ἐστερημένους, ἐπὶ τῷ μήτε περὶ ἀδείας ἔτι αὐτῶν χρηματισθῆναί ποτε, κἂν διαδράσῃ τις, ἐν πολεμίων μοίρᾳ τὴν πόλιν, ἐξ ἧς ἂν φύγοι, εἶναι. Paulo diversam ejus sententiam dant *Plut.* Caes. 7. et *Appian.* Civ. 2, 6.

tum metum injecit asperiora suadentibus; identidem ostentans, quanta eos in posterum a plebe Romana maneret invidia, ut Decimum Silanum, Consulem designatum, non piguerit, sententiam suam, quia mutare turpe erat, interpretatione lenire, velut gravius, atque ipse sensisset, exceptam: obtinuissetque adeo, transductis ad se jam pluribus, et in his Cicerone, Consulis fratre, nisi labantem ordinem confirmasset M. Catonis oratio. Ac ne sic quidem impedire rem destitit, quoad usque manus Equitum Roma-

---

Dec. Silanum] *Sall.* c. 50. „Tum D. Junius Silanus, primus sententiam rogatus, quod eo tempore Consul designatus erat, de his, qui in custodiis tenebantur, praeterea de L. Cassio, P. Furio, P. Umbreno, Q. Annio, si deprehensi forent, supplicium sumendum decreverat, isque postea, permotus oratione C. Caesaris, pedibus in sententiam Tib. Neronis iturum se dixerat, quod de ea re praesidiis additis referundum censuerat." *Appian.* Civ. 2, 5. ἀξιοῦντι δὲ τῷ Σιλανῷ, τοὺς ἄνδρας ἐσχάτῃ κολάσει μετιέναι, πολλοὶ συνετίθεντο· ἕως, ἐπὶ Νέρωνα τῆς γνώμης περιϊούσης, ὁ Νέρων ἐδικαίου, φυλάττειν αὐτούς, μέχρι Κατιλίναν ἐξέλωσι πολέμῳ καὶ τὰ ἀκριβέστατα μάθωσι. cui sententiae Caesar postea *addidit* (vero προςετίθει defendit Schweigh. contra Casaubonum, suadentem προὐτίθει ad h. l.), διαθέσθαι τοὺς ἄνδρας Κικέρωνα τῆς Ἰταλίας ἐν πόλεσιν, αἷς ἂν αὐτὸς δοκιμάσῃ, μέχρι, Κατιλίνα καταπολεμηθέντος, ἐς δικαστήριον ὑπαχθῶσι, καὶ μηδὲν ἀνήκεστον ἐς ἄνδρας ἐπιφανεῖς ᾖ πρὸ λόγου καὶ δίκης ἐξειργασμένος, sc. ὁ Κικέρων, nisi leg. ἐξειργασμένον. v. *Rualdi* Animadv. 31. in Plut. Ceterum discrepantiam aliquam scriptorum in enarrandis sententiis Senatorum de conjuratis nemo miretur, qui meminerit, ipsius M. Bruti historiam ejusdem rei non caruisse variis erroribus, quos arguit *Cic.* ad Att. 12, 21.

interpr. lenire] Auctore *Plut.* Cat. min. 22. Silanus antea censuerat, δοκεῖν αὐτῷ τὰ ἔσχατα παθεῖν χρῆναι τοὺς ἄνδρας, post Caesaris orationem ἔξαρνος ἦν, ὡς οὐδ' αὐτὸς εἴποι θάνατον, ἀλλ' εἱργμόν· ἔσχατον γὰρ ἀνδρὶ Ῥωμαίῳ τοῦτο κακῶν ἁπάντων. Idem Cic. 21.

M. Catonis oratio] quae extat apud *Sallust.* c. 52. cf. *Vell.* 2, 35. qui Tribunum pl. designatum, adhuc admodum adolescentem, fuisse Catonem dicit, consentiente *Plut.* Cat. 22. et Cic. 25. v. Fabric. ad *Dion.* l. c.

quoad usque] Al. omittunt *usque*, et damnant Casaub., Burm., Oudend.

manus Equ. Rom.] Secundum *Sall.* 49. „Q. Catulus et Pi-

norum, quae armata praesidii causa circumstabat, immoderatius perseveranti necem comminata est: etiam strictos gladios usque eo intentans, ut sedentem una proximi deseruerint, vix pauci complexu togaque objecta protexerint. Tunc plane deterritus, non modo cessit, sed in reliquum anni tempus Curia abstinuit. [15] Primo praeturae die Q. Catulum de refectio-

---

so — magnam illi invidiam conflaverant, usque eo, ut nonnulli Equites Romani, qui praesidii causa cum telis erant circum Concordiae, seu periculi magnitudine, seu animi nobilitate impulsi, quo studium suum in Remp. clarius esset, egredienti ex Senatu Caesari gladio minitarentur." Consentit *Plut.* Caes. 8. Καίσαρι δὲ τῆς βουλῆς ἐξιόντι πολλοὶ τὸν Κικέρωνα φρουρούντων τότε νέων γυμνὰ τὰ ξίφη συνδραμόντες ἐπέσχον.

sedentem — deseruerint] quod Catilinae etiam accidit. *Cic.* Cat. 1, 7. „quid, quod adventu tuo ista subsellia vacuefacta sunt? quod omnes consulares, qui tibi persaepe ad caedem constituti fuerunt, simul atque assedisti, partem istam subselliorum nudam atque inanem reliquerunt?"

complexu tog. obj.] *Plut.* l. c. ἀλλὰ Κουρίων τότε λέγεται τῇ τηβέννῳ περιβαλὼν ὑπεξαγαγεῖν· αὐτὸς δὲ ὁ Κικέρων, ὡς οἱ νεανίσκοι προσέβλεψαν, ἀνανεῦσαι, φοβηθεὶς τὸν δῆμον, ἢ τὸν φόνον ὅλως ἄδικον καὶ παράνομον ἡγούμενος.

sed] Quod in aliis additur *etiam*, omisi auctoribus Casaub. Burm. Oudend., qui plurima omissi *etiam* post *non modo* et *non tantum* exempla collegerunt. Suetoniana v. in ind. sub v. *etiam*.

Curia abstinuit] Sed *Plut.* Caes. 8. narrat, μετ' ὀλίγας ἡμέρας Caesarem in Senatum venisse, et, cum de conjuratione se excusaret, in summum discrimen incidisse, nec nisi congregato ante curiam populo fuisse servatum. Sed puto, ad sequentem annum id pertinere, cum de conjuratis deliberatum fuisset Non. Decembr., quamquam Plut. Caesarem adhuc στρατηγεῖν μέλλοντα dicit.

de refectione Capitolii] Conflagraverat Capitolium prius, quod Tarquinius Superbus a Tarquinio Prisco votum fundare coeperat, (*Liv.* 1, 55. 56.) dedicaverat Consul Horatius (*Liv.* 2, 8. *Plut.* Poplicol. 14.), per Sullanas in urbe seditiones. *Plut.* l. c. 15. τὸν μὲν γὰρ πρῶτον (ναὸν) — Ταρκυνίου κατασκευάσαντος, Ὡρατίου δὲ καθιερώσαντος, ἐν τοῖς ἐμφυλίοις πολέμοις πῦρ ἀπώλεσε. (*App.* Civ. 1, 83. τό τε Καπιτώλιον, ὑπὸ τῶν βασιλέων τετρακοσίοις που

ne Capitolii ad disquisitionem populi vocavit, rogatione promulgata, qua curationem eam in alium transferebat. Verum impar optimatium conspirationi, quos, relicto statim novorum Consulum officio, frequentes obstinatosque ad resistendum concucurrisse cernebat, hanc quidem actionem deposuit. [16] Ceterum Caecilio Metello, Tribuno plebis, turbulentissimas

---

πρόσθεν ἔτεσι γενόμενον ἐνεπρήσθη, καὶ τὴν αἰτίαν οὐδεὶς ἐπενόει. cf. c. 86. αἷς ἡμέραις καὶ τὸ Καπιτώλιον ἐνεπίμπρατο· καὶ τὸ ἔργον τινὲς ἐλεγοποίουν Κάρβωνος, ἢ τῶν ὑπάτων, ἢ Σύλλα πέμψαντος εἶναι. *Plut.* Sull. 27.) Factum id A. U. 671. τὸν δὲ δεύτερον, ita pergit *Plut.* l. c., ἀνέστησε μὲν Σύλλας, ἐπεγράφη δὲ τῇ καθιερώσει Κάτουλος, Σύλλα προαποθανόντος. *Val. Max.* 6, 9, 5.

ad disqu. pop. voc.] *Dio* 37, 44. ἔπραττε, ὅπως τὸ μὲν τοῦ Κατούλου ὄνομα ἀπὸ τοῦ ναοῦ τοῦ Διὸς τοῦ Καπιτωλίνου ἀφαιρεθείη (κλοπῆς τε γὰρ αὐτὸν ηὔθυνε, καὶ τὸν λογισμὸν τῶν ἀνηλωμένων χρημάτων ἀπῄτει·) τῷ δὲ δὴ Πομπηΐῳ τὰ λοιπὰ προσεξεργάσασθαι ἐπιτραπείη· non Pompeji studio, ἀλλ' ἵνα αὐτὸς καὶ διὰ τούτων τὸ πλῆθος σφετερίσηται. cf. 43, 14. ubi inter alios honores id Caesari datum dicitur, ut, eraso nomine Catuli, (ὡς καὶ τὸν νεών, ἐφ' οὗ τῇ ἐκποιήσει εὐθύνειν ἐκεῖνον ἐπεχείρησεν, ἐκτελέσαντος) Caesaris nomen templo inscriberetur, quod tamen non factum. Lutatii enim Catuli nomen ibi permansit usque ad novum Vitellii tempore Capitolii incendium, teste *Tac.* Hist. 3, 72. ubi v. Ern. Ibidem Tacitus brevem Capitolii historiam exhibet. — Ceterum ex dictis patet, disquisitionem fuisse de peculatu.

in alium transferebat] in Pompejum, ut docet *Dionis* l. c. *Transferebat* i. e. ut transferretur, rogabat. Non enim factum est.

novorum Consulum] Dec. Iunii Silani et L. Licinii Murenae. *Officium* est *salutatio*. *Plin.* Ep. 9, 37. v. ind.

actionem deposuit] Secundum *Dion.* l. c. absterritus maxime Metelli exemplo, de quo proxime, qui urbe cesserat ad Pompejum fugiens. Ita enim ille: οὐ μὴν οὕτω γε χαρίζεσθαι αὐτῷ ἤθελεν, ὥστε καὶ ἐφ' ἑαυτῷ διὰ τοῦτο ψηφισθῆναί τι τοιοῦτον, οἷον ἐπὶ τῷ Νέπωτι δέδεκται, ὑπομεῖναι. De voce *actio* v. Ern. Cl. Cic.

Caecilio Metello] Nepoti. Petebat is maxime Ciceronem ob supplicium Lentuli et reliquorum conjuratorum. *Dio* 37, 42. ἔργῳ δέ, ἐπὶ τῇ βουλῇ κατεσκευάζετο· ὡς γὰρ οὐκ ἐξὸν σφίσιν ἄνευ τοῦ δήμου θάνατον πολίτου τινὸς καταψηφίσασθαι, πολλὴν καταβοὴν ἐν τῷ ὁμίλῳ πρὸς τοῦ Μετέλλου τοῦ Νέπωτος ὅτι μάλιστα εἶχον. Hae sunt illae *turbulentissimae leges*, de quibus v. etiam *Plut.* Cat. min.

leges adversus collegarum intercessionem ferenti, auctorem propugnatoremque se pertinacissime praestitit; donec ambo administratione Reipublicae decreto Patrum summoverentur. Ac nihilo minus permanere in magistratu, et jus dicere ausus, ut comperit paratos, qui vi ac per arma prohiberent, dimissis lictoribus, abjectaque praetexta, domum clam refugit, pro conditione temporum quieturus. Multitudinem quoque, biduo post sponte et ultro confluentem, operamque sibi in asserenda dignitate tumultuosius pollicentem, compescuit. Quod quum praeter opinionem evenisset, Senatus, ob eundem coetum festinato coactus, gratias ei per primores viros egit: accitumque in Curiam, et amplissimis verbis collaudatum, in integrum restituit, inducto priore decreto.
[17] Recidit rursus in discrimen aliud, inter socios Catilinae nominatus, et apud Novium Nigrum Quae-

---

26. ubi: ἐντεῦθεν εἰς τὴν δημαρχίαν ἐμπεσὼν ὁ Μέτελλος ἐκκλησίας τε θορυβώδεις συνῆγε, καὶ νόμον ἔγραψε, Πομπήϊον Μάγνον ἰέναι κατὰ τάχος μετὰ τῶν δυνάμεων εἰς Ἰταλίαν, καὶ παραλαβόντα σώζειν τὴν πόλιν, ὡς ὑπὸ Κατιλίνα κινδυνεύουσαν. ἦν δὲ τοῦτο λόγος εὐπρεπής. ἔργον δὲ τοῦ νόμου καὶ τέλος, ἐγχειρίσαι τὰ πράγματα Πομπηΐῳ, καὶ παραδοῦναι τὴν ἡγεμονίαν, et cap. sequ. usque ad 29. Pertinacissime enim inter collegas restitit ei Cato. Conqueritur de ejus in se furore *Cicero* in ep. ad ejus fratrem, Q. Metellum Celerem, (ad Div. 5, 2.). De ejus genere v. Manut. ad Ep. ad Div. 5, 1. Idem postea Praetor portoria Italiae sustulit. *Dio* 37, 51.

administratione] Al. addunt praepos. *ab*. Ita est c. 28. „quo *a* petitione honorum absentes *summovebat*."

jus dicere ausus] ut Praetor urbanus, cujus pr. erat jurisdictio. v. ad c. 43. Inde *lictores*, quos duos Praetor habebat in urbe, et *praetexta*, quam primo muneris die nuncupatis votis induere solebat.

Nov. Nigr. Quaestorem] Ambigo adhuc, Quaestorem urbanum, an quaesitorem, an judicem quaestionis intelligam, neque facile rem aliquis definierit. Plurima tamen videtur h. l. esse Ernesti auctoritas, qui ex *Cic.* pro Flacc. 13. M. Curium et P. Sextilium eo anno Quaestores urbanos fuisse ostendit. Intellige igitur *quaesitorem*, cui extraordinaria de Catilinariis

atorem a L. Vettio Judice, et in Senatu a Q. Curio: cui, quod primus consilia conjuratorum detexerat, constituta erant publice praemia. Curius, e Catilina se cognovisse, dicebat: Vettius etiam chirographum ejus, Catilinae datum, pollicebatur. Id vero Caesar nullo modo tolerandum existimans, quum, implorato Ciceronis testimonio, quaedam se de conjuratione ultro ad eum detulisse, docuisset, ne Curio praemia darentur, effecit: Vettium, pignoribus captis, et direpta supellectile male

---

quaestio a Senatu fuerat demandata. Id fieri solebat in gravissimis criminibus, de quibus nondum lex erat lata, vel ubi sufficere non videbatur, quae aderat. v. *Cort.* ad *Sallust.* Iug. 40. et *Sigon.* de judic. 2, 33. p. 676.

L. Vettio Judice] Hoc cognomen e membranis, numis et lapidibus Vettio asseruere Graev., Casaub., Oudend., Ruhnk., Wolf. Contra Burm., Ern., Bremi probant vulg. *indice*, eundemque hunc putant, qui commemoratur c. 20. qui per contumeliam *index* appellatus Ern. videtur. Sed vix puto, hunc tam acerbo a Caesare habitum, postea ejusdem causae serviisse, quamvis pessimae notae hominem fuisse, ex omnibus pateat. v. ad c. 20. De hoc ita *Dio* 37, 41. *οὐ μὴν οἵ γε σύμμαχοι, οἱ μετασχόντες τῷ Κατιλίνᾳ τῶν πραγμάτων, καὶ τότε ἔτι περιόντες, ἡσύχαζον, ἀλλὰ καὶ δέει τῆς τιμωρίας ἐταράττοντο. Καὶ ἐκείνους μὲν στρατηγοὶ καθ' ἑκάστους πεμφθέντες προκατέλαβον τρόπον τινὰ ἐσκεδασμένους, καὶ ἐτιμωρήσαντο· ἕτεροι δὲ τῶν λανθανόντων, μηνύσει Λουκίου Οὐεττίου, ἀνδρὸς ἱππέως συγκοινωνήσαντος μὲν σφίσι τῆς συνωμοσίας, τότε δὲ ἐπ' ἀδείᾳ αὐτοὺς ἐκφαίνοντος, ἐλεγχόμενοι ἐδικαιοῦντο.* Vettius iste cum nomina conjuratorum in tabula perscripta Senatui tradidisset, multusque inde multis calumniae metus esset, *ἔδοξε τῇ γερουσίᾳ τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἐντεθῆναι· κἀκ τούτου, οἵ τε ἀναίτιοι κατέστησαν, καὶ τοῖς ὑπευθύνοις δίκαι ἐγένοντο. καὶ αὐτῶν οἱ μὲν παρόντες, οἱ δὲ καὶ ἐρήμην ὦφλον.* Ad qu. l. et ipse Fabric. falso, ut mihi videtur, hunc cum altero Vettio confundit.

Q. Curio] Fuerat is et ipse inter conjuratos, (*Sall.* Cat. 17.) perductus ad prodendam conjurationem a Cicerone per Fulviam. *Sall.* 23, 26.

pignoribus captis] quod in jus vocatus a Caesare ob falsum indicium non comparuerat. Spreti imperii et neglectae dignitatis, maxime negato majori magistratui obsequio, poena sem-

mulcatum, ac pro Rostris in concione paene discerptum, conjecit in carcerem: eodem Novium Quaestorem, quod compellari apud se majorem potestatem passus esset. [18] Ex praetura ulteriorem sortitus Hispaniam, retinentes creditores interventu sponsorum removit: ac neque more, neque jure, ante-

---

per erat *carcer* et *pignorum captio*. Graeci dicunt *ἐνέχυρα λαμβάνειν*. *Plut.* Cat. min. 37. *ἀπειλοῦντος δὲ τοῦ Κάτωνος, ὥςπερ εἰώθασι τῶν ἀπειθούντων, ἐνέχυρα λήψεσθαι.* Cic. 43. *ἐνέχυρα λαβὼν μόνον ἐπαύσατο.* Ita *Liv.* 3, 38. „postquam citati non conveniebant (Patres), dimissi circa domos apparitores — ad pignora capienda." *Cic.* de Orat. 3, 1. „*pignoribusque ablatis* Crassum instituit coercere." v. Ern. Cl. Cicer. *Direpta supellex* haud dubie est a populo, qui cum apparitoribus in Vettii aedes irruperat. Al. interpr. *divendita*.

compellari a. s. maj. pot.] Omnino, qui magistratum gerebant, *compellari* i. e. accusari, deferri non poterant, (unde Noster c. 18. post praeturam metuisse Caesarem judicium narrat,) vel infames aliquo crimine atrociori abdicare se magistratu cogebantur; multo minus *major potestas* i. e. *magistratus*, *ἀρχή*, (Consul, Praetor, Aedilis,) a minori; quamquam enim Novio quaestio demandata fuerat, summam tamen Caesari, dum Praetura fungebatur, ob dignitatem debebat verecundiam.

sortitus] Praetores enim provincias inter se vel comparabant vel sortiebantur. *Liv.* 27, 38. l. 34, 55. l. 45, 16, 17. — *Hispaniam ulter.* *Plut.* Caes. 11. 'Ιβηρίαν, quomodo etiam *App.* Civ. 2, 8. *Dio* 37, 52. *τῆς Λυσιτανίας μετὰ τὴν στρατηγίαν ἦρξε*, omnes minus accurate.

sponsorum] i. e. qui pro debitore se obligabant, dati a debitore; ubi enim ultro se offerebant, jubebantque pecuniam credi sua fide suoque periculo, dicebantur *fidejussores*; *adpromissores* erant, qui, quod suo nomine alii promiserant, idem pro altero quoque promittebant. Ita *Heinecc.* Ant. 3, tit. 21. §. 4. *Sponsores* audiebant, quod, debitorem dicta die aes alienum soluturum, *spondebant*. — Ceterum eripuit Caesarem creditoribus M. Crassi interventus, auctore *Plut.* Crass. 7. et Caes. 11. ubi: *ἀναδεξαμένου δὲ τοῦ Κράσσου τοὺς μάλιστα χαλεποὺς καὶ ἀπαραιτήτους τῶν δανειστῶν, καὶ διεγγυήσαντος ὀκτακοσίων καὶ τριάκοντα ταλάντων, οὕτως ἐξῆλθεν ἐπὶ τὴν ἐπαρχίαν.* Debebat autem Caesar prius, quam aliquem magistratum adiret, 1300 talenta. *Plut.* Caes. 5. unde *Appian.* Civ. 2, 8. *Φασὶν αὐτὸν εἰπεῖν, ὅτι δέοιτο διςχιλίων καὶ πεντακοσίων μυριάδων* (sc. δραχμῶν i. e. millies HS.), *ἵνα ἔχοι μηδέν.*

quam provinciae ornarentur, profectus est: incertum, metune judicii, quod privato parabatur, an quo maturius sociis implorantibus subveniret. Pacataque provincia, pari festinatione, non exspectato successore, ad triumphum simul consulatumque decessit. Sed quum, edictis jam comitiis, ratio ejus haberi non posset, nisi privatus introisset Urbem, et ambienti,

---

ornarentur] Al. *ordinarentur*. Erat quidem Senatus, *ordinare* i. e. constituere, decernere provincias, quo sensu infra c. 76. dicitur: „magistratus *ordinavit*,“ et *Justin.* 30, 2. „tribunatus, praefecturas, et ducatus mulieres *ordinabant*.“ (ut nos: verordnen.) Sed facta jam fuerat sortitio, restabat igitur, ut provinciae *ornarentur* i. e. instruerentur rebus necessariis, ut copiis, pecunia, vasis, quomodo magistratus ipsi *ornari* dicuntur. Gr. κοσμεῖν, κόσμον τῇ ἀρχῇ προστιθέναι dicunt. v. de hac re *Sigon.* de ant. jur. prov. 2, 1. *Heinecc.* Ant. Append. I. 2, §. 108. *Ernest.* Cl. Cic. in *ornare*.

privato] cum antea ut Praetor, postea ut praefectus provinciae compellari non posset.

Pacataque prov.] Devicit ibi Callaicos et Lusitanos, propterea *Imperator* a militibus appellatus. *Plut.* Caes. 12. *Dio* 37, 52. *Appian.* Civ. 2, 8. στρατιὰν ἀγείρας ἐπετίθετο τοῖς ἔτι λοιποῖς Ἰβήρων ἀνὰ μέρος, μέχρι τὴν Ἰβηρίαν ἐς τὸ ὁλόκληρον ἀπέφηνε Ῥωμαίοις ὑποτελῆ· καὶ χρήματα πολλὰ ἐς Ῥώμην ἀπέπεμψεν ἐς τὸ κοινὸν ταμιεῖον. et Id. Hisp. 6, 102. Γάϊος Καῖσαρ, αἱρεθεὶς Ἰβηρίας στρατηγεῖν, ὥστε καὶ πολεμεῖν οἷς δεήσειεν, ὅσα τῶν Ἰβήρων ἐσαλεύετο, ἢ Ῥωμαίοις ἔτι ἔλιπεν, πολέμῳ συνηνάγκασεν πάντα ὑπακούειν. Deinde rem pecuniariam apud Hispanos constituit, auctore *Plut.* l. c. ἔταξε γάρ, τῶν προσιόντων τοῖς ὀφείλουσι καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν δύο μὲν μέρη τὸν δανειστὴν ἀναιρεῖσθαι, τῷ δὲ λοιπῷ χρῆσθαι τὸν δεσπότην, ἄχρις ἂν οὕτως ἐκλυθῇ τὸ δάνειον. Provocat ad haec erga eam gentem beneficia Caesar ipse in oratione Bell. Hisp. 42.

non exspectato successore] quod facere debebant, ut provinciam copiasque ei traderent, quo facto intra triginta dies e provincia erat proficiscendum, lege Cornelia. v. *Cic.* ad Div. 3, 6. quae tota ep. ad cognoscendum mutandi provincias morem multum valet; ad Div. 2, 15. exemplum etiam habes praepositi provinciae Quaestoris, quum successor justo tempore non advenisset.

ratio ejus hab. n. p.] Intra legitimos dies i. e. trinundinum profiteri candidati debebant. *Sall.* Cat. 18. Ceterum magistra-

ut legibus solveretur, multi contradicerent, coactus est, triumphum, ne consulatu excluderetur, dimittere. [19] E duobus [consulatus] competitoribus, L. Luccejo, Marcoque Bibulo, Luccejum sibi adjunxit: pactus, ut is, quoniam inferior gratia esset, pecuniaque polleret, nummos de suo, communi nomine, per centurias pronunciaret. Qua cognita re, optimates, quos metus ceperat, nihil non ausurum eum in summo magistratu, concordi et consentiente colle-

---

tus, qui comitia habebat, ob varias causas negare poterat, rationem se candidati habiturum. *Liv.* 8, 15.

ut legibus solveretur] h. e. lege, qua absentis petitoris rationem haberi vetitum erat. Absens autem erat, quod urbem intrare ei non licebat, dum in imperio perseverabat, et triumphum cum exercitu expectabat. *Plut.* Caes. 13. ἐπεὶ δὲ τοὺς μὲν μνωμένους θρίαμβον ἔξω διατρίβειν ἔδει, τοὺς δὲ μετιόντας ὑπατείαν παρόντας ἐν τῇ πόλει τοῦτο πράττειν, ἐν τοιαύτῃ γεγονὼς ἀντινομίᾳ, καὶ πρὸς αὐτὰς τὰς ὑπατικὰς ἀφιγμένος ἀρχαιρεσίας, ἔπεμψε πρὸς τὴν σύγκλητον, αἰτούμενος αὐτῷ δοθῆναι παραγγέλλειν εἰς ὑπατείαν ἀπόντι διὰ τῶν φίλων. Contradixit ei maxime Cato. cf. *Plut.* Pomp. 44. Cat. min. 31. *Dio* 37, 54. πράξας δὲ ταῦτα, καὶ νομίσας ἱκανὴν ἀπ' αὐτῶν ἐπίβασιν πρὸς τὴν ὑπατείαν εἰληφέναι, σπουδῇ πρὸς τὰς ἀρχαιρεσίας, καὶ πρὶν τὸν διάδοχον ἐλθεῖν, ὥρμησε· καὶ ἠξίου καὶ πρὸ τοῦ πέμψαι τὰ ἐπινίκια, ἐπειδὴ μὴ οἷά τε προδιεορτασθῆναι ἦν, αἰτῆσαι αὐτήν. μὴ τυχὼν δέ, τοῦ Κάτωνος ὅτι μάλιστα ἐναντιωθέντος, ἐκεῖνα μὲν εἴασε· καὶ γὰρ ἤλπιζε πολὺ πλείω καὶ μείζω ὕπατος ἀποδειχθεὶς καὶ ἔργα πράξειν, καὶ ἐπινίκια πέμψειν. Triumphum tamen ei fuisse decretum, patet e *Dion.* 44, 41. et *App.* Civ. 2, 8. ἐφ' οἷς ἡ μὲν βουλὴ θριαμβεῦσαι παρέσχεν αὐτῷ, sequ. — Ceterum Romanos ab observanda illa lege nonnunquam recessisse, docet etiam exemplum Luculli, qui absens aedilis fuit creatus. *Plut.* Luc. 1.

consulatus] Haud dubie e glossa, ut saepe.

Luccejum] *Cic.* ad Att. 1, 17. „Luccejum scito consulatum habere in animo statim petere. Duo enim soli dicuntur petituri. Caesar cum eo coire per Arrium cogitat; et Bibulus cum hoc se putat per Pisonem posse conjungi," ubi v. Schütz. Hic Luccejus vero idem est, cui Cicero (ad Div. 5, 10.) historiam consulatus sui scribendam demandat.

pronunciaret] i. e. promitteret. Infra c. 26. „munus populo epulumque pronunciavit." *Cic.* Cluent. 29. „quum pro reo pronunciasset pecuniam."

ga, auctores Bibulo fuerunt, tantundem pollicendi: ac plerique pecunias contulerunt, ne Catone quidem abnuente, eam largitionem e Republica fieri. Igitur cum Bibulo Consul creatur. Eandem ob causam opera optimatibus data est, ut provinciae futuris Consulibus minimi negotii, id est, silvae callesque decernerentur. Qua maxime injuria instinctus, omnibus officiis Cn. Pompejum assectatus est, offensum Patribus, quod, Mithridate rege victo, cunctantius confirmarentur acta sua: Pompejoque M. Crassum recon-

---

ne Catone qu. abnuente — e Rep. fieri] i. e. ne Catone quidem negante, hanc larg. Reipubl. esse salutarem. Ineptam esse lect. *a Rep.*, cum largitio non ex aerario, sed collatis singulorum pecuniis fieret, jam monuit Oudend. *e Rep.* ita dixit Liv. 8, 23. „quum — Publilium imminentem hostium muris avocari — *haud e Republica esset.*" Cic. Phil. 3, 15. „id eum — recte atque ordine, *exque Rep. fecisse et facere*" al. ad Brut. 5. „si arbitrarere *utile eque Rep.* esse."

cum Bibulo] *Appian.* Civ. 2, 8. ὑφορωμένη δ' αὐτοὺς ἡ βουλὴ (triumviros intellige) Λεύκιον Βύβλον ἐς ἐναντίωσιν τοῦ Καίσαρος ἐχειροτόνησεν αὐτῷ συνάρχειν. Aliam frumenti distributionem, suadente Catone populo ex aerario decretam, ad abstrahendos a Caesare ante praeturam animos, narrat *Plut.* Caes. 8. Cat. min. 26.

optimatibus] Al. addunt *ab.* Sed plura exempla dativi ita positi in nostro occurrunt. v. ind. Simplicem etiam ablativum ita adhiberi docet post alios Oudend. ad h. l.

silvae callesque] h. e. ubi bella non gerenda, nihil gloriae parandum, cum latronibus tantum confligendum. Lips. ad *Tac.* Ann. 4, 27. intelligit curam publicorum saltuum calliumque, in quibus pecora pascebantur, aere aliquo constituto, Quaestoribus proprie demandatam, interdum et Consulibus, si bella nusquam aut hostis; (quod vellem exemplis confirmasset; equidem certe dignatione consulari inferius id putaverim.)

assectatus est] i. e. omni studio coluit. Gr. θεραπεύειν, vel, ut *Dio* saepius, ὑπέρχεσθαι. *Offensum* i. e. infensum, iratum. v. ind.

acta sua] Auctore *Dion.* 37, 49. Pompejus ob hanc maxime causam L. Afranium et Metellum Celerem ad consulatum perduxerat, quod per eos acta sua confirmatum iri, sibi persua-

ciliavit, veterem inimicum ex consulatu, quem summa discordia simul gesserant: ac societatem cum utroque iniit, ne quid ageretur in Republica, quod displicuisset ulli e tribus. [20] Inito honore primus omnium instituit, ut tam Senatus, quam populi diurna acta confierent, et publicarentur. Antiquum et-

---

terat; sic enim ille: ἤθελε μὲν γὰρ ἄλλα τε, καὶ ἐν τοῖς μάλιστα χώραν τέ τινα τοῖς συνεστρατευμένοις οἱ δοθῆναι, καὶ τὰ πεπραγμένα αὐτῷ πάντ' ἐπικυρωθῆναι. διήμαρτε δὲ σφῶν τότε. Obstitere ei praeter alios Cato, Metellus ipse, omnium maxime Lucullus.

reconciliavit — gesserant] Consules fuerant a. U. 684. *Plut.* Crass. 12. οὐ μὴν ἔμειναν ἐπὶ τῆς αὐτῆς φιλοφροσύνης εἰς τὴν ἀρχὴν καταστάντες, ἀλλ' ὀλίγου δεῖν περὶ πάντων διαφερόμενοι, καὶ πάντα δυσκολαίνοντες ἀλλήλοις καὶ φιλονεικοῦντες, ἀπολίτευτον καὶ ἄπρακτον αὐτοῖς τὴν ὑπατείαν ἐποίησαν. Reconciliavit utrumque Caesar ante consulatum, uti praeter nostrum *Plut.* Caes. 13. Crass. 14. ὡς ἐπανῆλθεν ἀπὸ τῆς ἐπαρχίας, παρασκευαζόμενος ὑπατείαν μετιέναι. Pompej. 47. ἐλθὼν ἀπὸ στρατείας, ubi sapienter de hoc Caesaris consilio judicat. *Dio* 37, 54. sequ. *Appian.* Civ. 2, 9. qui addit: καί τις αὐτῶν τήνδε τὴν συμφροσύνην συγγραφεύς, Βάῤῥων, ἑνὶ βιβλίῳ περιλαβὼν, ἐπέγραψε Τρικάρανον. *Flor.* 4, 2, 11. Epit. *Liv.* 103. Minus accurate *Vellej.* 2, 44. „hoc igitur Consule (Caesare) inter eum et Cn. Pompejum et M. Crassum inita potentiae societas."

primus — diurna acta confierent e. p.] Huic Suet. loco cum refragari viderentur fragmenta quaedam actorum Sen. et P. R., alterum anni 586., alterum 692., edita a *Dodwell.* Praelect. Camden. p. 665—691., quibus innixus Graev. Nostrum erroris arguebat, ut qui a Caesare demum Cs. a. 695. instituta ea diceret; vindicarunt eum Duker. ad *Liv.* 44, 18. Wesseling. Probab. 39. et Ernesti in excursu ad h. l. et prolus. de actorum S. P. Q. R. diurnorum origine, cujus summa haec est: Illa fragmenta conficta videntur ab aliquo impostore. Memoriam autem rerum publice gestarum singulis annis antea literis mandavit Pontifex max., iique *annales maximi* sunt appellati, ut adeo actis diurnis opus non esset. Haec annalium conscribendorum ratio obtinuit usque ad Pontificem P. Mucium, h. e. ad medium prope seculum septimum ab U. C., postea fortasse ob turbas domesticas omissa. Ideo Caesar Cs. acta diurna instituit, post ejus consulatum propter optimatium invidiam intermissa, (nam per aliquod tempus commentarii rerum urbanarum privati tantum erant, v. *Cic.* ad Div. 2, 8. l. 8, 1. ad Att. 6, 2.) ab eodem Cae-

iam retulit morem, ut, quo mense fasces non haberet, accensus ante eum iret, lictores pone sequerentur. Lege autem Agraria promulgata, obnunciantem collegam armis Foro expulit. Ac postero die in Senatu conquestum, nec quoquam reperto, qui super tali consternatione referre aut censere aliquid aude-

---

sare alterum Consule et Dictatore postea restituta. — *conferent* Oudend. restituit pro *conficerentur.*

quo mense] Alternis enim mensibus fasces habebant Css., quamquam alternis diebus nonnunquam eos mutatos contendunt haud pauci e fragmentis act. diurn. modo commemoratis, ubi v. c. „V. Kal. Apr. fasces penes Aemilium, IV. Kal. Apr. fasces penes Licinium e s. p." ob quam ipsam causam Oudend. spuria ea pronunciat. Locus classicus de fascibus est apud *Dionys.* Archaeol. 5. 2. δείσαντες, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, μὴ δόξα τοῖς πολλοῖς ἐγγένηται περὶ τῆς καινῆς πολιτείας οὐκ ἀληθὴς, ὅτι δύο βασιλεῖς κύριοι γεγόνασι τῆς πόλεως ἀνθ' ἑνός, ἑκατέρου τῶν ὑπάτων τοὺς δώδεκα πελέκεις ἔχοντος, ὥσπερ εἶχον οἱ βασιλεῖς, ἔκριναν τό τε δέος ἀφελέσθαι τῶν πολιτῶν, καὶ τῆς ἐξουσίας μειῶσαι τὸν φθόνον, τοῦ μὲν ἑτέρου τῶν ὑπάτων τοὺς δώδεκα κατατάξαντες ἡγεῖσθαι πελέκεις, τοῦ δ' ἑτέρου, δώδεκα ὑπηρέτας ῥάβδους ἔχοντας μόνον, ὡς δέ τινες ἱστοροῦσι, καὶ κορύνας· γίνεσθαι δὲ τῶν πελέκεων τὴν παράληψιν ἐκ περιτροπῆς, ἕνα μῆνα κατέχοντος αὐτοὺς παραλλὰξ ἑκατέρου. Postea Valerius Poplicola ἀφεῖλεν ἀπὸ τῶν ῥάβδων τοὺς πελέκεις καὶ κατεστήσατο τοῖς μετ' αὐτὸν ὑπάτοις ἔθος, ὃ καὶ μέχρι τῆς ἐμῆς διέμεινεν ἡλικίας (ita *Dionys.* 5. 19.), ὅταν ἔξωθεν τῆς πόλεως γένωνται, χρῆσθαι τοῖς πελέκεσιν, ἔνδον δὲ ταῖς ῥάβδοις κοσμεῖσθαι μόναις. Idem alteri tantum Consuli fasces concessit, qui mos postea etiam valuit apud Decemviros *Liv.* 3. 33. „eo die penes praefectum iuris *fasces* duodecim erant; collegis novem *singuli accensi* apparebant."

Lege — Agraria] quales multae ante Iuliam fuerant latae, de quidem v. *Sigon.* de ant. jur. Ital. 2, 2. p. 627. sequ. *Ern.* Cl. Cicer. in ind. leg.

obnunciantem] i. e. dicentem, se de coelo servaturum (*Dio* 39. 35. διοσημίαν ψηφίζεσθαι dicit), vel tristia de coelo nunciantem, qua re comitia dirimebantur et in alium diem differebantur, ex lege *Aelia* de comitiis Aelii Cs. a. U. 586. v. Ern. Cl. Cic. ad legem Aeliam et sub v. *obnunciare.* De re v. infra.

referre] Id erat *Consulis*, qui fasces sorte tenebat (tenebat autem tunc Caesar, quem de suo facinore non relaturum fuisse patet) vel *Tribunorum plebis*, vel *Praetorum*, quibus jus hoc

ret, qualia multa saepe in levioribus turbis decreta erant, in eam coëgit desperationem, ut, quoad potestate abiret, domo abditus nihil aliud quam per edicta obnunciaret. Unus ex eo tempore omnia in Republica, et ad arbitrium administravit: ut nonnulli urbanorum, quum quid per jocum testandi gratia

---

dedit Augustus (*Dion.* 55, 3.) de illis igitur h. l. est cogitandum, nisi quis cum Ern. *referre* putaverit esse i. q. relationem postulare. *Censere* h. l. sententiam dicere per egressionem, excedere relationem, quemadmodum etiam interpretatur Reimar. ad Dion. 55, 3. Auctore etiam *Dione* 38, 6. Bibulus τῇ ὑστεραίᾳ ἐπείρασε μὲν ἐν τῷ συνεδρίῳ αὐτὸν (τὸν νόμον) λῦσαι, ἐπέρανε δὲ οὐδέν· τῇ γὰρ τοῦ πλήθους σπουδῇ δεδουλωμένοι πάντες ἡσύχαζον.

domo abditus] *Plut.* Caes. 14. ὁ μὲν οὖν συνάρχων τοῦ Καίσαρος, Βίβλος, ἐπεὶ κωλύων τοὺς νόμους οὐδὲν ἐπέραινεν, ἀλλὰ πολλάκις ἐκινδύνευε μετὰ Κάτωνος ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἀποθανεῖν, ἐγκλεισάμενος οἴκοι τὸν τῆς ἀρχῆς χρόνον διετέλεσε. coll. Pomp. 48. *App.* Civ. 2, 10, 11. narrat, Caesarem post contentiones de lege agraria Senatum non habuisse amplius, sed pro rostris cum populo egisse, adjuvantibus Pompejo et Crasso, Senatum autem, cum ab uno Cs. convocari non posset, in aedes Bibuli convenisse, tandem Bibulum progressum in forum et oblocutum vi fuisse depulsum, additque c. 12. καὶ Βύβλος μέν, ἐκ χειρῶν ἅπαντα μαθείς, οἷά τις ἰδιώτης, οὐ προῄει τῆς οἰκίας ἐπὶ τὸ λοιπὸν τῆς ἀρχῆς ἅπαν. *Dio*, qui accuratissime totam contentionem 38. 1—8. describit, c. 6. οὐ μέντοι καὶ ὁ Βίβουλος ἐνεδίδου, ἀλλὰ τρεῖς δημάρχους συναγωνιστὰς προςθέμενος, ἐκώλυσε τὸ νομοθέτημα. καὶ τέλος, ἐπειδὴ μηκέτ' αὐτῷ μηδεμία ἄλλη σκῆψις ἀναβολῆς ὑπελείπετο, ἱερομηνίαν ἐς πάσας ὁμοίως τὰς λοιπὰς τοῦ ἔτους ἡμέρας, ἐν αἷς οὐδ' εἰς ἐκκλησίας ὁ δῆμος ἐκ τῶν νόμων συνελθεῖν ἐδύνατο, προηγόρευσε. Tandem, omnibus frustra tentatis: ἀνεχώρησέ τε οὖν οἴκαδε, καὶ οὐκέτι τὸ παράπαν ἐς τὸ κοινὸν μέχρι τῆς τελευταίας τοῦ ἔτους ἡμέρας παρῆλθεν, ἀλλ' ἐν τῇ οἰκίᾳ καταμένων ἀεὶ τῷ Καίσαρι, ὁσάκις γε ἐνεωτέριζέ τι, ἐνετέλλετο διὰ τῶν ὑπηρετῶν, ὅτι ἱερομηνία τε εἴη, καὶ οὐδὲν ὁσίως ἐκ τῶν νόμων ἐν αὐτῇ δύναιτο δρᾶσθαι. v. *Cic.* ad Att. 2, 19. et 21. *Vell.* 2, 44.

urbanorum] i. e. jocosorum. *Plin.* ep. 4, 25. „quid hunc putamus domi facere, qui in tanta re, tam serio tempore, tam scurriliter ludit? qui denique omnino in Senatu dicax et urbanus et bellus est?“ *Quinctil.* Inst. 6, 3, 102. sequ. de vera *urbanitatis* notione multis disputat.

per jocum test.] Huc sane pertinent verba: *per jocum*, non

signarent, non *Caesare et Bibulo*, sed *Iulio et Caesare Consulibus* actum scriberent, bis eundem praeponentes, nomine atque cognomine: utque vulgo mox ferrentur hi versus:

Non Bibulo quicquam nuper, sed Caesare factum est:
Nam Bibulo fieri Consule nil memini.

Campum Stellatem, majoribus consecratum, agrumque Campanum, ad subsidia Reipublicae vectiga-

---

post *signarent*, ut visum Lipsio et Torrentio, adstipulante Ernestio. In rebus enim seriis talis jocus et indecorus erat, et illegitimus, ut bene Oudend. — Rem *Dio* etiam narrat 38, 8. τὰ μὲν οὖν ἄλλα αὐτὸς ὁ Καῖσαρ καὶ ἐξηγεῖτο καὶ συνεβούλευε καὶ διέταττε πάντα καθάπαξ τὰν τῇ πόλει, ὡς καὶ μόνος αὐτῆς ἄρχων. ὅθενπερ χαριεντιζόμενοί τινες τὸ μὲν τοῦ Βιβούλου ὄνομα παντάπασιν ἀπεσιώπων· τὸν δὲ δὴ Καίσαρα δύο καὶ ὠνόμαζον καὶ ἔγραφον, Γάϊόν τε Καίσαρα καὶ Ἰούλιον Καίσαρα ὑπατεύειν λέγοντες.

Campum Stellatem] agri Campani partem, juxta montem Calliculam agrumque Falernum. (*Cluver*. Ital. ant. 4, 5, 3. *Cellar*. Geogr. Ant. 2, 9. p. 849.) Conjungit Stellatem campum et agrum Campanum etiam *Cic*. Agr. 1, 7. et 2, 31. Dictus ita fuisse videtur ab urbe Stella, quae ibi fuerat. *Consecratus* autem h. l. non est Diis devotus, sed usibus publicis destinatus, *majoribus* i. e. a majoribus, (quae enim in nullius bonis erant, quodammodo divini juris habebantur), fortasse etiam, quia *per sacrata jura* i. e. inter execrationes publico addictus fuerat. Casaub. factum id putat in memoriam victoriae de Samnitibus a. U. 459. Q. Fabio V. et P. Decio IIII. Css. Conficit rem *Vell*. 2, 44. „In hoc consulatu Caesar legem tulit, ut ager Campanus plebei divideretur, suasore legis Pompejo. Ita circiter XX. millia civium eo deducta, *et jus ab his restitutum* post annos circiter CLII, *quam bello Punico ab Romanis Capua in formam praefecturae redacta erat*.“ cf. loca *Dionis* et *Appiani* mox laudanda.

agrumque Campanum] *Cic*. Agr. 2, 29. eum „fundum pulcherrimum populi Rom., caput vestrae pecuniae, pacis ornamentum, subsidium belli, fundamentum vectigalium, horreum legionum, solatium annonae“ dicit. Conqueritur de ejus divisione lege Iulia instituta Id. ad Att. 2, 16. Dissentiunt autem, notante etiam Casaub., hic Graeci, qui divisionem agri Camp. a lege Iulia agraria distinguunt. *Dio* 38, 1. τὴν δὲ χώραν τήν τε κοινὴν ἅπασαν, πλὴν τῆς Καμπανίδος, ἔνεμε (ταύτην γὰρ ἐν τῷ δημοσίῳ ἐξαίρετον διὰ τὴν ἀρετὴν συνεβούλευσεν

lem relictum, divisit extra sortem ad viginti millibus civium, quibus terni pluresve liberi essent. Publicanos, remissionem petentes, tertia mercedum parte relevavit, ac, ne in locatione novorum vectigalium

---

εἶναι) sequ. et c. 7. ὅ τε οὖν νόμος (lex agraria) οὕτως ἐκυρώθη, καὶ προσέτι καὶ ἡ τῶν Καμπανῶν γῆ τοῖς τρία τε πλείω τε ἔτι τέκνα ἔχουσιν ἐδόθη, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἄποικος τῶν Ῥωμαίων ἡ Καπύη τότε πρῶτον ἐνομίσθη (i. e. jus coloniae accepit, cum praefectura antea fuisset). *Appian.* Civ. 2, 10. καὶ νόμους περὶ τῶν πενήτων ἐς τὸ βουλευτήριον ἐσέφερε, καὶ γῆν αὐτοῖς διένεμε, καὶ τὴν ἀριστεύουσαν αὐτῆς μάλιστα περὶ Καπύην, ἣ ἐς τὰ κοινὰ διεμισθοῦτο, (quae egregia Schweigh. est emendatio, inserto ἣ e nostro l. „*ad subs. Reip. vectigalem relictum*") τοῖς οὖσι πατράσι παίδων τριῶν. cf. *Plut.* Pomp. 47. Cat. min. 31 et 32. ubi addit c. 33. ἐπαρθεὶς οὖν ὁ Καῖσαρ ἄλλον εἰσέφερε νόμον, τὴν Καμπανίαν σχεδὸν ὅλην προςκατανέμοντα τοῖς ἀπόροις καὶ πένησιν. ἀντέλεγε δ' οὐδείς, πλὴν τοῦ Κάτωνος.

vectigalem] qui agri et *publici* dicuntur, hostibus erepti et ut *patrimonium reip.* retenti: unde *Cic.* ad Att. l. c. „portoriis Italiae sublatis, agro Campano diviso, quod vectigal superest domesticum, praeter vicesimam?" Alias *vectigales* etiam erant agri colonis divisi, sub conditione decimarum τῶν σπειρομένων et quintarum τῶν φυτευομένων, vel victis hostibus maxime extra Italiam relicti, e quibus tamen et ipsis decimae proventuum erant solvendae.

extra sortem] h. e. ut non sorte ducta, sed XX. virorum arbitrio divisio fieret, ut bene Torrent. Hos Vigintiviros, qui solebant fieri agris dividundis, commemorat *Vell.* 2, 45. qui narrat, Ciceronem inter eos esse noluisse. cf. *Cic.* ad Att. 2, 19 et 9, 2.

ad vig. mill.] i. e. circiter, ut *Vell.* 2, 44. Ita *Terent.* Heautont. I, 1, 93. quasi talenta *ad* 15 coegi. Plura dat Oudend. ad h. l. et Mori ind. ad Caes. sub voc. *ad.* Al. h. l. *ac*, vitiose.

Publicanos] Equites Rom., qui vectigalia publica redemerant. *Appian.* Civ. 2, 13. οἱ δ' ἱππέες — ἐκ πολλοῦ τὴν βουλὴν ᾔτουν, ἄφεσίν τινα μέρους τῶν φόρων αὐτοῖς γενέσθαι, καὶ ἀπεδιέτριβεν ἡ βουλή. Ita etiam *Dio* 38, 7. πολλάκις τῆς βουλῆς δεηθέντες, ὅπως ἐκδικίας τινὸς τύχωσιν, οὐχ εὕραντο, ἄλλων τε καὶ τοῦ Κάτωνος ἀντιπραξάντων. Jure ideo reprehendit Catonem *Cic.* ad Att. 2, 1.

tertia merc. parte] *App.* τὰ τρίτα τῶν μισθώσεων αὐτοῖς παρῆκεν. *Dio*: τοὺς δ' ἱππέας, sc. ἀνηρτήσατο, τὸ τριτημόριον σφίσι τῶν τελῶν, ἃ ἐμεμίσθωντο, ἀφείς. cf. *Cic.* pro Cn. Plancio c. 14.

novorum vect.] non omnino novorum, sed quorum post

immoderatius licerentur, propalam monuit. Cetera item, quae cuique libuissent, dilargitus est, contradicente nullo, ac, si conaretur quis, absterrito. M. Catonem interpellantem extrahi Curia per lictorem, ducique in carcerem jussit. L. Lucullo, liberius resistenti, tantum calumniarum metum injecit, ut ad genua ultro sibi accideret. Cicerone in judicio quodam

singula quinquennia nova fiebat locatio, ut recte interpr. Oudend., cui rationi quomodo obstet Latinitas, equidem non video. Ita infra c. 40. „ex Kalendis Januariis novis" ubi al. falso *nobis*. Possis tamen intelligere etiam *nova vect.*, si qua adhuc existerent novis additis provinciis auctisque P. R. agris, quibus opponerentur ita *cetera* i. e. vetera, quae et ipsa non pro licitationis magnitudine, sed pro arbitrio Equitibus dividebat. Ita sunt *nova vectigalia* apud *Cic.* ad Att. 1, 19. Fortasse etiam *cetera* i. q. *ceterum*, more Graeco, τὰ λοιπά, ubi legendum esset: *idem*. De re *Cic.* ad Att. 2, 18. „σκοπὸς est, ut suspicor, illis qui tenent, nullam cuiquam largitionem relinquere."

M. Catonem] *Plut.* Caes. 14. Κάτωνα μὲν οὖν ἐπιχειρήσαντα τούτοις ἀντιλέγειν ἀπῆγεν εἰς φυλακὴν ὁ Καῖσαρ, οἰόμενος αὐτὸν ἐπικαλέσεσθαι τοὺς δημάρχους, qui cum maxima tranquillitate viam eo instituisset, αὐτὸς ἐδεήθη κρύφα τῶν δημάρχων ἑνὸς ἀφελέσθαι τὸν Κάτωνα. cf. Cat. 33. *Appian.* 11. Κάτων δ᾽ ἐπιμεμφθεὶς, ὤσατο μὲν ὡς νέος ἐς μέσους, καὶ δημηγορεῖν ἤρχετο· μετέωρος δ᾽ ὑπὸ τῶν Καίσαρος ἀρθεὶς ἐξεφέρετο, καὶ λαθὼν κατ᾽ ἄλλας ὁδοὺς αὖθις ἀνέδραμεν ἐς τὸ βῆμα, καὶ λέγειν μὲν ἔτι, οὐδενὸς ἀκούοντος, ἀπεγίγνωσκε· τοῦ δὲ Καίσαρος ἀγροίκως κατεβόα, μέχρι καὶ τότε μετέωρος ἐξεῤῥίφη. Auctore *Dion.* c. 3. sponte multi Senatores Catonem in carcerem abeuntem sequebantur, et M. Petrejus, ideo a Caesare objurgatus, ὅτι μηδέπω διαφειμένης τῆς βουλῆς ἀπαλλάττοιτο, ἔφη, ὅτι μετὰ Κάτωνος ἐν τῷ οἰκήματι μᾶλλον, ἢ μετὰ σοῦ ἐνταῦθα εἶναι βούλομαι, ad quae erubescens Caesar Catonem et Senatum dimisit. cf. *Gell.* Noct. Att. 4, 10.

L. Lucullo] cum Caesar rata esse juberet acta Pompeji, quamquam *Dio* c. 7. πρῶτον μὲν τὰ πραχθέντα ὑπὸ τοῦ Πομπηΐου πάντα, μήτε τοῦ Λουκούλλου, μήτ᾽ ἄλλου τινὸς ἀντιστάντος, ἐβεβαίωσεν.

calumniarum] Minabatur Caesar disquisitionem rerum a Lucullo in Asia gestarum. *Calumniae* pr. sunt lites per calumniam intentae, falsae.

Cicerone in jud. qu.] in oratione pro C. Antonio, antea

deplorante temporum statum, P. Clodium, inimicum ejus, frustra jam pridem a Patribus ad plebem transire nitentem, eodem die, horaque nona, transduxit. Postremo in universos diversae factionis induxit Vettium praemiis, ut se de inferenda Pompejo

---

collega suo in consulatu, postea Macedoniae praefecto, ob quam provinciam male administratam accusatus est. *Dio* 38, 10. ὁ δὲ δὴ *Κικέρων* ὑπὲρ αὐτοῦ τότε, ἅτε καὶ συνάρχοντός οἱ, ὑπερδικῶν, πλείστην κατὰ τοῦ Καίσαρος, ὡς καὶ αἰτίου τῆς δίκης αὐτῷ γεγενημένου, καταδρομὴν ἐποιήσατο, καί τινα αὐτῶν [αὐτῷ] καὶ προσελοιδόρησεν. Meminit ejus rei ipse *Cicero* pro Dom. 16. „Hora fortasse sexta diei questus sum in judicio, quum C. Antonium, collegam meum, defenderem, quaedam de Republica, quae mihi visa sunt ad illius miseri causam pertinere. Haec homines improbi ad quosdam viros fortes (Caesarem et Pompejum) longe aliter, atque a me dicta erant, detulerunt. Hora nona, illo ipso die, tu es adoptatus.“ — *Deplorante* pro: *quum Cicero deplorasset*, ὀλοφυραμένου, ut in loco *Dionis* συνάρχοντος pro συνάρξαντος.

P. Clodium] *Plut.* Caes. 14. αἴσχιστον δὲ τῶν τότε πολιτευμάτων ἔδοξεν, ἐν τῇ Καίσαρος ὑπατείᾳ δήμαρχον αἱρεθῆναι Κλώδιον ἐκεῖνον, ὑφ' οὗ τὰ περὶ τὸν γάμον καὶ τὰς ἀποῤῥήτους παρενομήθη παννυχίδας. ᾑρέθη δ' ἐπὶ τῇ Κικέρωνος καταλύσει. cf. Id. Cat. min. 33. *App.* c. 14. καὶ τότε δήμαρχον ἐς ἐπιβουλὴν τοῦ Κικέρωνος ἀπέφηνε (τὸν Κλώδιον); διαβάλλοντος ἤδη τὴν συμφροσύνην τῶν τριῶν ἀνδρῶν ἐς μοναρχίαν. *Dio* c. 12. *Vell.* 2, 45. „non caruerunt suspicione oppressi Ciceronis Caesar et Pompejus. Hoc sibi contraxisse videbatur Cicero, quod inter XX. viros dividendo agro Campano esse noluisset.“ Adoptavit autem Clodium P. Fontejus lege curiata. *Cic.* pro Dom. 13 et 29.

induxit Vettium] Hanc emendat. Ursini receperunt Burm. et Ern. Vulg. *inductum praemiis, ut* sequ. ubi esset suppl. *quendam*, quod addit Guelf. 1. haud dubie e glossa, omnisque constructio regeretur a *creditur* in fin. cap., durissima sane ratione, quae tamen non obstitit, quo minus Gronov. et Oudend. vulgatam tuerentur. Verba Suetonii nemo restituerit sine subsidiis adhuc irrepertis. De Vettio res certa est ex aliis scriptoribus, ut *Cic.* ad Att. 2, 24. pro Sext. 63. in Vatin. 10., qui omnem culpam in Vatinium conjicit, quo tamen instrumento tantum Caesar utebatur, *Plut.* Lucull. 42. ubi: ἀγανακτούντων δὲ τῶν βελτίστων ἐπὶ τοῖς γινομένοις, προῆγον οἱ Πομπηϊανοὶ Βρέττιόν τινα (nisi vitium est in nomine et legendum Οὐέττιον) συν-

nece sollicitatum a quibusdam profiteretur, productusque pro Rostris auctores ex compacto nominaret: sed uno atque altero frustra nec sine suspicione fraudis nominatis, desperans tam praecipitis consilii eventum, intercepisse veneno indicem creditur. [21] Sub idem tempus Calpurniam, L. Pisonis filiam, succes-

---

ειληφέναι λέγοντες ἐπιβουλεύοντα Πομπηΐῳ. κἀκεῖνος ἀνακρινόμενος, ἐν μὲν τῇ συγκλήτῳ κατηγόρησεν ἑτέρων τινῶν, ἐν δὲ τῷ δήμῳ Λούκουλλον ὠνόμασεν, ὡς ὑπ' ἐκείνου παρεσκευασμένος ἀποκτεῖναι Πομπήϊον. οὐδεὶς δὲ τῷ λόγῳ προσέσχεν, ἀλλὰ καὶ παραυτίκα δῆλος ἦν ὁ ἄνθρωπος ἐπὶ συκοφαντίᾳ καὶ διαβολῇ προηγμένος ὑπ' αὐτῶν. *App.* 12. Οὐέττιος δ', ἀνὴρ δημότης, ἐς τὸ μέσον ἐσδραμὼν μετὰ ξιφιδίου γυμνοῦ, ἐπιπεμφθῆναι ἔφη πρός τε Βύβλου καὶ Κικέρωνος καὶ Κάτωνος ἐς ἀναίρεσιν Καίσαρός τε καὶ Πομπηΐου, καὶ τὸ ξιφίδιον αὐτῷ Βύβλου ῥαβδοῦχον ἐπιδοῦναι Ποστούμιον. Denique *Dio*, perpetuus Ciceronis magnorumque hominum Rom. obtrectator, c. 9. Κικέρων δὲ καὶ Λούκουλλος, οὐκ ἀρεσκόμενοι τούτοις, ἀποκτεῖναι τόν τε Καίσαρα καὶ τὸν Πομπήϊον διὰ Λουκίου τινὸς Οὐεττίου ἐπεχείρησαν μέν, οὐκ ἠδυνήθησαν δέ· ἀλλ' ὀλίγου καὶ αὐτοὶ προσαπώλοντο. προμηνυθεὶς γὰρ ἐκεῖνος καὶ συλληφθείς, πρίν τι δρᾶσαι, κατεῖπεν αὐτῶν. Addit postea, in calumniae suspicionem incidisse Vettium, cum Bibulum inter reliquos nominasset. Patet, Suetonium verum vidisse in toto commento, historiam rei ex locis citatis esse colligendam. Ceterum diversum hunc Vettium nobis videri ab eo, qui c. 17. commemoratur, ibi diximus.

intercepisse veneno] Prudenter *Plut.* Luc. l. c. καὶ μᾶλλον ἐφωράθη τὸ πρᾶγμα μετ' ὀλίγας ἡμέρας, ῥιφθέντος ἐκ τῆς εἱρκτῆς νεκροῦ, οὗ λεγομένου μὲν αὐτομάτως τεθνάναι, σημεῖα δ' ἀγχόνης καὶ πληγῶν ἔχοντος, ἐδόκει παρ' αὐτῶν ἀνῃρῆσθαι τῶν παρεσκευακότων. *Dio* nil nisi: ἔς τε τὸ οἴκημα ἐνέπεσε, κἀνταῦθα οὐ πολλῷ ὕστερον ἐδολοφονήθη, ut etiam *Appian.* καὶ ὁ Οὐέττιος, φυλασσόμενος ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, νυκτὸς ἀνῃρέθη. Quod ad mortis genus attinet, qua periit Vettius, consentit cum Plutarcho *Cicero* in Vat. 11., qui, *fractas in carcere cervices illi*, dicit.

L. Pisonis] Caesonini. v. Ern. Cl. Cic. Successit Caesari cum A. Gabinio a. U. 696. *Plut.* Cat. 33. ὑπάτους δὲ (sc. ἀπέδειξαν) Πείσωνά τε Καλπούρνιον, ὃς ἦν πατὴρ τῆς Καίσαρος γυναικός, καὶ Γαβίνιον Αὖλον, ἐκ τῶν Πομπηΐου κόλπων ἄνθρωπον, ὥς φασιν οἱ τὸν τρόπον αὐτοῦ καὶ τὸν βίον εἰδότες. *Appian.* 14. καὶ ὕπατον μὲν ἀπέφηνεν Αὖλον Γαβίνιον, φίλον ἑαυτοῦ, Λευκίου δὲ Πείσωνος, τοῦ σὺν αὐτῷ μέλλοντος ὑπατεύσειν, τὴν θυγατέρα Καλπουρνίαν αὐτὸς ἠγετο· βοῶντος Κάτωνος, διαμαστροπεύεσθαι γάμοις τὴν

suri sibi in consulatu, duxit uxorem: suamque, Iuliam, Cn. Pompejo collocavit, repudiato priore sponso Servilio Caepione, cujus vel praecipua opera paulo ante Bibulum impugnaverat. Ac post novam affinitatem Pompejum primum rogare sententiam coepit, quum Crassum soleret, essetque consuetudo, ut, quem ordinem interrogandi sententias Consul Kalendis Ianuariis instituisset, eum toto anno conservaret.

ἡγεμονίαν. *Plut.* Caes. 14. ἐνταῦθα δὴ καὶ σφόδρα μαρτυρομένου Κάτωνος, καὶ βοῶντος, οὐκ ἀνεκτὸν εἶναι, γάμοις διαμαστροπευομένης τῆς ἡγεμονίας, καὶ διὰ γυναικῶν εἰς ἐπαρχίας καὶ στρατεύματα καὶ δυνάμεις ἀλλήλους ἀντεισαγόντων. — Postea al. *in consulatum*, quod praeplacuit Oudend. et Ruhnkenio.

Servilio Caepione] *Appian.* l. c. δεδιώς, μὴ καὶ φίλος ὢν ἐπιφθονήσειε τῷ μεγέθει τῆς εὐδαιμονίας. Servilio contra promisit Pompejus suam filiam, desponsatam Fausto Sullae, (*Plut.* Pomp. 47. μείλιγμα Καιπίωνι τῆς ὀργῆς τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα καταινέσας, Φαύστῳ, τῷ παιδὶ Σύλλα, πρότερον ἐγγεγυημένην. cf. Caes. 14. *Dio* 38, 9.) cui etiam postea nupsit. v. ad c. 27. et 75.

primum rogare] De tota consuetudine, rogandi in Senatu sententias, novoque Caesaris instituto v. *Gell.* 4, 10. et 14, 7., unde patet, primum rogari consuevisse *principem Senatus*, post comitia *Consules designatos* (v. Cort. ad *Sallust.* Cat. 50.), vel, ubi extra ordinem quaereret Consul, nullum tamen alium, *nisi qui consulari loco fuisset.* Neque primum Caesarem vulgarem ordinem immutasse, docet *Liv.* 5, 20. ubi P. Licinius primus dixisse, a filio interrogatus, traditur. cf. *Dionys.* Archaeol. 6. c. 68 et 69 et 84. l. 7. c. 21 et 47. l. 11. c. 7 et 21 et 58. Simillimum Caesaris facto exemplum est apud eundem *Dionys.* 11, 16. ubi: οἱ περὶ τὸν Ἄππιον ἐβουλεύσαντο, μηκέτι καθ' ἡλικίαν καὶ βουλῆς ἀξίωσιν συμβούλους καλεῖν, ἀλλὰ κατ' οἰκειότητα καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς ἑταιρίαν. Plura de ordine rogandi sententias quaere apud *Paul. Manut.* de Senatu Rom. c. 8. (Thes. Graev. Tom. 1. p. 919.) et *Joh. Sar. Zamosc.* de Senatu Rom. 2, 10. (Ibid. p. 1003.) et *Nieupoort.* Rit. Rom. sect. 1. c. 2. §. 5. cf. Fabr. ad *Dion.* 59, 8.

toto anno] Casaub. ad h. l. et Manut. l. c. hoc intelligunt de toto illo tempore, quod intercessit usque ad designationem Consulum, quae fieri solebat mense Quinctili. Quid, si locum interpreteris non de prima omnino sententia, sed de iis, qui magistratu eo tempore non fungebantur ideoque ejusdem erant loci, inter quos, omnes tamen consulares, primum Caesar rogavit Pompejum?

[22] Socero igitur generoque suffragantibus, ex omni provinciarum copia Gallias potissimum elegit, cujus emolumento et opportunitate idonea sit materia triumphorum. Et initio quidem Galliam Cisalpi-

---

Gallias — triumphorum] Acquievi tandem in vulg. lectione, postquam summos viros in refingendo loco frustra laborasse vidi. Ac primum *Gallias* credidi stare debere, quoniam prius tota provincia nominanda erat, postea partes, Cisalpina et Comota, ac posse, quamvis sequatur *cujus*, per synesin v. ellipsin voc. *provinciae* v. *regionis*, deinde *sit* esse quidem contra usitatum temporum ordinem pro *esset*, scriptores tamen, maxime seriores, in eo observando haud nimis semper esse accuratos, (quod saepe iis accidit, qui vernacula lingua utuntur), et defendi posse more Graecorum, qui a tempore praeterito transire solent in viva narratione ad praesens, praesertim quum h. l. praesens Caesaris deliberatio commemoretur. Denique *emolumentum* non solum, ut alii, vel de ubertate agri, vel de rei magnae absolutione, vel de iis intelligo, quibus solebat haec provincia ornari, sed de omnibus omnino ejus commodis et bonis, quae Caesar sine dubio optime perspiciebat, (nisi scrib. *emolimento* i. e. labore, de quo v. Mor. ad *Caes.* B. G. 1, 34.) *opportunitatem* autem de situ regionis, satis opportuno ad *materiam triumphorum*, et ob subsidia belli facilius adducenda, et ob bellorum ex incolis finitimisque copiam. Non omittendum tamen, Casaub. emendasse: *cujus emolumenta et opportunitates idonea sint materia triumphorum*, Gruterum: *elegit, emolumento et opportunitate idoneam materiam triumphorum*, J. F. Gronov. *tunc et emolumento et opportunitate idoneas materiae triumphorum*, Jac. Gronov. *cuivis emolumento et opportunitate idoneas, et materiá triumphorum*, quam correctionem non ipse modo valde laudavit, sed probavit etiam Oudendorpius, qui *idoneas* tamen post *emol.* positum malebat, et Wolfius, qui addit: „quis malet glandibus vesci, ex quo fruges repertae sunt?" Fateor sane, nondum mihi ita de frugibus istis esse persuasum, ut illis glandibus adhuc abstinere queam. Ceterum facit fere mecum, qui nuper de h. l. egit, *Waltherus* in Observ. ad Sueton., Torgaviae emissis, nisi quod durius verba ita jungit: *cujus sit materia triumphorum* (h. e. quae praebeat v. habeat materiam tr.) *idonea emolumento et opportunitate* h. e. sive spectetur emolumentum s. opportunitas. Facilius certe auctor scripsisset: *cujus materia sit triumphorum, et emolumento, et opportunitate idonea*, atque ipse verbi *esse* usus hoc sensu orationem quasi consulto difficilem reddidisset.

nam, Illyrico adjecto, lege Vatinia accepit: mox per Senatum, Comatam quoque; veritis Patribus, ne, si ipsi negassent, populus et hanc daret. Quo gaudio elatus, non temperavit, quin paucos post dies frequenti Curia jactaret, invitis et gementibus adversariis adeptum se, quae concupisset; proinde ex eo insultaturum omnium capitibus: ac negante quodam per contumeliam, *Facile hoc ulli feminae fore*, respondit, quasi alludens, *In Syria quoque regnasse Semiramin*,

---

Stat mihi sententia, jungenda: *cujus emolumento* sequ., *sit* autem esse i. q. fiat, existat, et pudet fere, addere suspicionem, legendum: *sibi esset* pro *sit*.

Galliam Cisalpinam] *Plut.* Pomp. 48. Καίσαρι δὲ τὴν ἐντὸς Ἄλπεων καὶ τὴν ἐκτὸς ἔχειν Γαλατίαν, καὶ Ἰλλυριούς, εἰς πενταετίαν, καὶ τέσσαρα τάγματα τέλεια στρατιωτῶν, sc. ἐκυρώθη. Eadem *App.* Civ. 2, 13. Accuratius *Dio* 38, 8. ὅ τε γὰρ ὅμιλος τοῦ τε Ἰλλυρικοῦ καὶ τῆς Γαλατίας τῆς ἐντὸς τῶν Ἄλπεων ἄρξαι αὐτῷ μετὰ τριῶν στρατοπέδων ἐπὶ ἔτη πέντε ἔδωκε, καὶ ἡ βουλὴ τήν τε Γαλατίαν τὴν ἐπέκεινα τῶν ὄρων, καὶ στρατόπεδον ἕτερον προσεπέτρεψε. *Paul. Oros.* 6, 7. „Anno ab urbe condita 693. (695.) C. Caesare et L. Bibulo Css. lege Vatinia Caesari tres provinciae cum legionibus septem (falso, nam reliquas Caesar ipse postea addidit, v. ad c. 24.) in quinquennium datae, Galliae Transalpina et Cisalpina, et Illyricum; Galliam Comatam postea Senatus adjecit.“ Eodem de legionibus errore *Eutrop.* 6, 14. „decreta est ei Gallia et Illyricum cum legionibus decem.“

lege Vatinia] sine Senatus decreto, rogante Vatinio Tr. pl. *Cic.* in Vatin. 15. Ita Numidiam Mario dedit populus rogante Tr. pl. Manilio Mancino, *Sall.* Jug. 73. Talis lex erat Manilia de bello Mithr. Pompejo mandando A. U. 687. v. ad c. 11. cf. *Sigon.* de ant. jur. provinc. 2, 1. p. 124. sequ. *Heinecc.* Ant. Rom. Append. §. 107. De eodem Vatinio, a Cicerone postea defenso, v. Manut. ad ep. ad Div. 1, 9.

ulli feminae] salse, quod muliebria passus erat Caesar. c. 2.

alludens] i. e. respondens per jocum, προςπαίζων, ἀντιπαίζων. Antea *respondit* jungendum cum *non temperavit*. Al. vitiose *responderit*. Melius sane esset *responderet*.

In Syria] Saepe apud veteres Syria sensu latiori dicitur pro Assyria, atque ita Syriam regno tenuisse Semiramin, auctor etiam *Mela* 1, 11. ubi v. Tzschucke. Al. n. l. *Assyria*, haud dubie e prisci usus ignorantia.

magnamque Asiae partem Amazonas tenuisse quondam. [23] Functus consulatu, C. Memmio Lucioque Domitio Praetoribus de superioris anni actis referentibus, cognitionem Senatui detulit: nec illo suscipiente, triduoque per irritas altercationes absumto, in provinciam abiit; et statim Quaestor ejus in praejudicium aliquot criminibus arreptus est. Mox et ipse a L. Antistio, Tribuno plebis, postulatus, appellato demum collegio, obtinuit, quum Reipublicae causa

---

C. Memmio Lucioque Domitio] Praetores fuerant anno superiori Caesare et Bibulo Css. *Cic.* ad Qu. fr. 1, 2. fin. „Praetores habemus amicissimos et acerrimos cives, *Domitium*, Nigidium, *Memmium*, Lentulum." De Memmio plura v. in Cl. Cicer. et apud Manut. ad *Cic.* ep. ad Div. 13, 1. Domitius, inimicissimus Caesari, postea Consul fuit a. U. 700. cum Appio Claudio. Idem commemoratur infra c. 34. et Ner. 2.

referentibus] sine dubio per egressionem relationis, de qua v. *Tac.* A. 2, 38. l. 13, 49. Referre enim erat Consulum, si aderant, atque adfuisse constat Css. hujus anni, Gabinium et Pisonem. Saepe autem finito magistratu a Consulibus ratio actorum exigebatur. *Liv.* 37, 57.

abiit] Maturavit ab urbe proficisci ob imminentem Helvetiorum invasionem. *Caes.* B. G. 1, 7. Expectavit tamen *ante urbem* condemnationem Ciceronis. *Cic.* pro Sext. 18. post red. in Sen. 13. *Dio* 38, 17. ὁ μέντοι Καῖσαρ (ἔξω γὰρ τοῦ τείχους ὁ Κλώδιος δι' αὐτόν, ἐπειδήπερ ἐξεστρατεύετο, τὸν ὅμιλον συναγαγὼν καὶ ἐκεῖνον ἐπιγνώμονα τῶν γεγραμμένων ἐποιήσατο) τὴν μὲν γὰρ παρανομίαν τῶν περὶ τὸν Λεντοῦλον πραχθέντων κατεψηφίσατο· τὴν μέντοι τιμωρίαν τὴν ἐπ' αὐτοῖς γραφομένην οὐκ ἐδοκίμασεν.

Quaestor ejus] qui Consuli Quaestor fuerat, quo damnato, ipsa Caesaris, cujus jussu ille egerat, acta damnata videbantur. Hoc est *in praejudicium*. Ita *Cic.* Verr. 3, 65. „*praejudicium* a se de capite C. Verris per hoc judicium nolle fieri." *Caes.* B. Civ. 2, 32. „Pompejus enim, nullo proelio pulsus, *vestri facti praejudicio* demotus Italia excessit," ubi v. Morus. Ib. „Africi belli *praejudicia*."

appellato d. collegio] sc. Tribunorum. Saepe ad infringendam unius Trib. atrocitatem reliquorum opera utebantur. *Liv.* 2, 44. l. 4, 48. l. 6, 55. „conterriti Patres quum trepidassent, publicis privatisque consiliis nullo remedio alio *praeter expertam multis jam ante certaminibus intercessionem* invento, *collegas adversus tribunicias rogationes comparaverunt*." Ne quis,

abesset, reus ne fieret. Ad securitatem ergo posteri temporis, in magno negotio habuit, obligare semper annuos magistratus, et e petitoribus non alios adjuvare, aut ad honorem pati pervenire, quam qui sibi recepissent, propugnaturos absentiam suam; cujus pacti non dubitavit a quibusdam jusjurandum atque etiam syngrapham exigere. [24] Sed quum L. Domitius, consulatus candidatus, palam minaretur, Consulem se effecturum, quod Praetor nequisset, ademturumque ei exercitus; Crassum Pompejumque, in urbem provinciae suae Lucam extractos, compulit, ut

---

qui Reip. causa abesset, reus ageretur, prohibitum fuerat jam duodecim tabulis et denuo lege Memmia, quam tamen haud semper observatam fuisse, apparet ex h. l. et *Valer. Max.* 3, 7, 9. De Antistio Tr. pl. ejusque cognomine, quod *Vetus* fuerit, an *Severus*, an diversorum ea, disputant viri docti, v. interpr. ad *Cic.* ad Qu. Fr. 2, 1. Ern. Cl. Cic.

recepissent] Al. *pepigissent*, quae mera est interpretatio. Ita saepius *recipere* pro *promittere* apud *Ciceronem*, ut ad Div. 1, 9. „quidque sibi is de me *recepisset*.“ 6, 8. „ea, quae tibi *promitto ac recipio*.“ 13, 3. „ut mihi coram *recepisti*.“ Phil. 5, 18. „*promitto, recipio, spondeo*.“ Antea inepte in multis *competitoribus* pro *petitoribus*.

Lucam] Etruriae erat urbs; sed illo tempore ad Liguriam eam pertinuisse, usque ad Arnum fluvium procedentem, et partem Galliae Cisalpinae, docet *Cluver.* Ital. ant. 1, 8, 2. cf. *Cellar.* Geogr. Ant. 2, 9. p. p. 709 et 712. *Cic.* ad Div. 13, 13. *municipium Lucense* dicit. Id. ad Div. 1, 9. „Pompejus, cum mihi nihil ostendisset, se esse offensum, in Sardiniam et in Africam profectus est, eoque itinere Lucam ad Caesarem venit sequ.“ De hoc colloquio Lucae habito *Plut.* Caes. 21. καὶ τῶν ἐπιφανεστάτων ἀνδρῶν καὶ μεγίστων οἱ πλεῖστοι συνῆλθον πρὸς αὐτὸν εἰς Λοῦκαν, Πομπήϊός τε καὶ Κράσσος, καὶ Ἄππιος, ὁ τῆς Σαρδόνος ἡγεμών, καὶ Νέπως, ὁ τῆς Ἰβηρίας ἀνθύπατος· ὥςτε ῥαβδούχους μὲν ἑκατὸν εἴκοσι γενέσθαι, συγκλητικοὺς δὲ πλείονας ἢ διακοσίους· βουλὴν δὲ θέμενοι διεκρίθησαν. ἐπὶ τούτοις ἔδει Πομπήϊον μὲν καὶ Κράσσον ὑπάτους ἀποδειχθῆναι, Καίσαρι δὲ χρήματα καὶ πενταετίαν ἄλλην ἐπιμετρηθῆναι τῆς στρατηγίας. Eadem Pompej. 51. Crass. 14. Cat. min. 41., et *Appian.* Civ. 2, 17. ὅθεν αὐτῷ περιπέμποντι ἐς Ῥώμην πολλὰ πολλοῖς χρήματα, αἵ τε ἐτήσιοι ἀρχαὶ παρὰ μέρος ἀπήντων, καὶ οἱ ἄλλως ἐπιφανεῖς ἐς ἡγεμονίας ἐθνῶν ἢ στρατοπέδων, ἐξῄεσαν· ὡς ἑκατὸν μέν ποτε καὶ εἴκοσι ῥάβδους ἀμφ᾽ αὐτὸν

detrudendi Domitii causa consulatum alterum peterent, et ut in quinquennium sibi imperium prorogaretur: [perfecitque utrumque]. Qua fiducia ad legiones, quas a Republica acceperat, alias privato sumtu addidit: unam etiam ex Transalpinis conscriptam, vocabulo quoque Gallico: Alauda enim appellabatur:

γενέσθαι, βουλευτὰς δὲ πλείους διακοσίων, τοὺς μὲν ἀμειβομένους ὑπὲρ τῶν ἤδη γεγονότων, τοὺς δὲ χρηματιουμένους, τοὺς δ' ἄλλο τι τοιουτότροπον αὐτοῖς ἐξεργασομένους. *Dio* 39, 25. rem solummodo indigitat.

detrud. Dom. causa] Cruentas de consulatu contentiones Pompeji cum Domitio, quem Cato maxime ad resistendum incitaverat, describunt *Plut.* Pomp. 52. sequ. Crass. 15. et Cat. 41 sequ. *Appian.* c. 17. *Dio* 39, 31.

in quinquennium] Ita etiam *Plut.* et *Appian.* l. c. Unus *Dio* 39, 33., postquam narravit, lege Trebonia Tribuni pl. Crasso Syriam, Pompejo Hispaniam decretam fuisse, addit, illos, ne Caesarem ejusque amicos offenderent, τὴν ἡγεμονίαν καὶ ἐκείνῳ τρία ἔτη πλείω (ὥςγε τἀληθὲς εὑρίσκεται) μηκῦναι, ac, ne quis cum Ernest. ad h. l. textus vitium id putet, conferat Ej. 40, 59. ubi dicit ad A. U. 703., anno sequenti imperium Caesaris exire debuisse, cf. 40, 44. et 44, 43. ubi diserte Antonius in oratione funebri: ἐπὶ πλεῖστον ἄρξαι αὐτῷ προςετάξατε — λέγω δὲ τὸ ὀκτὼ ἔτεσιν ὅλοις ἐφεξῆς ἡγεμονεῦσαι. Ac veram Dionis esse sententiam, credit Schweigh. ad *Appian.* Civ, 2, 18 et 25. Sed *Cic.* ad Att. 7, 5. „quem *per annos decem* aluimus contra nos" et ep. sequ. „quum *quinquennium* prorogabamus" et ep. 7. „*annorum* enim *decem* imperium" denique ep. 9. „tenuisti provinciam *per decem annos*, non tibi a Senatu, sed a te ipso per vim et per factionem datos" ad qu. l. v. *Schütz*, et ipsum contra Dionem disputantem.

perfecitque utrumque] Haec verba cum Wolf. spuria existumo, cum perfecisse Caesarem, quod vellet, sit jam in v. *compulit*. Absunt etiam a nonnullis, in plerisque aliis leguntur ante: *et ut in qu.* Si quid aliud, placet mihi conjectura Casaub. *fecitque per utrumque, ut in qu.*

quas a Rep. acceperat] Eae quatuor fuerant (v. ad c. 22.) praeter praesidia provinciarum Galliarum et Illyrici. Alaudam Quintam appellavit. Auxit tandem legionum numerum ad decem, sed *privato sumtu*. Nam, quae verba in multis adduntur: *alias publico*, cum viris doctis adulterina censeo. v. de legionibus Caesaris erudite disputantem ad h. l. Oudendorpium.

Alauda] Eos, qui indagare hujus vocis originem sategerunt, nihil moror; constat enim, nihil certi ex ea opera pro-

quam disciplina cultuque Romano institutam et ornatam, postea universam civitate donavit. Nec deinde ulla belli occasione, ne injusti quidem ac periculosi, abstinuit, tam foederatis, quam infestis ac feris gentibus ultro lacessitis: adeo ut Senatus quondam, legatos ad explorandum statum Galliarum mittendos, decreverit, ac nonnulli, dedendum eum hostibus, censuerint. Sed prospere decedentibus rebus, et saepius, et plurium, quam quisquam unquam, dierum suppli-

---

ficisci. Laudabo unum locum *Plin.* H. N. 11, 44. (ed. Franz.) „praeterea parvae avi (sc. apex est in capite), quae ab illo galerita appellata quondam, postea Gallico vocabulo etiam legioni nomen dederat *Alaudae*.“ Vide, si lubet, Harduin. ad *Plin.* l. c. et Torrent., Casaub., Bernecccer. et Burmann. ad n. — *Cic.* ad Att. 16, 8. et Philipp. 1, 8., 5, 5., 13, 2. *legionem Alaudarum*, milites *Alaudas* appellat, puto, ut nos *Gensd'armes* nonnunquam de singulis militibus, qui ad illam legionem pertinent. — Ceterum prima haec legio videtur e barbaris conscripta, cum antea e civibus solum constitissent. v. *Gibbon* History of the fall etc. c. 1. p. 12. ubi notat: „Caesar formed his legion Alauda of Gauls and strangers; but it was during the licence of civil war (in quo tamen errat); and after the victory, he gave them the freedom of the city for their reward.“

disciplina — ornatam] *Disciplina* pertinet ad artem moremque militarem; ei junge: *institutam*; *cultus* ad arma et vestes; iis *ornabatur* (ἐκοσμεῖτο) legio. Ita infra c. 84. *arma, quibus exculti.*

nonnulli — censuerint] *Plut.* Caes. 22. e Tanusio refert, Catonem, supplicationibus ob Caesaris victorias a Senatu decretis, ἀποφήνασθαι γνώμην, ὡς ἐκδοτέον ἐστὶ τὸν Καίσαρα τοῖς βαρβάροις, ἀφοσιουμένους τὸ παρασπόνδημα ὑπὲρ τῆς πόλεως, καὶ τὴν ἀρὰν εἰς τὸν αἴτιον τρέποντας. cf. Ej. Cat. 51. Compar. Nic. cum Crass. 4. Barbari illi erant Usipetes et Tenchtheri. De bello cum iis gesto v. *Caes.* B. G. 4, init. *Dio* 39, 47. sequ. *Appian.* Celt. fragm. (Vol. I. p. 89. ed. Schweigh.)

decedentibus] pro *cedentibus*, novo usu, si lectio sana. Sed nos etiam: *von* Statten gehen, et Gr. προχωρεῖν ab uno ad aliud.

quam quisquam unquam] ante Caesarem, qui ipse supplicationes sibi decretas commemorat 15 dierum B. G. 2, 35. (*Dio* 39, 5.) 20 dierum post expeditionem Britannicam B. G. 4, 38. (*Dio* 39, 53.) et totidem post victum Vercingetorigem B. G. 7,

cationes impetravit. [25] Gessit autem novem annis, quibus in imperio fuit, haec fere. Omnem Galliam, quae saltu Pyrenaeo Alpibusque et monte Gebenna, fluminibusque Rheno et Rhodano continetur, patetque circuitu ad bis et tricies centum millia passuum, praeter socias ac bene meritas civitates, in provinciae formam redegit, eique quadringenties in

---

90. ubi tamen *Dio* 40, 50. suo, an librarii errore, sexaginta dies habet. v. *Reimar.* ad h. l. et *Wesseling.* Observ. 1,6. p.20. Post bellum civile adulationis in decernendis supplicationibus nullus fuit modus.

novem annis] Nam ante finitum alterum quinquennium (ex mente Suetonii) ad bellum civile profectus est. *Plut.* Caes. 15. ἔτη γὰρ οὐδὲ δέκα πολεμήσας περὶ Γαλατίαν, πόλεις μὲν ὑπὲρ ὀκτακοσίας κατὰ κράτος εἷλεν, ἔθνη δ' ἐχειρώσατο τριακόσια· μυριάσι δὲ παραταξάμενος κατὰ μέρος τριακοσίαις, ἑκατὸν μὲν ἐν χερσὶ διέφθειρεν, ἄλλας δὲ (male intrudit Reisk. δίς, nam ita omnino nemo relictus fuisset) τοσαύτας ἐζώγρησεν. Pomp. 67. χιλίας μὲν ᾑρήκει πόλεις κατὰ κράτος, ἔθνη δὲ πλείονα τριακοσίων ὑπῆκτο sequ. *Appian.* Celt. fr. p. 73. τελευταῖα δὲ καὶ μέγιστα τῶν ἐς Γαλάτας Ῥωμαίοις πεπραγμένων ἐστὶ τὰ ὑπὸ Γαΐῳ Καίσαρι στρατηγοῦντι γενόμενα. μυριάσι τε γὰρ ἀνδρῶν ἀγρίων, ἐν τοῖς δέκα ἔτεσιν, ἐν οἷς ἐστρατήγησεν, ἐς χεῖρας ἦλθον (εἴ τις ὑφ' ἓν τὰ μέρη συναγάγοι) τετρακοσίων πλείοσι. καὶ τούτων ἑκατὸν μὲν ἐζώγρησαν, ἑκατὸν δ' ἐν τῷ πόνῳ κατέκανον. *Plin.* H. N. 7, 25. Caesarem signis collatis quinquagies dimicasse, et praeter civiles victorias undecies centena et XCII M. hominum occisa proeliis ab eo narrat. cf. *Vellej.* 2, 47. qui tamen modestiore numero amplius quadraginta millia hostium a C. Caesare caesa, plura capta dicit. v. quae de numero eorum, qui in bellis Caesaris perierunt, disputat *Bayle* diction. hist. et crit. sub v. *César.*

saltu Pyrenaeo] Vulg. praemittitur *a*, quod consentientibus omnibus fere interprett. omisi.

quadringenties] *Eutrop.* 6, 14. qui nostrum exscripsit: „Galliae autem tributi nomine annuum imperavit *sestertium quadringenties.*" Inde n. l. numerus, qui aberat, est restitutus. Ceterum tam modicum stipendium (ut adeo *Lips.* Admir. 2, 3. scribendum videretur: *quater millies*) tantae provinciae Caesar imperavit, ut parceret continuis bellis exhaustis, et a novis rebus eos abstraheret. *Dio* 40, 43. nil nisi: καὶ αὐτοὺς ὁ Καῖσαρ καὶ φρουραῖς, καὶ δικαιώσεσι, χρημάτων τε ἐσπράξεσι, καὶ φόρων ἐπιτάξεσι, τοὺς μὲν ἐταπείνωσε, τοὺς δὲ ἡμέρωσε, ubi v. Fa-

singulos annos stipendii nomine imposuit. Germanos, qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum ponte fabricato aggressus, maximis affecit cladibus. Aggressus est et Britannos, ignotos antea, superatisque pecunias et obsides imperavit: per tot successus ter, nec amplius, adversum casum expertus:

---

bric. *Stipendiariae* tamen provinciae s. *tributariae*, quae capitis censum quotannis solvebant, pejoris conditionis putabantur, quam *vectigales*, de quibus ad c. 20.

ponte fabricato] *Caes.* B. G. 4, 17. *Plut.* Caes. 22. *Dio* 39, 48.

maximis aff. cladibus] non nimiis. Nam dies omnino 18. trans Rhenum consumsit. *Caes.* l. c. 18, 19. *Dio* l. c. ἀνεχώρησεν ἐντὸς ἡμερῶν εἴκοσιν. *Plut.* 23. ἀνεχώρησεν αὖθις εἰς τὴν Γαλατίαν, εἴκοσι δυεῖν δεούσας ἡμέρας ἐν τῇ Γερμανικῇ διατετριφώς, accuratius. Ridiculus est *Eutropius*, qui l. c. Suetonium magno ore superaturus: „Germanosque trans Rhenum aggressus, *immanissimis* proeliis vicit.“ Rectius *Oros.* 6, 9. Verissime *Florus* 3, 10, 15. „nec semel Rhenus, sed iterum quoque, et quidem ponte facto, penetratus est. Sed major aliquanto trepidatio: quippe quum Rhenum suum sic ponte, quasi jugo, captum viderent, fuga rursus in silvas ac paludes; *sed, quod acerbissimum Caesari fuit, non fuere, qui vincerentur.*“

Britannos] *Caes.* B. G. 4, 20 sequ. et 5, 1—23. *Plut.* Caes. 23. ἡ δ' ἐπὶ τοὺς Βρετανοὺς στρατεία τὴν μὲν τόλμαν εἶχεν ὀνομαστήν. πρῶτος γὰρ εἰς τὸν ἑσπέριον Ὠκεανὸν ἐπέβη στόλῳ, καὶ διὰ τῆς Ἀτλαντίδος θαλάσσης, στρατὸν ἐπὶ πόλεμον κομίζων, ἔπλευσε· καὶ νῆσον, ἀπιστουμένην ὑπὸ μεγέθους, καὶ πολλὴν ἔριν παμπόλλοις συγγραφεῦσι παρασχοῦσαν, ὡς ὄνομα καὶ λόγος οὐ γενομένης, οὐδ' οὔσης, πέπλασται, κατασχεῖν ἐπιθέμενος, προήγαγεν ἔξω τῆς οἰκουμένης τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν. δὶς δὲ διαπλεύσας κ. τ. λ. Priorem expeditionem in Brit. *Dio* 39, 50. sequ. alteram 40, 1. sequ. describit. cf. *Eutrop.* et *Oros.* l. c. *Tacit.* Agric. 13. *Diodor.* 5, 21. καθ' ἡμᾶς δὲ Γάϊος Καῖσαρ, ὁ διὰ τὰς πράξεις ἐπονομασθεὶς θεός, πρῶτος τῶν μνημονευομένων ἐχειρώσατο τὴν νῆσον, καὶ τοὺς Βρεττανοὺς καταπολεμήσας, ἠνάγκασε τελεῖν ὡρισμένους φόρους. Veterum loca de Britannia eorumque de ea opiniones collegere Freinshem. ad *Flor.* 3, 10, 2. Fabric. ad *Dion.* 39, 50. et omnium locupletissimus Tzschuck. ad *Mel.* 3, 6, 4.

per tot successus] Inepte hunc etiam locum exscripsit *Eutrop.* 6, 14. „inter tot successus ter male pugnavit; apud Arvernos semel praesens, et absens in Germania bis: nam legati

in Britannia, classe vi tempestatis prope absumta; et in Gallia, ad Gergoviam legione fusa; et in Germanorum finibus, Titurio et Aurunculejo legatis per insidias caesis. [26] Eodem temporis spatio matrem primo, deinde filiam, nec multo post nepotem amisit.

---

ejus duo, Titurius et Aurunculejus, per insidias caesi sunt," ubi, Suet. verba mutaturus, in errorem incidit.

classe — absumta] Naufragio bis classis ejus affecta est, in priori expeditione (*Caes.* 4, 28. *Dio* 39, 52.) et in altera (*Caes.* 5, 10, 11. *Dio* 40, 2.). Sueton. alteram cladem intelligere videtur, de qua Caesar ipse l. c. c. 11. „sic ut, amissis circiter 40. navibus, reliquae tamen refici posse magno negotio viderentur."

ad Gergoviam] Oppugnationem hujus urbis Caesar describit l. 7, 44 sequ. atque ipse c. 51. „nostri, quum undique premerentur, 46. centurionibus amissis, dejecti sunt loco," postea: „eo die milites sunt paullo minus 700. desiderati." *Dio* 40, 36. τὸ δ' ὅλον ἀπεκρούετο, καὶ τῶν γε στρατιωτῶν συχνοὺς ἀπέβαλλε, καὶ ἐκείνους ἀλήπτους ἐώρα ὄντας.

in Germanorum finibus] in Eburonibus, „quorum pars maxima est inter Mosam ac Rhenum" *Caes.* 5, 24. qui totam cladem Titurianam narrat usque ad c. 37. cf. *Dio* 40, 5, 6. Hostibus Ambiorix praeerat.

filiam] Iuliam, uxorem Pompeji, tenerrime dilectam marito. *Plut.* Pomp. 53. Antea abortum fecerat prae terrore, cum Pompeji sanguine pollutam vestem e turba forensi domum relatam vidisset; *Plut.* l. c. *Val. Max.* 4, 6, 4. postea αὖθις κύουσα καὶ τεκοῦσα θῆλυ παιδίον, ἐκ τῶν ὠδίνων ἐτελεύτησε, καὶ τὸ παιδίον οὐ πολλὰς ἡμέρας ἐπέζησε. cf. Caes. 23. ubi: καὶ γὰρ τὸ βρέφος εὐθὺς, οὐ πολλὰς ἡμέρας μετὰ τὴν μητέρα διαζῆσαν, ἐτελεύτησε. τὴν μὲν Ἰουλίαν βίᾳ τῶν δημάρχων ἀράμενον τὸ πλῆθος εἰς τὸ Ἄρειον ἤνεγκε πεδίον, κἀκεῖ κηδευθεῖσα κεῖται. *Dio* 39, 64. ἐν δὲ τῷ αὐτῷ τούτῳ χρόνῳ (A. U. 700. L. Domitio, Appio Claudio Css.) καὶ ἡ τοῦ Πομπηΐου γυνή, θυγάτριόν τι τεκοῦσα, ἀπέθανε. cf. 40, 44. *Appian.* 19. — N. l. postea pro *nepotem* al. *neptem*, quod placet multis ob loca Graec. modo citata. Sed *Vell.* 2, 47. „septimo ferme anno Caesar morabatur in Galliis, cum medium jam ex invidia potentiae male cohaerentis inter Cn. Pompejum et C. Caesarem concordiae pignus, Iulia, uxor Magni, decessit; atque omnia inter destinatos tanto discrimini duces dirimente fortuna, *filius* quoque *parvus* Pompeji, Iulia natus, intra breve spatium obiit." Ita etiam *Lucan.* 5, 474. „mortemque *nepotis*,"

Inter quae consternata P. Clodii caede Republica, quum Senatus unum Consulem, nominatimque Cn. Pompejum, fieri censuisset, egit cum Tribunis plebis, collegam se Pompejo destinantibus, id potius ad populum ferrent, ut absenti sibi, quandoque imperii tempus expleri coepisset, petitio secundi consulatus daretur: ne ea causa maturius, et imperfecto adhuc bello, decederet. Quod ut adeptus est, altiora jam

---

et l. 9, 1049. „nec nata jubet moerere *neposque.*" Ceterum mea parum refert, filiolusne fuerit, an filiola. Puto etiam Romae illo ipso tempore, quo obierat, rem haud fuisse exploratam.

P. Clodii] scelestissimi hominis, qui omnia facinora Pompeji, Crassi Caesarisque auctoritati tribuebat, (*Cic.* de harusp. resp. 22.) interfecti a T. Annio Milone, quem Cicero timidior ob imminentem Pompejum male defendit. *Dio* 40, 48—54. *Appian.* 21, 22. *Plut.* Cic. 35. *Vell.* 2, 47. „Quo tempore P. Clodius a Milone, candidato consulatus, exemplo inutili, facto salutari Reip. circa Bovillas, contracta ex occursu rixa, jugulatus est sequ."

quum Senatus — decederet] *Dio* 40, 50. *μετεώρου δὲ τῆς πόλεως οὔσης* (post plurium mensium anarchiam) *ἐπὶ τοῖς ἄρξουσι σφῶν, καὶ διαθροούντων, τῶν μέν, ὡς δικτάτωρα τὸν Πομπήϊον, τῶν δέ, ὡς ὕπατον τὸν Καίσαρα αἱρεθῆναι — φοβηθέντες ἑκάτερον οἵ τε ἄλλοι βουλευταὶ καὶ Βίβουλος, ὅσπερ που τὴν γνώμην πρῶτος ἐρωτηθεὶς ποιήσεσθαι ἔμελλε, προκατέλαβον τὴν τοῦ πλήθους ὁρμήν, τῷ Πομπηΐῳ τὴν ὑπατείαν, ὥστε μὴ δικτάτωρα αὐτὸν λεχθῆναι, καὶ μόνῳ γε, ἵνα μὴ ὁ Καῖσαρ αὐτῷ συνάρξῃ, δόντες.* Idem pergit c. 51. *οὐ μέντοι καὶ μόνος ἄρξαι ἠθέλησε — καὶ φοβηθείς, μή ποτε κενῆς τῆς χώρας οὔσης, ὁ Καῖσαρ ἔκ τε τῶν δυνάμεων καὶ ἐκ τῆς τοῦ πλήθους σπουδῆς συνάρχων αὐτῷ δοθῇ, ἐκείνῳ μέν, ἵνα μὴ καὶ παντελῶς παρημελῆσθαι νομισθῇ, κἂν τούτου τινὰ ὀργὴν δικαίαν ποιήσηται, παρεσκεύασε διὰ τῶν δημάρχων ἐπιτραπῆναι, καὶ ἀπόντι τὴν ἀρχήν, ὅταν ἐκ τῶν νόμων καθήκῃ, αἰτῆσαι· αὐτὸς δὲ Κύϊντον Σκιπίωνα, πενθερόν τέ οἱ ὄντα καὶ δεκασμοῦ αἰτίαν ἔχοντα, προσείλετο.* cf. *Plut.* Caes. 28. et Pompej. 54, 55, 56. ubi amicis Caesaris, ut hujus etiam mentio haberetur, rogantibus, dicitur Pompejus respondisse, *γράμματα Καίσαρος ἔχειν, βουλομένου λαβεῖν διάδοχον, καὶ παύσασθαι τῆς στρατείας· ὑπατείας μέντοι καὶ μὴ παρόντι καλῶς ἔχειν αἴτησιν αὐτῷ δοθῆναι.* Cat. min. 47, 48. (is enim maxime suaserat, ut consulatus soli Pompejo deferretur, e pluribus malis minimum eligens). *Appian.* 25. sequ. *Vell.* 2, 47. *Liv.* Epit. 107.

meditans, et spei plenus, nullum largitionis, aut officiorum in quemquam genus, publice privatimque omisit. Forum de manubiis inchoavit; cujus area super sestertium millies constitit. Munus populo epulumque pronunciavit in filiae memoriam, quod ante eum nemo. Quorum ut quam maxima exspectatio esset, ea, quae ad epulum pertinerent, quamvis macellariis oblocata, etiam domesticatim apparabat. Gladiatores notos, sicubi infestis spectatoribus dimicarent,

---

Caes. B. C. 1, 9. „cujus absentis rationem haberi proximis comitiis Populus jussisset" cf. c. 32. *Flor.* 4, 2. „Consulatus, absenti quem decem Tribuni favente Pompejo nuper decreverant sequ."

millies] sc. centena millia, ut semper in hac dicendi forma. Ac legendum esse *millies*, non *mille*, ut nonnulli putaverunt, qui illam pecuniae summam exhorrescebant, docet *Plin.* H. N. 36, 15. „Pyramides regum miramur opera, cum solum tantum foro extruendo HS. millies Caesar Dictator emerit." Idem, P. Clodium, quem Milo occidit, HS. centies et quadragies octies domo emta habitasse, et Milonem HS. septingenties aeris alieni debuisse, ut prodigia animi hum. narrat. Absolvit hoc forum post bellum civile Caesar A. U. 708. *Appian.* Civ. 2. 102. ἀνέστησε καὶ τῇ γενετείρᾳ τὸν νεὼν — καὶ τέμενος τῷ νεῷ περιέθηκεν, ὃ Ῥωμαίοις ἔταξεν ἀγορὰν εἶναι, οὐ τῶν ὠνίων, ἀλλ' ἐπὶ πράξεσι συνιόντων ἐς ἀλλήλους, et comparat cum foro Persarum, de quo *Xen.* Cyrop. 1, 2, 3. cf. *Dio* 43, 42. v. *Pancirolli* descriptio urbis Romae (Thes. Graev. V. III. p. 352.) et *Alex. Donat.* de urbe Roma 2, 21. (Ibid. p. 630 sequ.)

ante eum nemo] sc. fecit in filiae honorem; post patris enim funus res so ennis erat. Ita Faustus Sulla *Dion.* 37, 51. auctore ἀγῶνά τε μονομαχίας ἐπὶ τῷ πατρὶ ἐποίησε, καὶ τὸν δῆμον λαμπρῶς εἱστίασε. v. quae dixi de his ludis ad c. 10.

macellariis] qui *macellum* i. e. fora, ubi res ad victum pertinentes vendebantur, juxta Tiberim contigua tenebant. Describit Terentius, quamquam in Graeca fabula, Eunuch. 2, 2, 25. „interea loci ad macellum ubi advenimus, concurrunt laeti mi obviam cupedinarii omnes, cetarii, lanii, coqui, fartores, piscatores" ubi v. Donat. Pro *oblocata* al. *ablocata*.

Gladiatores notos] i. e. ob artis peritiam jam nobiles. *Infestis spect.* i. e. cum periculo, ne spectatores occidi eos juberent, id quod faciebant *pollicem vertentes* i. e. *tollentes*; contra

vi rapiendos reservandosque mandabat. Tirones neque in ludo, neque per lanistas, sed in domibus per Equites Romanos, atque etiam per Senatores armorum peritos erudiebat; precibus enitens, quod epistolis ejus ostenditur, ut disciplinam singulorum susciperent, ipsisque dictata exercentibus darent. Legionibus stipendium in perpetuum duplicavit. Frumentum, quoties copia esset, etiam sine modo mensuraque praebuit; ac singula interdum mancipia ex praeda viritim dedit.

---

parci gladiatori, qui arma victus submittebat, jubebant *presso pollice*. Prius igitur, quam illi ferrum *reciperent*, Caesar subtractos suo muneri servavit.

stipendium] Quum post Iulii tempora stipendium militum *deni* in diem *asses* essent (*Tac*. Ann. 1, 17. ubi v. Gronov. et Lips. excurs.) patet, antea *quinos* fuisse. Ita *Polyb*. 6, 39. ὀψώνιον δ' οἱ μὲν πεζοὶ λαμβάνουσι τῆς ἡμέρας δύο ὀβολούς, οἱ δὲ ταξίαρχοι διπλοῦν, οἱ δ' ἱππεῖς δραχμήν, ad qu. l. Schweigh. docet, duos obolos Romano aere pr. fuisse 5 asses cum triente, (cum denarius, qui aequivalet fere drachmae, 16 asses valeret, *Plin*. 33, 8. 13. duo autem oboli tertia pars essent drachmae) Polybium vero numero rotundo duos obolos pro quinque assibus dixisse. v. *Lips*. Elect. 1, 2. *Gronov*. de pecun. vet. 3, 2.

Frumentum] *Polyb*. l. c. σιτομετροῦνται δ' οἱ μὲν πεζοὶ πυρῶν Ἀττικοῦ μεδίμνου δύο μέρη μάλιστά πως· οἱ δ' ἱππεῖς κριθῶν μὲν ἑπτὰ μεδίμνους εἰς τὸν μῆνα, πυρῶν δὲ δύο. τῶν δὲ συμμάχων οἱ μὲν πεζοὶ τὸ ἴσον, οἱ δ' ἱππεῖς πυρῶν μὲν μέδιμνον ἕνα καὶ τρίτον μέρος, κριθῶν δὲ πέντε. δίδοται δὲ τοῖς μὲν συμμάχοις τοῦτ' ἐν δωρεᾷ· τοῖς δὲ Ῥωμαίοις τοῦ τε σίτου καὶ τῆς ἐσθῆτος, κἄν τινος ὅπλου προςδεηθῶσι, πάντων τούτων ὁ ταμίας τὴν τεταγμένην τιμὴν ἐκ τῶν ὀψωνίων ὑπολογίζεται. *Tac*. 1, 17.

quoties copia esset] i. e. abunde suppetente commeatu, neque legendum e cod. Perizon., quod Burm. placuit: „*quoties inopia esset*." Tum enim haud bene sine modo mensuraque dimensus esset militibus Caesar.

mancipia ex praeda] *Caes*. B. G. 7, 89. „ex reliquis captivis toti exercitu capita singula praedae nomine distribuit," quem locum Noster ante oculos habuit. Vulg. *et praedia*, quod omnem fidem excedit. Al. *et prandia*. Burm. conjicit *et pecora*, quod placuit Ernestio. Bremi: *et pretiosa*. Nostrum edidit jam Wolf., qui monet etiam cum Oudend., hanc Caesaris largitionem fuisse contra vetera instituta, cum mancipia pr. essent ex-

[27] Ad retinendam autem Pompeji necessitudinem ac voluntatem, Octaviam, sororis suae neptem, quae C. Marcello nupta erat, conditionem ei detulit, sibique filiam ejus in matrimonium petiit, Fausto Sullae destinatam. Omnibus vero circa eum, atque etiam parte magna Senatus, gratuito, aut levi fenore, ob-

---

tra praedam, eorumque pretium a Quaestore ad aerarium referretur, qualem Spartanorum quoque morem notavimus ad *Xen.* Ages. 1, 18.

necessitudinem] i. e. conjunctionem max. per affinitatem. De ficta hujus voc. differentia ab altero *necessitas*, (quam nunquam observat e. g. Sallustius, cui semper *necessitudo* i. q. alibi *necessitas*) v. *Gell.* 13, 3.

quae C. Marcello n. e.] Consuli A. U. 704. unde *Dion.* 40, 59. is dicitur Caesari ἐξ ἐπιγαμίας προσήκων. Haec Octavia, soror Augusti, nupsit postea M. Antonio. v. stemma Augustae domus, quod Lips. Tacito adjunxit.

conditionem] i. e. uxorem (Partie). *Cornel.* Att. 12. „quum nullius non conditionis potestatem haberet." Unde etiam formula in dissolvendis sponsalibus: *Conditione tua non utor.* v. ind. — Al. h. l. *conditione.*

Fausto Sullae] Denuo de hujus sponsa agebatur, quam prius Pompejus contra datam fidem Servilio Caepioni promiserat. v. ad c. 21. Tamen Faustus eam tandem accepit. v. c. 75.

circa eum] Pompejum, τοὺς περὶ αὐτόν, ejus amicos et asseclas. *Plut.* Caes. 20. ἐνταῦθα καθήμενος (in Gallia Cispadana) ἐδημαγώγει, πολλῶν πρὸς αὐτὸν ἀφικνουμένων, διδούς, ὧν ἕκαστος δεηθείη· καὶ πάντας ἀποπέμπων, τὰ μὲν ἔχοντας ἤδη παρ' αὐτοῦ, τὰ δ' ἐλπίζοντας. et Pomp. 51. χρυσὸν δὲ καὶ ἄργυρον καὶ τἄλλα λάφυρα καὶ τὸν ἄλλον πλοῦτον τὸν ἐκ πολεμίων τοσοῦτον περιγενόμενον εἰς τὴν Ῥώμην ἀποστέλλων, καὶ διαπειρῶν ταῖς δωροδοκίαις καὶ συγχορηγῶν ἀγορανόμοις καὶ στρατηγοῖς καὶ ὑπάτοις καὶ γυναιξὶν αὐτῶν, ᾠκειοῦτο πολλούς, quamquam utroque loco Plut. de priori, quam Suet., tempore loquitur, quod tamen nihil refert, quum Caesar hunc agendi modum ab initio continuaverit.

gratuito] non substantive sumendum puto cum Burm., sed referendum ad *fenore*, cui inest *pecuniae* notio, quam σύλληψιν h. l. statuit Ernesti. *Pecunia* autem *gratuita* est *sine usuris alicui data*, ut *Plin.* ep. 3, 11. „pecuniam etiam — mutuatus ipse gratuitam dedi." Al. h. l. *gratuitu*, mero, si quid video, vitio. *Walther.* Observ. c. verba *gratuito* et *levi fenore* absolute accipienda censet, quasi Suet. scripsisset: *aere alieno ita obstrictis, ut aut gratuito debitum contraherent, aut leve fenus esset.*

strictis, ex reliquo quoque ordinum genere, vel invitatos, vel sponte ad se commeantes, uberrimo congiario prosequebatur: libertos insuper servulosque cujusque, prout domino patronove gratus quis esset. Tum reorum, aut obaeratorum, aut prodigae juventutis, subsidium unicum ac promtissimum erat: nisi quos gravior criminum, vel inopiae luxuriaeve vis urgeret, quam ut subveniri posset a se: his plane palam, *bello civili opus esse,* dicebat. [28] Nec minore studio reges atque provincias per terrarum orbem alliciebat: aliis captivorum millia dono offerens; aliis citra Senatus populique auctoritatem, quo vellent, et quoties vellent, auxilia summittens: superque Italiae, Galliarumque et Hispaniarum, Asiae quoque et Graeciae potentissimas urbes praecipuis operibus exornans: donec, attonitis jam omnibus, et, quorsum illa tenderent, reputantibus, M. Claudius Marcellus Consul, edicto praefatus, de summa se Republica acturum, retulit ad Senatum, ut ei succederetur ante tempus;

---

congiario] *Congiarium*, cum pr. donatio sit pecuniae, olei, frumenti aliusve rei populo facta, postea *de quovis dono* dicitur, ut h. l. et Vespas. 18. maxime de iis, quae Caesares vel populo, vel privatis dare solebant. v. ind. — *Dio* 40, 60. (quamquam de seriore tempore ibi sermo) πρὸς τὴν παροῦσαν ὧν ἔπραττε σπουδὴν οὔτε ἀργυρίου, ἅτε καὶ ἐξ αὐτῶν ἐκείνων ἀργυρολογῶν, ἐφείδετο, καὶ προςυπισχνεῖτό τισι παμπληθῆ, ὧν οὐδὲ πολλοστὸν μέρος δώσειν ἔμελλε. καὶ οὐ μόνον γε τοὺς ἐλευθέρους, ἀλλὰ καὶ τοὺς δούλους, τούς τι καὶ ὁπωςοῦν παρὰ τοῖς δεσπόταις σφῶν δυναμένους, ἐθεράπευε· καὶ συχνοὶ αὐτῷ καὶ ἐκ τούτου καὶ τῶν ἱππέων καὶ τῶν βουλευτῶν ὑπῆρξαν.

M. Claud. Marcellus] cum Servio Sulpicio Rufo Cs. A. U. 703.

retulit ad Senatum] *Dio* 40, 59. Μάρκελλος δὲ πάντ' εὐθὺς ἐπὶ τῇ τοῦ Καίσαρος καταλύσει (τῆς γὰρ τοῦ Πομπηΐου μερίδος ἦν) ἔπραττε· καὶ ἄλλα τε ἐπ' αὐτῷ πολλά, καὶ ὥςτε καὶ διάδοχόν οἱ ἤδη πρὸ τοῦ καθήκοντος χρόνου πεμφθῆναι, ἐςηγήσατο. *Appian.* c. 26. εἰςηγεῖτο δὲ ἤδη καὶ διαδόχους αὐτῷ πέμπειν ἐπὶ τὰ ἔθνη, προαφαιρῶν τοῦ χρόνου. v. *Caes.* B. Gall. 8, 53. *Florus*, nimio brevitatis studio, plurium annorum acta confundit 4, 2, 15. „Ergo Lentulo Marcelloque Css., rupta prima conjurationis fide, de successio-

quoniam bello confecto pax esset, ac dimitti deberet victor exercitus: et ne absentis ratio comitiis haberetur, quando et plebiscito Pompejus postea obrogasset. Acciderat autem, ut is, legem de jure magi-

---

ne Caesaris Senatus, id est Pompejus, agitabat; nec ille abnuebat, si ratio sui proximis comitiis haberetur. Consulatus absenti, quem decem Tribuni, favente Pompejo, nuper decreverant, tum, dissimulante eodem, negabatur. Veniret et peteret majorum more. Ille contra flagitare decreta, ac, nisi in fide permanerent, non se remittere exercitum. Ergo ut in hostem decernitur." — Ceterum n. l. in sequ. malim: *pax esse* — *deberet* pro *esset*.

quando et plebiscito P. p. obrogasset] Vulg. *quando nec plebiscito Pomp. postea abrogasset*, quod vix idoneum sensum exhibet. Nostrum e Gron. emendatione, legentis *et* pro *nec*, et Brissonii auctoritate, nonnullos Codd. habere: *obrogasset*, affirmantis, quomodo edidit etiam Steph., recepit Wolfius. Plebiscitum intellige, de quo c. 26., „*ut absenti sibi petitio secundi consulatus daretur*." Ei plebiscito obrogaverat Pompejus lege de comitiis, qua cavebatur, ne quis absens honorem peteret, excepto tamen Caesare, quod ut illegitimum haud curabat Marcellus. *Dio* 40, 51. et 56. v. ad c. 28. ubi loca de privilegio Caesari dato congessi. — Vulgatam serius defensam vidi a *Walthero* l. c. ita explicante: quando legem illam de comitiis s. id ipsum, ut absentis nulla ratio comitiis haberetur, Pompejus postea *non plebiscito*, sed *mero arbitrio* abrogasset, excepto Caesare. Sed in ea interpretatione et dura est omissio accusativi: *id* vel *legem*, et verbum *abrogare* alieno sensu usurpatur de exceptione aliqua legi intrusa, quum proprie valeat: totam legem rogato de ea re populo abolere.

Acciderat autem] *Dio* 40, 56. *καὶ τὸν περὶ τῶν ἀρχαιρεσιῶν νόμον, τὸν κελεύοντα, τοὺς ἀρχήν τινα ἐπαγγέλλοντας ἐς τὴν ἐκκλησίαν πάντως ἀπαντᾷν, ὥστε μηδένα ἀπόντα αἱρεῖσθαι, παρημελημένον πως ἀνενεώσατο* (Pompejus Consul) — *οὐδ' ᾐσχύνθη μὲν τότε τοιαῦτα γράψας, ὕστερον δέ — τῷ Καίσαρι καὶ ἀπόντι (οἱ γὰρ φίλοι αὐτοῦ δεινῶς ἠγανάκτουν) αἰτῆσαι τὴν ὑπατείαν, ὥσπερ ἐψήφιστο, δούς· προσέγραψε μὲν γὰρ τῷ νόμῳ, τὸ μόνοις αὐτὸ ἐξεῖναι ποιεῖν, οἷς ἂν ὀνομαστί τε καὶ ἄντικρυς ἐπιτραπῇ*, quod legis additamentum Suetonius ignorat. Valde ob hanc inconstantiam reprehendit Pompejum *Cic.* ad Att. 8, 3. ubi dicitur ideo: „ille absentis in omnibus adjutor, idem etiam tertio consulatu postquam esse defensor Reip. coepit, contendit, ut decem Tribuni plebis ferrent, ut absentis ratio haberetur, quod idem ipse san-

stratuum ferens, eo capite, quo a petitione honorum absentes summovebat, ne Caesarem quidem exciperet, per oblivionem; ac mox, lege jam in aes incisa, et in aerarium condita, corrigeret errorem. Nec contentus Marcellus, provincias Caesari et privilegium eripere, retulit etiam, ut colonis, quos rogatione Vatinia Novumcomum deduxisset, civitas adimere-

---

xit lege quadam sua; Marcoque Marcello Consuli, finienti provincias Gallias Kal. Mart., restitit." cf. Ej. Philipp. 2, 10. Ceterum M. Marcello Pompejum restitisse, auctor etiam *Dio* 40, 59. *μαθὼν οὖν ταῦθ' ὁ Πομπήϊος — τὸ μὲν δὴ τὸν Καίσαρα τῆς ἡγεμονίας παραλυθῆναι, οὐδὲ ἑαυτῷ ἀρέσκειν ἐπλάττετο· ἔπραττε δ', ὅπως, ὅταν τὸν διδομένον οἱ χρόνον διαπράξῃ (τοῦτο δὲ οὐκ ἐς μακρὰν, ἀλλ' εὐθὺς ἐν τῷ ὑστέρῳ ἔτει γενήσεσθαι ἔμελλε) τά τε ὅπλα κατάθηται, καὶ ἰδιωτεύσων οἴκαδε ἐπανέλθῃ.*

in aerarium] ubi leges servabantur. v. Aug. 94.

privilegium] *Privilegium* pr. lex est ad unius vel poenam vel honorem pertinens, s. brevius *lex de uno homine lata*. (v. *Rosin.* Ant. Rom. 8, 6. p. 567.) H. l. intelligitur petitio alterius consulatus, Caesari absenti plebiscito concessa.

Novumcomum] antea *Comum. Liv.* 33, 36, 37. v. *Cellar.* Geogr. Ant. 2, 9. p. 680. Auctore *Plut.* Caes. 29. (qui tamen confundere videtur nostrum Marcellum cum alio, qui Consul fuit a. U. 705. cum Lentulo) graviori etiam injuria Marcellus Caesarem affecit. Is enim: Νεοκωμίτας ἔναγχος ὑπὸ Καίσαρος ἐν Γαλατίᾳ κατῳκισμένους ἀφῃροῦντο τῆς πολιτείας· καὶ Μάρκελλος ὑπατεύων ἕνα τῶν ἐκεῖ βουλευτῶν, εἰς Ῥώμην ἀφικόμενον, ᾔκισε ῥάβδοις, ἐπιλέγων, ὡς ταῦτα τοῦ μὴ Ῥωμαῖον εἶναι παράσημα προστίθησιν αὐτῷ, καὶ δεικνύειν ἀπιόντα Καίσαρι ἐκέλευε. cf. *Appian.* 26. secundum quem tamen Novocomenses jus tantum Latii, non civitatem, acceperant. Verba haec sunt: πόλιν δὲ Νεόκωμον ὁ Καῖσαρ ἐς Λατίου δίκαιον ἐπὶ τῶν Ἄλπεων ᾠκήκει· ὧν ὅσοι κατ' ἔτος ἦρχον, ἐγίγνοντο Ῥωμαίων πολῖται· τόδε γὰρ ἰσχύει τὸ Λάτιον. τῶν οὖν Νεοκώμων τινά, ἄρχοντά τε αὐτοῖς γενόμενον, καὶ παρὰ τοῦτο Ῥωμαῖον εἶναι νομιζόμενον, ὁ Μάρκελλος ἐφ' ὕβρει τοῦ Καίσαρος ἔξηνε ῥάβδοις ἐφ' ὅτῳ δή, οὐ πασχόντων τοῦτο Ῥωμαίων· καὶ τὸν νοῦν ὑπὸ ὀργῆς ἀνεκάλυπτε, τὰς πληγὰς εἶναι ξενίας σύμβολον, καὶ φέρειν αὐτὰς ἐκέλευε καὶ δεικνύναι τῷ Καίσαρι. V. de hac re disputantem *Sigon.* de ant. jur. Ital. 3, 2. p. 760. sequ. Errat tamen Sigon. cum Appiano, quando, jus Latii tantum Novocomensibus datum a Caesare, putat. *Plut.* l. c. diserte τὴν πολιτείαν dicit. Consentit *Strabo* 5, 1, 6. qui: Κῶμον δ' ἦν μὲν κατοικία μετρία

tur, quod per ambitionem et ultra praescriptum data esset. [29] Commotus his Caesar, ac judicans, quod saepe ex eo auditum ferunt, difficilius se principem civitatis a primo ordine in secundum, quam ex secundo in novissimum detrudi, summa ope restitit, partim per intercessores Tribunos, partim per Servium Sulpicium, alterum Consulem. Insequenti quoque anno, C. Marcello, qui fratri patrueli suo Marco in consulatu successerat, eadem tentante, collegam ejus Aemilium Paulum, Cajumque Curio-

---

Πομπήϊος δὲ Στράβων ὁ Μάγνου πατὴρ κακωθεῖσαν ὑπὸ τῶν ὑπερκειμένων Ῥαιτῶν συνῴκισεν· εἶτα Γάϊος Σκιπίων περὶ τρισχιλίους προςέθηκεν· εἶτα ὁ θεὸς Καῖσαρ πεντακισχιλίους ἐπισυνῴκισεν· ὧν οἱ πεντακόσιοι τῶν Ἑλλήνων ὑπῆρξαν οἱ ἐπιφανέστατοι· τούτοις δὲ καὶ πολιτείαν ἔδωκε, καὶ ἐνέγραψεν αὐτοὺς εἰς τοὺς συνοίκους. Recte igitur judicat *Heineccius* in Append. Ant. Rom. 1, 2. §. 85. Latinitatem Novocomensibus negare non potuisse Marcellum, ut quam dudum ante Caesarem a Pompejo Strabone essent consecuti, sed *civitatem*, quod comprobant etiam verba nostri: „quod *per ambitionem*" i. e. ut gratia illorum hominum valeret, „*et ultra praescriptum*" i. e. majori jure, quam lex s. formula de colonia deducenda praescripsisset, „data esset." cf. *Cic.* ad Att. 5, 11.

Serv. Sulpicium] *Dio* l. c. καὶ αὐτῷ (M. Marcello) ὅ τε Σουλπίκιος καὶ τῶν δημάρχων τινὲς ἀντέπραξαν. *Cic.* ad Div. 8, 10. „nosti Marcellum, quam tardus et parum efficax sit; itemque Servium, quam cunctator."

Insequenti qu. anno] A. U. 704. *Dio* 40, 59. καὶ διὰ τοῦτο (ut Caesar hoc anno imperio decederet) Γάϊόν τε Μάρκελλον (lege Μαρκέλλου vel adde Μάρκου) ἀνεψιὸν ἢ καὶ ἀδελφὸν, (λέγεται γὰρ ἑκάτερον) ὑπατεῦσαι, ἐπειδὴ τῷ Καίσαρι, καίπερ ἐξ ἐπιγαμίας προςήκων, (v. ad c. 27.) ἐχθρὸς ἦν, καὶ τὸν Κουρίωνα τὸν Γάϊον, δι' ἔχθρας καὶ αὐτὸν ἐκ παλαιοῦ οἱ ὄντα, δημαρχῆσαι ἐποίησεν (sc. Pompejus.) *Appian.* c. 26. καὶ ἐπὶ τῷδε οἱ μάλιστα ἐχθροὶ τοῦ Καίσαρος ἐς τοὐπιὸν ᾑρέθησαν ὕπατοι, Αἰμίλιός τε Παῦλος καὶ Κλαύδιος Μάρκελλος, ἀνεψιὸς τοῦ προτέρου Μαρκέλλου· δήμαρχός τε Κουρίων, ἐχθρὸς ὢν καὶ ὅδε τῷ Καίσαρι καρτερός, καὶ ἐς τὸν δῆμον εὐχαριτώτατος, καὶ εἰπεῖν ἱκανώτατος. De Marcellis v. Manut. ad ep. *Cic.* ad Div. 15, 7.

Aemilium Paulum] *Appian.* l. c. Παῦλον δὲ χιλίων καὶ πεντακοσίων ταλάντων ἐπρίατο, μηδὲν αὐτῷ μήτε συμπράττειν μήτε ἐνα-

nem, violentissimum Tribunorum, ingenti mercede defensores paravit. Sed quum obstinatius omnia agi videret, et designatos etiam Consules e parte diversa, Senatum literis deprecatus est, ne sibi beneficium po-

---

χλεῖν. Eadem *Plut.* Caes. 29. ubi addit: ἀφ' ὧν (1500 ταλάντων) καὶ τὴν βασιλικὴν ἐκεῖνος, ὀνομαστὸν ἀνάθημα, τῇ ἀγορᾷ προςεκόλλησεν, ἀντὶ τῆς Φουλβίας οἰκοδομηθεῖσαν. cf. Pompej. 58. Eundem Aemilium commemorat *Plut.* Cic. 46.

Curionem] filium ejus, cujus orationes commemorantur c. 9. Ad eum epistolae sunt Ciceronis, quae l. 2. ad Div. continentur. Mores ejus describit *Vell.* 2, 48. „bello autem civili, et tot, quae deinde per continuos 20 annos consecuta sunt, malis, non alius majorem flagrantioremque, quam C. Curio Trib. pl., subjecit facem; vir nobilis, eloquens, audax, suae alienaeque et fortunae et pudicitiae prodigus; homo ingeniosissime nequam, et facundus malo publico; cujus animo, voluptatibus vel libidinibus neque opes ullae neque cupiditates sufficere possent." Atque ita etiam *Dioni* 40, 60. est καὶ τὴν γνώμην ὀξὺς, εἰπεῖν τε δεινὸς, τῷ τε πλήθει πιθανώτατος, καὶ χρημάτων ἐς τὰ πάντα ἁπλῶς, ἐξ ὧν ἢ αὐτός τι πλεονεκτήσειν, ἢ καὶ ἑτέρῳ διαπράξειν ἤλπιζεν, ἀφειδέστατος. Liberaverat eum Caesar aere alieno, quo ingente premebatur (*Dio* l. c. *Plut.* Caes. et Pompej. l. c.). *Appian.* 26. majori adhuc pretio emtum eum dicit a Caesare, quam Aemilium, dicens: Κουρίωνα δὲ (sc. ἐπρίατο) καὶ συμπράττειν ἔτι πλειόνων, εἰδὼς ἐνοχλούμενον ὑπὸ χρεῶν πολλῶν. *Valer. M.* 9, 1, 6. ei *sexcenties HS. aeris alieni* fuisse dicit, ex quo loco Lipsius emendavit Vellejum l. c. ubi vulgo: „id gratis, an accepto *centies* HS. fecerit, ut accepimus, in medio relinquimus." Plura de isto homine v. in Cl. Cicer. et apud interpr. ad Coel. ep. ad Cic. (ad Div. 8, 6.)

designatos et. Consules] in annum U. 705. L. Cornelium Lentulum, et C. Claudium Marcellum.

literis] Duplices Caesaris literas commemorat *Plutarchus.* Nam Caes. 30. ἠξίου αὐτός τε (Καῖσαρ) καταθέσθαι τὰ ὅπλα, καὶ, Πομπηΐου ταὐτὸ πράξαντος, ἀμφοτέρους ἰδιώτας γενομένους εὑρίσκεσθαί τι παρὰ τῶν πολιτῶν ἀγαθόν. — Ἀντώνιος δὲ δημαρχῶν Καίσαρος ὑπὲρ τούτων ἐπιστολὴν κομισθεῖσαν εἰς τὸ πλῆθος ἐξήνεγκε, καὶ ἀνέγνω βίᾳ τῶν ὑπάτων, et postea c. 31. ἐπεὶ δὲ παρὰ Καίσαρος ἧκον ἐπιστολαὶ μετριάζειν δοκοῦντος (ἠξίου γὰρ ἀφεὶς τἄλλα πάντα, τὴν ἐντὸς Ἄλπεων καὶ τὸ Ἰλλυρικὸν μετὰ δυεῖν ταγμάτων αὐτῷ δοθῆναι, μέχρις οὗ τὴν δευτέραν ὑπατείαν μέτεισι) sequ. Hae tamen alterae ad pactionem cum adversariis pertinent, de qua Sueton. postea. Ceterum *Dio* 41, 1. multo accuratius narrat, Curionem

puli adimeretur; aut ut ceteri quoque imperatores ab exercitibus discederent: confisus, ut putant, facilius se, simul atque libuisset, veteranos convocaturum, quam Pompejum novos milites. Cum adversariis autem pepigit, ut, dimissis octo legionibus, Transalpina-

---

has literas a Caesare acceptas Kalend. Jan. 705. novis Consulibus Cornelio Lentulo et C. Claud. Marcello tradidisse, eosque, cum prius recitare eas noluissent, tandem a Q. Cassio Longino et M. Antonio Tribunis pl. fuisse coactos. ἐν δὲ τῇ ἐπιστολῇ τά τε ἄλλα, ὅσα πώποτε καλῶς τὸ κοινὸν ὁ Καῖσαρ ἐπεποιήκει, ἐνεγέγραπτο, καὶ ἀπολογισμός, ὑπὲρ ὧν ᾐτιάζετο. καταλύσειν τε τὰ στρατόπεδα καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκστήσεσθαι ὑπισχνεῖτο, ἂν καὶ ὁ Πομπήϊος τὰ αὐτά οἱ ποιήσῃ· ἐκείνου γὰρ τὰ ὅπλα ἔχοντος, οὐδὲ ἑαυτὸν δίκαιον εἶναι ἀναγκασθῆναι αυτὰ ἀφεῖναι ἔλεγεν, ἵνα μὴ καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἐκδοθῇ. cf. initium Caes. B. Civ. ubi vitiose olim legebatur: „literis *a Fabio* Consulibus redditis," quod mendum recentiores edd. expunxerunt. *Plut.* Pomp. 59. Anton. 5. *Appian.* 32. qui id etiam narrat, Curionem tribus diebus mille stadia cum trecentis ad afferendas has literas a Caesare fuisse emensum, in argumento earum consentit cum reliquis, nisi quod perscriptum addit: ὅτι θέλοι (ὁ Καῖσαρ) Πομπηΐῳ συναποθέσθαι (τὴν ἀρχήν), ἄρχοντος δ᾽ ἔτι ἐκείνου οὔτε ἀποθήσεσθαι, καὶ τιμωρὸς αὐτίκα τε τῇ πατρίδι καὶ ἑαυτῷ κατὰ τάχος ἀφίξεσθαι· ἐφ᾽ ᾧ δὴ σφόδρα πάντες ἀνέκραγον, ὡς ἐπὶ πολέμου καταγγελίᾳ, διάδοχον εἶναι Λεύκιον Δομίτιον. De hoc v. c. 34.

pepigit] i. e. pactionem obtulit, pacisci voluit, sed non impetravit, ut infra Vitell. 15. — Hae sunt literae illae Caesaris μετριάζειν δοκοῦντος apud *Plut.* Caes. 31., de quibus modo dixi. *Appian.* 32. auctor est, Ravennae quum substitisset, haec Caesarem de pace experiri, quam ex Curionis sententia protinus ad urbem pergere, maluisse. τοὺς οὖν φίλους — ita pergit — ἐκέλευεν ὑπὲρ αὐτοῦ συμβῆναι, τὰ μὲν ἄλλα αὐτὸν ἔθνη καὶ στρατόπεδα ἀποθήσεσθαι, μόνα δ᾽ ἕξειν δύο τέλη, καὶ τὴν Ἰλλυρίδα μετὰ τῆς ἐντὸς Ἄλπεων Γαλατίας, ἕως ὕπατος ἀποδειχθείη. Addit *Plut.* Caes. 31. et Pomp. 59., Ciceronem, modo e Cilicia reducem, persuasisse amicis Caesaris, συνενδόντας ἐπὶ ταῖς εἰρημέναις ἐπαρχίαις καὶ στρατιώταις μόνοις ἑξακισχιλίοις ποιεῖσθαι τὰς διαλύσεις, (vel, uti in Pomp. est: ἐπείσθησαν οἱ Καίσαρος φίλοι θάτερον ἀφεῖναι, quod Noster: *vel etiam una legio* sequ.) Pompejum etiam ad paciscendum pronum fuisse, sed omnia impedivisse Lentuli Marcellique impotentiam. Ceterum Appianus has literas illis priores facit, qui omnino aeque ac Plutarchus, quem sequitur,

que Gallia, duae sibi legiones, et Cisalpina provincia, vel etiam una legio cum Illyricò concederetur, quoad Consul fieret. [30] Verum neque Senatu interveniente, et adversariis negantibus, ullam se de Republica facturos pactionem, transiit in citeriorem Galliam; conventibusque peractis, Ravennae substitit, bello vindicaturus, si quid de Tribunis plebis, intercedentibus pro se, gravius a Senatu constitutum esset. Et praetextum quidem illi civilium armorum hoc fuit: causas autem alias fuisse, opinantur. Cn. Pompejus ita dictitabat, quod neque opera consummare, quae instituerat, neque populi exspectationem, quam de adventu suo fecerat, privatis opibus explere posset, turbare omnia ac permiscere voluisse. Alii,

---

in temporibus multa miscet. — *Transalpin. Gallia*, supple *missa* ex *dimissis*.

interveniente] i. e. auctoritate sua contentiones adversariorum cum Caesare dirimente, auctoritatem interponente.

adversariis] Consulibus maxime, Lentulo et Marcello. *Appian*. 32. κατακωλυόντων δὲ τῶν ὑπάτων. v. ad cap. 29. fin.

Ravennae] *Appian*. l. c. ὁ δ' ἄρτι τὸν Ὠκεανὸν ἐκ Βρεττανῶν διεπεπλεύκει, καὶ ἀπὸ Κελτῶν τῶν ἀμφὶ τὸν Ῥῆνον τὰ ὄρη τὰ Ἄλπεια διελθὼν σὺν πεντακισχιλίοις πεζοῖς καὶ ἱππεῦσι τριακοσίοις, κατέβαινεν ἐπὶ Ῥαβέννης, ἣ συναφής τε ἦν τῇ Ἰταλίᾳ, καὶ τῆς Καίσαρος ἀρχῆς τελευταία. *Caes*. B. C. 1, 5. „Caesar eo tempore erat Ravennae, expectabatque suis lenissimis postulatis responsa, si qua hominum aequitate res ad otium deduci posset."

intercedentibus] sc. Senatusconsulto de se facto. v. ad c. 31.

praetextum] Sic *Tac*. Histor. 2, 100. *praetexto classem adloquendi*. l. 3, 80. *praetexto* Reipublicae. *Plut*. 31. τὴν εὐπρεπεστάτην Καίσαρι τῶν προφάσεων αὐτοὶ μηχανησάμενοι sequ. Quod postea Burm. ante *alias* insertum vellet *alii*, id excidere quidem potuit, sed non necessarium puto cum Ern. et Wolf. Sensus est: hoc illius fuit *praetextum*; hae tamen sunt verae *causae*, quas quidem opinantur.

opera] aedificia, de quorum splendidis initiis noster c. 26. unde etiam *populi exspectatio*, maxime ob ludos et alia munera post reditum exhibenda. Consummavit illa, haec exhibuit post bellum civile. c. 38. sequ.

timuisse dicunt, ne eorum, quae primo consulatu adversus auspicia legesque et intercessiones gessisset, rationem reddere cogeretur: quum M. Cato identidem, nec sine jurejurando, denunciaret, delaturum se nomen ejus, simul ac primum exercitum dimisisset; quumque vulgo fore praedicarent, ut, si privatus redisset, Milonis exemplo circumpositis armatis causam apud judices diceret. Quod probabilius facit Asinius Pollio, Pharsalica acie caesos profligatosque adversarios prospicientem haec eum ad verbum dixisse referens: *Hoc voluerunt: tantis rebus gestis C. Caesar condemnatus essem, nisi ab exercitu auxilium petissem.* Quidam putant, captum imperii consuetudine, pensitatisque suis et inimicorum

---

Alii timuisse dicunt] *Appian.* Civ. 2, 150. ἐς δὲ τὰ ἐμφύλια τάδε, ἢ διὰ δέος, καθάπερ αὐτὸς ἔλεγεν, ἢ ἀρχῆς ἐπιθυμίᾳ συμπεσὼν sequ.

Milonis exemplo] v. ad c. 28.

Asinius Pollio] Dicitur is a *Vell.* 2, 63. „firmus proposito et Iulianis partibus fidus, Pompejanis adversus." cf. id. c. 76 et 86. unde saepe commemoratur a scriptoribus, qui de bello civili exposuerunt. *Appian.* Civ. 2, 40. missum eum a Caesare in Siciliam Catonem dicit insula expulisse, (cf. Morus ad *Caes.* B. C. 1, 30.) id. c. 46. reliquias post Curionis cladem in Africa servasse. *Plut.* Caes. 52. in bello Afric. simul cum Caesare proelium sinistrum restituisse. Postea Caesaris in Hispania fuit legatus, *Dio* 45, 10. neque exiguae ejus partes fuere in bellis civilibus post Caesaris mortem, *Appian.* Civ. 3. passim; maxime in Perusino, Id. l. 5. cf. de reliquis ejus rebus et honoribus Fabr. ad *Dion.* 48, 41. et quos ille laudat. Mentio ejusdem apud *Plut.* Caes. 32 et 46. Pomp. 72. Epistolae ejus ad Ciceronem extant ad Div. 10, 31, 32, 33. Scripsit praeter alia historiam bellorum civilium, quam celebrat *Horat.* Carm. 2, 1. ubi v. interpr. cf. *Schweigh.* ad *Appian.* Civ. 2, 79 et 82. *Voss.* de hist. latin. 1, 17. p. 80. sequ. *Ernesti* Cl. Cicer.

Hoc voluerunt] Verba sunt apud *Plut.* Caes. 46. τοῦτ' ἐβουλήθησαν· εἰς τοῦτό με ἀνάγκης ὑπηγάγοντο, ἵνα Γάϊος Καῖσαρ, ὁ μεγίστους πολέμους κατορθώσας, εἰ προηκάμην τὰ στρατεύματα, κἂν κατεδικάσθην. Addit *Plut.* ταῦτά φησι Πολλίων Ἀσίννιος τὰ ῥήματα Ῥωμαϊστὶ μὲν ἀναφθέγξασθαι τὸν Καίσαρα παρὰ τὸν τότε καιρόν, Ἑλληνιστὶ δ' ὑπ' αὐτοῦ γεγράφθαι.

viribus, usum occasione rapiendae dominationis, quam aetate prima concupisset. Quod existimasse videbatur et Cicero, scribens de officiis tertio libro, semper Caesarem in ore habuisse Euripidis versus, quos sic ipse convertit:

Nam si violandum est jus, regnandi gratia
Violandum est: aliis rebus pietatem colas.

[31] Quum ergo, sublatam Tribunorum intercessionem, ipsosque Urbe cessisse, nunciatum est, prae-

---

Euripidis versus] *Cic.* de Off. 3, 21. „ipse enim socer (Pompeji, quem ob hanc necessitudinem cum Caesare potentiae causa contractam vituperat) in ore semper Graecos versus de Phoenissis habebat, quos dicam ut potero, incondite fortasse, sed tamen, ut res possit intelligi: Nam si violandum est jus sequ." Patet inde: „quos sic *ipse* convertit" pertinere ad Ciceronem. Verba sunt Eteoclis apud *Eurip.* Phoen. 573. εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρή, τυραννίδος πέρι Κάλλιστον ἀδικεῖν· τἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών. Eadem citat *Plut.* compar. Nic. cum Crass. 4. N. I. multi Graeca addunt, quae mihi etiam e margine in textum venisse videntur, aeque atque verba: *tertio libro.*, quae eadem fuit sententia Wolfii, quamquam in talibus, quid a scriptore sit profectum, quid additum, nunquam certa disputatione efficietur.

Tribun. intercessionem] Caes. B. C. 1, 2. „Sic vocibus Consulis, terrore praesentis exercitus, minis amicorum Pompeji, plerique compulsi, inviti et coacti Scipionis sententiam sequuntur: uti ante certam diem Caesar exercitum dimittat; si non faciat, eum adversus remp. facturum videri. Intercedit M. Antonius, Q. Cassius, Tribuni pl. Refertur confestim de intercessione Trib.; dicuntur sententiae graves sequ." et c. 5. „aguntur omnia raptim atque turbate — nec Tribunis pl. sui periculi deprecandi, neque etiam extremi juris intercessione retinendi, quod L. Sulla reliquerat, facultas tribuitur; sed de sua salute septimo die cogitare coguntur."

ipsosque Urbe cessisse] *Caes.* 5. „Haec Senatusconsulta (dent operam Cos. sequ. ne quid Resp. detrimenti capiat) perscribuntur a. d. VIII. Id. Januar. — Profugiunt statim ex Urbe Tribuni pl., seseque ad Caesarem conferunt." *Plut.* Caes. 31. Πομπηΐου δὲ καμπτομένου καὶ ἐνδιδόντος (ita leg. pro vulg. διδόντος), οἱ περὶ Λέντλον οὐκ εἴων ὑπατεύοντες, ἀλλὰ καὶ τῆς βουλῆς Ἀντώνιον καὶ Κουρίωνα (male hunc nominari pro Q. Cassio, dudum monuerunt interpretes) προπηλακίσαντες ἐξήλασαν ἀτίμως,

missis confestim clam cohortibus, ne qua suspicio moveretur, et spectaculo publico per dissimulationem interfuit, et formam, qua ludum gladiatorium erat aedificaturus, consideravit, et ex consuetudine convivio se frequenti dedit. Dein post solis occasum, mulis e proximo pistrino ad vehiculum junctis, occultissimum iter modico comitatu ingressus est: et quum luminibus exstinctis decessisset via, diu erra-

---

τὴν εὐπρεπεστάτην Καίσαρι τῶν προφάσεων αὐτοὶ μηχανησάμενοι, καὶ δι' ἧς μάλιστα τοὺς στρατιώτας παρώξυνεν, ἐπιδεικνύμενος ἄνδρας ἐλλογίμους καὶ ἄρχοντας ἐπὶ μισθίων ζευγῶν πεφευγότας ἐν ἐσθῆσιν οἰκετικαῖς. οὕτω γὰρ ἀπὸ Ῥώμης σκευάσαντες ἑαυτοὺς διὰ φόβον ὑπεξῄεσαν. Id. Anton. 5. et *Appian.* 33 qui: οἱ δὲ μὲν δὴ τάχει πολλῷ πρὸς Καίσαρα, νυκτὸς αὐτίκα, λαθόντες ἐχώρουν ἐπὶ ὀχήματος μισθωτοῦ, θεραπόντων ἐσθῆτας ἐνδύντες. *Dio* 41, 3. cf. *Cic.* Phil. 2, 21. sequ.

praemissis c. c. cohortibus] Habebat Caesar secum nonnisi 300 equites cum 5000 graviter armatorum, relictis reliquis copiis in Gallia Transalpina. *Plut.* Caes. 32. Pomp. 60. nempe aderat legio XIII. *Caes.* B. Civ. 1, 7. „hanc enim initio tumultus evocaverat; reliquae nondum convenerant.“ *Oros.* 6, 15., Livium secutus, *quinque cohortes* memorat. cf. *Appian.* 35. ubi: τοὺς οὖν λοχαγοὺς αὐτῶν σὺν ὀλίγοις τοῖς μάλιστα εὐτολμοτάτοις, εἰρηνικῶς ἐσταλμένοις, προὔπεμπεν ἐσελθεῖν ἐς Ἀρίμινον, καὶ τὴν πόλιν ἄφνω καταλαβεῖν· ἣ δ' ἐστὶν Ἰταλίας πρώτη μετὰ τὴν Γαλατίαν. Praefecit iis, auctore Plut., Hortensium.

aedificaturus] Ravennae, ubi adhuc subsistebat. *Plut.* Caes. l. c. αὐτὸς δὲ τὴν μὲν ἡμέραν διῆγεν ἐν φανερῷ, μονομάχοις ἐφεστὼς γυμναζομένοις καὶ θεώμενος.

convivio se fr. dedit] *Plut.* l. c. μικρὸν δὲ πρὸ ἑσπέρας θεραπεύσας τὸ σῶμα, καὶ παρελθὼν εἰς τὸν ἀνδρῶνα, καὶ συγγενόμενος βραχέα τοῖς κεκλημένοις ἐπὶ τὸ δεῖπνον, ἤδη συσκοτάζοντος ἐξανέστη, [καὶ] τοὺς μὲν ἄλλους φιλοφρονηθεὶς, καὶ κελεύσας περιμένειν αὐτὸν ὡς ἐπανελευσόμενον· (*Appian.* l. c. αὐτὸς δὲ περὶ ἑσπέραν, ὡς δὴ τὸ σῶμα ἐνοχλούμενος, ὑπεχώρησε τοῦ συμποσίου, τοὺς φίλους ἀπολιπὼν ἔτι ἑστιᾶσθαι.) ὀλίγοις δὲ τῶν φίλων προείρητο, μὴ κατὰ τὸ αὐτὸ πάντας, ἄλλον δ' ἄλλῃ διώκειν.

mulis — junctis] *Plut.* αὐτὸς δὲ τῶν μισθίων ζευγῶν ἐπιβὰς ἑνὸς, ἤλαυνεν ἑτέραν τινὰ πρῶτον ὁδὸν, εἶτα πρὸς τὸ Ἀρίμινον ἐπιστρέψας, κ. τ. λ. *Appian.* καὶ ζεύγους ἐπιβὰς, ἤλαυνεν ἐς τὸ Ἀρίμινον, ἑπομένων οἱ τῶν ἱππέων ἐκ διαστήματος.

luminibus exstinctis] Multa ad h. l. Casaubonus de itineri-

bundus, tandem ad lucem, duce reperto, per angustissimos tramites pedibus evasit; consecutusque cohortes ad Rubiconem flumen, qui provinciae ejus finis erat, paulum constitit, ac reputans, quantum moliretur, conversus ad proximos, *Etiam nunc,* inquit, *regredi possumus: quod si ponticulum transierimus, omnia armis agenda erunt.* [32] Cunctanti ostentum tale factum est. Quidam eximia magnitudine et forma in proximo sedens, repente apparuit, arundine canens: adquem audiendum quum praeter pastores plurimi etiam ex stationibus milites concurrissent, interque eos et aeneatores, rapta ab uno tuba prosiluit ad flumen, et ingenti spiritu classicum exorsus, pertendit ad alteram ripam. Tunc Caesar, *Eatur,*

---

bus veterum nocturnis, et de *laternarum* (λαμπτήρων, φανῶν), quibus uti ibi solebant, ratione.

ad lucem] i. e. sub diei ortum. Ea ipsa enim nocte trajecto Rubicone Ariminum cepit. *Plut.* l. c. καὶ δρόμῳ τὸ λοιπὸν ἤδη χρώμενος, εἰσέπεσε πρὸ ἡμέρας εἰς τὸ Ἀρίμινον, καὶ κατέσχε. *Appian.* Ἀρίμινον αἱρεῖ περὶ ἕω.

ad Rubiconem] *Plut.* Caes. 20. ὁ καλούμενος Ῥουβίκων ποταμὸς ἀπὸ τῆς ὑπὸ ταῖς Ἄλπεσι Κελτικῆς ὁρίζει τὴν ἄλλην Ἰταλίαν, et c. 32. ὡς ἦλθεν ἐπὶ τὸν ὁρίζοντα τὴν ἐντὸς Ἄλπεων Γαλατίαν ἀπὸ τῆς ἄλλης Ἰταλίας ποταμόν, (Ῥουβίκων καλεῖται) καὶ λογισμὸς αὐτὸν εἰσῄει μᾶλλον ἐγγίζοντα τῷ δεινῷ, καὶ περιφερόμενον τῷ μεγέθει τῶν τολμωμένων, ἔσχε τὸν δρόμον. καὶ τὴν πορείαν ἐπιστήσας, πολλὰ μὲν αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ διήνεγκε, σιγῇ τὴν γνώμην ἐπ' ἀμφότερα μεταλαμβάνων, καὶ τροπὰς ἔσχεν αὐτῷ τότε τὸ βούλευμα πλείστας κ. τ. λ.

conversus ad proximos] *Appian.* καὶ πρὸς τοὺς παρόντας εἶπεν, ἀνενεγκών· Ἡ μὲν ἐπίσχεσις, ὦ φίλοι, τῆσδε τῆς διαβάσεως ἐμοὶ κακῶν ἄρξει· ἡ δὲ διάβασις πᾶσιν ἀνθρώποις. Fuit, teste Plutarcho, inter amicos illos Asinius Pollio, cujus historiae procul dubio haec omnia servata nobis debemus. Caesar enim brevissime B. C. 1, 8. „cognita militum voluntate, Ariminum cum ea legione proficiscitur, ibique Tribunos pl., qui ad eum confugerant, convenit; reliquas legiones ex hibernis evocat et subsequi jubet.“ Ita *Dio* 41, 4. πυθόμενος οὖν ταῦτ' ἐκεῖνος ἐς Ἀρίμινον ἦλθεν, ἔξω τῆς ἑαυτοῦ ἀρχῆς τότε πρῶτον προχωρήσας. *Flor.* 4, 2, 19. „Prima Arimino signa cecinerunt. Tum pulsus Etruria Libo, Umbria Thermus, Domitius Corfinio.“

inquit, *quo Deorum ostenta et inimicorum iniquitas vocat. Jacta alea esto* [inquit.] [33] Atque ita trajecto exercitu, adhibitis Tribunis plebis, qui pulsi supervenerant, pro concione fidem militum, flens, ac veste a pectore discissa, invocavit. Existimatur

---

Jacta alea esto] Vulg. *est.* Imperat., qui venit ex emendatione Erasmi, omne fere punctum tulit. Adoptavi eum et propter locum verbi (alias enim scripsisse puto auctorem: *jacta est alea*, quamquam hunc meum sensum nemini obtrudo), et propter locos parallelos, qui in eo consentiunt. *Plut.* Caes. 32. τέλος δὲ μετὰ θυμοῦ τινος, ὥςπερ ἀφεὶς ἑαυτὸν ἐκ τοῦ λογισμοῦ πρὸς τὸ μέλλον, καὶ τοῦτο δὴ τὸ κοινὸν τοῖς εἰς τύχας ἐμβαίνουσιν ἀπόρους καὶ τόλμας προοίμιον ὑπειπών· Ἀνεῤῥίφθω κύβος· ὥρμησε προς τὴν διάβασιν, et Pomp. 60. εἶτα ὥςπερ οἱ πρὸς βαθος ἀφιέντες ἀχανὲς ἀπὸ κρημνοῦ τινος ἑαυτούς, μύσας τῷ λογισμῷ, καὶ παρακαλυψαμενος πρὸς τὸ δεινον, καὶ τοσοῦτον μόνον Ἑλληνιστὶ πρὸς τοὺς παρόντας ἐκβοήσας· Ἀνεῤῥίφθω κύβος· διεβίβαζε τὸν στρατόν. *App.* 35. καὶ εἰπών, οἷά τις ἔνθους ἐπέρα σὺν ὁρμῇ, τὸ κοινὸν τόδε εἰπών· ὁ κύβος ἀνεῤῥίφθω. Atque ita *Petron.* de b. civ. 174. „judice Fortuna *cadat* alea.“ Ceterum multis Casaub. illustrat locis usum v. ἀναῤῥίπτειν, quibus addo *Plut.* Brut. 40. ἀναγκαζόμενος διὰ μιᾶς μάχης ἀναῤῥίψαι τὸν περὶ τῆς πατρίδος κύβον. *Thucyd.* 4. 95. τοσόνδε κίνδυνον ἀναῤῥιπτοῦμεν. l. 5. c. 103. τοῖς δ' ἐς ἅπαν τὸ ὑπάρχον ἀναῤῥιπτοῦσι. l. 6. c. 13. ὑπὲρ τῆς πατρίδος, ὡς μέγιστον δὴ τῶν πρὶν κίνδυνον ἀναῤῥιπτούσης. v. Valcken. ad *Herod.* 7, 50. et Schol. ad *Thuc.* l. c.

inquit] Frequens quidem est repetitio verbi ἔφη apud Graecos; sed h. l. adeo friget repetitum istud *inquit*, ut omittere quidem cum aliis ausus non fuerim, uncis tamen incluserim. Cel. Müller. in observ. cit. verba: „*eatur — vocat*,“ et: „*jacta alea esto*“ non uno eodemque, sed diverso tempore a Caesare prolata, eaque de causa alterum *inquit* a Suet. additum judicat. Sed diversas sententias auctorem more suo accuratius distincturum fuisse, credo, praemissis voc. *et*, *et rursus*, *et iterum* etc. ut Aug. 71. et 76. Calig. 29, 30. al.

adhibitis Trib.] v. supra. *Appian.* 33 καὶ αὐτοὺς ἔτι ὧδε ἔχοντας, ὁ Καῖσαρ ἐπεδείκνυ τῷ στρατῷ, καὶ ἠρέθιζε λέγων· ἔτι καὶ σφᾶς, τοσάδε ἐργασαμένους, ἡγοῦνται πολεμίους· καὶ τοιούςδε ἄνδρας, ὑπὲρ αυτῶν τι φθεγξαμένους, οὕτως ἐξελαύνουσιν αἰσχρῶς. cf. *Plut.* Caes. 31. Orationem lege apud *Caes.* B. C. 1, 7.

veste — discissa] Morem veterum, dolorem scissis vestibus testandi, exemplis illustravit Fabric. ad *Dion.* 40, 46. Vide

etiam equestres census pollicitus singulis: quod accidit opinione falsa. Nam, quum in alloquendo exhortandoque saepius digitum laevae manus ostentans affimaret, se ad satisfaciendum omnibus, per quos dignitatem suam defensurus esset, anulum quoque aequo animo detracturum sibi; extrema concio, cui facilius erat videre concionantem, quam audire, pro dicto accepit, quod visu suspicabatur: promissumque jus anulorum cum millibus quadringenis, fama distulit. [34] Ordo et summa rerum, quas deinceps gessit, sic se habent. Picenum, Umbriam, Etruriam occupavit: et L. Domitio, qui, per tumultum successor ei

---

etiam interpr. ad verba Matth. 26, 65. τότε ὁ ἀρχιερεὺς διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ.

equestres census] qui erant quadringentorum millium HS., ut patet e sequ. (ubi al. vitiose *quadragenis*) et *Plin.* ep. 1, 19. ubi Romano Firmo, cui centum millium census erat, offert ad implendas equestres facultates trecenta millia nummûm. Insignia Equitum Rom. fuisse anulum aureum, et tunicam angusticlaviam, equum publicum, sedemque in theatro in quatuordecim ordinibus, nota res est. v. c. 39. Ceterum recte, puto, *Müller.* in observ. c. p. 5. legendum censet: *existimabatur*, nullis scriptoris aetate falsi rumoris auctoribus superstitibus.

fama distulit] Casaub. sexto casu dictum putat *fama*, ut exercitus rem famâ distulerit. Oudend. cum Burm. melius primum casum intelligit, laudans *Ovid.* Her. 21, 51. „neve nihil credas in te quoque *dicere famam*.“ *Sen.* Hippol. 789. „omnis per populos *fabula distulit.*“ *Vell.* 2, 93, 121. „*fama loquitur, narravit.*“ *Liv.* 39, 6. „*attulerat fama.*“ *Plin.* 8, 11. „*nunciavit* hoc *fama* regi.“

Ordo et summa rerum] Occupavit deinceps Ariminum, quo L. Caesar et Praetor Roscius missi a Pompejo ad Caesarem de pactione venerunt, (B. Civ. 1, 8. *Dio* 41, 5.) Arretium per M. Antonium, ipse Pisaurum, Fanum, Anconam, Iguvium per M. Curionem, Auximum, deinde agrum Picenum, urbes Cingulum, Asculum, Sulmonem, Corfinium, unde Brundisium profectus per fines Marrucinorum, Frentanorum, Larinatium, in Apuliam pervenit (B. Civ. 1, 8—25.). *Cic.* ad Div. 16, 12. „itaque quum Caesar amentia quadam raperetur, et oblitus nominis atque honorum suorum Ariminum, Pisaurum, Anconam, Arretium occupavisset, Urbem reliquimus.“

L. Domitio] v. ad c. 23. Ei Gallia ulterior privato prae-

nominatus, Corfinium praesidio tenebat, in deditionem redacto, atque dimisso, secundum superum mare Brundisium tetendit, quo Consules Pompejus-

ter ordinem et legem (id enim est *per tumultum*, quum lege Sempronia C. Gracchi de provinciis esset cautum, ut provinciae magistratibus nondum creatis a Senatu decernerentur. v. Cl. Cicer. *Sigon.* de ant. jur. provinc. 2, 1. p. 130. sequ.) decreta fuerat ab iis, qui in Senatu Caesari adversabantur. *Caes.* B. C. 1, 6. „de reliquis rebus SC. perscribuntur, provinciae privatis decernuntur, duae Consulares, reliquae Praetoriae; Scipioni obvenit Syria, L. Domitio Gallia sequ." v. *Cic.* ad Div. 16, 12. De deditione Domitii v. *Cic.* ad Att. 8. 1. et 8. *Caes.* l. c. 16—23. *Plut.* Caes. 34. *Appian.* 38. *Dio* 41, 11. Habebat secum Domitius cohortes amplius 30. *Caes.* c. 17. (ita etiam *Plut.* Δομιτίῳ ἡγουμένῳ σπειρῶν τριάκοντα.) *Appian.* l. c. οὐ πάντας τοὺς τετρακισχιλίους.

in dedit. red.] Ernest. commendat alteram lectionem: *in ditionem*, negans dici posse *in* ded. redigere, sed dicendum *ad.* Eadem fere sententia est Schelleri in lex. sub *deditio.* Vulgatam defendit Oudendorp. Eadem varietas est infra c. 74. ac in omnibus fere locis, ubi haec phrasis occurrit. Sed confirmari videtur *in deditionem venire* et *in ded. accipere* locis *Caes.* B. Gall. 1, 28. l. 6, 3 et 9. l. 8, 31. *Liv.* 26, 21. l. 33, 20. *Flor.* 3, 10. *Frontin.* 3, 5, 1. quos temerarium foret, sine codd. ex praejudicata opinione mutare. Praeterea vera est differentia inter utrumque dicendi modum. *Ad* ded. redigere notat actionem cogentis, *in* ded. conditionem coacti s. dediticii. Vereor etiam, ut *in ditionem* redigere, quod de locis populisque valet, ac plerumque, ut Wolf. monuit, sine ulla praegressa deditione, aeque dici queat de singulis hominibus.

atque dimisso] *Caes.* c. 23. „Erant Senatorii ordinis L. Domitius, P. Lentulus Spinther, L. Vibullius Rufus, Sext. Quinctilius Varus, Quaestor, L. Rubrius, praeterea filius Domitii aliique complures adolescentes et magnus numerus Equitum Rom. et Decurionum, quos ex municipiis Domitius evocaverat. Hos omnes productos a contumeliis militum conviciisque prohibet; pauca apud eos loquitur, quod sibi a parte eorum gratia relata non sit pro suis in eos maximis beneficiis. Dimittit omnes incolumes. sequ." cf. *Caes.* ep. ad Oppium et Balbum (ad Att. 9, 8.).

superum mare] Adriaticum, oppositum *infero* s. *Etrusco*, *Tyrrheno.*

Brundisium] quo venit a. d. VII. Id. Mart. (a. U. 705.), ut

que confugerant, quamprimum transfretaturi. Hos frustra per omnes moras exitu prohibere conatus, Romam iter convertit: appellatisque de Republica Patribus, validissimas Pompeji copias, quae sub tribus legatis, M. Petrejo, et L. Afranio, et M. Varrone

---

ipse scribit ad Oppium (ad Att. 9, 13.). B. Civ. 1, 25. „Brudisium cum legionibus sex pervenit, veteranis tribus, reliquis, quas ex novo dilectu confecerat atque in itinere compleverat; Domitianas enim cohortes protinus a Corfinio in Siciliam miserat.“ Denuo ibi de pace cum Pompejo egit. c. 26. cf. epist. cit.

Consules Pompejusque] *Caes.* l. c. „reperit, Consules Dyrrhachium profectos cum magna parte exercitus, Pompejum remanere Brundisii cum cohortibus viginti.“ Arte ibi certavere Pompejus et Caesar, ille, ut tutus a Caesare e portu solveret, obstructis, quae eo ducebant, viis, hic, ut profecturum impediret. *Caes.* usque ad c. 29. *Plut.* Pomp. 62. *Dio* 41, 12. *Frontin.* 1, 5, 5. qui inter strategemata refert hunc Pompeji discessum. Aliter sentit *Plut.* l. c.

Romam] *Caes.* c. 32. *Plut.* Caes. 35. Καίσαρι δὲ βουλομένῳ μὲν εὐθὺς διώκειν ἀπορία νεῶν ἦν. εἰς δὲ τὴν Ῥώμην ἀνέστρεψε, γεγονὼς ἐν ἡμέραις ἑξήκοντα πάσης ἀναιμωτὶ τῆς Ἰταλίας κύριος.

appellatisque de Rep. Patr.] *Caes.* l. c. *Vell.* 2, 50. „quum transgressos reperisset Consules, in Urbem revertit; redditaque ratione consiliorum suorum in Senatu et in concione, ac miserrimae necessitudinis, quum alienis armis ad arma compulsus esset, Hispanias petere decrevit.“ *Dio* 41, 15. τὸ δὲ δὴ Βρεντέσιον διὰ φυλακῆς, τοῦ μή τινα τῶν ἀπηρκότων ἀποκλεῖσαι, ποιησάμενος, πρός τε τὴν Ῥώμην ἦλθε, καὶ τῆς γερουσίας οἱ ἔξω τοῦ πωμηρίου ὑπό τε τοῦ Ἀντωνίου καὶ ὑπὸ τοῦ Λογγίνου παρασκευασθείσης (ἐκπεσόντες γὰρ ἐξ αὐτῆς, τότε αὐτὴν ἤθροισαν) ἐδημηγόρησε πολλὰ καὶ ἐπιεικῆ, ὅπως πρός τε τὸ παρὸν εὔνοιαν αὐτῷ (placet mihi hoc vulg. quod intelligo *erga se,* prae Reimari emendat. αὐτοῦ), καὶ πρὸς τὸ μέλλον ἐλπίδα χρηστὴν λάβωσι. Id. c. 17. cum *Plut.* Caes. 35. Metelli, Trib. pl., audaciam narrat, qui Caesari relictam in aerario pecuniam expilanti maxima pertinacia restitit.

M. Petrejo, et L. Afranio] *Caes.* B. C. 1, 37. usque ad fin. libri, *Dio* 41, 20—24. *Plut.* Caes. 36. *Appian.* c. 42 et 43. bellum hoc prius Hispanicum describunt. — *Caes.* c. 39. „erant legiones Afranii tres, Petreji duae, praeterea scutatae citerioris provinciae et cetratae ulterioris Hispaniae cohortes circiter octoginta, equitum utriusque provinciae circiter quinque mil-

in Hispania erant, invasit; professus ante inter suos, *ire se ad exercitum sine duce, et inde reversurum ad ducem sine exercitu.* Et quamquam obsidione Massiliae, quae sibi in itinere portas clauserat, summaque frumentariae rei penuria retardante, brevi tamen omnia subegit. [35] Hinc Urbe repetita, in Macedoniam transgressus, Pompejum, per quatuor

---

lia sequ." Petrejus et Afranius uterque in deditionem cum suis venere, *Vell.* 2, 50. „Uterque legatorum, et quisquis cujusque ordinis sequi eos voluerat, remissi ad Pompejum." De eorum morte serius insecuta v. ad c. 75.

M. Varrone] qui ulteriori Hispaniae praeerat. De eo v. *Caes.* B. C. 1, 38. et l. 2. 17 sequ. Et ipse legionem Caesari transdidit c. 20. „Transdita legione, Varro Cordubam ad Caesarem venit; relatis ad eum publicis cum fide rationibus, quod penes eum est pecuniae, transdit et, quod ubique habeat frumenti ac navium, ostendit." Hispaniae Caesar Q. Cassium praefecit B. C. 2, 21. *Dio* 41, 24. *Appian.* 43.

obsidione Massiliae] Massilienses Domitii Corfinio dimissi suasu id fecerant. v. infra Ner. 2. *Caes.* 1, 34. cf. *Vell.* 2, 50. *Flor.* 4, 2, 23. *Dio* 41, 19. *Strab.* 4, 1, 5. Obsidionem Massiliae narrat *Caesar* l. 2, 1—16., deditionem c. 22.

sum. fr. r. penuria] in Hispania. v. *Caes.* 1, 48 sequ.

Urbe repetita] Quae ibi fecit, lege apud *Plut.* Caes. 37. *Appian.* 48. *Dion.* 41, 36. Dictaturam sec. Plut. a Senatu, sec. Appian. et Dion. a populo, et auctore quidem M. Aemilio Lepido, qui Triumvir postea fuit, in se collatam post undecim dies deposuit, et Consulem se fecit cum P. Servilio Isaurico. *Caes.* 2, 21. „ibi (Massiliae), legem de Dictatore latam seseque Dictatorem dictum a M. Lepido Praetore, cognoscit." et 3, 1. „Dictatore habente comitia Caesare, Consules creantur Iulius Caesar et P. Servilius; is enim erat annus, quo per leges ei Consulem fieri liceret." et c. 2. „his rebus — undecim dies tribuit, Dictaturaque se abdicat et ab Urbe proficiscitur Brundisiumque pervenit." *Flor.* 4, 2, 21. neglecto rerum ordine, quum primum Urbem occupavisset, potitus post Pompeji fugam Italia, pene vacuam metu Caesarem ingressum Consulem se ipsum fecisse narrat. Graviori errore *Eutropius*, futilis scriptor, 6, 16. „Consules cum Pompejo, Senatusque omnis, atque universa nobilitas ex urbe fugit, et in Graeciam transivit — Caesar vacuam Urbem ingressus, Dictatorem se fecit." Notavit Flori errorem etiam Freinsh. ad l. c.

in Macedoniam] Sumi h. l. Macedoniam sensu Romano,

paene menses maximis obsessum operibus, ad extremum Pharsalico proelio fudit: et fugientem Alexan-

---

et complecti, quicquid sub imperio Proconsulis Macedonici erat, adeoque etiam Epirum, ubi Dyrrhachium, notat Ernesti. Atque ita dicitur etiam εἰς Μακεδονίαν a *Plut.* Anton. 7. ubi v. Solan., Brut. 4., et *Dion.* 41, 10, 12, 15, 49. ubi diserte: τὸ δὲ Δυῤῥάχιον ἐν τῇ γῇ τῇ πρότερον μὲν Ἰλλυριῶν τῶν Παρθινῶν, νῦν δέ, καὶ τότε γε ἤδη, Μακεδονίας νενομισμένῃ κεῖται. Ceterum transgressus est Caesar, ut *Plut.* Caes. 37. ἱππεῖς ἔχων λογάδας ἑξακοσίους, καὶ πέντε τάγματα, χειμῶνος ἐν τροπαῖς ὄντος, ἱσταμένου Ἰανουαρίου μηνός, auctore *Dion.* 41, 39. Brundusium venit ἐπ' ἐξόδῳ τοῦ ἔτους et c. 44. μεσοῦντος τοῦ χειμῶνος μέρει τοῦ στρατοῦ ἀπῆρεν. Ita etiam *Appian.* 48. ἐξῄει (Roma) Δεκεμβρίου μηνὸς Ῥωμαίοις ὄντος, οὐκ ἀναμείνας οὐδὲ τῆς ἀρχῆς ἕνεκα τὴν νουμηνίαν τοῦ ἔτους πλησιάζουσαν, et c. 54. χειμέριοι δ' ἦσαν τροπαί· καὶ τὸ πνεῦμα ἄκοντα καὶ ἀσχάλλοντα κατεκώλυε, μέχρι καὶ τὴν πρώτην τοῦ ἔτους ἡμέραν ἐν Βρεντεσίῳ διατρίψαι, et postea ἀνήγετο χειμώνων ἐπὶ ὁλκάδων. *Caes.* 3, 6. „pridie Nonas Januarias naves solvit, impositis — legionibus septem; postridie terram attigit."

maximis obs. operibus] *Caes.* 3, 41 sequ., maxime c. 47. *Flor.* 4, 2, 39. „Caesar pro natura ferox et conficiendae rei cupidus, ostentare aciem, provocare, lacessere; nunc obsidione castrorum, quae sedecim millium vallo obduxerat; (sed quid his obesset obsidio, qui patente mari omnibus copiis abundarent?) nunc expugnatione Dyrrhachii irrita, (quippe quam vel situs inexpugnabilem faceret,) ad hoc assiduis in eruptionem hostium proeliis." *Vell.* 2, 51. „proximo anno, quum Dyrrhachium ac vicina ei urbi regio castris Pompeji teneretur — sua et celeritate, et fortuna C. Caesar usus, nihil in mora habuit, quo minus et, quum vellet, ipse exercitusque classibus perveniret, et primo paene castris Pompeji sua jungeret, mox etiam obsidione munimentisque eum complecteretur. Sed inopia obsidentibus, quam obsessis erat gravior." *Dio* 41, 50, 51. *Plut.* Caes. 39. Pomp. 65. *Appian.* 61. ubi: ἐπετόλμησεν ἔργῳ δυσχερεῖ καὶ παραλόγῳ· πάντα Πομπηΐου τὰ στρατόπεδα, ἑνὶ τείχει περιλαβών, ἐκ θαλάσσης ἐς θάλασσαν ἀποτειχίσαι· ὡς μεγάλην, εἰ καὶ διαμάρτοι, δόξαν οἰσόμενος ἐπὶ τῷ τολμήματι. στάδιοι γὰρ ἦσαν διακόσιοι καὶ χίλιοι. ubi v. Schweigh., qui numerum stadiorum omnem fidem excedentem recte ad minorem redigendum censet, quamvis defendente illum Lips. de milit. Rom. 5, 13.

Pharsalico proelio] victus antea ad Dyrrhachium. v. c. 36. Descriptionem proelii Pharsalici exhibent *Caes.* 3, 89—100. *Flor.* 4, 2, 43 sequ. *Vell.* 2, 52. *Plut.* Caes. 42 sequ. Pomp. 68 sequ.

driam persecutus, ut occisum deprehendit, cum Ptolemaeo rege, a quo sibi quoque insidias tendi videbat, bellum sane difficillimum gessit, neque loco, neque tempore aequo, sed hieme anni, et intra moenia copiosissimi ac sollertissimi hostis, inops ipse rerum omnium, atque imparatus. Regnum Aegypti victor Cleopatrae fratrique ejus minori permisit: veritus provinciam facere, ne quandoque violentiorem prae-

---

Appian. 66 sequ. *Dio* 41, 55. usque ad finem libri. Pharsalus, Thessaliae urbs, Palaepharsalus dicitur ab *Hirt.* B. Alex. 48. ubi v. Cellar. et Mor. Ita etiam *Eutrop.* 6, 16. *Frontin.* 2, 3, 22. ubi v. Oudend. *Oros.* 6, 15.

ut occisum depr.] suadente maxime rhetore Theodoto Chio, (ut narrat *Plut.* Pomp. 77.) quem in consilium adhibuerant Achillas et eunuchus Pothinus. cf. *Appian.* 84. qui Samium Theodotum dicit. *Dion.* 42, 3, 4. Interfecit Pompejum ad litus escendentem Septimius, qui stipendia sub eo fecerat, a Gabinio postea in Aegypto relictus. Comperit Caesar Pompeji mortem Alexandriae. B. Civ. 3, 106. *Dio* 42, 8.

cum Ptolemaeo rege] Erat is Ptolemaeus XII. Dionysius, qui patri Ptolem. Auletae cum sorore Cleopatra successerat. De bello a Caesare in Aegypto gesto v. ipsum B. C. 3, 107. usque ad fin. libri, *Hirt.* de bello Alexandr., *Flor.* 4, 2, 54 sequ. *Vell.* 2, 54. *Eutrop.* 6, 17. *Plut.* Caes. 48. 49. *Appian.* 89. 90. *Dion.* 42, 34 sequ.

hieme anni] Casaub. defendit impugnatam temere lectionem locis *Gell.* 2, 21. *anni aestas.* 17, 10. *aestu anni.* 19, 5. *aestate anni flagrantissima.* v. Oudend. ad h. l. Ad exempla ab iis citata accedit, quod librarius omisisset facilius *anni* ut supervacuum, quam ex suo ingenio addidisset.

Cleopatrae fratr. e. min.] Ptolemaeus rex perierat in fuga submerso navigio. B. Alex. 31. Ibid. c. 33. „Caesar, Aegypto atque Alexandria potitus, reges constituit, quos Ptolemaeus testamento scripserat, atque obtestatus erat populum Rom., ne mutarentur. Nam, majore ex duobus pueris rege amisso, minori transcidit regnum, majorique ex duabus filiis, Cleopatrae, quae manserat in fide praesidiisque ejus; minorem Arsinoen, cujus nomine diu regnasse impotenter Ganymeden docuimus, deducere ex regno statuit, ne qua rursus nova dissensio, priusquam diuturnitate confirmarentur regum imperia, per homines seditiosos nasceretur." *Dio* 42, 44.

veritus prov. facere] Idem Augusti fuit consilium. *Tac.* A. 2, 59. „Augustus inter alia dominationis arcana, vetitis, nisi

sidem nacta, novarum rerum materia esset. Ab Alexandria in Syriam, et inde Pontum transiit, urgentibus de Pharnace nunciis: quem, Mithridatis Magni filium, ac tunc occasione temporum bellantem, jamque multiplici successu praeferocem, intra quintum, quam affuerat, diem, quatuor, quibus in conspectum venit, horis, una profligavit acie; crebro commemorans Pompeji felicitatem, cui praecipua militiae laus de tam imbelli genere hostium contigisset. Dehinc Scipionem ac Jubam, reliquias partium

---

permissu, ingredi Senatoribus, aut Equitibus Rom. illustribus, seposuit Aegyptum; ne fame urgeret Italiam, quisquis eam provinciam claustraque terrae ac maris, quamvis levi praesidio adversum ingentes exercitus, insedisset." v. infra Aug. 18. et Lips. ad *Tac.* Hist. 1, 11.

de Pharnace] B. Alex. 69. usque ad fin. *Plut.* Caes. 50. *Appian.* 91. διὰ Συρίας ἐπὶ Φαρνάκην ἠπείγετο. *Dio* 42, 45. οὗτος μὲν γὰρ παῖς τοῦ Μιθριδάτου ἦν, καὶ τοῦ Βοσπόρου τοῦ Κιμμερίου ἦρχεν· — ἐπιθυμήσας δὲ πᾶσαν τὴν πατρῴαν βασιλείαν ἀνακτήσασθαι, ἐπανέστη κατ᾽ αὐτὴν τήν τε τοῦ Καίσαρος καὶ τοῦ Πομπηΐου στάσιν. καί, οἷα τῶν Ῥωμαίων τότε μὲν πρὸς ἀλλήλους ἀσχόλων γενομένων, αὖθις δὲ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ κατασχεθέντων, τήν τε Κολχίδα ἀκονιτὶ προσηγάγετο, καὶ τὴν Ἀρμενίαν ἀπόντος τοῦ Δηϊοτάρου πᾶσαν· τῆς τε Καππαδοκίας καὶ τῶν τοῦ Πόντου πόλεών τινας, αἳ τῷ τῆς Βιθυνίας νομῷ προσετετάχατο, κατεστρέψατο. Postea missum contra se a Caesare Cn. Domitium Calvinum ad Nicopolin devicerat et expugnata Amiso, Ponti urbe, Bithyniam petierat, impeditus modo Asandri, Bosporo praefecti, seditione. B. Alex. 34 sequ. *Dio* 42, 46. *Appian.* 91. Hunc *multiplicem successum* noster dicit.

intra quintum—acie] ad Zelam Ponti oppidum. B. Alex. 72 sequ. Auget rem *Dio* 42, 48. Καῖσαρ δὲ ἐπὶ τῇ νίκῃ, καίπερ οὐ πάνυ διαπρεπεῖ γενομένῃ, πολὺ καὶ ὅσον ἐπ᾽ οὐδεμιᾷ ἄλλῃ ἐφρόνησεν, ὅτι ἔν τε τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ ἐν τῇ αὐτῇ ὥρᾳ καὶ ἦλθε πρὸς τὸν πολέμιον, καὶ εἶδεν αὐτόν, καὶ ἐνίκησε. *Flor.* 4, 2, 63. „hunc Caesar aggressus, uno, et, ut sic dixerim, non toto proelio obtrivit; more fulminis, quod uno eodemque momento venit, percussit, abscessit." v. ad c. 37.

Pomp. felicitatem] *Appian.* 91. ὅτε καί φασιν αὐτὸν εἰπεῖν· ὦ μακάριε, Πομπήϊε, τοιούτοις ἄρα, κατὰ Μιθριδάτην τὸν τοῦδε πατέρα, πολεμῶν ἀνδράσι, μέγας τε ἐνομίσθης καὶ Μέγας ἐπεκλήθης.

Scipionem ac Jubam] repetita antea Urbe, ubi Coelius et Milo, postea L. Trebellius et P. Cornelius Dolabella Tribu-

in Africa refoventes, devicit: Pompeji liberos in Hispania [36] Omnibus civilibus bellis nullam cladem, nisi per legatos suos, passus est: quorum C. Curio in Africa periit; C. Antonius in Illyrico in adversario-

---

ni pl. per ejus absentiam maximos motus excitaverant, necquicquam repugnantibus prius collega Servilio, et sequenti anno (U. C. 707.) M. Antonio, qui Dictatori Caesari Magister Equ. additus fuerat. Multis ea narrat *Dio* 42, 17—33. Reditum ejus in Urbem et quae ibi egit, tradit inde a c. 50 sequ. De bello Africano, quod gessit A. U. 708. Dictator III., M. Lepido Magistro Equ., v. *Hirtii* liber singularis, *Flor.* 4, 2, 64 sequ. *Vell.* 2, 55 *Eutrop.* 6, 18. *Oros.* 6, 16. *Plut.* Caes. 52. sequ. Cat. min. 56. sequ. *Appian.* 95. sequ. *Dio* 43, 1—13. Qu. *Scipio*, socer Pompeji, post Caesaris victoriam ad Thapsum, se ipsum interemit. *Dio* 43, 9. *Juba*, Hiempsalis filius, Numidiae rex, et Petrejus, desperatis rebus, mutuis ictibus ceciderunt. *Dio* 43, 8. al.

Pompeji liberos] Cnejum et Sextum. v. Bell. Hisp., reliqui scriptores Latini l. c., *Plut* Caes. 56. *Appian.* 103. sequ. *Dio* 43, 28—41. *Strabo* 3, 2. p. 377. T. 1. ed. Siebenkees. Bello finem fecit proelium apud Mundam. Cnejus in fuga interemtus est. B. Hisp. 39. al. De Sexto in vita Augusti plura videbimus.

C. *Curio*] Periit in proelio ad Bagradam contra Jubae ducem Saburam. *Caes.* B. C. 2, 23—42. ubi: „at Curio, nunquam, amisso exercitu, quem a Caesare fidei suae commissum acceperit, se in ejus conspectum reversurum confirmat, atque ita proelians interficitur.“ cf. *Cic.* Brut. 81. *Plin.* H. N. 36, 15. — *Florus* 4, 2, 30. nil nisi: „aliquid tamen adversus absentem ducem ausa fortuna est circa Illyricum et Africam, quasi de industria prospera ejus adversis radiarentur.“ *Dio* 41, 41, 42. *Appian.* c. 44. 45. Pertinet haec clades ad A. U. 705., belli civilis primum.

C. *Antonius*] Haec res in Caesaris commentariis non legitur, unde verissima eorum videtur sententia, qui partem libri eorum secundi intercidisse putant. v. Mor. ad *Caes.* B. C. 3, 4, 10 et 67. Narrant tamen eam auctor Epitom. *Liv.* 110. „C. Antonius, legatus Caesaris, male contra Pompejanos in Illyrico rebus gestis, captus est.“ cf. *Flori* l. c. *Appian.* c. 47. καὶ τῶν αὐτῶν ἡμερῶν Ἀντώνιος περὶ τὴν Ἰλλυρίδα ἡσσᾶτο ὑπὸ Ὀκταουΐου, Πομπηΐῳ στρατηγοῦντος. Accuratius *Dio* 41, 40. ἐν ᾧ δὲ δὴ ταῦτα ἔν τε τῇ Ῥώμῃ καὶ ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ ἐγίγνετο, Μάρκος μὲν Ὀκταούϊος καὶ Λούκιος Σκριβώνιος Λίβων, Πούπλιον Κορνήλιον Δολοβέλλαν, τά τε τοῦ Καίσαρος πράττοντα, καὶ ἐν τῇ Δαλματίᾳ ὄντα,

rum devenit potestatem; P. Dolabella classem in eodem Illyrico, Cn. Domitius Calvinus in Ponto exercitum amiserunt. Ipse prosperrime semper, ac ne ancipiti quidem unquam fortuna, praeterquam bis, dimicavit: semel ad Dyrrhachium, ubi pulsus, non instante Pompejo, negavit, eum vincere scire: iterum in Hispania ultimo proelio, quum, desperatis rebus, et-

---

ἐξήλασαν ἐξ αὐτῆς, τῷ τοῦ Πομπηΐου ναυτικῷ χρώμενοι. καὶ μετὰ τοῦτο Γάϊον Ἀντώνιον ἐπαμῦναί οἱ ἐθελήσαντα, ἔς γε νησίδιόν τι κατέκλεισαν. κἀνταῦθα πρός τε τῶν ἐπιχωρίων ἐγκαταλειφθέντα καὶ λιμῷ πιεσθέντα, πασσυδὶ πλὴν ὀλίγων εἷλον. cf. *Oros.* 6, 15. *Lucan.* 4, 402.

P. Dolabella] v. *Dion.* l. modo cit. *Oros.* l. c. „At vero Dolabella partium Caesaris, in Illyrico per Octavium et Libonem victus, copiisque exutus, ad Antonium fugit. Basillus et Sallustius dividentes singulas legiones, quibus praeerant, similiter et Antonius, Hortensius quoque ab infimo mari cum classe concurrens, omnes pariter adversus Octavium et Libonem profecti et victi sunt. Antonius quum se Octavio cum 15 cohortibus dedidisset, omnes ad Pompejum a Libone deducti sunt."

Cn. Domit. Calv.] contra Pharnacem. v. cap. sup.

ad Dyrrhachium] v. *Caes.* 3, 58 - 71. ubi ipse: „duobus his unius diei proeliis Caesar desideravit milites DCCCCLX sequ." *Plut.* Caes. 39. Pomp. 65. *Appian.* 61, 62. *Dio* 41, 50.

negavit, eum vincere scire] *Plut.* Caes. l. c. οὕτως δ' ἀπέγνω τὰ καθ' αὐτόν, ὥστ', ἐπεὶ Πομπήϊος, ὑπ' εὐλαβείας τινὸς ἢ τύχης, ἔργῳ μεγάλῳ τέλος οὐκ ἐπέθηκεν, ἀλλὰ καθείρξας εἰς τὸν χάρακα τοὺς φεύγοντας ἀνεχώρησεν, εἶπεν ἄρα πρὸς τοὺς φίλους ἀπιὼν ὁ Καῖσαρ· Σήμερον ἂν ἡ νίκη παρὰ τοῖς πολεμίοις ἦν, εἰ τὸν νικῶντα εἶχον. *Appian.* l. c. ὅτι σήμερον ἂν ὁ πόλεμος ἐξείργαστο τοῖς πολεμίοις, εἰ τὸν νικᾶν ἐπιστάμενον εἶχον.

ultimo proelio] ad Mundam. *Vell.* 2, 55. „nullum unquam atrocius periculosiusque ab eo initum proelium, adeo ut plus quam dubio Marte descenderet equo sequ." *Florus* 4, 2, 78. sequ. egregie pugnam, in qua ipsi veterani jam pedem retulerant, describit, addens: „dicitur in illa perturbatione et de extremis agitasse secum, et ita manifesto vultu fuisse, quasi occupare manu mortem vellet sequ." Ita etiam *Eutrop.* 6, 18. „ultimum apud Mundam civitatem (proelium fuit), in quo adeo Caesar paene victus est, ut, fugientibus suis, se voluerit occidere, ne post tantam rei militaris gloriam in potestatem adolescen-

iam de consciscenda nece cogitavit. [37] Confectis bellis, quinquies triumphavit, post devictum Scipionem quater eodem mense, sed interjectis diebus: et rursus semel, post superatos Pompeji liberos. Primum et excellentissimum triumphum egit Gallicum, sequentem Alexandrinum, deinde Ponticum, huic proximum Africanum, novissimum Hispaniensem, diver-

---

tium, natus annos sex et quinquaginta, veniret." cf. *Oros.* 6, 16. Auctore etiam *Plut.* Caes., 56. ἀπιὼν μετὰ τὴν μάχην πρὸς τοὺς Φίλους εἶπεν, ὡς πολλάκις μὲν ἀγωνίσαιτο περὶ νίκης, νῦν δὲ πρῶτον περὶ ψυχῆς, quod repetit *Appian.* 104. (qui tamen urbem, ad quam pugnatum est, Cordubam dicit, de qua varietate v. Schweigh. ad *Appian.* l. c. Xyland. et Reimar. ad *Dion.* 43, 38. Tzschucke ad *Eutrop.* l. c.) — Ceterum clades militum Caesarianorum per varia bella recenset etiam *Appian.* Civ. 2, 150. in comparatione Caesaris cum Alexandro.

quinquies] Addunt al. *quinquennio* vitiose, ex ejusdem vocis iteratione, ut credo cum Wolfio, quod cui minus placuerit, substituat Burm. conjecturam *biennio* vel Oudend. *unoque anno* v. *uno paene anno*. Quatuor enim priores triumphos egit A. U. 708. redux ex Africa, quintum sequenti anno, quum mense Octobri (Vell. 2, 56.) in Urbem revertisset. Descriptionem triumphorum v. apud *Flor.* 4, 2, 88. sequ. *Vell.* 2, 56. *Plut.* Caes. 55. *Appian.* Civ. 2, 101. *Dion.* 43, 19.

interjectis diebus] *Dio* l. c. τὰ ἐπινίκια τῶν τε Γαλατῶν καὶ τῆς Αἰγύπτου τοῦ τε Φαρνάκου καὶ τοῦ Ἰόβου τετραχῇ χωρὶς τέσσαρσιν ἡμέραις ἔπεμψε. *Flor.* l. c. „primum de Gallia triumphum transmiserat Rhenus et Rhodanus et ex auro captivus Oceanus; altera laurus Aegyptia; tunc in ferculis Nilus, Arsinoe, et ad simulacrum ignium ardens Pharus; tertius de Pharnace currus et Ponto; quartus Jubam et Mauros et bis subactam ostendebat Hispaniam (sc. post praeturam, quum illo tempore ob petitionem consulatus triumpho abstinuisset, v. c. 18., et devictis Pompeji legatis primo anno belli civilis). Pharsalia et Thapsus et Munda nusquam; et quanto majora erant, de quibus non triumphabat!" ubi Flori errorem quis non videt, quum sequenti demum anno Pompeji filios ad Mundam debellaverit?

Africanum] *Plut.* l. c. τὸν Λιβυκόν, οὐκ ἀπὸ Σκιπίωνος, ἀλλ' ἀπὸ Ἰόβα δῆθεν τοῦ βασιλέως. Idem narrat, actum fuisse in hoc triumpho Jubae filium, qui postea inter historicos Graecos inclaruit.

Hispaniensem] anno post, U. 709. de quo *Plut.* Caes. 56. ὁ δ' ἀπ' αὐτοῦ (ex ultimo bello Hisp.) καταχθεὶς θρίαμβος, ὡς οὐδὲν

so quemque apparatu et instrumento. Gallici triumphi die Velabrum praetervehens, paene curru excussus est, axe diffracto: ascenditque Capitolium ad lu-

ἄλλο, Ῥωμαίους ἠνίασεν κ. τ. λ. *Dio* 43, 42. qui non ipsum modo de civibus triumphasse dicit, sed eundem honorem concessisse legatis Fabio et Quinto (Q. Fabio Maximo et Q. Pedio). Haud licuisse autem ex civili bello neque ovationem, neque triumphum, docet *Valer. M.* 2, 8, 7. quem citavit etiam ad h. l. Reinesius.

div. qu. apparatu et inst.] Ad fercula maxime spectat, quibus simulacra urbium locorumque suspensa ferebantur, ut patet e *Flori* l. c. et *Vell.* 2, 56. „Gallici apparatus ex citro (nisi leg. *cedro*, quod placuit etiam Torrent. ad h. l.), Pontici ex acantho, Alexandrini testudine, Africi ebore, Hispaniensis argento rasili constitit.“

Velabrum praetervehens] pro *praetervectus*. v. ind. Al. *praevehens*, quod commendat Burm. — *Velabrum* erat inter Forum Rom., Palatium et Aventinum, prope forum boarium. v. Barth. *Marlian.* urbis Romae topograph. 3, 14. Al. *Donat.* de urbe Roma 2, 15. Fam. *Nardin.* Roma vetus 5, 10.

axe diffracto] Hoc omnino praeferendum alteri *defracto*. Recte docet Casaub., illud esse διακλᾷν v. κατακλᾷν, hoc ἀποκλᾷν. Medius axis sub ipso curru in partes, duas an plures, nihil refert, fractus fuerit necesse est, si Caesar paene curru excutiebatur. Ita praeferendum etiam *gubernaculo diffracto* infra Aug. 17. aliorum *defracto*. Rem narrat *Dio* 43, 21. ἐν δ' οὖν τῇ πρώτῃ τῶν νικητηρίων τέρας οὐκ ἀγαθὸν αὐτῷ ἐγένετο. ὁ γὰρ ἄξων τοῦ ἅρματος τοῦ πομπικοῦ παρ' αὐτῷ τῷ Τυχαίῳ, τῷ ὑπὸ τοῦ Λουκούλλου οἰκοδομηθέντι, συνετρίβη, ὥστε ἐφ' ἑτέρου αὐτὸν τὰ λοιπὰ ἐπιτελέσαι. *Plin.* 28, 4. ed. Franz. „Caesarem Dictatorem post unum ancipitem vehiculi casum ferunt semper, ut primum consedisset, id quod plerosque nunc facere scimus, carmine ter repetito securitatem itinerum aucupari solitum.“

ascenditque Capit. — gestantibus] Diverse *Dio* 43, 22. τὰς μὲν δὴ οὖν ἄλλας τῶν νικητηρίων ἡμέρας, ὥς που ἐνενόμιστο, διήγαγε· τῇ δὲ τελευταίᾳ, ἐπειδὴ ἐκ τοῦ δείπνου ἐγένοντο, ἔς τε τὴν ἑαυτοῦ ἀγορὰν ἐσῆλθε, βλαύτας ὑποδεδεμένος, καὶ ἄνθεσι παντοδαποῖς ἐστεφανωμένος· καὶ ἐκεῖθεν οἴκαδε, παντὸς μὲν ὡς εἰπεῖν τοῦ δήμου παραπέμποντος αὐτόν, πολλῶν δὲ ἐλεφάντων λαμπάδας φερόντων ἐκομίσθη. Uter scriptor veriora narret, decernere non sudeo, multo minus mutare *ascenditque* in *descenditque* cum Cupero Exercit. de elephantis (Thes. novi Ant. Rom. Sallengr. T. III. p. 74.), quum mense Octobri fractoque curru variae tantam

mina, quadraginta elephantis dextra atque sinistra lychnuchos gestantibus. Pontico triumpho inter pompae fercula trium verborum praetulit titulum, VENI. VIDI. VICI: non acta belli significantem, sicut ceteris, sed celeriter confecti notam. [38] Veteranis legionibus praedae nomine in pedites singulos super bina sestertia, quae initio civilis tumultus numeraverat, vicena millia nummûm dedit. Assigna-

---

pompam usque ad luminum necessitatem impedire potuerint morae.. v. Oudend. et Ern. ad h. l., Duker. ad *Flor.* 2, 2, 10. *Lychnuchi* (al. *lychnos* h. l. exhibent) erant candelabra, elephantorum dextra atque sinistra pompae incedentium proboscidibus imposita (λαμπάδες Dionis), ut docet Wolf. e *Spanhem.* de usu et praest. num. diss. 3. p. 170. Ita *lychnuchi* sunt i. q. lampades infra Domit. 4. et *lychnuchus ligneolus* candelabrum apud *Cic.* ad Qu. Fr. 3, 7. — De primo triumphi die notat adhuc *Dio* 43, 21. καὶ τότε μὲν καὶ τοὺς ἀναβασμοὺς τοὺς ἐν τῷ Καπιτωλίῳ τοῖς γόνασιν ἀνεῤῥιχήσατο, unde male h. l. pro *ad lumina* maluere *ad limina.*

trium verborum praet. tit.] *Flor.* 4, 2, 63. „nec vana de se praedicatio est Caesaris, ante victum hostem esse, quam visum." Auctore *Plut.* Caes. 50. πρός τινα τῶν Φίλων, 'Αμίντιον, ἔγραψε τρεῖς λέξεις· ἦλθον, εἶδον, ἐνίκησα, eumque sequitur, ut semper, *Appian.* 91. ἐς δε 'Ρώμην περὶ τῆςδε τῆς μάχης ἐπέστελλεν· ἐγὼ δὲ ἦλθον, εἶδον, ἐνίκησα. Ex *Dione* nihil efficias. Is 42, 48. dicit, non ulla magis victoria Caesarem fuisse elatum, ὅτι ἔν τε τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ ἐν τῇ αὐτῇ ὥρᾳ καὶ ἦλθε πρὸς τὸν πολέμιον, καὶ εἶδεν αὐτόν, καὶ ἐνίκησε, et sic Antonius etiam in oratione funebri 44, 46. προςηγγέλθη τε ἅμα αὐτῷ προσιών, καὶ ὤφθη παρών, καὶ συνέβαλεν αὐθημερόν, καὶ ἐνίκησεν. — Postea in *sicut ceteris* subint. triumphis acta belli ferculis significantur. Al. *ceteri.*

vicena millia nummûm dedit] Quod ab aliis praemittitur *in equites*, omittendum esse ut ineptum, docuere jam Graev. et Oudend., quum constet, summae peditibus datae duplum dari solitum Centurionibus, triplum equitibus, quadruplum Tribunis et Praefectis equitum, adeo ut equitum mentione, aeque ac reliquorum, Suetonius posset supersedere. Porro praep. *super* ostendit, sermonem esse de addito peditibus novo praemio. *Dio* 43, 21. τοῖς στρατιώταις πεντακιςχιλίας ὅλας (δραχμάς) ἔνειμε, et *Appian.* 102. ἀφ' ὧν (ex 60000 talentis cum dimidio, et 2822 coronis aureis, quae 20414 pondo efficiebant, quae omnino in triumpho transvexerat. cf. interpr. ad *Vell.* 2, 56. et

vit et agros, sed non continuos, ne quis possessorum expelleretur. Populo praeter frumenti denos modios, ac totidem olei libras, trecenos quoque nummos,

---

Lips. de magnit. Rom. 2, 8.) εὐθὺς ἐπὶ τῷ θριάμβῳ διένειμε, τὰ ὑπεσχημένα πάνθ' ὑπερβάλλων, στρατιώτῃ μὲν ἀνὰ πεντακισχιλίας δραχμὰς Ἀττικάς, λοχαγῷ δ' αὐτοῦ τὸ διπλάσιον, καὶ χιλιάρχῃ καὶ ἱππάρχῃ τὸ ἔτι διπλάσιον, quae loca ostendunt, omittendum etiam esse cum Oudend. *quaterna*, quod est in vulg. post *vicena*. Quum 5000 drachmae sint in Graecis, denarius autem, qui drachmae convenit, quatuor sestertios s. nummos contineat, efficitur summa 20000 nummum. Haud nimium pro Caesaris facultate fuisse hoc donativum, patet ex loc. supra laud., et docuit Casaubonus, qui tamen, vera quidem ad rem, sed nimia emendatione locum ita constituit: „*veteranis legionibus praedae nomine, in pedites singulos (super bina sestertia, quae initio civilis tumultus numeraverat) vicena, in equites quadragena millia nummum dedit.*" Citavit locum, ut nos edidimus, etiam Fabric. ad Dion. l. c.

assignavit et agros] Sueton. totam Caesaris largitionem uno loco complectens, hic refert assignationem agrorum, prius factam, nempe A. U. 707. ante bellum Africanum, de qua *Dio* 42, 54. καὶ χώραν ἔκ τε τῆς δημοσίας, καὶ ἐκ τῆς ἑαυτοῦ δὴ πᾶσι σφίσιν ἔνειμεν, ἄλλους ἄλλῃ, καὶ πάνυ πόῤῥω ἀπ' ἀλλήλων, ἀπαρτήσας· ὥστε μήτε τοῖς ὁμοχώροις σφᾶς φοβερούς, μήτ' αὖ πρὸς νεωτερισμὸν ἑτοίμους, καθ' ἓν που συνοικοῦντας, γενέσθαι. Eam autem ad seditiosos tantum milites spectasse, patet ex *Appian*. Civ. 2, 133. ubi Antonius: τοὺς τὰ νικητήρια λαβόντας, καὶ κατὰ πλῆθος ἅμα τοῖς ὅπλοις, ὡς ἐστρατεύοντο, ὑπὸ τῇ αὐτῇ συντάξει, συνῳκισμένους ὑπὸ Καίσαρος, (ὧν ἔτι πολλαὶ μυριάδες εἰσὶν ἐν τῇ πόλει) τί νομίζετε πράξειν, ἀφαιρουμένους, ὧν εἰλήφασιν ἢ προσδοκῶσι λήψεσθαι, πόλεών τε καὶ χωρίων; cf. Ej. c. 119. Atque omnino in more olim fuisse, ut universae legiones deducerentur, cum Tribunis et Centurionibus, et sui cujusque ordinis militibus, ut consensu et caritate remp. efficerent, docet *Tac*. Ann. 14, 27.

Populo] *Dio* 43, 21. τόν τε δῆμον λαμπρῶς εἱστίασε, καὶ σῖτον ἔξω τοῦ τεταγμένου καὶ ἔλαιον προσέδωκεν αὐτῷ.

trecenos quoque nummos] Promisisse eos Caesarem narrat *Dio* 41, 16. A. U. 705. quum primum Romam, fugato ex Italia Pompejo, venisset. Verba sunt: καὶ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα δραχμὰς ἑκάστῳ δώσειν ὑπέσχετο. Jam 43, 21. καὶ τῷ μὲν σιτοδοτουμένῳ ὄχλῳ τάς τε ἑβδομήκοντα καὶ πέντε δραχμάς, ἃς προϋπέσχετο, καὶ ἑτέρας πέντε καὶ εἴκοσι sc. ἔνειμεν. Drachmae autem 75 sunt 300 nummi s. sestertii, adeoque 25 drachmae 100 nummi. *Appian*. 102. καὶ τοῖς δημόταις (διένειμεν) ἑκάστῳ μνᾶν Ἀττικήν i. e. 100 drachmas s. 400 nummos.

quos pollicitus olim erat, viritim divisit; et hoc amplius, centenos pro mora. Annuam etiam habitationem Romae usque ad bina millia nummûm, in Italia non ultra quingenos sestertios remisit. Adjecit epulum ac viscerationem, et post Hispaniensem

---

Annuam et. habitationem] i. e. mercedem habitationis annuam a conductoribus solvendam (Miethzins, ἐνοίκιον). Ita *Terent.* Heautont. I, 1, 92. „inscripsi illico aedes *mercede*" de locatis aedibus. Jam quum illis temporibus haec merces ad insanam magnitudinem pervenisset, quod patet ex *Vell.* 2, 10. ubi, si quis sex millibus habitet, vix ut Senator agnosci dicitur, et *Plut.* Sull. 1., ubi Sulla juvenis in magna pauperie 3000 nummis habitationem conduxisse fertur, in angusta re familiari constituti videbantur, qui 2000 nummum vel minus pro habitatione solvebant Romae, et 500 nummos vel minus in Italia, ubi vilior necessario erat merces. His igitur saepius consulere studuerant homines ambitiosi. Ita M. Coelius absente Caesare legem tulerat, „qua mercedes habitationum annuas conductoribus donaret" (*Caes.* B. Civ. 3, 21. *Dio* 42, 22. τοῖς ἐν ἀλλοτρίων οἰκοῦσι τὸ ἐνοίκιον ἀφήσειν ἐπηγγέλλετο,) similemque promiserat Dolabella (*Dio* l. c. 32.); unde apparet, hanc rem cum novis tabulis conjungi solitam fuisse. Cui expectationi ut satis faceret Caesar, nunc post triumphum unius anni mercedem iis, qui 2000 vel minus nummum Romae, et in Italia *non ultra* i. e. usque ad 500 solverent, pauperioribus adeo *remisit*, facta pro iis solutione, quod *Dio* 42, 51. καὶ τὸ ἐνοίκιον, ὅσον ἐς πεντακοσίας δραχμὰς ἦν, ἐνιαυτοῦ ἑνὸς ἀφείς (sc. τοῖς πολλοῖς ἐχαρίσατο). Idem habitationes Italiae addit altero loco, ubi de eodem beneficio Octaviani l. 48, 9. ὥστε — καὶ τὸ ἐνοίκιον, τοῖς μὲν ἐν τῷ ἄστει μέχρι πεντακοσίων δραχμῶν οἰκοῦσι, πᾶν, τοῖς δ' ἐν τῇ λοιπῇ Ἰταλίᾳ, κατὰ τὸ τέταρτον, ἐνιαυτοῦ ἑνὸς ἀφεθῆναι, ubi ex eo, quod opponit πᾶν et κατὰ τὸ τέταρτον, manifestum, fefellisse Dionem scriptorem, quem sequebatur, Latinum, quum, quod de annua mercede in Italia etiam, sed quarta parte minore, remissa dictum erat, de quarta totius mercedis parte s. de trium mensium mercede intelligeret, quod moneo, quum haud recte defensum videam Dionem l. c. a Reimaro contra Casaubonum, ed n. l. eundem errorem arguentem.

epulum ac viscer.] *Plut.* Caes. 55. ἑστιάσας ἐν δισμυρίοις καὶ δισχιλίοις τρικλίνοις ὁμοῦ σύμπαντας. Ad coenas Caesaris triumphales C. Hirtius sex millia numero muraenarum mutuo appendisse dicitur a *Plin.* 9, 81. idem 14, 17. „quid? non et Caesar Dictator triumphi sui coena vini Falerni amphoras, Chii ca-

victoriam duo prandia. Nam quum prius parce, neque pro liberalitate sua praebitum judicaret, quinto post die aliud largissimum praebuit. [39] Edidit spectacula varii generis: munus gladiatorium: ludos etiam regionatim Urbe tota, et quidem per omnium linguarum histriones: item Circenses, athletas, naumachiam. Munere in Foro depugnavit Furius Leptinus, stirpe praetoria, et Q. Calpenus, Senator quondam, actorque causarum. Pyrrhicham saltaverunt

---

dos in convivia distribuit? idem Hispaniensi triumpho Chium et Falernum dedit. Epule vero in tertio consulatu suo Falernum, Chium, Lesbium, Mamertinum, quo primum tempore quatuor genera vini apposita constat." *Visceratio* crudae carnis est divisio, κρεανομία. v. Casaub. ad h. l.

ludos] scenicos. v. c. 10. *Per omnium linguarum* histriones editos puto eum Casaub. propter magnam hominum copiam ex omnibus provinciis, ut nullius non voluptati consuleretur.

in Foro] *Plin.* 19, 1. „Caesar Dictator totum Forum Rom. intexit, viamque sacram ab domo sua ad clivum usque Capitolinum, quod munere ipso gladiatorio mirabilius visum tradunt." *Dio* 43, 24. ἵνα μηδένα τῶν θεωμένων ὁ ἥλιος λυπήσῃ, παραπετάσματα ὑπὲρ αὐτῶν σηρικά, ὥς γέ τινές φασιν, ὑπερεπέτασε.

Furius Leptinus] *Dio* l. c. 23. ἐμάχοντο δὲ ἐν πᾶσι τοῖς ἀγῶσιν οἵ τε αἰχμάλωτοι, καὶ οἱ θάνατον ὠφληκότες· καί τινες καὶ τῶν ἱππέων, οὐχ ὅτι τῶν ἄλλων, ἀλλὰ καὶ ἐστρατηγηκότος τινὸς υἱὸς ἐμονομάχησαν. καὶ βουλευτής δέ τις Φουλούϊος Σέπινος ἠθέλησε μὲν ὁπλομαχῆσαι, ἐκωλύθη δέ. ἐκεῖνο μὲν γὰρ ἀπηύξατο ὁ Καῖσαρ μήποτε συμβῆναι· τοὺς δ' ἱππέας περιεῖδε μαχομένους. Post pro nomine: *Calpenus* conjicit Reines. *Calpetanus.*

Pyrrhicham] *Plin.* 7, 56. „Saltationem armatam Curetes docuere, Pyrrhichen Pyrrhus, utramque in Creta." ubi v. Hard. et Dalech. De saltationis modo v. *Dionys.* Archaeol. 2, 70 et l. 7, 72. ubi: Ἑλληνικὸν δ' ἄρα καὶ τοῦτο ἦν ἐν τοῖς πάνυ παλαιὸν ἐπιτήδευμα, ἐν ὅπλοις ὄρχησις ἡ καλουμένη Πυῤῥίχη, εἴτ' Ἀθηνᾶς πρώτης ἐπὶ Τιτάνων ἀφανισμῷ χορεύειν καὶ ὀρχεῖσθαι σὺν ὅπλοις τἀπινίκια ὑπὸ χαρᾶς ἀρξαμένης, εἴτε παλαίτερον ἔτι Κουρήτων αὐτὴν καταστησαμένων, ὅτε τὸν Δία τιθηνούμενοι θέλγειν ἐβούλοντο κτύπῳ τε ὅπλων καὶ κινήσει μελῶν, καὶ ῥυθμῷ, καθάπερ ὁ μῦθος ἔχει. v. Onuphr. *Panvin.* de ludis Circens. 2, 2. (Thes. Graev. Tom. VIIII. p. 343.) ibique not. Joh. Argoli. cf. Fabric. ad *Dion.* 60, 7.

Asiae Bithyniaeque principum liberi. Ludis Decimus Laberius, Eques Romanus, mimum suum egit: donatusque quingentis sestertiis et anulo aureo, sessum in quatuordecim e scena per orchestram transiit. Circensibus, spatio Circi ab utraque parte producto, et in gyrum Euripo addito, quadrigas bigasque et equos desultorios agitaverunt nobilissimi juvenes.

Decimus Laberius] *Macrob.* Saturn. 2, 7. „Laberium, asperae libertatis Equitem Rom., Caesar quingentis millibus invitavit, ut prodiret in scenam, *et ipse ageret mimos, quos scriptitabat;* sed potestas non solum, si invitet, sed etiam si supplicet, cogit; unde se et Laberius a Caesare coactum in prologo testatur sequ." cf. Ej. 2, 3. De eodem agit *Gellius* 8, 15. fragment. l. 17, 14. Idem Laberii laudat Gemellos 1, 7. Salinatorem 3, 12. Restionem 10, 17. Alexandream 16, 7. *Cicero* eum commemorat ad Div. 7, 11. et 12, 18. De *mimis* copiosissime egit Iul. Caes. *Bulenger.* de theatro 1, 48. Thes. Graev. Tom. VIIII. p. 920. sequ. De annulo aureo et sede in quatuordecim cf. ad c. 33.

e scena per orchestram] In scena egerat mimum, transiit per orchestram, ubi sedes erant Senatorum, proximam scenae, ad 14 ordines.

in gyrum Euripo addito] *Euripus* maxima erat fossa, qua Circus maximus *in gyrum* i. e. undique cingebatur. De Circo et Euripo *Dionys.* 3, 68. *μῆκος μὲν γὰρ τοῦ ἱπποδρόμου τριῶν καὶ ἡμίσεους ἐστὶ σταδίων· εὖρος δὲ τεττάρων πλέθρων· πέριξ δὲ αὐτοῦ κατα τε τὰς μείζους πλευράς, καὶ κατὰ μίαν τῶν ἐλαττόνων, εὔριπος εἰς ὑποδοχὴν ὕδατος ὀρώρυνται, βάθος τε καὶ πλάτος δεκάπους. μετὰ δὲ τὸν εὔριπον ᾠκοδόμηνται στοαὶ τρίστεγοι.* Plura de Euripis omnino et de Circensi dat *Bulenger.* de Circo Rom. ludisque Circens. c. 21. (Thes. T. VIIII. p. 638 sequ.) cf. Alex. *Donatus* de urbe Roma 3, 14. (Th. T. III. p. 727.) *Pancirolli* descript. urbis Romae regio XI. (Ibid. p. 366.) Circum a Tarquinio Prisco extructum adeo exornavit Caesar, ut extruxisse eum dicatur a *Plin.* 36, 15. Id. 8, 7. Euripis arenam circumdedisse Caesarem narrat, ne ferae eruptionem tentarent, quod alio tempore non sine vexatione populi fecerant.

equos desultorios] *Desultores* erant, qui duobus equis junctis vecti magna velocitate ab uno in alterum transsiliebant. v. *Bulenger.* l. c. (Thes. T. VIIII. p. 722. et 740.) *Liv.* 44, 9. „Mos erat tum, nondum hac effusione inducta, bestiis omnium gentium Circum complendi, varia spectaculorum conquirere

Trojam lusit turma duplex, majorum minorumque puerorum. Venationes editae per dies quinque, ac novissime pugna divisa in duas acies; quingenis peditibus, elephantis vicenis, tricenis equitibus hinc et inde commissis. Nam quo laxius dimicaretur, sublatae metae, inque earum locum bina castra ex adverso constituta erant. Athletae, stadio ad tempus

---

genera; nec (lege *et* vel *nam*) semel quadrigis, semel desultore misso, vix unius horae tempus utrumque curriculum complebat."

Trojam lusit] *Lusus Trojae* erat certamen equestre a juvenibus nobilibus commissum. Descriptionem v. apud *Virgil.* Aen. 5, 545. sequ. coll. Heyn. excurs. *Plut.* Cat. min. 3. τὴν παιδικὴν καὶ ἱερὰν ἱπποδρομίαν, ἣν καλοῦσι Τροίαν, dicit. *Dio* 43,23. τήν τε ἱππασίαν τὴν Τροίαν καλουμένην οἱ παῖδες οἱ εὐπατρίδαι κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἐποιήσαντο· καὶ ἐφ' ἁρμάτων οἱ νεανίσκοι οἱ ὁμότιμοι αὐτοῖς ἡμιλλήσαντο. v. *Onuphr. Panvin.* de ludis Circens. 2, 9. (Thes. T. VIIII. p. 422. sequ.)

Venationes] *Dio* 43, 22. καὶ πολλούς γε ἐπ' αὐτοῖς καὶ παντοδαποὺς ἀγῶνας ἔθηκε, θέατρόν τι κυνηγετικὸν ἰκριώσας, ὃ καὶ ἀμφιθέατρον, ἐκ τοῦ πέριξ πανταχόθεν ἕδρας ἄνευ σκηνῆς ἔχειν, προσερρέθη· καὶ ἐπὶ τούτῳ καὶ ἐπὶ τῇ θυγατρὶ καὶ θηρίων σφαγὰς καὶ ἀνδρῶν ὁπλομαχίας ἐποίησεν. v. ad c. 10.

pugna divisa] *Dio* l. c. 23. τοὺς δ' ἄνδρας συνέβαλλε μὲν καὶ ἕνα ἑνὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ, ὥσπερ εἴθιστο· συνέβαλλε δὲ καὶ ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ πλείους, καὶ ἱππέας ἱππεῦσι, καὶ πεζοὺς πεζοῖς, ἄλλους τε ἀναμὶξ ἀλλήλοις ἴσους. καί τινες καὶ ἀπ' ἐλεφάντων τεσσαράκοντα ἐμαχέσαντο. *Appian.* c. 102. ἐπέδωκε δὲ καὶ θέας ποικίλας, ἵππων τε καὶ μουσικῆς, καὶ πεζομαχίας, ἀνδρῶν χιλίων πρὸς ἑτέρους χιλίους, καὶ ἱππομαχίαν διακοσίων πρὸς ἴσους· καὶ ἀναμὶξ ἄλλων πεζῶν τε καὶ ἱππέων ἀγῶνα· ἐλεφάντων τε μάχην εἴκοσι πρὸς εἴκοσι. *Vell.* 2, 56. *Plin.* 8, 20. Caesarem quadringentorum etiam leonum pugnam dedisse narrat. Auctore eodem c. 27. et *Dione* l. c. primum etiam illo tempore Romani camelopardalum viderunt.

metae] „Int. cum tota Circi spina, cujus in extremitatibus metae erant." *Ernesti.*

Athletae] qui alias in Circo pugnas edebant, nunc aliis ludicris occupato. v. *Onuphr. Panvin.* l. c. p. 278. sequ., qui p. 285. „et quamquam athletarum nomine omnes, qui corporibus suis quavis ratione decertarent, apud Graecos dicerentur, tamen apud Romanos athletae propriè tantum vocabantur *Pagi-*

exstructo, in regione Martii campi, certaverunt per triduum. Navali proelio, in minore Codeta defosso lacu, biremes ac triremes quadriremesque Tyriae et Aegyptiae classis magno pugnatorum numero conflixerunt. Ad quae omnia spectacula tantum undique confluxit hominum, ut plerique advenae aut inter vicos, aut inter vias tabernaculis positis manerent; ac saepe prae turba elisi exanimatique sint plurimi, et in his duo Senatores. [40] Conversus hinc ad ordinandum Reipublicae statum, fastos correxit, jam pridem vitio Pontificum per intercalandi licentiam adeo

---

les et *Luctatores*; caetera enim athletarum sive gymnicorum genera propria nomina habebant, ut Cursores, Saltatores, Gladiatores, et alii ejusmodi."

in minore Codeta] Inepte alii: *in morem cochleae*. *Codeta* erat ager trans Tiberim, de quo v. *Nardin*. Roma vetus 7, 11. (Thes. T. IIII. p. 1412.) — *Dio* l. c. καὶ τέλος ναυμαχίαν οὐκ ἐν τῇ θαλάσσῃ, οὐδὲ ἐν λίμνῃ τινὶ, ἀλλ' ἐν τῇ ἠπείρῳ ἐποίησε. χωρίον γάρ τι ἐν τῷ Ἀρείῳ πεδίῳ κοιλάνας, ὕδωρ τε ἐς αὐτὸ ἐσῆκε, καὶ ναῦς ἐσήγαγεν. *Appian*. l. c. καὶ ναυμαχίαν (sc. ἔδωκε) ἐρετῶν τετρακισχιλίων, ἐπιβεβηκότων ἐς μάχην χιλίων ἑκατέρωθεν. De naumachiis omnino v. *Onuphr. Panvin*. l. c. 2, 11. p. 430 sequ. Ceterum h. l. Tyriam Aegyptiamque classem intellige ad morem Tyriorum et Aegyptiorum armis virisque instructam. Ita Claud. 21. „hoc spectaculo classis Sicula et Rhodia concurrerunt." al.

fastos correxit] A. U. 708., quum Dictator esset III. et Consul III. cum M. Lepido Mag. Equ. Cons. III. qui annus dictus est *annus confusionis*, ut sequens *primus Iulianus*. *Plut*. Caes. 59. *Dio* 43, 26. *Appian*. Civ. 2, 154.

per intercalandi licentiam] Ejus licentiae exemplum dat *Dio* 40, 62. ubi Curio ἠξίου, μῆνα ἄλλον πρὸς τὰς αὐτῶν νομοθεσίας ἐπεμβληθῆναι. τοῦτο δὲ ἐγίγνετο μέν, ὁσάκις γε καὶ καθῆκον ἦν. ubi v. Fabric. *Cic*. de Leg. 2, 12. „diligenter habenda ratio et intercalandi est, quod institutum perite a Numa, posteriorum Pontificum negligentia dissolutum est." *Plut*. Caes. 59. περὶ τὴν τότε οὖσαν ἡλιακὴν οἱ μὲν ἄλλοι παντάπασι τούτων ἀσυλλογίστως εἶχον, οἱ δ' ἱερεῖς μόνοι τὸν καιρὸν εἰδότες, ἐξαίφνης, καὶ προῃσθημένου μηδενός, τὸν ἐμβόλιμον προσέγραφον μῆνα, Μερκηδόνιον ὀνομάζοντες, ὃν Νομᾶς ὁ βασιλεὺς πρῶτος ἐμβαλεῖν λέγεται κ. τ. λ. *Macrob*. Saturn. 1, 14. „nonnunquam per gratiam sacerdotum, qui publicanis proferri vel imminui consulto anni dies volebant

turbatos, ut neque messium feriae aestati, neque vindemiarum autumno competerent. Annumque ad cursum solis accommodavit, ut trecentorum sexagin-

---

modo auctio, modo retractio dierum proveniebat, et sub specie observationis emergebat major confusionis occasio." Nimirum quum Numa annum ita constituisset, ut alternis annis mensis intercalaretur, (v. interpr. ad *Liv.* 1, 19.) Pontifices, quibus id erat permissum, diebus vel pluribus vel paucioribus intercalatis, annoque ita vel prolongato vel deminuto, prouti magistratui vel faverent vel obessent, omnem ordinem miscuerant. v. *Jac. Guther.* de veteri jure pontificio *1*, 22. (Thes. Gr. T. V. p. 42.)

aestati] Al. *aestate*, ut *competerent* intrans. esset dictum, ut Aug. 31. „si cujusquam competeret aetas," diverso tamen sensu.

ad cursum solis] quum Numa ad *lunae* cursum accommodasset more Graecorum, ubi quum singulis annis deessent decem dies et quod excurrit, mensem illum intercalarem, de quo dixi, secundo quolibet anno instituerat 22 vel 23 dierum, Mercedonium dictum. *Plut.* Num. 18. Ῥωμύλου γὰρ βασιλεύοντος, ἀλόγως ἐχρῶντο τοῖς μησὶ καὶ ἀτάκτως, τοὺς μὲν οὐδ᾽ εἴκοσιν ἡμερῶν, τοὺς δὲ πέντε καὶ τριάκοντα, τοὺς δὲ πλειόνων λογιζόμενοι· τῆς δὲ γενομένης ἀνωμαλίας περὶ τὴν σελήνην καὶ τὸν ἥλιον ἔννοιαν οὐκ ἔχοντες, ἀλλ᾽ ἓν φυλάττοντες μόνον, ὅπως ἑξήκοντα καὶ τριακοσίων ἡμερῶν ὁ ἐνιαυτὸς ἔσται. Νουμᾶς δὲ τὸ παράλλαγμα τῆς ἀνωμαλίας ἡμερῶν ἕνδεκα γίνεσθαι λογιζόμενος, ὡς τοῦ μὲν σεληνιακοῦ τριακοσίας πεντήκοντα τέσσαρας ἡμέρας ἔχοντος, τοῦ δὲ ἡλιακοῦ τριακοσίας ἑξήκοντα πέντε, τὰς ἕνδεκα ταύτας ἡμέρας διπλασιάζων, ἐπήγαγε παρ᾽ ἐνιαυτὸν ἐπὶ τῷ Φεβρουαρίῳ μηνὶ τὸν ἐμβόλιμον, ὑπὸ Ῥωμαίων Μερκιδῖνον καλούμενον, εἴκοσι καὶ δυοῖν ἡμερῶν ὄντα. καὶ τοῦτο μὲν αὐτοῦ τὸ ἴαμα τῆς ἀνωμαλίας μειζόνων ἔμελλεν ἰαμάτων δεήσεσθαι. Quod quum re vera accidisset, Pontificum maxime licentia, Caesar anni emendationem suscepit. *Appian.* 154. τὸν ἐνιαυτὸν, ἀνώμαλον ἔτι ὄντα διὰ τοὺς ἔσθ᾽ ὅτε μῆνας ἐμβολίμους, (κατὰ γὰρ σελήνην αὐτοῖς ἠριθμεῖτο) ἐς τὸν τοῦ ἡλίου δρόμον μετέβαλεν, ὡς ἦγον Αἰγύπτιοι, quocum consentiunt *Dio* l. c. τοῦτο δὲ ἐκ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διατριβῆς ἔλαβε, et *Plin.* 18, 57. (ed. Franz.) ubi: „tres autem fuere sectae, Chaldaea, Aegyptia, Graeca. His addidit apud nos quartam Caesar Dictator, annos ad solis cursum redigens singulos, Sosigene perito scientiae ejus adhibito." et *Macrob.* l. c. „posthaec imitatus Aegyptios, solos divinarum rerum omnium conscios, ad numerum solis, qui diebus tricenis sexaginta quinque et quadrante cursum conficit, annum dirigere

ta quinque dierum esset, et intercalario mense sublato, unus dies quarto quoque anno intercalaretur. Quo autem magis in posterum ex Kalendis Januariis novis temporum ratio congrueret, inter Novembrem ac Decembrem mensem interjecit duos alios: fuitque is annus, quo haec constituebantur, quindecim mensium cum intercalario, qui ex consuetudine in eum annum inciderat. [41] Senatum supplevit: patricios allegit: Praetorum, Aedilium, Quaestorum, minorum

---

contendit." Id. 1, 16. „Nam Iulius Caesar ut siderum motus, de quibus non indoctos libros reliquit, ab Aegyptiis disciplinis hausit; ita hoc quoque ex eadem institutione mutuatus est, ut ad solis cursum finiendi anni tempus extenderet." Plura de his Caesaris libris astronomicis dat *Plin.* l. c. c. 64. sequ. De astronomia Aegyptiorum v. *Dio* 37, 18. et Fabric. ad h. l.

interjecit duos alios] *Dio* 43, 27. ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα ἡμέρας. *Macrob.* l. c. „C. Caesar exordium novae ordinationis initurus, dies omnes, qui adhuc confusionem poterant facere, consumsit; eaque re factum est, ut annus confusionis ultimus in 443. dies protenderetur." *Censorin.* de die natali c. 20. Caesarem dicit duos menses intercalarios dierum 67. in (inter) mensem Novembrem et Decembrem interposuisse, cum jam mense Februario dies 23. intercalasset (rectius Sueton. „qui ex consuetudine" sequ. Mercedonium dicit), fecisseque eum annum dierum 445. Qui recentiores de anni Iuliani ratione egerunt, eos laudavit Fabric. ad *Dion.* l. c. cf. etiam *Hugo* Lehrb. der Gesch. des Röm. Rechts not. 2. ad §. 112.

Senatum supplevit] Trecenti fuerant Senatores usque ad Sullae tempora, qui primus post restitutam Romae libertatem numerum auxit. *Cic.* ad Att. 1, 14. Jam Caesar partim, quod multi bello civili perierant, partim, gratiam multis pro beneficiis redditurus, ad nongentos fere numerum ampliavit. *Dio* 43, 47. παμπληθεῖς μὲν ἐπὶ τὴν γερουσίαν, μηδὲν διακρίνων, μήτ' εἴ τις στρατιώτης, μήτ' εἴ τις ἀπελευθέρου παῖς ἦν, ἐσέγραψεν, ὥστε καὶ ἐννακοσίους τὸ κεφάλαιον αὐτῶν γενέσθαι. Postea numerus ad millenarium accrevit, donec in ordinem rem redegit Augustus, v. ad Aug. 35. cf. ad Caes. c. 76. et 80. *Cic.* ad Div. 6, 18. *Macrob.* 2, 3. „Cicero facilitatem Caesaris in eligendo Senatu irrisit palam sequ."

allegit] *Tac.* Ann. 11, 25. „paucis jam reliquis familiarum, quas Romulus majorum et L. Brutus minorum gentium appellaverant; exhaustis etiam, quas Dictator Caesar lege Cas-

etiam magistratuum numerum ampliavit: nudatos opere censorio, aut sententia judicum de ambitu con-

---

gia, et Princeps Augustus lege Saenia sublegere." Ceterum id monendum, differre *Patricios* i. e. a primis, qui sub regibus fuerant, Patribus oriundos, a *Senatoribus*, qui e plebe etiam erant, postquam quaestura functi fuerant. v. Lips. ad Tac. l. c. et Anton. *Augustin.* de legibus (Thes. Gr. T. II. p. 1186.) et *Sigon.* de ant. jur. civ. Rom. 2, 7. p. 102.

Praetorum — ampliavit] *Dio* 42, 51. ἵνα πλείους αὐτῶν ἀμείψηται, στρατηγούς τε δέκα (cum octo antea fuissent) ἐς τὸ ἐπιὸν ἔτος ἀπέδειξε, καὶ ἱερέας ὑπὲρ τὸ νενομισμένον. τοῖς τε γὰρ ποντίφιξι, καὶ τοῖς οἰωνισταῖς (ὧν καὶ αὐτὸς ἦν) τοῖς τε πεντεκαίδεκα καλουμένοις ἕνα ἑκάστοις προσένειμε. Id. 43, 47. ad annum 709. ἀριθμὸν δὲ οἱ μὲν ἄλλοι ὅσοιπερ καὶ πρότερον, στρατηγοὶ δὲ τεσσαρεσκαίδεκα (denuo aucto numero) ταμίαι τε τεσσαράκοντα ἀπεδείχθησαν (cum antea lege Sullae viginti tantum fuissent, v. Fabric. ad h. l. et interpr. ad *Tac.* Ann. 11, 22.) πολλοῖς γὰρ δὴ πολλὰ ὑπεσχημένος, οὐκ εἶχεν ὅπως σφᾶς ἄλλως ἀμείψεται. Sequenti anno Praetorum numerum ad sedecim auxit. *Dio* l. c. 49. στρατηγοί τε ἑκκαίδεκα ἦσαν, καὶ τοῦτο καὶ ἐπὶ πολλὰ ἔτη. et c. 51. καὶ ἐς μὲν τὸ πρῶτον ἔτος ταμίαι τεσσαράκοντα προεχειρίσθησαν, ὥσπερ καὶ πρότερον· καὶ ἀγορανόμοι τότε πρῶτον δύο μὲν καὶ ἐξ εὐπατριδῶν, τέσσαρες δὲ ἐκ τοῦ πλήθους· ὧν οἱ δύο τὴν ἀπὸ τῆς Δήμητρος ἐπίκλησιν φέρουσιν· (ὅπερ που καὶ ἐς τόδε ἐξ ἐκείνου καταδειχθὲν ἐμμεμένηκε.) Duos igitur addidit Aediles e plebe, *Cereales* dictos, de quibus v., quos laudat Fabric. ad Dion. l. c. — *Magistratus minores* dicebantur, quibus neque auspicia servare neque obnunciare comitiis licebat, iique vel *ordinarii*, ut Tribuni pl., Aediles pl., Quaestores, vel *extraordinarii*, ut praefecti annonae al. v. *Rosini* Ant. Rom. 7, 2. p. 487.

nudatos opere censorio] i. e. ejectos, exutos ordinibus vel senatorio vel equestri, eorumque insignibus nudatos ob facta, quae notam censoriam merebantur. Pro *nudatos* al. conjecere *notatos*, quod sane facilius. Illud exquisitius. *Cic.* ad Att. 1, 16. maculosi Senatores, *nudi* equites, i. e. nudati. Ita *Caes.* B. C. 1, 7. „*nudata* omnibus rebus tribunicia potestate." *Opus censorium* est factum nota censoria dignum, in quo Censoris opus s. negotium versatur. *Cic.* de Orat. 2, 90. *Gell.* 4, 12. et l. 14, 7. — De re v. *Dio* 43, 27. ἔτι δὲ δὴ τῶν φευγόντων ἐκ δικαστηρίου πολλοὺς διὰ δημάρχων δή τινων κατήγαγε, καὶ ἔτι τοῖς δεκασμοῦ ἐπ' ἀρχῆς ἀποδείξει ἁλοῦσιν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ διαιτᾶσθαι ἐπέτρεψεν, ἔτι τε ἐς τὴν βουλὴν αὖθις οὐκ ἀξίους τινὰς αὐτῆς ἐγκατέλεξε, πολλὰ καὶ παντοδαπὰ ἐθρυλλεῖτο. et c. 47. εὐθυνομένους τε ἐπὶ

demnatos, restituit. Comitia cum populo partitus est: ut, exceptis consulatus competitoribus, de cetero numero candidatorum, pro parte dimidia, quos populus vellet, pronunciarentur; pro parte altera, quos ipse edidisset. Et edebat per libellos, circum tribus missos, scriptura brevi: *Caesar Dictator illi tribui. Commendo vobis illum, et illum, ut vestro suffragio suam dignitatem teneant.* Admisit ad honores et proscriptorum liberos. Judi-

---

δώροις τινὰς καὶ ἐξελεγχομένους γε ἀπέλυσεν, ὥςτε καὶ αἰτίαν δωροδοκίας ἔχειν.

Comitia] i. e. magistratuum electionem, comitiis centuriatis antea factam. *Dio* 43, 45. τάς τε γὰρ ἀρχὰς αὐτῷ καὶ τὰς τοῦ πλήθους (magistratus a populo tributis comitiis dari solitos) ἀνέθεσαν. et c. 47. οἱ δὲ δὴ ἄλλοι ἄρχοντες (praeter Consules, de quibus proxime dixerat) λόγῳ μέν, ὑπό τε τοῦ πλήθους καὶ ὑπὸ τοῦ δήμου, κατὰ τὰ πάτρια (τὴν γὰρ ἀπόδειξιν αὐτῶν ὁ Καῖσαρ οὐκ ἐδέξατο), ἔργῳ δὲ ὑπ' ἐκείνου κατέστησαν, καὶ ἔς γε τὰ ἔθνη ἀκληρωτὶ ἐξεπέμφθησαν. et c. 51. ᾑρεῖτο μὲν γὰρ τῷ λόγῳ τους ἡμίσεις ὁ Καῖσαρ, (ἐκ νόμῳ δή τινι τοῦτο ποιησάμενος), ἔργῳ δέ, πάντας.

competitoribus] Ipsi A. U. 708. consulatus decretus fuerat in decennium cum dictatura. Collegas sibi inde elegit e competitoribus suo arbitrio. Valeat igitur, quod alii sine codd. dederunt, *petitoribus*.

pronunciarentur] Creatum in comitiis magistratum Consul pr. dicebatur *renunciare*. *Vellej.* 2, 92. „juravit, etiamsi factus esset Consul suffragiis populi, tamen se eum non renunciaturum.“. *Liv.* 7, 26. „Consulem renunciavit.“ Unde accedo illis, qui h. l. *renunciarentur* legendum judicarunt. Postea pro *edidisset* vulgo est *dedisset*. Praepositionem absorpsisse videtur praecedens *ipse*.

per libellos] quod imitatus est postea Augustus, ut narrat *Dio* 55, 34. τούτῳ δὲ (ἔτει) καὶ τοῖς ἔπειτα, γράμματά τινα ἐκτεθείς, συνίστη τῷ τε πλήθει καὶ τῷ δήμῳ ὅσους ἐσπούδαζε.

proscriptorum liberos] contra legem Corneliam Sullae Dictatoris A. U. 673. *Vell.* 2, 43. Aedili adhuc Caesari hoc tribuit verbis: „et restituta in aedilitate, adversante quidem nobilitate, monumenta C. Marii, simulque revocati ad jus dignitatis proscriptorum liberi.“ Bene Burm. ibi monet, perfecisse Dictatorem, quod Aedilis molitus fuerat. *Plutarch.* post priorem ex Hispania reditum factum narrat, c. 37. αἱρεθεὶς δὲ δικτάτωρ ὑπὸ τῆς βουλῆς, φυγάδας τε κατήγαγε, καὶ τῶν ἐπὶ Σύλλα

cia ad duo genera judicum redegit, equestris ordinis ac senatorii: Tribunos aerarios, quod erat tertium, sustulit. Recensum populi, nec more,

---

δυστυχησάντων τοὺς παῖδας ἐπιτίμους ἐποίησε, quod *Dio* 41, 18. ad A. U. 705., quum Brundisio Caesar Romam venisset, his verbis: καὶ τοῖς παισὶ τῶν ὑπὸ τοῦ Σύλλου ἐπικηρυχθέντων ἀρχὰς αἰτεῖν ἔφηκε. Nimirum repetita videtur lex haec Iulia de proscriptorum liberis, vel sua voluntate Caesar in integrum restituit multos, lege nondum lata, quam Dictator demum edidit. Ceterum a Caesare ita restitutum commemorat *Dio* 45, 17. C. Vibium Pansam, et ab Augusto patris exemplo l. 51, 21. C. Carinam.

Judicia] quae lex Sempronia C. Gracchi a Senatu transtulerat ad Equites, (*Vell.* 2, 6.) Senatui reddiderat Sulla, postea L. Aurelius Cotta, Praetor A. U. 683. Cn. Pompejo M. et M. Crasso Css., diviserat tribus ordinibus, Senatui, Equitibus et plebi, *e qua tribuni aerarii* judicia habebant. (v. interpr. ad *Vell.* 2, 32.) Denuo mutavit Caesar, his sublatis. *Dio* 43, 25. τὰ — δικαστήρια τοῖς τε βουλευταῖς καὶ τοῖς ἱππεῦσι μόνοις ἐπέτρεψεν, ὅπως τὸ καθαρώτατον μάλιστα ἀεὶ δικάζοι· πρότερον γὰρ καὶ ἐκ τοῦ ὁμίλου τινὲς συνδιεγίνωσκον αὐτοῖς. v. Clav. Cicer. ind. leg. de lege Aurelia. *Sigon.* de ant. jur. civ. Rom. 2, 18. p. 415. et Id. de judiciis 2, 6. p. 550.

Recensum populi] i. e. plebis, quae singulis mensibus ex aerario frumento sustentabatur, priori tempore modico pretio, (ceu patet etiam e *Liv.* 2, 34. „magna vis frumenti ex Sicilia advecta, agitatumque in Senatu, quanti plebi daretur“); constituto postea variis legibus frumentariis, de quibus v. Ern. Cl. Cicer. ind. leg., donec lex Clodia P. Clodii Tr. pl. sanxit, ut gratis plebi frumentum daretur. Ea largitione urbs pessima hominum faece implebatur, ut recte judicat *Appian.* Civ. 2, 120. τὸ σιτηρέσιον, τοῖς πένησι χορηγούμενον ἐν μόνῃ Ῥώμῃ, τὸν ἀργὸν καὶ πτωχεύοντα καὶ ταχυεργὸν τῆς Ἰταλίας λεὼν ἐς τὴν Ῥώμην ἐπάγεται. Versatus fuerat ante Caesarem in ordinanda frumenti divisione Pompejus A. U. 698. (*Dio* 39, 24. *Plut.* Pomp. 50.) Jam Caesar numerum eorum, qui participes ejus essent, ad dimidiam fere partem deminuit. *Dio* 43, 21. τά τε ἄλλα διηκριβοῦτο, καὶ τοῦ πλήθους τοῦ τὸν σῖτον φέροντος, ἐπὶ μακρότατον, οὐ κατὰ δίκην, ἀλλ' ὥς που ἐν ταῖς στάσεσιν εἴωθε γίγνεσθαι, ἐπαυξηθέντος, ἐξέτασιν ἐποιήσατο· καὶ τούς γε ἡμίσεις ὁμοῦ τι (i. e. circiter) αὐτῶν προεπήλειψε. Ceterum errasse reliquos scriptores, qui censum populi universi a Caesare habitum tradiderunt, ut *Plut.* Caes. 55., qui: μετὰ δὲ τὰς θέας γενομένων τιμήσεων, ἀντὶ τῶν προτέρων δυεῖν καὶ τριάκοντα μυριάδων ἐξητάσθησαν αἱ πᾶσαι πεντεκαίδεκα, τη-

nec loco solito, sed vicatim per dominos insularum egit: atque ex viginti trecentisque millibus accipientium frumentum e publico, ad centum quinquaginta retraxit. Ac ne qui novi coetus recen-

---

ἀλκαύτην ἡ στάσις ἀπειργάσατο συμφοράν, καὶ τοσοῦτον ἀπανήλωσε τοῦ δήμου μέρος, et *Appian.* Civ. 2, 102. ubi: τὸ δὲ τοῦ δήμου πλῆθος ἀναγραψάμενος, ἐς ἥμισυ λέγεται τῶν πρὸ τοῦδε τοῦ πολέμου γενομένων εὑρεῖν, Epitomatorem denique *Liv.* 115. narrantem: „recensum egit, quo censa sunt civium capita CL millia" notavere Ruáldus Animadv. ad Plut., Torrent. et Casaubonus ad h. l. Ipse Dio, qui loco supra laudato de recensu plebis ejusque causa recte exposuerat, vel immemor sui, vel utramque relationem compositurus, c. 25. censum praeterea habitum contendit, cui verissime opponit Rualdus monumentum Ancyranum, ubi Augustus: „in consulatu sexto censum populi collega M. Agrippa egi, lustrum *post annum alterum et quadragesimum* feci sequ." unde proximum ante Augustum censum in A. U. 683. s. primum Cn. Pompeji et M. Crassi consulatum cadere, idem Ruald. docet.

nec more, nec loco solito] *Locum* omnes campum Martium intelligunt. *Morem* ad Censores et scribas publicos, in tali recensu adhiberi solitos, referunt Casaub. et Rualdus l. c. Sed quum tales largitiones frumentariae fuerint prius, quam Censores Romae essent, melius Ernesti Senatum ex arbitrio curam rei, cuicunque placeret, mandasse statuit.

per dominos insularum] *Insulae* pr. aedes erant, a reliquis aedificiis sejunctae, via tanquam insulae mari cinctae. Sub Imperatoribus distinguebantur *domus* et *insulae*, (v. Ner. 16. et 38.) ubi aedes mercede locandae s. domus conducticiae, pauperum adeo habitacula, *insulae*, nobiliorum et ditiorum *domus* appellari solebant. Qui illas possidebant et locabant, *domini insularum*, qui habitabant, *inquilini* et *insularii* audiebant. Eum loquendi morem Suetonius h. l. secutus est.

ex vig. trec. — retraxit] i. e. deduxit, subtraxit ab numero 320000 *ad* i. e. circiter (v. c. 20. et ind.) 150000, ut superessent, quibus frumentum *e publico* i. e. ex aerario daretur, fere 170000, (*Dio* l. c. καὶ τούς γε ἡμίσεις ὁμοῦ τι αὐτῶν προαπήλειψε), quae unice vera est interpretatio Oudend., Ruhnken., Wolfii. Burm. subintelligit *numerum*, Ern. ad *recensum* refert, explicantes adeo uterque *retraxit* pro *redegit* ad numerum 150000, quod Galli efferrent: il reduisoit le nombre à 150000. Patet, Plutarchi etiam, et qui eum secuti sunt, errorem ex

sionis causa moveri quandoque possent, instituit, quotannis in demortuorum locum ex iis, qui recensiti non essent, subsortitio a Praetore fieret. [42] Octoginta autem civium millibus in transmarinas colonias distributis, ut exhaustae quoque Urbi frequentia suppeteret, sanxit, Ne quis civis major annis viginti, minorve quadraginta, qui sacramento non teneretur, plus triennio continuo Italia abesset: neu quis Senatoris filius, nisi contubernalis aut comes

---

h. l. vel communi aliquo fonte male intellecto fluxisse. Simile Augusti institutum narrat *Dio* 55, 10. ubi est: τὸ τοῦ δήμου τοῦ σιτοδοτουμένου πλῆθος, ἀόριστον ὂν, ἐς εἴκοσι μυριάδας κατέκλεισε.

qui recensiti non essent] i. e. qui in recensu Caesaris admissi ad frumentationem non essent. Casaub. Alii h. l. *recensi*, quae forma etiam infra Vespas. 9. a multis probatur.

in transmarinas colonias] Corinthum maxime et Carthaginem, quas restituit Caesar. *Plut.* Caes. 57. *Dio* 43, 50. *Strabo* 17, 3, 15. (p. 676. ed. Tzschuck.) ἠρημωμένης δ' οὖν ἐπὶ πολὺν χρόνον τῆς Καρχηδόνος, καὶ σχεδόν τι τὸν αὐτὸν χρόνον, ὅνπερ καὶ Κόρινθος, (*Vell.* 1, 13. „eodem anno, quo Carthago concidit, L. Mummius Corinthum — funditus eruit") ἀνελήφθη πάλιν περὶ τοὺς αὐτούς πως χρόνους ὑπὸ Καίσαρος τοῦ θεοῦ, πέμψαντος ἐποίκους Ῥωμαίων τοὺς προαιρουμένους, καὶ τῶν στρατιωτῶν τινάς· καὶ νῦν εἴ τις ἄλλη καλῶς οἰκεῖται τῶν ἐν τῇ Λιβύῃ πόλεων. *Appian.* Punic. fin., Caesarem in Africa bellantem somnio ad restituendam Carthaginem excitatum narrat, rem ab eo inceptam perfecisse Augustum. *Pausan.* 2, 1, 2. Κόρινθον δὲ ἀνάστατον Μομμίου ποιήσαντος — ὕστερον λέγουσιν ἀνοικίσαι Καίσαρα, ὃς πολιτείαν ἐν Ῥώμῃ πρῶτος τὴν ἐφ' ἡμῶν κατεστήσατο· ἀνοικίσαι δὲ καὶ Καρχηδόνα ἐπὶ τῆς ἀρχῆς τῆς αὐτοῦ. Id. c. 3, 1. Καίσαρα τὸν οἰκιστὴν Κορίνθου τῆς νῦν dicit. De coloniis Rom. et Caesaris singulatim agit *Onuphr. Panvin.* Imper. Rom. c. 11. (Thes. Gr. Tom. I. p. 364. sequ.)

Urbi] Ita suaserat Casaub. pro *Urbis*, probavit Wolf. in nota, quamquam in textu per errorem reliquit *Urbis*. Hoc defendit Burm. usu absoluto verbi *suppetere* sine dativo, quem uti concedo, ita *frequentiam exhaustae Urbis* concoquere nequeo.

quadraginta] Vulg. *decem* vitiose. Sermo est de aetate soboli procreandae apta, qua nonnisi militibus abesse liceret. Oudend. conjicit: *minorve L*, ut Casaub. praeiverat *LX*, utrumque satis probabiliter.

contubernalis aut comes] De contubernalibus dixi ad c. 2.

magistratus, peregre proficisceretur: neve hi, qui pecuariam facerent, minus tertia parte puberum ingenuorum inter pastores haberent. Omnesque medicinam Romae professos, et liberalium artium doctores, quo libentius et ipsi Urbem incolerent, et ceteri appeterent, civitate donavit. De pecuniis mutuis, disjecta novarum tabularum exspectatione, quae crebro movebatur, decrevit tandem, ut debitores creditoribus satisfacerent per aestimationem possessionum, quanti quasque ante civile bellum comparassent, deducto summae aeris alieni, si quid usurae nomine numeratum aut perscriptum fuisset: qua conditione quarta pars fere crediti

---

Comites erant apud magistratus sine imperio, vel officii, vel amicitiae, non militiae causa. Ceterum haud improbabili conjectura legendum: „*ne quis Senator Senatorisve filius*" censet Lips. ad *Tac.* A. 12, 23. ubi de commeatu Senatorum docte exponentem vide.

neve hi — haberent] sc. ut remanerent in Italia ingenui, qui liberos procrearent, quum militibus uxores ducere haud liceret. Niti hanc Caesaris legem Casaub. docet lege Licinia, Licinii Stolonis, de qua *Liv.* 6, 35. et *Appian.* Civ. 1, 8. ἔκριναν, μηδένα ἔχειν τῆσδε τῆς γῆς πλέθρα πεντακοσίων πλείονα, μηδὲ προβατεύειν ἑκατὸν πλείω τὰ μείζονα, καὶ πεντακοσίων τὰ ἐλάσσονα. καὶ ἐς ταῦτα δ' αὐτοῖς ἀριθμὸν ἐλευθέρων ἔχειν ἐπέταξαν, οἳ τὰ γιγνόμενα φυλάξειν τε καὶ μηνύσειν ἔμελλον, quod non primarium ex Casaub. sententia fuit consilium, sed id potius, quod Sueton. notat, ut exhaustae bellis Urbi per pacis artes et matrimonia ingenuorum copia suppeteret.

disjecta — movebatur] Moverant maxime per Caesaris absentiam Coelius A. U. 706. et Dolabella A. 707. *Dio* 42, 22. et 32. *Caes.* B. C. 3, 21. „M. Coelius Rufus Praetor — ad hominum excitanda studia — duas leges promulgavit, unam, qua mercedes habitationum annuas conductoribus donavit; alteram tabularum novarum."

decrevit — perscriptum fuisset] Instituerat hoc Caesar prius A. U. 705. redux ex Hispania, ut ipse narrat B. Civ. 3, 1. „quum fides tota Italia esset angustior, neque creditae pecuniae solverentur, constituit, ut arbitri darentur, per eos fierent aestimationes possessionum et rerum, quanti quaeque illarum ante bellum fuissent, atque eae creditoribus transderentur. Hoc et ad

deperibat. Cuncta collegia, praeter antiquitus con-

---

timorem novarum tabularum tollendum minuendumque, qui fere bella et civiles dissensiones sequi consuevit, et ad debitorum tandam existimationem esse aptissimum existimavit." cf. *Plut.* Caes. 37. *Dio* 41, 37, 38. *Appian.* 2, 48. ubi: *διά τε πολέμους καὶ στάσεις καὶ τὴν ἐκ τῶνδε τοῖς πιπρασκομένοις ἐπιοῦσαν εὐωνίαν, τὰς μὲν ἀποκοπὰς* (novas tabulas) *οὐκ ἔδωκε, τιμητὰς δὲ τῶν ὠνίων ἀπέφηνεν, οἷς* (lege *ὧν*, quod visum etiam Schweigh., vel *ἐφ' οἷς* cum Musgrav.) *ἔδει τοὺς χρήστας τοῖς δανείσασιν ἀντὶ τῶν χρημάτων διδόναι.* Jam quum eo absente Coelius et Dolabella, de quibus modo dixi, ex illa lege turbarum ansam cepissent, devicto Pharnace Romam reversus A. U. 707. rem ordinavit, de quo h. l. sermo. Id refert *Dio* 42, 51. *τοῖς — πολλοῖς ἐχαρίσατο τόν τε τόκον τὸν ἐποφειλόμενον σφίσιν, ἐξ οὗ πρὸς τὸν Πομπήϊον ἐξεπολεμώθη, πάντα, καὶ τὸ ἐνοίκιον ὅσον ἐς πεντακοσίας δραχμὰς ἦν, ἐνιαυτοῦ ἑνὸς ἀφείς,* (v. ad c. 38.) *καὶ προσέτι καὶ τὰς τιμήσεις τῶν κτημάτων, ἐν οἷς τὴν ἀπόδοσιν τῶν δανεισμάτων κατὰ τοὺς νόμους* (leges, quas A. 705. tulerat) *γίγνεσθαι ἔδει, πρὸς τὴν ἐν τῷ χρόνῳ ἀξίαν ἐπαναγαγών. ἐπὶ δὲ τῷ πλήθει τῶν δεδημοσιωμένων πολὺ πάντα ἐπευώνιστο.* Jam locum Sueton. ita intellige: Concesserat Caesar debitoribus, quod ICti dicunt, beneficium cessionis bonorum, et *possessionum* i. e. fundorum, agrorum, villarum etc. et *rerum*, quas addit Caes. l. c. Illarum ante bellum civile majus pretium fuerat, quam eo tempore, de quo sermo, quo multi pecuniae penuria vendebant, multae quoque possessiones per proscriptionem venibant. v. *Dio* l. c. Jam id datum est debitoribus, ut cederent bona creditoribus eo pretio, quod ante bellum habuissent, et detraheretur praeterea de capite, quicquid usurarum vel *numeratum* esset praesenti pecunia, vel *perscriptum* (verschrieben), quod, sive per argentarios, sive alio modo factum fuerit, opponitur omnino pecuniae numeratae. Quamquam igitur et nimio pretio pro hujus temporis ratione possessiones creditoribus tradebantur, ac foenus insuper deperibat, melius tamen ita illis erat consultum, quam novis tabulis, quibus priora debita prorsus abolentur.

collegia] Collegia a Numa fuerant constituta sacerdotum et augurum, et artificum atque operarum omnis generis, quod maxime laudat *Plut.* Num. 17. Postea tamen res in Reip. detrimentum vertit. Nam, ut Ascon. in Cornel. 1. „frequenter coetus factiosorum hominum sine publica auctoritate, malo publico, fiebant; propter quod postea collegia Senatusconsultis (A. U. 686. L. Caecilio, Q. Martio Css.) et legibus pluribus,

stituta, distraxit. Poenas facinorum auxit: et quum locupletes eo facilius scelere se obligarent, quod integris patrimoniis exsulabant, parricidas, ut Cicero scribit, bonis omnibus, reliquos dimidia parte multavit. [43] Jus laboriosissime ac severissime dixit.

---

sunt sublata praeter pauca atque certa, quae utilitas civitatis desiderasset sequ." Inde restituerat ea P. Clodius. *Cic.* in Pison. 4. pro Sext. 15. et 25. post red. in Sen. 13. *Dio* 38, 13. καὶ τὰ ἑταιρικὰ κολλήγια ἐπιχωρίως καλούμενα, ὄντα μὲν ἐκ τοῦ ἀρχαίου, καταλυθέντα δὲ χρόνον τινά, ἀνενεώσατο. Comparaveris ea cum iis coetibus, quos *Clubs* nostra aetas appellavit. Publicae igitur suaeque securitatis causa Caesar sequentesque Imperatores ea dissolverunt. v. *Joseph.* 14, 17. qui solis Judaeis, tales conventus agere, a Caesare concessum fuisse, narrat. cf. *Sigon.* de ant. jur. civ. Rom. 2, 12. p. 335. sequ. et Fabric. ad *Dion.* l. c. et ad 60, 6. ubi: ἑταιρείας ἐπαναχθείσας ὑπὸ τοῦ Γαΐου (a C. Caligula) διέλυσε (Claudius.)

facinoram] Gewaltthätigkeiten. Adjecisse nonnulla videtur ad legem Corneliam de sicariis.

quum locupletes — multavit] Libera fuerat civibus Rom. ante judicium cum rebus suis Urbe decedendi, potestas. Eam coercuit Caesar, publicae securitatis restitutor, ac pertinet sine dubio hic locus ad legem ejus de vi publica, de qua v. *Sigon.* de judiciis 2, 33. p. 678. *Patricidas* intelligo, qui civem pacis tempore interfecerant, ut in lege illa Numae: „Si quis hominem liberum dolo sciens morti duit, parricida esto." *Reliqui* non sunt, quos Torrent. putat, qui non occidendi animo, tamen occiderant, sed omnino omnes, qui facinus s. vim, sed sine nece, erga civem patraverant. De verbis: „*ut Cicero scribit,*" quae Burm. loco mota et post *exulabant* ponenda, ut spectetur locus pro Caecin. 34. „exilium non supplicium est, sed perfugium portusque supplicii; nam qui volunt poenam aliquam subterfugere aut calamitatem, eo solum vertunt," Wolfius eum aliis suspecta censet, ambigo. Magis tamen ad alterum sententiam inclino.

Jus — dixit] *Jurisdictio* ad causas privatas, *quaestiones* ad publicas pertinebant. Illa in urbe a Praetoribus duobus, urbano et peregrino, hae post constitutas quaestiones perpetuas inde a lege Calpurnia de repetundis A. U. 605. a quatuor reliquis Praetoribus habebantur. Quamquam igitur Caesar et sequentes Imperatores jurisdictionem ordinariam reliquerant Praetoribus, exercuere tamen eam, ubi a magistratibus ordinariis ad ipsos fuerat provocatum, et in quibusdam causis, quas

Repetundarum convictos etiam ordine senatorio movit. Diremit nuptias praetorii viri, qui digressam a marito post biduum statim duxerat, quamvis sine probri suspicione. Peregrinarum mercium portoria instituit. Lecticarum usum, item conchyliatae vestis, et margaritarum, nisi certis personis et aetatibus, perque certos dies, ademit. Legem praecipue sumtuariam exercuit, dispositis circa macellum custodi-

---

singulari cognitioni suae reservaverant. Haec est summa eorum, quae disputavit de jurisdictione Ern. in Cl. Cicer. et in excurs. ad h. l. Ceterum, quod idem vir doctus hoc comma post *movit* transjiciendum censet, quum poena de repetundis non ad jurisdictionem pertineat, id propterea non admitto, quod Sueton. more suo universum sequentis narrationis argumentum praemisisse, dein promiscue varias, in quibus severitas Caesaris elucebat, causas subjecisse videtur; ac *jurisdictionis* nomine *cognitiones* nonnunquam comprehendi, ex Aug. 33. ipse Ern. concedit in excursu modo cit., in nota sui immemor.

Repetundarum] De legibus huc pertinentibus dixi ad c. 4. Iulia a Caesare Consule lata, nunc repetita, superioribus erat severior. Nam, quum illae exilium tantum et pecuniae acceptae aestumationem constituissent, haec ordine etiam dejecit reos et judices ad litem aestumandam statuit. v. Lips. ad *Tac.* Ann. 14, 28. cf. de hac lege *Sigon.* de judiciis 2, 27. p. 628. sequ. et *Heinecc.* Ant. Rom. 4, 18. §. 75.

post biduum] De divortiorum licentia v. *Iuvenal.* 6, 228. „fiunt octo mariti quinque per autumnos." *Martial.* 6, 7.

probri] i. e. adulterii cum uxore, quam postea duxit, commissi.

Lecticarum — ademit] Auctore *Eusebio* in Chron. iis ademit, quae nec maritos, nec liberos haberent, et minores essent annis 55. Legem de vestibus conchyliatis s. purpura repetiit Augustus. *Dio* 49, 16. τὴν ἐσθῆτα τὴν ἁλουργῆ μηδένα ἄλλον, ἔξω τῶν βουλευτῶν, τῶν (Casaub. verissime suadet τῶν τε) ἐν ταῖς ἀρχαῖς ὄντων, ἐνδύεσθαι ἐκέλευσεν.

Legem praec. sumtuariam] Commemorat eam *Cic.* ad Div. 7, 26. et 9, 15. et ad Att. 13, 7. ubi Caesar ex Hispania scripsisse dicitur, „sibi certum esse, Romae manere — ne se absente leges suae negligerentur, sicut esset neglecta sumtuaria." Agit de legibus Rom. sumtuariis *Gellius* 2, 24. qui tamen Iuliam Augusto tribuit verbis: „postremo lex Iulia ad populum per-

bus, qui opsonia contra vetitum retinerent, deportarentque ad se, summissis nonnunquam lictoribus atque militibus, qui, si qua custodes fefellissent, jam opposita e triclinio auferrent. [44] Jam de ornanda instruendaque Urbe, item de tuendo ampliandoque imperio, plura ac majora in dies destinabat: in primis Martis templum, quantum nusquam esset, exstruere, repleto et complanato lacu, in quo naumachiae spectaculum ediderat, theatrumque summae

---

venit Caesare Augusto imperante, qua profestis quidem diebus ducenti finiuntur, Kalendis, Idibus, Nonis et aliis quibusdam festivis trecenti, nuptiis autem et repotiis HS mille." Nimirum auctor legis fuit Caesar, teste *Dion.* 43, 25, *καὶ τὰ ἀναλώματα τῶν τι ἐχόντων, ἐπὶ πλεῖστον ὑπ' ἀσωτίας ἐξηγμένα, οὐκ ἐν νόμῳ μόνον ἐμετρίασεν, ἀλλὰ καὶ τῷ ἔργῳ ἰσχυρῶς ἐν φυλακῇ ἐποιήσατο.* Neglectam confirmavit Augustus, ut *Dio* 54, 2. *τῶν συσσιτίων τὰ μὲν παντελῶς κατέλυσε, τὰ δὲ πρὸς τὸ σωφρονέστερον συνέστειλε.* cf. quae de hac lege contra Manutium disputat Ernesti in Cl. Cic. ind. leg.

Jam] Ita ed. Casaub. — Codd. vel carent prima litera, vel exhibent *nam*, quod praeferunt Oudend., Ern., Wolfius, equidem vereor, ut dici queat in transitu ad argumentum prorsus diversum. Adhibetur quidem saepe, ut Graec. *γάρ*, in responsione vel disputatione, sententia aliqua ante subintellecta; alia res est in narratione, ubi sequentia cum superioribus non cohaerent, quod contra est in locis ab Oudend. citatis, ut *Flor.* prooem. 2. et l. 4, 12, 15. et a Duker. ad Flor. propem., ut *Liv.* 29, 8.

plura — destinabat] De rebus, quas perficere Caesar meditabatur, v. *Plut.* Caes. 58. Dicuntur *τὰ βεβουλευμένα Καίσαρι* *Appian.* 132. et *τὰ ἐγνωσμένα αὐτῷ* c. 135. et *ὅσα γενέσθαι βεβούλευτο* Civ. 3, 5. Ib. dicit, Antonium habuisse *τὰ ὑπομνήματα τῶν βεβουλευμένων*, coll. 2, 125. *τὰ ὑπομνήματα τῆς ἀρχῆς ἐς τὸν Ἀντώνιον μετεκομίζετο.* Ex his *ὑπομνήμασι* a Caesare ipso conscriptis hausisse scriptores videntur.

naumachiae] v. c. 39.

theatrumque] *Dio* 43, 49. *θέατρόν τέ τι κατὰ τὸν Πομπήϊον οἰκοδομῆσαι ἐθελήσας, προκατεβάλετο μέν, οὐκ ἐξετέλεσε δέ. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὁ Αὔγουστος μετὰ ταῦτα ἐκποιήσας, ἀπὸ Μάρκου Μαρκέλλου τοῦ ἀδελφιδοῦ ἐπωνόμασε.* cf. infra Aug. 29. *Dio* 54, 26. De alio consilio, Urbem augendi, prolato pomoerio, quod tacet Suet., commemorat *Dio* l. c., v. Manut. ad *Cic.* ad Att. 13, 33. et *Gell.* 13, 14.

magnitudinis, Tarpejo monti accubans: jus civile ad certum modum redigere, atque ex immensa diffusaque legum copia, optima quaeque et necessaria in paucissimos conferre libros: bibliothecas Graecas et Latinas, quas maximas posset, publicare, data M. Varroni cura comparandarum ac digerendarum: siccare Pomptinas paludes: emittere Fucinum lacum: viam munire a mari supero per Apennini dorsum ad Tiberim usque: perfodere Isthmum: Dacos, qui se

---

jus civile — libros] Hujus rei periculum antea fecerat Cicero, cujus librum laudat *Gell.* 1, 22. Verissime *Heineccius* Ant. R. prooem. §. 12. „in primis dolendum, Caesari, huic operi quam maxime pari, per fata non licuisse, tam praeclare de Rom. jurisprudentia mereri." De serioribus collectionibus, maxime de edicto perpetuo Salvii Iuliani, Hadriano Imper. edito, v. Id. §. 14 sequ.

M. Varroni] De hoc *Plin.* 7, 31. „M. Varronis in bibliotheca, quae prima in orbe ab Asinio Pollione ex manubiis publicata Romae est, unius viventis posita imago est: haud minore (ut equidem reor) gloria, principe oratore et cive ex illa ingeniorum, quae tunc fuit, multitudine uni hanc coronam dante, quam quum eidem Magnus Pompejus piratico ex bello navalem dedit." Errorem Ernestii, qui in Cl. Cic. hunc Varronem, quem *Cic.* ad Att. 13, 18. πολυγραφώτατον dicit, confundit cum adolescentulo, M. Bruti Quaestore (ad Div. 13, 10.), Manutium male secutus, jure arguit *Schütz.* ad h. l. Ad nostrum sunt epistolae Ciceronis, quae continentur libro 9. ad Div. *Publicare* in nostro et Plin. l. est publici usus facere. Privata jam Lucullo antea fuerat bibliotheca, de qua v. *Plut.* Lucull. 42.

siccare Pomptinas paludes] Mandatum hoc ei est honoris causa a Senatu sec. *Dion.* 44, 5. τά τε ἕλη τὰ Πόντινα χῶσαι, καὶ τὸν Ἰσθμὸν τὸν τῆς Πελοποννήσου διορύξαι, βουλευτήριόν τέ τι καινὸν ποιῆσαι προσέταξαν. *Plutarch.* l. c. ut proprium tantum consilium commemorat verbis: πρὸς τούτοις τὰ μὲν ἕλη τὰ περὶ Πωμήντιον καὶ Σητίαν ἐκτρέψας, πεδίον ἀποδεῖξαι (ἐπεχείρει) πολλαῖς ἐνεργὸν ἀνθρώπων μυριάσι. Saepius haec res deinceps est tentata, semper frustra, nostrae fortasse aetati servata.

emittere Fucinum lacum] in Marsis. Idem tentavit Claudius (v. ad Claud. c. 20.), perfecit Hadrianus.

perfodere Isthmum] *Plut.* l. c. διὰ μέσου δὲ τῆς στρατείας, de qua proxime, τὸν Κορινθίων Ἰσθμὸν ἐπεχείρει διασκάπτειν. v.

in Pontum et Thraciam effuderant, coërcere: mox Parthis inferre bellum per Armeniam minorem, nec, nisi ante expertos, aggredi proelio. Talia agentem atque meditantem mors praevenit: de qua priusquam dicam, ea, quae ad formam et habitum et cultum et mores, nec minus, quae ad civilia et bellica ejus studia pertineant, non alienum erit, summatim exponere. [45] Fuisse traditur excelsa statura, colore candido, teretibus membris, ore paulo pleniore,

---

Dion. l. c. *Plin.* 4, 5. „perfodere navigabili alveo angustias eas tentavere Demetrius rex (Poliorcetes), Dictator Caesar, Cajus princeps (v. Calig. 21.), Domitius Nero (v. Ner. 29.) infausto (ut omnium patuit exitu) incepto.“ Nempe fatalem existimabant fuisse illis nefariam termini a Diis constituti destructionem.

et Thraciam] Ern. rescripsit ex uno cod. *per Thraciam*, quoniam haec terra peragranda erat Dacis Pontum petentibus. Sed monet Wolf., in talibus ne optimos quidem scriptores ordinem quendam satis sollicite servare.

Parthis inferre bellum] *Plut.* l. c. παρασκευὴ δὲ καὶ γνώμη, στρατεύειν μὲν ἐπὶ Πάρθους, καταστρεψαμένῳ δὲ τούτους, καὶ δι' Ὑρκανίας παρὰ τὴν Κασπίαν θάλασσαν καὶ τὸν Καυκάσιον ἐκπεριελθόντι τόπον, εἰς τὴν Σκυθικὴν ἐμβαλεῖν· καὶ τὰ περίχωρα Γερμανοῖς, καὶ Γερμανίαν αὐτὴν ἐπιδραμόντι, διὰ Κελτῶν ἐπανελθεῖν εἰς Ἰταλίαν, καὶ συνάψαι τὸν κύκλον τοῦτον τῆς ἡγεμονίας τῷ πανταχόθεν Ὠκεανῷ περιορισθείσης. — Postea *nec nisi ante expertos* passive dixit, h. e. postquam velitando periclitatus esset, quo genere belli facillime possent vinci, qua ipsa prudentia et cautione dux belli peritissimus praefulget prae imperito eodemque temerario Crasso. Apparatus ad bellum Parthicum describit *Dio* 43, 51. *Appian.* 2, 110. ad A. U. 710. ἐπενόει στρατείαν μακρὰν ἔς τε Γέτας καὶ Παρθυαίους· Γέταις μὲν αὐστηρῷ καὶ φιλοπολέμῳ καὶ γείτονι ἔθνει προεπιβουλεύων· Παρθυαίους δὲ τιννύμενος τῆς ἐς Κράσσον παρασπονδήσεως. Στρατιὰν δὴ προὔπεμπεν ἤδη τὸν Ἰόνιον περᾶν, ἑκκαίδεκα τέλη πεζῶν, καὶ ἱππέας μυρίους. Antonius in oratione funebri apud *Dion.* 44, 46. devicto Pharnace protinus hanc expeditionem agitasse Caesarem dicit.

quae ad formam — pertineant] *Forma* ad naturalem corporis figuram, *habitus* ad modum illud habendi (Haltung), *cultus* ad vestitum, *mores* ad animum, *studia* ad vitam vitaeque artes pertinent.

ore paulo pleniore] si cum reliquo corpore comparaveris macilento. Id enim notant *membra teretia*. *Plut.* 17. dicitur

nigris vegetisque oculis, valetudine prospera; nisi quod tempore extremo repente animo linqui, atque etiam per somnum exterreri solebat. Comitiali quoque morbo bis inter res agendas correptus est. Circa corporis curam morosior, ut non solum tonderetur diligenter ac raderetur, sed velleretur etiam, ut quidam exprobraverunt; calvitii vero deformitatem iniquissime ferret, saepe obtrectatorum jocis obnoxiam expertus. Ideoque et deficientem capillum revocare a vertice assuerat, et ex

---

τὴν ἕξιν ἰσχνός, καὶ τὴν σάρκα λευκὸς καὶ ἁπαλός, καὶ περὶ τὴν κεφαλὴν νοσώδης, καὶ τοῖς ἐπιληπτικοῖς ἔνοχος.

per somnum exterreri] quod accidere solet vindictam oppressorum metuentibus. Jugurtha apud *Sallust.* 72. „interdum somno excitus arreptis armis tumultum facere."

Comitiali — morbo] *Plut.* 17. Cordubae primum dicit τοῦτο τὸ πάθος αὐτῷ προςπεσεῖν (sine dubio Propraetori Hispaniae), et c. 53. ubi de proelio ad Thapsum exponit: οἱ δ' οὔ φασὶν αὐτὸν ἐν τῷ ἔργῳ γενέσθαι, συντάττοντος δὲ τὴν στρατιὰν καὶ διακοσμοῦντος ἅψασθαι τὸ σύνηθες νόσημα. *Appian.* 2, 110. νοσήματα τοῦ σώματος dicit ἐπιληψίαν καὶ σπασμόν, αἰφνίδιον ἐμπίπτοντα αὐτῷ μάλιστα παρὰ τὰς ἀργίας.

tonderetur] forfice, *raderetur* novacula. *Vellere* est pilos evellere adhibita *volsella*, quem hominum mollium morem notat Scipio apud *Gell.* 7, 12. verbis: „nam qui quotidie unguentatus adversum speculum ornetur, cujus supercilia radantur, qui barba volsa feminibusque subvolsis ambulet — eumne quisquam dubitet, quin idem fecerit, quod cinaedi facere solent?" *Martial.* 8, 47. „pars maxillarum tonsa est tibi, pars tibi rasa est, pars vulsa est; unum quis putet esse caput?" Atque *Clemens Alex.* Paedag. 3, 11. εἰ δέ τις καὶ κείραιτό τι τοῦ γενείου, οὐ μέντοι παντελῶς ψιλωτέον αὐτό· αἰσχρὸν γὰρ τὸ θέαμα, καὶ κατέγγυσται ἡ τοῦ γενείου ἐν χρῷ κουρά, παρατίλσει καὶ λειότητι γειτνιῶσα.

obtrectatorum jocis] v. ad c. 51.

revocare a vertice] i. e. illos capillos, qui naturaliter a vertice in occipitium et cervicem inclinant, continua cura retorquere ac reducere, et compellere in priorem capitis partem, quà praecipue erat calvus, ut interpretatur Oudend. *Senec.* de brev. vit. c. 12. „quid? illos otiosos vocas, quibus apud tonsorem multae horae transmittuntur, dum decerpitur, si quid proxima nocte succrevit, dum de singulis capillis in consilium

omnibus decretis sibi a Senatu populoque honoribus, non aliud aut recepit aut usurpavit libentius, quam jus laureae coronae perpetuo gestandae. Etiam cultu notabilem ferunt. Usum enim lato clavo ad manus fimbriato, nec ut unquam aliter quam super eum cingeretur,

---

itur, dum aut disjecta coma restituitur, *aut deficiens hinc atque illinc in frontem compellitur?"* Schulting. conjiciebat: *in verticem*, quod probavit Ernesti. Repugnat locus Senecae laudatus.

non aliud] οὐδὲν ἄλλο, et saepissime *nihil aliud*, noto neutrius usu. Male alii correxerunt: *non alium.*

laureae coronae] *Coronae* a multis omittitur, ut c. 2, v. c. 79. Ceterum de luxuria Caesaris conferendus locus *Dionis* 43, 43. αὐτὸς δὲ τήν τε στολὴν τὴν ἐπινίκιον ἐν πάσαις ταῖς πανηγύρεσι κατὰ δόγμα ἐνεδύετο, καὶ τῷ στεφάνῳ τῷ δαφνίνῳ ἀεὶ καὶ πανταχοῦ ὁμοίως ἐκοσμεῖτο. καὶ πρόφασιν μὲν ἐποιεῖτο τοῦτο, ὅτι ἀναφαλαντίας ἦν· παρεῖχε δὲ καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἐκείνου λόγον τινά, (insere ὅτι) καὶ τότε ἔτι, καίπερ παρηβηκώς, ἐς κάλλος ἤσκει. τῇ τε γὰρ ἐσθῆτι χαυνοτέρα ἐν πᾶσιν ἐνηβρύνετο· καὶ τῇ ὑποδέσει καὶ μετὰ ταῦτα (leg. καὶ ταύτῃ μέν) ἐνίοτε καὶ ὑψηλῇ καὶ ἐρυθροχρόῳ, κατὰ τοὺς βασιλέας τοὺς ἐν τῇ Ἄλβῃ ποτὲ γενομένους,, ὡς καὶ προσήκων σφίσι διὰ τὸν Ἴουλον, ἐχρῆτο.

lato clavo — fimbriato] i. e. tunica laticlavia, manicas ad manus usque habente, easque fimbriatas, χιτῶνι πλατυσήμῳ, χειρῖδας ἔχοντι μέχρι τῶν καρπῶν κροσσωτάς, ut interpr. Casaub. Ita Lucullus sec. *Plut.* Luc. 28. gerebat κροσσωτὴν ἐφεστρίδα. Hominum erat delicatorum, tunicas gerere *manicatas* s. *chiridotas* (χειριδωτοὺς χιτῶνας *Herodian.* 5, 3, 13.). *Gell.* l. c. „qui in conviviis — *cum chiridota tunica* inferior accubuerit." Id. eod. cap. init. „Tunicis uti virum prolixis ultra brachia et usque in primores manus ac prope in digitos, Romae atque omni in Latio indecorum fuit. Eas tunicas Graeco vocabulo nostri chiridotas appellaverunt, femininisque solis vestem longe lateque diffusam decoram existimaverunt, ad ulnas cruraque adversus oculos protegenda sequ." Qui gerebant eas, *manuleati* dicebantur. v. Calig. 52.

nec ut unquam — cingeretur] Disputavere de interpretatione hujus loci Octav. *Ferrarius* de re vestiaria 1, 12, 13. (Thes. Graev. T. VI. p. 642. sequ.) Albert. *Rubenius* de re vestiaria 2, 13. (Thes. Vol. c. p. 1025. sequ.) cui respondit *Ferrarius* in Analectis de re vestiaria c. 44. (Thes. Vol. c. p. 1140.). Adde Ald. *Manutium* de toga Romanorum (Thes. Vol. c. p. 1197.), *Rosini* Ant. Rom. 5, 32. p. 399. et interpretes ad h. l., in primis Graevium

et quidem fluxiore cinctura. Unde emanasse Sullae dictum, optimates saepius admonentis, *ut male praecinctum puerum caverent.* [46] Habitavit primo in Subura modicis aedibus: post autem pontificatum maximum in Sacra via domo publica. Munditiarum lautitiarumque studiosissimum multi prodiderunt: villam in Nemorensi a fundamentis inchoatam, ma-

---

et Ernestium. Singulorum opiniones recensere, longius foret. Ad veritatem proxime accedere videtur haec interpretatio: Cingulo constringebatur toga, superjecta tunicae, circa femora, ita ut latus clavus tunicae, quo insigni Senatores utebantur, conspiceretur. Jam Caesar, quum *super latum clavum* i. e. altius se cingeret, et tegebat cingulo clavum, et efficiebat, ut inferior pars togae laxius deflueret, quae erat *fluxior cinctura*, usitata hominibus mollibus. *Cinctus* enim, *praecinctus*, *succinctus* i. q. expeditus, gnavus, industrius. Sic *Horat.* Sat. 1, 3, 31. de homine morum inconditorum: „Rusticius tonso *toga defluit.*"

emanasse Sulla edictum] vulgatum esse antea minus notum. Addunt alii *constat* e glossa inutili, quum praecesserit *ferunt.* De re *Dio* 43, 43. τὸ δ' οὖν χαῦνον τοῦ ζώματος αὐτοῦ ὁ μὲν Σύλλας ὑπετόπησεν, ὥςτε καὶ ἀποκτεῖναι αὐτὸν ἐθελῆσαι, τοῖς τε ἐξαιτησαμένοις εἶπεν (mel. εἰπεῖν), ὅτι· Ἐγὼ μὲν χαριοῦμαι τοῦτον ὑμῖν, ὑμεῖς μέντοι καὶ πάνυ τοῦτον τὸν κακῶς ζωννύμενον φυλάττεσθε· ὁ δὲ Κικέρων οὐ συνενόησεν, ἀλλὰ καὶ σφαλεὶς ἔφη, ὅτι· Οὐκ ἄν ποτε προςεδόκησα τὸν κακῶς οὕτω ζωννύμενον Πομπηΐου κρατήσειν. cf. *Macrob.* Saturn. 2, 3.

in Subura] Barthol. *Marlian.* urbis Romae topographia 4, 20. (Thes. Gr. T. III. p. 156.) „Suburra, quae inter Esquilias et Viminalem jacet, principium habuit a foro Romano s. a foro Nervae Imp., finem vero ad clivum Suburranum, dicta, ut Junius scribit, ab eo quod fuerit sub antiqua urbe." Plura dat Alex. *Donatus* de urbe Roma 3, 10. (Thes. V. c. p. 703. sequ.) Rectius scribi *Subura,* docent monumenta. v. Oudend. — De *via sacra* v. Onuphr. *Panvinii* descriptio urbis Romae (Thes. III, p. 269.) et *Pancirolli* (Ibid. p. 339.).

domo publica] *Dio* 43, 44. inter reliquos honores Caesari decretos refert οἰκίαν, ὥςτε ἐν τῷ δημοσίῳ οἰκεῖν. Pertinuisse autem ad pontificatus honores domum publicam, idem *Dio* dicit 54, 27. ὅτι τὸν ἀρχιέρεων ἐν κοινῷ πάντως οἰκεῖν ἐχρῆν.

Munditiarum] τρυφῆς. *Sall.* Jug. 63. „non Graeca facundia neque *urbanis munditiis* se exercuit."

in Nemorensi] seu agro prope Ariciam, ubi Dianae erat

gnoque sumtu absolutam, quia non tota ad animum ei responderat, totam diruisse, quamquam tenuem adhuc et obaeratum: in expeditionibus tessellata et sectilia pavimenta circumtulisse. [47] Britanniam petisse spe margaritarum, quarum amplitudinem conferentem, interdum sua manu exegisse pondus: gemmas, toreumata, signa, tabulas operis antiqui semper animosissime comparasse: servitia rectiora politioraque immenso pretio, et cujus ipsum etiam pu-

templum, cui a luco circumjacente *Nemoris* nomen erat. Commemorat hanc Caesaris villam *Cic.* ad Att. 6, 1. „Caesarem *in Nemorensi* aedificando diligentiorem fore," et 15, 4. „L. Caesar, ut veniam ad se, rogat *in Nemus*."

tessellata et sectilia pavimenta] *Pavimenta* h. l. sunt materia pavimentorum, quae circumlata in expeditionibus, ubi castra ponerentur, ad ornandum praetorium artificiose componebatur. *Tessellae* calculi erant quadrati variisque coloribus tincti, quibus solum stratum fuisse, patet ex *Senec.* Nat. Quaest. 6, 31. *Sectilia*, *Λιθόστρωτα*, crustae marmoris varii coloris et formae, et ipsae ad artem junctae, *emblemata vermiculata*. *Lithostrota* in pavimento ac solo mansisse, *tessellata* ad cameras translata et *musivi operis* nomine appellata fuisse, docet *Salmasius* Exercit. Plin. p. 1214. quem sequitur *Graev.* ad h. l. Qui plura quaerit (meam enim in his rebus ignorantiam ingenue fateor), adeat Nicol. *Bergier.* de publicis et militaribus imperii Rom. viis 2, 12. et 21. (Thes. Graev. T. X. p. 116. et 139.), qui *tessellata* majorum lapidum, *sectilia* minorum intelligit pavimenta, et *Hennini* not. ad Bergier. (Ibid. p. 573.), et Casaub. et Ern. ad h. l.

Britanniam] *Tac.* Agric. 12. „Fert Britannia aurum et argentum et alia metalla, pretium victoriae. gignit et Oceanus margarita, sed subfusca ac liventia. sequ." Contra *Plut.* Caes. 23. dicitur in expeditione Britannica κακῶσαι τοὺς πολεμίους μᾶλλον, ἢ τοὺς ἰδίους ὠφελῆσαι (οὐδὲν γάρ, ὅ τι καὶ λαβεῖν ἦν ἄξιον ἀπ' ἀνθρώπων κακοβίων καὶ πενήτων). *Cic.* etiam ad Att. 4, 16. „etiam illud jam cognitum est, neque argenti scripulum esse ullum in illa insula, neque ullam spem praedae, nisi ex mancipiis."

rectiora politioraque] i. e. in quorum forma et habitu nihil reprehendendum, nihil vitii erat. Ita *Catull.* 10. „non possem octo homines parare *rectos*." ubi v. Is. Vossius. *Horat.* Sat. 1, 2, 82. „*crus rectius*" et v. 123. „candida *rectaque* sit." Eadem metaphora infra c. 56. commentarii dicuntur *nudi, recti et venu-*

deret, sic ut rationibus vetaret inferri. [48] Convivatum assidue per provincias duobus tricliniis, uno, quo sagati palliative, altero, quo togati cum illustrioribus provinciarum discumberent. Domesticam disciplinam in parvis ac majoribus rebus diligenter adeo severeque rexit, ut pistorem, alium quam sibi panem convivis subjicientem, compedibus vinxerit; libertum gratissimum, ob adulteratam Equitis Romani uxorem, quamvis nullo querente, capitali poena affecerit. [49] Pudicitiae ejus famam nihil quidem praeter Nicomedis contubernium laesit, gravi tamen

---

sti. Vulg. h. l. *recentiora*, quod frustra defendit Casaub., alii mutavere in *decentiora* (quae Lipsii est conjectura), *teretiora* (quae Nic. Heinsii), *laetiora*, *vegetiora*, *eruditiora*. Nisi inutilis esset h. l. conjiciendi opera, adderem: *erectiora*. Ceterum ut *rectiora* dicuntur servitia ob corporis formositatem, ita *politiora* sunt artibus exculta, literarum, carminum, saltationis perita.

sagati palliative] „*Sagati* sunt milites Caesariani alicujus dignationis, ut de cohorte praetoria; *palliati* autem comites Graeci, philosophi, rhetores, quos illis temporibus illustriores Romani in comitatu suo habere solebant. v. *Cic.* pro Mil. 10. Hoc triclinium respondet ei, quod in principum aulis *die Marschallstafel* vocant. *Togati* sunt Romani, Legati, Quaestores, tum Senatores Equitesque Rom. illustres, qui forte per provinciam iter facientes ad ipsum devertebant." Ita Ernesti ad h. l. Apud Sallust. Jug. 21. *togati* sunt, qui negotiandi aut itineris causa erant in provincia. v. ibi Cort. *Palliati* semper Graeci dicuntur. *Cic.* pro Rabir. Post. 9. Phil. 5, 5. „Graeculi judicis, modo palliati, modo togati." Ita *comoedia* v. *fabula palliata*, in qua Graecum habitum histriones gerunt.

nihil quidem praeter] Quum sequentia capita continuam libidinum ejus historiam texant, *pudicitia* h. l. angustiori notione flagitia, quae contra naturam sunt, spectat. Ita c. 2. prostratae regi *pudicitiae*. Similiter Aug. 71. *impudicitia* distinguitur a *libidinibus*. cf. Vespas. 13. „Licinium Mucianum, notae *impudicitiae*."

Nicomedis contubernium] v. c. 2. *Aurel. Victor* c. 82. „quum saepe ad Nicomedem regem Bithyniae commearet, *impudicitiae* infamatus est."

et perenni opprobrio, et ad omnium convicia exposito. Omitto Calvi Licinii notissimos versus:

Bithynia quicquid
Et paedicator Caesaris unquam habuit.

Praetereo actiones Dolabellae et Curionis patris, in quibus eum Dolabella *pellicem reginae, spondam interiorem regiae lecticae*, ac Curio *stabulum Nicomedis*, et *Bithynicum fornicem* dicunt. Missa etiam facio edicta Bibuli, quibus proscripsit collegam suum *Bithynicam reginam; eique Regem antea fuisse cordi, nunc esse regnum.* Quo tempore, ut M. Brutus refert, Octavius etiam quidam, valetudi-

---

Calvi Licinii] De eo v. *Cic.* Brut. 81. ubi dicitur a magistris parum institutus, naturam habuisse admirabilem ad dicendum. Satyricum ejus carmen commemoratur ab eodem *Cic.* ad Div. 7, 24. Erat filius Licinii Macri, a Cicerone Praetore condemnati. *Plut.* Cic. 9. *Val. Max.* 9, 12, 7.

actiones Dolabellae] Dolabellam patrem, accusatum a Caesare, (v. supra c. 4.) intelligit Ernesti, Torrentius filium, qui post necem Caesaris Consul fuit. *Actiones* h. l. non sunt forenses, sed orationes in Senatu habitae. Ita *Cic.* ad Div, 1, 9. „in illis autem meis *actionibus* sententiisque omnibus" et postea: „recreati enim boni viri consulatu tuo, et constantissimis atque optimis *actionibus* tuis excitati." v. Clav. Cic. in *actio*. De Curione patre diximus ad c. 9.

spondam interiorem] *Sponda* sec. Isidorum exterior erat pars lecti, *pluteus* autem interior. Dicitur deinde de lecto ipso, ut *Virgil.* Aen. 1, 697. „aulaeis jam se regina superbis Aurea composuit *sponda*, mediamque locavit." H. l. *sponda interior regiae lecticae* pro uxore, quae in interiore lecti parte jacebat, quod muliebria passus esse Caesar dicebatur, *Gell.* 7, 12. quem locum supra jam citavimus, „qui in conviviis adolescentulus cum amatore, cum chiridota tunica *inferior* (praeferendum puto *interior*, ut h, l.) accubuerit, qui non modo vinosus, sed virosus quoque sit; eumne quisquam dubitet, quin idem fecerit, quod cinaedi facere solent?"

edicta Bibuli] v. c. 20. *Proscribere* est literis publicis al, proponere, h. l, igitur publice appellare. Vocabula dignationi consulari parum congrua explicare, pudet taedetque.

M. Brutus] sine dubio percussor Caesaris, sed in quo libro, nescio. Varios tamen scripsisse, auctor Cicero pluribus

ne mentis liberius dicax, conventu maximo quum Pompejum regem appellasset, ipsum reginam salutavit. Sed C. Memmius etiam, ad cyathum et vinum Nicomedi stetisse, objecit, cum reliquis exoletis, pleno convivio, accubantibus nonnullis urbicis negotiatoribus, quorum refert nomina. Cicero vero non contentus, in quibusdam epistolis scripsisse, a satellitibus eum in cubiculum regium eductum, in aureo lecto, veste purpurea decubuisse, floremque aetatis a Venere orti in Bithynia contaminatum: quondam etiam in Senatu defendenti Nysae causam, filiae Nicomedis, beneficiaque regis in se commemoranti, *Remove, inquit, istaec, oro te; quando notum est, et quid ille tibi, et quid illi tute dederis.* Gallico denique triumpho milites ejus inter cetera carmina,

---

locis. v. Cl. Cic. De Octavio nihil constat, neque refert, quaerere de homine obscuro.

C. Memmius] qui Praetor Caesarem Consularem postulavit. v. c. 23.

ad cyathum — stetisse] ad quod ministerium pueri adhibebantur nobiles iique formosi. *Horat.* Od. I, 29, 7. „puer quis ex aula capillis ad cyathum statuetur unctis?" ubi v. Mitscherlich. *Plaut.* Menaechm. 2, 2. *cyathissare* dicit. Verba *et vinum* mihi, ut Oudend. et Wolf., e glossa venisse videntur.

eductum] e triclinio vel e conclavi suo s. hospitali cubiculo. Torrent. et Graev. praeferunt *deductum*.

a Venere orti] v. ad c. 6. de hac Caesaris origine.

Nysae] *Maffei* Antiqu. Aquit. cp. 1. e numo, cui inscriptum nomen Μούσης βασιλίσσης, probare voluit, scribendum *Musae.* Politianus dedit lectionem *Mysae.* v. quae plura de hoc nomine disputat Oudendorp. Ceterum orationem C. Caesaris, quam pro Bithynis dixit, commemorat *Gell.* 5, 13. eandemque, de qua Suet., dici, patet ex argumento, cujus principium Gellius dedit.

inter cetera carmina]. *Dionys.* Archaeol. 7, 72. ἐφεῖται τοῖς κατάγουσι τὰς νίκας, ἰαμβίζειν τε καὶ κατασκώπτειν τοὺς ἐπιφανεστάτους ἄνδρας κ. τ. λ. *Liv.* 39, 7. „carminaque a militibus ea in Imperatorem dicta, ut facile appareret, in ducem indulgentem ambitiosumque ea dici." *Vell.* 2, 67. „inter jocos militares — usurpabant hunc versum sequ." *Martial.* 1, 5. „Consuevere jocos vestri quoque ferre triumphi; materiam dictis nec

qualia currum prosequentes iculariter canunt, etiam vulgatissimum illud pronunciaverunt:

Gallias Caesar subegit, Nicomedes Caesarem.
Ecce Caesar nunc triumphat, qui subegit Gallias:
Nicomedes non triumphat, qui subegit Caesarem.

[50] Pronum et sumtuosum in libidines fuisse, constans opinio est, plurimasque et illustres feminas corrupisse: in quibus Postumiam Servii Sulpicii, Lolliam Auli Gabinii, Tertullam M. Crassi, etiam Cn. Pompeji Muciam. Nam certe Pompejo, et a Curionibus patre et filio, et a multis exprobratum est, quod, *cujus causa post tres liberos exegisset uxorem, et quem gemens Aegisthum appellare consuesset, ejus postea filiam potentiae cupiditate in matrimonium recepisset.* Sed ante alias dilexit M. Bruti matrem, Serviliam: cui et proximo suo consulatu

---

pudet esse ducem." v. *Onuphr. Panvin.* de triumpho (Thes. Tom. VIIII. p. 1573.). Acclamationes militum ad laudem Imperatorum vel per jocum pronunciatas collegit *Brissonius* de formulis l. 4. pag. 349. sequ. — Ceterum gemina Suetonianis dat *Dio* 43, 20. καὶ τὴν παρὰ τῷ Νικομήδει τῷ τῆς Βιθυνίας βασιλεύσαντι διατριβὴν, ὅτι μειράκιόν ποτε παρ' αὐτῷ ἐγεγόνει, διεκερτόμησαν· ὥςτε καὶ εἰπεῖν, ὅτι· Καῖσαρ μὲν Γαλάτας ἐδουλώσατο, Καίσαρα δὲ Νικομήδης, additque alia ejusmodi carmina, quae tantum abfuisse Caesarem dicit, ut aegre ferret, ut militum potius licentia gauderet, πλὴν καθ' ὅσον τὴν συνουσίαν τὴν πρὸς τὸν Νικομήδη διέβαλλον· ἐπὶ γὰρ τούτῳ πάνυ τε ἐδυσκόλαινε, καὶ ἔνδηλος ἦν λυπούμενος· ἀπολογεῖσθαί τε ἐπεχείρει, καὶ κατώμνυε· κἀκ τούτου καὶ γέλωτα προςεπωφλίσκανεν.

Gallias Caesar subegit] Versus sunt trochaici tetrametri catalectici, de quo genere v. *Hermann* Handb. der Metrik p. 64. sequ. et Oudendorp. ad Nostr. c. 51.

Postumiam] quae commemoratur a *Cic.* ad Div. 4, 2.

Cn. Pomp. Muciam] *Plutarch.* Pomp. 42. ἐξύβρισε — ἡ Μουκία παρὰ τὴν ἀποδημίαν αὐτοῦ κ. τ. λ.

Serviliam] Catonis ex matre sororem, (v. *Plut.* Cat. 24. ubi accepisse dicitur Caesar in Senatu Serviliae ἐπιστόλιον ἀκόλαστον κ. τ. λ.), unde multi Brutum Caesaris filium existimarunt. v. ad c. 82. cf. *Bayle* diction. sub v. *Servilie.*

proximo suo cons.] i. e. proxime insecuto, eoque primo. Nam ex Plut. loco modo cit. patet, Caesarem Praetorem desi-

sexagies sestertio margaritam mercatus est, et bello civili super alias donationes, amplissima praedia ex auctionibus hastae nummo addixit: quum quidem, plerisque vilitatem mirantibus, facetissime Cicero, *Quo melius*, inquit, *emtum sciatis, Tertia deducta est:* existimabatur enim Servilia etiam filiam suam Tertiam Caesari conciliare. [51] Ne provincialibus quidem matrimoniis abstinuisse, vel hoc disticho ap-

---

gnatum turpem illam cum Servilia consuetudinem habuisse. Id. Brut. 5. *νεανίαν ἔτι* illo tempore fuisse dicit. Est igitur proximus consulatus, quem paucis annis post praeturam primum administravit. Ita etiam Casaub. „eum accipe, qui proxime tempora illa secutus est, quibus Serviliam amare coepit." Sic *proxima nocte* Neron. 7. est: proxime inceptam Neronis disciplinam insecuta. Sed durior haec ratio visa est Torrent. Ern. et Oudendorpio, qui e cod. Ursini scribere maluerunt *primo* suo cons. v. Burm. ad h. l. et Jac. Gronov. ad *Liv.* 2, 33., ubi voces *proximus* et *primus* saepius in libris confundi docet.

super alias donationes] Agit de iis *Dio* 43, 47.

nummo addixit] Al. *minimo*. Idem est *nummo*. Ita *Cic.* pro Rabir. Post. 17. „ecquis est ex tanto populo, qui bona C. Rabirii Postumi *nummo sestertio* sibi addici velit?" *Senec.* epist. 95. „quae maxima inter vos habentur — *sestertio* nunc aestimanda sunt." Neque improbabilis emendatio Bentleji apud *Horat.* Sat. 1, 4, 14. „Crispinus *nummo* me provocat" ubi vulgo *minimo*. cf. Ernest. in Cl. Cic. sub *addicere*. Ita Angli: for a farthing. — Ante *nummo* nonnulli addunt *ei*, quod etsi saepius a Suetonio sine necessitate adjicitur, h. l. minore nititur codicum auctoritate, claudamque orationem reddit.

Quo melius] i. e. *vilius*, quod dant alii e glossa. In verbis Ciceronis lusus est in duplici significatione vocabulorum *tertia* sc. pars et *Tertia*, et *deducere* i. q. subtrahere, et tradere ad usum obscoenum. Narrat autem idem *Macrob.* Saturn. 2, 2. „Mater M. Bruti Servilia, quum pretiosum aere parvo fundum abstulisset a Caesare, subjiciente hastae bona civium, non effugit dictum tale Ciceronis: Equidem quo melius emtum sciatis, comparavit Servilia hunc fundum Tertia deducta. Filia autem Serviliae erat Junia Tertia, eademque C. Cassii uxor, lasciviente Dictatore tam in matrem, quam in puellam sequ." De facetiis Ciceronis et temerario fere, ubique effundendi eas, pruritu v. *Plut.* Cic. 5, 7, 25. sequ. 38. *Dio* 38, 12.

paret, jactato aeque a militibus per Gallicum triumphum;

Urbani, servate uxores, moechum calvum adducimus.

Aurum in Gallia effutuisti: at hic sumsisti mutuum.

[52] Dilexit et reginas, inter quas Eunoën Mauram, Bogudis uxorem: cui maritoque ejus plurima et immensa tribuit, ut Naso scripsit: sed maxime Cleopatram, cum qua et convivia in primam lucem saepe protraxit, et eadem nave thalamego paene Aethiopia tenus Aegyptum penetravit, nisi exercitus sequi recusasset: quam denique accitam in Urbem, non

---

Urbani] De carminis genere v. ad c. 49. Solutius metrum quamvis militum αὐτοσχεδίῳ condones, tamen ex Ms. Medic. 5. *at* ante *hic* inserendum erat, quod suaserat Oudend., fecit Wolf. Ille, omisso etiam *at*, conjecit *Gallias*, ut in quarto pede esset anapaestus. Dactylus in tertio, ut hic, est etiam in simili versu c. 80. Ernesti, qui duos versus non simul cantatos, sed aliis interpositis, autumat, neglexit, Suetonium de *disticho* loqui. Ceterum pro *effutuisti* ante Casaub. vulgo erat: *auro in Gallia stuprum emisti*. Glossam delevit Casaub. e codd. Illud licentiae militari magis convenire, notat etiam Reimar. ad h. l.

Bogudis uxorem] Mauritaniae regnum divisum erat illo tempore inter Bocchum et Bogudem. *Dio* 41, 42. ὅ τε Βόκχος καὶ ὁ Βαγούας βασιλεῖς, ὅτι ἐχθροὶ αὐτῶν, (Pompeji et Pompejanorum, max. Jubae) ἀντωνομάσθησαν. Id. 43, 36., ubi de bello Hispanico, Βόκχος μὲν γὰρ τοὺς υἱεῖς τῷ Πομπηΐῳ ἔπεμψε, Βαγούας δὲ αὐτὸς τῷ Καίσαρι συνεστράτευσεν, qui sec. c. 38. momentum ad Caesaris victoriam fecit. Bogud commemoratur etiam ab *Hirt*. B. Alex. 29. 62. B. Afric. 23. Pluribus de utroque agit Fabric. ad *Dion*. 43. 3. et de Bogude ad 48, 45.

Naso] M. Actorius Naso, quem laudavit jam c. 9.

penetravit] pro *penetravisset* Gr. καὶ διέβη ἂν μετ' αὐτῆς μέχρις Αἰθιοπίας, εἰ μὴ sequ. Ita infra c. 58. „neque in Britanniam transvexit, nisi — explorasset" Galb. 10. „servi — transeuntem paene interemerunt, nisi expressa cruciatu confessio esset." *Tac*. A. 16, 32. „in amplexus occurrentis filiae ruebat, nisi interjecti lictores utrisque obstitissent" al.

accitam in Urbem] *Dio* 43, 27. πλείστην δ' οὖν ὅμως αἰτίαν ἐπὶ τῷ τῆς Κλεοπάτρας ἔρωτι, οὐ τῷ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ (ἔτι γὰρ ἐκεῖνος

nisi maximis honoribus praemiisque auctam remisit, filiumque natum appellare nomine suo passus est. Quem quidem nonnulli Graecorum similem quoque Caesari et forma et incessu tradiderunt. M. Antonius, agnitum etiam ab eo, Senatui affirmavit: quae scire C. Matium, et C. Oppium, reliquosque Caesaris ami-

---

ἠκούετο), ἀλλὰ τῷ ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ, παρὰ πάντων ἔσχεν. ἦλθέ τε γὰρ ἐς τὸ ἄστυ μετὰ τοῦ ἀνδρός (i. e. cum Ptolemaeo, fratre minore, cui nupserat. *Dio* 42, 44.), καὶ ἐς αὐτοῦ τοῦ Καίσαρος ἐσῳκίσθη, ὥστε καὶ ἐκεῖνον ἐπ' ἀμφοτέροις σφίσι κακῶς ἀκοῦσαι. οὐ μὴν καὶ ἔμελέν οἱ οὐδέν, ἀλλὰ καὶ ἐς τοὺς φίλους σφᾶς τούς τε συμμάχους τοὺς τῶν Ῥωμαίων ἐσέγραψε. De consuetudine cum eadem in Aegypto v. *Plut.* Caes. 49. *Dio* 42, 34 et 44.

maximis honoribus] v. *Dion.* l. c. et *Appian.* Civ. 2, 102. Κλεοπάτρας τε εἰκόνα καλὴν τῇ θεῷ (Veneri Genitrici) παρεστήσατο, ἣ καὶ νῦν συνέστηκεν αὐτῇ.

filiumque] *Plut.* l. c. καταλιπὼν — τὴν Κλεοπάτραν βασιλεύουσαν Αἰγύπτου, καὶ μικρὸν ὕστερον ἐξ αὐτοῦ τεκοῦσαν υἱόν, ὃν Ἀλεξανδρεῖς Καισαρίωνα προσηγόρευσαν. Sed *Dio* 47, 31. a Triumviris Cleopatram impetrasse dicit, τὸν υἱόν, ὃν Πτολεμαῖον μὲν ὠνόμαζεν, ἐπλάττετο δὲ ἐκ τοῦ Καίσαρος τετοκέναι, καὶ κατὰ τοῦτο Καισαρίωνα προσηγόρευε, βασιλέα τῆς Αἰγύπτου κληθῆναι. Eundem 49, 41. Antonium βασιλέα βασιλέων dixisse, 50, 1. Caesarionem appellasse et in Caesaris familiam retulisse (coll. c. 3.), 51, 6. inter ephebos recepisse narrat. Interiectus est tandem ab Augusto. v. infra ad Aug. 17. Ceterum, sive vere Caesarionem Caesaris filium prodiderit omnium virorum mulier, sive falso, alii Caesari filii non fuere, quo magis *Dio* 43, 44. Senatus taxat adulationem, qui omnibus ejus filiis nepotibusque Imperatoris nomen aeque atque ipsi decreverat. — Postea reddidi *Caesari*, quod est in antiquis codd., pro *Caesaris*, quamquam discrimen, quod in constructione voc. *similis* grammatici finxere, nullum esse scio.

M. Antonius] ut officeret Octavio, adoptato Caesaris filio. v. *Dion.* locis cit., maxime 50, 3. ubi: τῷ Καισαρίωνι ὡς καὶ ἐκ τοῦ Καίσαρος ὄντως γεγονότι ἐμεμαρτυρήκει (Antonius testamento).

C. Matium, et C. Oppium] *Tac.* Ann. 12, 60. „C. Oppius et Cornelius Balbus primi Caesaris opibus potuere conditiones pacis et arbitria belli tractare. Matios posthac et Vedios et cetera Equitum Rom. praevalida nomina referre, nihil attinuerit", ubi v. Lips. *Cic.* ad Div. 7, 15. C. Matium suavissimum doctissimumque hominem dicit. Id. 6, 15. Pansam, Hirtium,

cos: quorum C. Oppius, quasi plane defensione ac patrocinio res egeret, librum edidit, *Non esse Caesaris filium, quem Cleopatra dicat.* Helvius Cinna, Tribunus plebis, plerisque confessus est, habuisse se scriptam paratamque legem, quam Caesar ferre jussisset, quum ipse abesset, uti uxores liberorum quaerendorum causa, quas et quot vellet, ducere liceret. Atque ne cui dubium omnino sit, et impudicitiae eum, et adulteriorum flagrasse infamia, Curio pater quadam eum oratione *omnium mulierum virum, et omnium virorum mulierem* appellat. [53] Vini parcissimum ne inimici quidem negaverunt. Verbum M. Catonis est: *Unum ex omnibus Caesarem ad evertendam Rempublicam sobrium ac-*

Balbum, Oppium, Matium, Postumium inter Caesaris familiares nominat. Plura vide apud Lips. l. c. et in Cl. Cicer. suis locis.

Non esse] *Non* deletum voluit Glareanus contra auctoris sententiam. Oppius eo libro testimonii, quod a se fieri voluerat Antonius pro Caesarione, amovere studuit invidiam. *Defensionem* ad ipsum Oppium refero ob testimonium ei obtrusum, *patrocinium* ad Octavium, cujus jura contra filium Caesaris spurium vindicabat. Postea pro *quem Cleopatra dicat* al. *quem de Cleopatra dicant* sc. natum s. editum.

Helvius Cinna] de cujus morte v. c. 85.

vellet] Sibi hoc privilegium postulabat Caesar, ut haberet, qui in imperio sibi succederent, ferrique legem jusserat se absente, ad declinandam rei invidiam. *Dio* 44, 7. ἀμέλει καὶ γυναιξὶν, ὅσαις ἂν (ὁποίαις καὶ ὅσαις suadet Casaub.) θελήσῃ, συνεῖναί οἱ ἐτόλμησάν τινες ἐπιτρέψαι, ὅτι πολλαῖς καὶ τότε ἔτι, καίπερ πεντηκοντούτης ὤν, ἐχρῆτο. Al. *vellent* contra Dionis auctoritatem et Latini sermonis rationem, quam restituere conatus est Oudend., conjiciens: *quas quis et quot vellet.* Polygamiam apud Romanos prohibitam lege stabilire voluisse Caesarem, falsa etiam est opinio *Heinecc.* Ant. Rom. 1, 10. §. 18. Antea in verbis: *quam Caesar ferre jussisset,* ne quis legendum putet *ferri,* supple *se* ex antecedentibus, de quo usu v. Drakenb. ad *Liv.* 27, 24. et Ern. ad *Tac.* Hist. 1, 38.

Atque] Reposui, quod est in edd. ant., pro *ac.* Al. *at.*

Vini parcissimum] *Vell.* 2, 41. „Magno illi Alexandro, sed *sobrio* neque iracundo simillimus.“

cessisse. Nam circa victum C. Oppius adeo indifferentem docet, ut quondam ab hospite conditum oleum pro viridi appositum aspernantibus ceteris, solum etiam largius dicat appetisse, ne hospitem aut negligentiae, aut rusticitatis videretur arguere. [54] Abstinentiam neque in imperiis, neque in magistratibus

---

ab hospite conditum oleum] *Plut.* Caes. 17. Τῆς δὲ περὶ τὴν δίαιταν εὐκολίας κἀκεῖνο ποιοῦνται σημεῖον, ὅτι, τοῦ δειπνίζοντος αὐτὸν ἐν Μεδιολάνῳ ξένου, Οὐαλερίου Λέοντος, παραθέντος ἀσπάραγον, καὶ μύρον ἀντ' ἐλαίου καταχέαντος, αὐτὸς μὲν ἀφελῶς ἔφαγε, τοῖς δὲ φίλοις δυσχεραίνουσιν ἐπέπληξεν. Ἤρκει γάρ, ἔφη, τὸ μὴ χρῆσθαι τοῖς ἀπαρέσκουσιν· ὁ δὲ τὴν τοιαύτην ἀγροικίαν ἐξελέγχων, αὐτός ἐστιν ἄγροικος. Qui locus non dubitare me jubet, quin intelligam cum Casaub. oleum *conditum* (penult. producta) i. e. myrrha infectum, κεκαπηλευμένον, (angemachtes Oel.) Usus myrrhae erat etiam in condiendo vino, ut docet *Plin.* 14, 15. qui tamen ad lautissima vina myrrhae odore condita refert. Alii, ut Burm. et Ern., intelligunt *conditum* a condere, ut sit oleum *vetus*, *nimis diu servatum*, quomodo interpr. etiam Reimes. ad h. l. allegans Salm. ad Simpl. p. 22. 23. et quae ipse notaverat ad Plut. Caes. Quod vero ad firmandam hanc interpret. dicunt, oleum myrrha conditum lautius fuisse et elegantius, nedum hospitis negligentiam et rusticitatem arguisse, id refellit Plutarchus, qui de ἀγροικίᾳ loquitur, optime sine dubio gnarus, quid sui temporis hominum palato placeret. Consentit mecum Kaltwasser ad vers. german. Plutarchi.

Abstinentiam] Eam Val. Max. 4, 3. et ipse opponit *avaritiae* et *pecuniae cupidini*. Est ἐγκράτεια χρημάτων. De rev. *Dio* 42, 49. τό τε σύμπαν εἰπεῖν, χρηματοποιὸς ἀνὴρ ἐγένετο, δύο τε εἶναι λέγων τὰ τὰς δυναστείας παρασκευάζοντα καὶ φυλάσσοντα καὶ ἐπαύξοντα, στρατιώτας καὶ χρήματα, καὶ ταῦτα δι' ἀλλήλων συνεστηκέναι. τῇ τε γὰρ τροφῇ τὰ στρατεύματα συνέχεσθαι, καὶ ἐκείνην ἐκ τῶν ὅπλων συλλέγεσθαι· κἂν θάτερον ὁποτερονοῦν αὐτῶν ἐνδεὲς ᾖ, καὶ τὸ ἕτερον συγκαταλυθήσεσθαι. περὶ μὲν οὖν τούτων οὕτω καὶ ἐφρόνει καὶ ἔλεγεν ἀεί. Recenset deinde c. 50., quae in Urbe ἠργυρολόγει. cf. loca infra excitanda, ad voc. *sacrilegiis.*

neque in imperiis, neque in magistratibus] Ita infra c. 75. „magistratusque et imperia capere.“ *Imperia* in provinciis gessit ubi exercitibus praefuit (erat enim imperium rei militaris administrandae facultas, uti Sigon. ad *Liv.* 28, 38.) *magistratus* in Urbe. v. omnino *Sigon.* l. c. et de ant. jure provinc. 3, 5. et 6. p. 291. sequ.

praestitit. Ut enim quidam monumentis suis testati sunt, in Hispania Proconsule et a sociis pecunias accepit, emendicatas in auxilium aeris alieni, et Lusitanorum quaedam oppida, quamquam nec imperata detrectarent, et advenienti portas patefacerent, diripuit hostiliter. In Gallia fana templaque Deûm donis referta expilavit, urbes diruit, saepius ob praedam, quam ob delictum: unde factum, ut auro abundaret, ternisque millibus nummûm in libras promercale per Italiam provinciasque divideret. In pri-

---

Proconsule] i. e. Proconsul; antiqua dicendi forma, optimis scriptoribus usitata, (v. Cort. ad *Sallust.* Cat. 19. Jug. 36. et 37.) et repetita a Nostro Galb. 7. coll. Tib. 3. et Neron. 40. ubi est *Propraetore*. Fuit quidem Caesar in Hispania pro Praetore i. e. ex praetura. c. 18. Sed Proconsules saepe dicuntur, qui re vera erant Propraetores. Laudat Ernesti Manutium ad *Cic.* Verr. 3, 91. et de Leg. 1, 20. Duker. ad *Liv.* 37, 46. et 39, 29. Wolfius praetulit alteram lectionem *a Proconsule*, ut Caesar sive Quaestor, sive ex praetura Hispaniae praefectus Proconsuli, cui succedebat, pecuniam extorserit, injecto calumniarum i. e. criminis repetundarum metu, de qua re nondum persuaderi mihi potuit, praesertim quum librarii, qui usum voc. *Proconsule* ignorabat, facillimus fuerit lapsus, repetita ultima litera ex *Hispania*. v. etiam *Walther.* Observ. c. mecum consentientem.

et a sociis] *Et* non est *etiam*, sed respondet sequens: *et Lusitanorum*, quomodo intellexit etiam Oudend. *Socios* auctor dicit civitates Hispaniae socias, quibus non magis pepercit Caesar, quam hostibus Lusitanis. Burm. parum commode *publicanos* dici existimat, quos quidem socios saepissime appellari ob societates negotiandi causa initas, satis notum, (v. Burm. de vectigal. c. 9. Ern. Cl. Cicer. in *socius*) a Caesare tamen male habitos vix crediderit, qui ambitiosum, Equites sibi adjungendi, studium, quod Consul maxime ostendit (v. c. 20.), reputat.

Lusitanorum] v. quae notavimus ad c. 18.

ternisque millibus — divideret] Explicant Budaeus de asse p. 269. et Gronov. de Sestert. p. 156. h. l. ita, ut, quum libra argenti mille asses, auri ut decuplo gravior decem millia assium valeret, quae, sestertio s. numo ad duo asses cum dimidio exacto, 4000 nummum effecissent, Caesar minori pretio, quarta nempe parte remissa s. 3000 nummis, aurum vendendum dede-

mo consulatu tria millia pondo auri furatus e Capitolio, tantundem inaurati aeris reposuit. Societates ac regna pretio dedit, ut qui uni Ptolemaeo prope sex millia talentorum suo Pompejique nomine abstulerit. Postea vero evidentissimis rapinis ac sacrilegiis et one-

---

rit. Recte tamen monet Ern., Caesaris tempore sestertium quatuor assibus aestimatum fuisse, 3000 HS. s. nummum effecisse adeo 12000 assium, ut adeo non assium numerum, sed pondus sestertiorum in eo negotio spectatum pateat. — *promercale dividere aurum* est: venale s. ad vendendum distribuere procuratoribus, et quibuscunque hoc negotium dare Caesar voluit. Al. *divenderet*, quod jam est in voc. *promercale* et glossam sapit. Consensit Reimesius.

furatus e Capitolio] *Lucan.* 3, 156. „eruitur templo multis non tactus ab annis Romani census populi — tristi spoliantur templa rapina, pauperiorque fuit tunc primum Caesare Roma.“ Graev. ad Cic. in Vatin. 12. opera Vatinii, cui Cicero tribuit, hoc furtum peregisse Caesarem suspicatur.

uni Ptolemaeo] *Auletae*, quem a civibus regno expulsum Pompejus et Caesar restituere receperant. v. *Dio* 39, 12. sequ. ubi haec de Ptolemaeo, nostrum locum illustrantia: πολλὰ τισὶ τῶν Ῥωμαίων χρήματα, τὰ μὲν οἴκοθεν, τὰ δὲ καὶ δανεισάμενος, ὅπως τήν τε ἀρχὴν βεβαιώσηται, καὶ φίλος καὶ σύμμαχος ὀνομασθῇ, κατηναλώκει, καὶ αὐτὰ παρὰ τῶν Αἰγυπτίων βιαίως ἠργυρολόγει. Idem sec. *Plut.* Caes. 48. ὤφειλε Καίσαρι χιλίας ἑπτακοσίας πεντήκοντα μυριάδας, fortasse ex pactione auri pro patrocinio.

rapinis ac sacrilegiis] Dicit maxime pecunias ex aerario desumtas, quas ne quis attrectaret, execratione erat prohibitum. *Plut.* Caes. 35. *Appian.* Civ. 2, 41. τῶν τε ἀψαύστων ἐκίνει χρημάτων, ἅ φασιν ἐπὶ Κελτοῖς πάλαι σὺν ἀρᾷ δημοσίᾳ τεθῆναι, μὴ σαλεύειν ἐς μηδέν, εἰ μὴ Κελτικὸς πόλεμος ἐπίοι. ὁ δὲ ἔφη, Κελτοὺς αὐτὸς ἐς τὸ ἀσφαλέστατον ἑλών, λελυκέναι τῇ πόλει τὴν ἀράν. cf. *Dio* 41, 17. ubi v. Fabric. Quum reliqui scriptores fores aerarii effractas a Caesare dicunt, satis lepide Caesar ipse B. Civ. 1, 14. „tantus repente terror invasit, ut, quum Lentulus Consul ad aperiendum aerarium venisset, ad pecuniam Pompejo ex S. C. proferendam, protinus, aperto sanctiore aerario, ex Urbe profugeret.“ De ablata pecunia ipse nihil. Sed *Flor.* 4, 2, 21. „Aerarium quoque sanctum, quia tardius aperiebant Tribuni, jussit effringi; censumque et patrimonium populi Rom. ante rapuit, quam imperium.“ Secundum *Plin.* 33, 17. (ed. Franz.) protulit tum ex aerario „laterum aureorum XXV millia, argenteorum XXXV. et in numerato HS. quadrin-

ra bellorum civilium, et triumphorum ac munerum sustinuit impendia. [55] Eloquentia militarique arte aut aequavit praestantissimorum gloriam, aut excessit. Post accusationem Dolabellae haud dubie principibus patronis annumeratus est. Certe Cicero ad Brutum, oratores enumerans, negat *se videre*, *cui*

---

gentics"; auctore *Oros.* 6, 15. „auri pondo quatuor millia centum triginta quinque, argendi pondo prope DCCCC millia." — Deinde post priorem reditum ex Hispania, sustulit sec. *Dion.* 41, 39. τὰ ἀναθήματα, τά τε ἄλλα, καὶ τὰ ἐκ τοῦ Καπιτωλίου πάντα. In Aegypto praeter reliquas exactiones μηδὲ τῶν ἱερῶν ἀπείχετο. Id. 42, 34. postea τὰ ἀναθήματα τοῦ ἐν τῇ Τύρῳ Ἡρακλέους πάντα ἀνείλετο. Ib. c. 49. ultimo denique bello Hispanico ἠργυρολόγησεν, ὥστε μηδὲ τῶν τοῦ Ἡρακλέους ἀναθημάτων τῶν ἐν τοῖς Γαδείροις ἀνακειμένων φείσασθαι. Id. 43, 39.

militarique arte] Haec Heinsii est emendatio, recepta a Wolfio. Vulg. *militari, qua re* v. *quare,* unde Lips. conjecit *militarique re,* quod omnes fere editores adoptarunt. More suo Suet. argumentum universum sequentis narrationis praemittit, et proxime agit de Caesaris eloquentia, inde a c. 57. de arte militari.

aut aequavit — aut excessit] *Quinctil.* 10, 1, 114. „C. Caesar si tantum foro vacasset, non alius ex nostris contra Ciceronem nominaretur; tanta in eo vis est, id acumen, ea concitatio, ut illum eodem animo dixisse, quo bellavit, appareat; exornat tamen haec omnia mira sermonis, cujus proprie studiosus fuit, elegantia." Idem *vim Caesaris* in dicendo laudat 10, 2, 25. et 12, 10, 11. Auctor dialogi de orator. 21. „Concedamus sane C. Caesari, ut propter magnitudinem cogitationum et occupationes rerum minus in eloquentia effecerit, quam divinum ejus ingenium postulabat." Ibid. Caesaris liber commemoratur pro Samnite, cui lentitudo ac tepor tribuitur. Ab eod. c. 25. Caesar *splendidior* dicitur. cf. *Plut.* Caes. 3. qui: Λέγεται δὲ καὶ φῦναι πρὸς λόγους πολιτικοὺς ὁ Καῖσαρ ἄριστα, καὶ διαπονῆσαι φιλοτιμότατα τὴν φύσιν, ὡς τὰ δευτερεῖα μὲν ἀδηρίτως ἔχειν, τὸ δὲ πρωτεῖον, ὅπως τῇ δυνάμει καὶ τοῖς ὅπλοις πρῶτος εἴη μᾶλλον, ἄλλοις ἀσχοληθεὶς ὑφεῖναι, πρὸς ὅπερ ἡ φύσις ὑφηγεῖτο· τῆς ἐν τῷ λέγειν δεινότητος ὑπὸ στρατειῶν καὶ πολιτείας, ᾗ κατεκτήσατο τὴν ἡγεμονίαν, οὐκ ἐξικόμενος, unde ipse dixisse fertur Anticatonem suum στρατιωτικοῦ λόγον ἀνδρός.

accusat. Dolabellae] v. c. 4. *Plut.* Caes. 4. ἐν Ῥώμῃ πολλὴ ἐπὶ τῷ λόγῳ περὶ τὰς συνηγορίας αὐτοῦ χάρις ἐξέλαμπε.

Cicero ad Brutum] c. 75. „Caesar rationem adhibens, con-

Caesar debeat cedere: aitque, *eum elegantem, splendidam quoque, atque etiam magnificam ac generosam quodammodo rationem dicendi tenere:* et ad Cornelium Nepotem de eodem ita scripsit: *Quid? oratorum quem huic antepones eorum, qui nihil aliud egerunt? Quis sententiis aut acutior, aut crebrior? Quis verbis aut ornatior, aut elegantior?* Genus eloquentiae duntaxat adolescens adhuc Strabonis Caesaris secutus videtur: cujus etiam ex oratione, quae inscribitur *Pro Sardis*, ad verbum nonnulla transtulit in Divinationem suam. Pronunciasse autem dicitur voce acuta, ardenti motu gestuque, non sine venustate. Orationes aliquas reliquit, inter quas temere quaedam feruntur. *Pro Q. Metello* non immerito Augustus existimat magis ab actua-

---

suetudinem vitiosam et corruptam pura et incorrupta consuetudine emendat. Itaque quum ad hanc elegantiam verborum Latinorum (quae, etiamsi orator non sis, et sis ingenuus civis Romanus, tamen necessaria est) adjungit illa oratoria ornamenta dicendi; tum videtur tanquam tabulas bene pictas collocare in bono lumine. Hanc quum habeat praecipuam laudem in communibus, non video, cui debeat cedere. Splendidam quandam minimeque veteratoriam rationem dicendi tenet, voce, motu, forma etiam magnifica et generosa quodammodo." Suetonius minus accurate, forsan ex memoria verba reddidit. Ceterum pro *aitque* Müller. in sched. Mss. suadet: *additque*, quod verissimum puto.

Strabonis Caesaris] qui *Cic.* Brut. 48. „orator non vehemens, sed festivissimus" dicitur. cf. *Vell.* 2, 9. Oratio ejus *pro Sardis* commemoratur ab eodem Off. 2, 14. et Divin. in Caecil. 19. v. Cl. Cicer. Pro *adolescens* n. l. alii *adolescentis*, parum commode, sive ad *Strabonis*, sive ad *eloquentiae* retuleris.

in Divinationem suam] quam habuit ante ipsam in Dolabellam actionem. Hunc autem pluribus orationibus a Caesare petitum esse, docent *Ascon. Pedian.* ad orat. pro M. Scauro et Gell. 4, 16. qui actionem ejus tertiam in Dolabellam laudat. Male inter fragmenta Caesaris (ed. Oberlin. p. 799.) liber ejus *de divinatione* refertur. Quid sit divinatio, e Ciceronis in Caecilium divinatione satis notum. v. *Gell.* 2, 4.

Pro Q. Metello] Trib. pl., de quo v. ad c. 16. Al. *ut pro Q. Metello, quam.* Nostrum ex optimis libris reddide-

riis exceptam, male subsequentibus verba dicentis, quam ab ipso editam. Nam in quibusdam exemplaribus invenio, ne inscriptam quidem *Pro Metello*, sed, *quam scripsit Metello*; quum ex persona Caesaris sermo sit, Metellum seque adversus communium obtrectatorum criminationes purgantis. *Apud milites* quoque *in Hispania*, idem Augustus [orationem esse] vix ipsius putat: quae tamen duplex fertur: una, quasi priore habita proelio; altera, posteriore; quo Asinius Pollio ne tempus quidem concionandi habuisse eum dicit, subita hostium incursione. [56] Reliquit et rerum suarum commentarios, Gallici civilisque belli Pompejani. Nam Alexandrini, Africique et Hispaniensis, incertus auctor est. Alii Op-

---

runt Oudend. et Wolf. Supple ex superioribus: *orationem.* Id vocabulum infra etiam post: *in Hispania idem Augustus* ejiciendum censent Gronov. Oudend. Wolf.

ab actuariis] i. e. ταχυγράφοις, qui notis excipere solebant publice dicta, s. *notariis*, de quibus *Martial.* 14, 208. „Currant verba licet, manus est velocior illis; nondum lingua suum, dextra peregit opus." *Plut.* Cat. min. 23. σημειογράφους, eosque primum a Cicerone ad excipiendam Catonis de conjuratis orationem, (de qua v. ad c. 14.) institutos, dicit. Plura de *actuariis* v. apud Lips. exc. ad *Tac.* A. 5, 4.

quum ex persona] Hunc locum plerique male ceperunt; Lipsius adeo legi voluit: *ex persona Metelli*, prorsus contra auctoris sententiam, quae ita se habet: Falsa illa est inscriptio: *quum scripsit Metello*. Ita enim Metellus in ea verba fecisset, auctore orationis Caesare, *quum* i. e. quum tamen ex persona Caesaris sermo sit i. e. quum Caesar ipse suo nomine in ea pro Metello loquatur. Verum vidit Oudend.

posteriore] v. de proelio Mundensi ad c. 36., de Asinio Pollione ad c. 30.

Nam Alexandrini — auctor est] v. quae Morus et Oberlin. ante singula haec bella monuerunt, et *Voss.* de histor. Lat. et *Dodwell.* dissertatione de auctore l. 8. de bello Gall., et Alex. Afric. atque Hispan. — Mox pro *suppleverit* Müller. in obs. c. legendum censet *supplevit*, quum ex sequ. *de eisdem commentariis Hirtius ita praedicat*, auctorem de Hirtio non dubitasse pateat. At h. l. scriptor in recensendis aliorum opinionibus adhuc versatur, suam in sequentibus prodit.

pium putant, alii Hirtium: qui etiam Gallici belli novissimum imperfectumque librum suppleverit. De commentariis Cicero in eodem Bruto sic refert: *Commentarios scripsit, valde quidem probandos: nudi sunt, recti et venusti, omni ornatu ortaionis, tanquam veste detracta: sed dum voluit, alios habere parata, unde sumerent, qui vellent scribere historiam, ineptis gratum fortasse fecit, qui illa volent calamistris inurere, sanos quidem homines a scribendo deterruit.* De iisdem commentariis Hirtius ita praedicat: *Adeo probantur omnium judicio, ut praerepta, non praebita, facultas scriptoribus videatur. Cujus tamen rei major nostra, quam reliquorum, est admiratio. Ceteri enim, quam bene atque emendate, nos etiam, quam facile atque celeriter eos perscripserit, scimus.* Pollio Asinius, parum diligenter, parumque integra veritate compositos, putat,

---

Bruto] Ita scribendum visum est Torrentio, Casaubono aliisque, et edidere Gronov., Burm., Oudend., pro *libro.* Codd. auctoritatem laudat Oudend. Ceterum locus extat Brut. 75. statim post supra excitatum.

detracta] Multi hic et in Cicer. contra libros edunt *detracto* ex vulgari syntaxeos regula. Sed rarius dicendi genus defendit Oudend. locis *Cornel.* Them. 7. „nam illorum urbem ut propugnaculum esse *oppositum* barbaris." *Liv.* 1, 21. „castra, non urbem, *positam* in medio." Plura exempla dant interpretes ad l. c., et grammatici ad figuram, quam *Zeugma* appellant. Postea pro *parata* al. *paratam.*

calamistris inurere] Ita infra Aug. 86. Maecenatis dicuntur *cincinni*, quos Auctor de Orator. 26. *calamistros* Maec. dicit i. e. verba comta, ad nitorem et decorem artificiose efformata.

Hirtius] in praefat. ad l. 8. de bello Gall. Ibi postea *perfecerit* pro *perscripserit.* De re *Plin.* 7, 25. „Animi vigore praestantissimum arbitror genitum C. Caesarem Dictatorem. Nec virtutem constantiamque nunc commemoro, nec sublimitatem omnium capacem, quae coelo continentur; sed proprium vigorem celeritatemque quodam igne volucrem. Scribere aut legere, simul dictare et audire solitum accepimus, epistolas vero tantarum rerum quaternas pariter librariis dictare, aut, si nihil aliud ageret, septenas."

Pollio Asin.—putat] Veritatem hujus judicii Pollionis de

quum Caesar pleraque et quae per alios erant gesta, temere crediderit, et quae per se, vel consulto, vel etiam memoria lapsus, perperam ediderit: existimatque, rescripturum et correcturum fuisse. Reliquit et *De Analogia* libros duos, et *Anticatones* totidem,

---

Caesaris commentariis examinat *Bayle* not. G. sub v. *César*, eorundem αὐθεντίαν not. S.

De Analogia] *Gell.* 1, 10. „atque id, quod a C. Caesare, excellentis ingenii ac prudentiae viro, in primo *de Analogia* libro scriptum est sequ." Id. 4, 16. „C. Caesar — in libris quoque *Analogicis* omnia istiusmodi (*ornatu*, *dominatu* aliosque dativos quartae declin.) sine *i* litera dicenda censet." 9, 14. „C. Caesar in libro *de Analogia* secundo *hujus die* et *hujus specie* dicendum putat." 19, 8. „C. Caesar ille, perpetuus Dictator — vir ingenii praecellentis, sermonis praeter alios suae aetatis castissimi, in libris, *quos ad M. Ciceronem de Analogia conscripsit* sequ." Laudantur iidem libri a *Cicer.* Brut. 72. *Quinctil.* Inst. 1, 7, 34. *Macrob.* Saturn. 1, 5. *Charisio* et *Prisciano* var. locis. Extitisse eos adhuc saec. XV. p. Chr. n., Mülleru Observ. p. 6. probat ex Aeneae Sylvii lib. de educatione liberorum (ep. 431.), ubi plura inde loca citantur, in script. ant. non obvia.

Anticatones] quos opposuit Ciceroni, qui laudem Catonis conscripserat. *Cic.* ad Att. 12, 40. „qualis futura sit Caesaris vituperatio contra laudationem meam, perspexi ex eo libro, quem Hirtius ad me misit, in quo colligit vitia Catonis, sed cum maximis laudibus meis." coll. 12, 41, 44, 45 et l. 13, 50. Topic. 25. *Tac.* Ann. 4, 34. *Quinctil.* 3, 7, 28. *Juvenal.* 6, 337. et Scholiast. ad h. l. *Gell.* 4, 16. „C. Caesar, gravis auctor linguae Latinae, in Anticatone sequ." *Plutarch.* Caes. 3. ἐν τῇ πρὸς Κικέρωνα περὶ Κάτωνος ἀντιγραφῇ, et c. 54. ἔγραψε Κικέρων ἐγκώμιον Κάτωνος, ὄνομα τῷ λόγῳ θέμενος Κάτωνα. καὶ πολλοῖς ὁ λόγος ἦν διὰ σπουδῆς, ὡς εἰκός, ὑπὸ τοῦ δεινοτάτου τῶν ῥητόρων εἰς τὴν καλλίστην πεποιημένος ὑπόθεσιν. τοῦτ' ἠνία Καίσαρα, κατηγορίαν αὑτοῦ νομίζοντα τὸν τοῦ τεθνηκότος δι' αὐτὸν ἔπαινον. ἔγραψεν οὖν πολλάς τινας κατὰ τοῦ Κάτωνος αἰτίας συναγαγών· τὸ δὲ βιβλίον Ἀντικάτων ἐπιγέγραπται. καὶ σπουδαστὰς ἔχει τῶν λόγων ἑκάτερος διὰ Καίσαρα καὶ Κάτωνα πολλούς. Id. Cat. min. 11, 36, 52. Cic. 39. *Appian.* Civ. 2, 99. *Dio* 43, 13., ex quibus locis recte videtur probasse Müller. l. c., legendum n. l. *Anticatonis*; nisi duo libri de Anticatone aeque dici potuerunt *Anticatones*, atque *Alaudae* dicti sunt milites legionis Alaudae.

ac praeterea poëma, quod inscribitur *Iter.* Quorum librorum primos in transitu Alpium, quum ex citeriore Gallia, conventibus peractis, ad exercitum rediret; sequentes sub tempus Mundensis proelii fecit; novissimum, dum ab Urbe in Hispaniam ulteriorem quarto et vicesimo die pervenit. Epistolae quoque ejus ad Senatum exstant, quas primus videtur ad paginas et formam memorialis libelli convertisse, quum antea Consules et duces nonnisi transversa charta scriptas mitterent. Exstant et ad Ciceronem, item ad

---

poëma] De reliquiis Caesaris poematibus, et nonnullorum fragmenta v. ed. Caesaris Oberlin. p. 801. sequ.

quarto et vicesimo die] Casaub. legendum censet *septimo et vic. die* ex *Strabon.* 3, 4. (ed. Siebenk. T. I. p. 429.) ubi: Φασὶ δ' οἱ συγγραφεῖς, ἐλθεῖν καὶ Καίσαρα ἐκ Ῥώμης ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν ἡμέραις εἰς τὴν Ὀβούλκωνα, καὶ τὸ στρατόπεδον τὸ ἐνταῦθα, ἡνίκα ἔμελλε συνάπτειν εἰς τὸν περὶ τὴν Μοῦνδαν πόλεμον. Consentit *Appian.* Civ. 2, 103. ὁ δὲ Καῖσαρ ἧκε μὲν ἀπὸ Ῥώμης ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν ἡμέραις, βαρυτάτῳ στρατῷ μακροτάτην ὁδὸν ἐπελθών. Res in eo versatur, quem itineris terminum accipias. Nihil igitur mutandum. *Dio* 43, 32. nonnisi: τοσούτῳ τῷ τῆς πορείας τάχει ἐχρήσατο, ὥστε καὶ τοῖς οἰκείοις ἅμα καὶ τοῖς ἐναντίοις ὀφθῆναι, πρὶν ἔτι καὶ ὅλως ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ γέγονεν ἀκουσθῆναι. Auctor B. Hisp. 2. „quum celeri festinatione ad bellum conficiendum in Hispaniam venisset" et postea: „ad quos celerius, quam ipsi opinati sunt, appropinquavit."

ad paginas] i. e. complicatas, ita ut plures fierent paginae, quales sunt librorum nostrorum, unde epistolae etiam *libelli* dictae sunt et *codicilli.* Tales antea fuerant *libri memoriales* s. *diaria,* privato usui destinata. Epistolae publicae scriptae fuerant *transversa charta,* quod recte Gujet. „du haut en bas du papier" Ern. *in forma patente* i. e. ut versus super omnem chartam transverse dirigantur, eaque postea convolvatur. Quam Casaub. et Bremius dant interpretationem, ut *ad paginas* sit *ad marginem,* ea huic l. non convenit. Nam de *totis* epistolis sermo est, quas profecto non scripsit ad marginem, non de aliqua epistolae parte, quae impleta pagina superesset. — Ceterum, quae restant Caesaris epistolae, et quicquid de iis traditum est, extant in Caesaris ed. Oberlin. p. 781. sequ. Laudat eas *Appian.* Civ. 2, 79. ubi v. Schweigh., moremque, per epistolas s. codicillos (Billets) in Urbe etiam cum amicis res communicandi, a Caesare inventum dicit *Plut.* Caes. 17.

familiares domesticis de rebus: in quibus si qua occultius perferenda erant, per notas scripsit, id est, sic structo literarum ordine, ut nullum verbum effici posset: quae si quis investigare et persequi velit, quartam elementorum literam, id est, *d* pro *a*, et perinde reliquas commutet. Feruntur et a puero et ab adolescentulo quaedam scripta: ut *Laudes Herculis*, Tragoedia *Oedipus*, item *Dicta collectanea*. Quos omnes libellos vetuit Augustus publicari, in epistola, quam brevem admodum ac simplicem ad Pompejum Macrum, cui ordinandas bibliothecas de-

---

per notas] *Gell.* 17, 9. „Libri sunt epistolarum C. Caesaris ad C. Oppium et Balbum Cornelium, qui res ejus absentis curabant. In his epistolis quibusdam in locis inveniuntur literae singulariae sine coagmentis syllabarum; quas tu putes positas incondite; nam verba ex his literis confici nulla possunt. Erat autem conventum inter eos clandestinum de commutando situ literarum; ut in scripto quidem alia aliae locum et nomen teneret, sed in legendo locus cuique suus et potestas restitueretur; quaenam vero litera pro qua scriberetur, ante iis, sicut dixi, complacebat, qui hanc scribendi latebram parabant. Est adeo Probi grammatici commentarius satis curiose factus de occulta literarum significatione epistolarum C. Caesaris scriptarum.“ *Dio* 40, 9. εἰώθει δέ, ὁπότε τι δι' ἀποῤῥήτων τινὶ ἐπέστελλε, τὸ τέταρτον ἀεὶ στοιχεῖον ἀντὶ τοῦ καθήκοντος ἀντεγγράφειν, ὅπως ἀνάγνωστα τοῖς πολλοῖς ᾖ τὰ γραφόμενα. Augusti simile commentum narrant Noster Aug. 88. et *Dio* 51, 3.

investigare et persequi velit] Illud est arcanum sensum indagando eruere, hoc ordine perlegere, quo sensu etiam dicitur *percurrere*, *transire*, Gr. παρακολουθεῖν, ἕπεσθαι, διέρχεσθαι. v. Casaub. Postea dedi *velit* cum Bipont. ex correctione Ernestii. Alii correxerunt *volet*. Si stat vulg. *vellet*, infra leg. *commutaret*. Eadem est sententia *Mülleri* in Observ. cit., qui idonea confusorum ita per epitomen scribendi temporum exempla affert p. 6.

Dicta collectanea] Haud dubie sunt ἀποφθέγματα illa, quorum volumina confecisse Caesarem, auctor *Cic.* ad Paetum (ad Div. 9, 16.). Ejusmodi collectiones haud repente conflunt; quam inceperat igitur adolescens, Caesar deinceps continuavit, novisque, quae notatu digna vel audivisset vel legisset, auxit. Ea est etiam sententia Burmanni.

Pompejum Macrum] Idemne sit, quem Praetorem comme-

legaverat, misit. [57] Armorum et equitandi peritissimus, laboris ultra fidem patiens erat: in agmine nonnunquam equo, saepius pedibus anteibat, capite detecto, seu sol, seu imber esset. Longissimas vias incredibili celeritate confecit, expeditus, meritoria rheda, centena passuum millia in singulos dies: si flu-

---

morat *Tac.* Ann. 1, 72., an nostri filius, dubitat *Glandorp.* Onomast. Rom. p. 694. Ad alteram tamen sententiam propendet. Idem ad nostrum datam existimat *Ovid.* Amor. 2. eleg. 18. V. Broukhus. ad *Tibull.* 2, 6. et Tzschuck. ad *Strabon.* 13, 2, 4. (Tom. V. p. 430.) et qui ab illis citantur.

Armorum et equitandi perit.] cf. *Plut.* Caes. 17. totum. De arte ejus equitandi ib. τὸ μὲν οὖν ἱππεύειν ἐκ παιδὸς ἦν αὐτῷ ῥάδιον· εἴθιστο γὰρ εἰς τοὐπίσω τὰς χεῖρας ἀπάγων, καὶ τῷ νώτῳ περιπλέκων, ἀνὰ κράτος ἐλαύνειν τὸν ἵππον. ἐν ἐκείνῃ δὲ τῇ στρατείᾳ (Gallica) προσεξήσκησεν ἱππαζόμενος τὰς ἐπιστολὰς ὑπαγορεύειν, καὶ δυσὶν ὁμοῦ γράφουσιν ἐξαρκεῖν, ὡς δ' Ὄππιός φησι, καὶ πλείοσι.

incredibili celeritate] *Cic.* ad Att. 8, 9. „sed hoc τέρας horribili vigilantia, celeritate, diligentia est." Id. pro Marcell. 2. — Plena sunt scripta Caesaris ipsius et reliquorum historicorum testimoniis de hac celeritate. Collegit ea diligenter *Bayle* Diction. crit. et hist. sub v. César.

expeditus] sine sarcinis s. impedimentis, nota significatione. Ern. tamen, quem sequitur Bremi, interpretatur: „ita vestitus, ut statim paratus esset, si vis hostilis ingrueret" Bremi: „gerüstet, mit allem versehen, was er zu dem jedesmahligen Zweck seiner Reise bedurfte. Wenn er gegen den Feind zog, war alles in einer solchen Ordnung, daſs er sich gerade mit ihm schlagen konnte" quam interpr. defendere ego haud reciperem. In ed. Hal. est: *expediens mer. rh. centena passuum millia*, aliqua auctoritate, an ex conjectura, nescio. Haud inepta tamen est lectio. *Expedire* saepius enim i. q. *perficere*, et *Liv.* 38, 2. „per invias atque ignotas rupes *iter fugae non expedientes*" quamquam ibi difficultatis alicujus vincendae inest notio.

meritoria rheda] *Plut.* Caes. 17. ἐκοιμᾶτο μέν γε τοὺς πλείστους ὕπνους ἐν ὀχήμασιν ἢ φορείοις, εἰς πρᾶξιν τὴν ἀνάπαυσιν κατατιθέμενος. ὠχεῖτο δὲ μεθ' ἡμέραν ἐπὶ τὰ φρούρια καὶ τὰς πόλεις καὶ τοὺς χάρακας, ἑνὸς αὐτῷ συγκαθημένου παιδός, τῶν ὑπογράφειν ἅμα διώκοντος εἰθισμένων, ἑνὸς δ' ἐξόπισθεν ἐφεστηκότος στρατιώτου, ξίφος ἔχοντος. συντόνως δ' ἤλαυνεν οὕτως, ὥστε τὴν πρώτην ἔξοδον ἀπὸ Ῥώμης ποιησάμενος, ὀγδοαῖος ἐπὶ τὸν Ῥοδανὸν ἐλθεῖν.

mina morarentur, nando trajiciens, vel innixus inflatis utribus, ut persaepe nuncios de se praevenerit. [58] In obeundis expeditionibus dubium, cautior an audentior. Exercitum neque per insidiosa itinera duxit unquam, nisi perspeculatus locorum situs; neque in Britanniam transvexit, nisi ante per se portus et navigationem et accessum ad insulam explorasset. At idem, obsessione castrorum in Germania nunciata, per stationes hostium Gallico habitu pene-

---

inflatis utribus] *Xen.* Anab. 3, 5, 10. *Liv.* 21, 27. „Hispani, sine ulla mole in utres vestimentis conjectis, ipsi cetris suppositis incubantes, flumen tranavere." *Curt.* 7, 5, 28. „utres quam plurimos stramentis refertos dividit; his incubantes transnavere amnem, quique primi transierant, in statione erant, dum trajicerent ceteri," ubi v. Freinshem. *Caes.* B. C. 1, 48. „quod consuetudo eorum omnium est, ut sine utribus ad exercitum non eant." v. Oberlin. ad h. l. et Casaub. ad n.

praevenerit] v. *Dion*. locus 43, 32. ad cap. superius excitatus. *Plut.* Caes. 26. ὅπου ἄγγελον, ἢ γραμματοφόρον διαδῦναι παρ' αὐτοῦ χρόνῳ πολλῷ ἦν ἄπιστον, ἐνταῦθα μετὰ πάσης ἑωρᾶτο τῆς στρατιᾶς.

per se] *Caes.* B. G. 4, 21. „Ad haec cognoscenda, prius quam periculum faceret, idoneum esse arbitratus C. Volusenum, cum navi longa praemittit." Sed hoc non impedit, quo minus et *per se* i. e. ipse (δι' ἑαυτοῦ) locum perspeculatus fuerit. Ex Caesaris silentio nondum Nostrum erroris arguerim. Al. correxere *persaepe* v. *per suos*, Ern. *nisi ante quam* sequ. Al. Imperatori tribui dicunt, quae per legatos administraverit. Sed ita auctor non diserte addidisset: *per se*.

in Germania] in Eburonibus. De eadem re supra auctor c. 25. „in Germanorum finibus." *Eutrop.* 6, 14. „in Germania" unde non corrigendum cum Ern. *in Gallia*. Solent enim scriptores finitimarum regionum nomina ut certis finibus non discretarum permutare. Hactenus recte omnia Oudend., qui tamen errat, pro *at idem* suadens *itidem*, quum de uno Caesare sermo sit. Nempe auctor ante exemplum dederat, ubi *cautius* egerat Caesar, nunc alia addit, ubi *audentius*. Bene igitur opponit: *at idem*. Ita Aug. 67. dicitur Aug. non minus severus, quam facilis et clemens. Post clementiae exempla pergit auctor ad severitatem voce *Idem* sequ. et *Cic.* ad Div. 15, 4, 32. „idem post injuriam acceptam" sequ. ubi diversam agendi rationem priori opponit.

travit ad suos. A Brundisio Dyrrhachium inter oppositas classes hieme transmisit. Cessantibusque copiis, quas subsequi jusserat, quum ad arcessendas frustra saepe misisset, novissime ipse clam noctu parvulum navigium solus obvoluto capite conscendit, neque aut, quis esset, ante detexit, aut gubernatorem cedere adversae tempestati passus est, quam paene obrutus fluctibus. [59] Ne religione quidem ulla a quoquam incepto absterritus unquam vel retardatus est. Quum immolanti aufugisset hostia, profe-

---

A Brundisio] Ita c. 4. *ab Rhodo*, ubi v. n. c. 35. *ab Alexandria*. De trajectione in Graeciam hieme facta v. ad c. 35.

Cessantibusque copiis] i. e. adventum differentibus. Ita *Terent.* Heautont. 1, 2, 1. „haudquaquam etiam *cessant*" ubi Calpurn. „id est, *nondum differunt adventum.*" *Plut.* Caes. 37. ἐπορεύοντο σχολαίως εἰς τὸ Βρεντήσιον, indignantes Caesari ob continuas expeditiones, cumque Brund. venissent, jam profectum eum acceperunt. Subduxit eas postea Antonius. *Plut.* 39. ἐκ τούτου κατέπλευσε μὲν Ἀντώνιος ἀπὸ Βρεντησίου τὰς δυνάμεις ἄγων.

novissime ipse — fluctibus] Rem a Caesare in commentariis praetermissam narrant *Flor.* 4, 2, 37. „positisque ad Oricum castris, quum pars exercitus ob inopiam navium cum Antonio relicta Brundisii moram faceret, adeo impatiens erat, ut ad arcessendos eos, ardente ventis mari, nocte concubia, speculatorio navigio, solus ire tentaverit. Extat ad trepidum tanto discrimine gubernatorem vox ipsius: Quid times? Caesarem vehis." *Valer. Max.* 9, 8, 2. *Lucan.* 5, 504—677. *Plut.* Caes. 38. ubi Caesar: Ἴθι, ἔφη, γενναῖε, τόλμα καὶ δέδιθι μηδέν· Καίσαρα φέρεις, καὶ τὴν Καίσαρος τύχην συμπλέουσαν. *Appian.* Civ. 2, 57. qui verba ejus ita refert: Θαῤῥῶν ἴθι πρὸς τὸν κλύδωνα, Καίσαρα φέρεις καὶ τὴν Καίσαρος τύχην, et *Dio* 41, 46. qui: ἐξέφηνεν ἑαυτόν, καθάπερ ἐκ τούτου καὶ τὸν χειμῶνα παύσων, καὶ ἔφη· Θάρσει· Καίσαρα γὰρ ἄγεις. τοσοῦτον μὲν δὴ φρόνημα καὶ τοιαύτην ἐλπίδα ἤτοι τηναλλως, ἢ καὶ ἐκ μαντείας τινός, εἶχεν· ὥστε καὶ παρὰ τὰ φαινόμενα πίστιν τῆς σωτηρίας ἐχέγγυον ποιεῖσθαι. οὐ μέντοι καὶ ἐπεραιώθη· ἀλλ' ὡς ἐπὶ πολὺ μάτην πονήσας ἀνέπλευσε.

aufugisset hostia] *Cic.* de Divinat. 24. „quid? ipse Caesar, quum a summo haruspice moneretur, ne in Africam ante brumam transmitteret, nonne transmisit? quod ni fecisset, uno in loco omnes adversariorum copiae convenissent." Profectionem eam suscepit A. U. 707. τοῦ χειμῶνος μεσοῦντος, *Dio* 42, 56. ubi

ctionem adversus Scipionem et Jubam non distulit. Prolapsus etiam in egressu navis, verso ad melius omine, *Teneo te*, inquit, *Africa*. Ad eludendas autem vaticinationes, quibus felix et invictum in ea provincia fataliter Scipionum nomen ferebatur, despectissimum quendam ex Corneliorum genere, cui

---

v. Fabric. — Alia spretae a Caesare religionis exempla laudabo ad c. 77.

Prolapsus — Africa] *Dio* 42, 58. ἐκβάντι δὲ αὐτῷ τῆς νεὼς συντυχία τοιάδε ἐγένετο, ὑφ' ἧς εἰ καί τι φοβερὸν ὑπὸ τοῦ δαιμονίου σφίσιν ἐσημαίνετο, ἀλλὰ καὶ αὐτό γε ἐκεῖνο ἐς ἀγαθὸν ἔτρεψεν. ἐπειδὴ γὰρ ἅμα τῷ τῆς γῆς ἐπιβῆναι προσέπταισε, καὶ αὐτὸν πεσόντα ἐπὶ στόμα οἱ στρατιῶται ἰδόντες ἠθύμησαν, καὶ δυσανασχετήσαντες ἐθορύβησαν· οὐ διηπορήθη, ἀλλ' ἐκτείνας τὴν χεῖρα, τήν τε γῆν, ὡς καὶ ἑκὼν δὴ πεσών, περιέλαβε καὶ κατεφίλησε· καὶ ἀναβοήσας εἶπεν· ἔχω σέ, Ἀφρική. Paullo aliter *Frontin.* 1, 12, 2. „C. Caesar, quum forte conscendens navem lapsus esset, Teneo te, terra mater, inquit. qua interpretatione effecit, ut repetiturus illas, a quibus proficiscebatur, terras videretur."

Ad elud. a. vatic.] *Plut.* Caes. 52. πυνθανόμενος δὲ χρησμῷ τινι παλαιῷ θαῤῥεῖν τοὺς πολεμίους, ὡς προσῆκον ἀεὶ τῷ Σκιπίωνος γένει κρατεῖν ἐν Λιβύῃ, χαλεπὸν εἰπεῖν, εἴτ' ἐκφλαυρίζων ἐν παιδιᾷ τινι τὸν Σκιπίωνα στρατηγοῦντα τῶν πολεμίων, εἴτε καὶ σπουδῇ τὸν οἰωνὸν οἰκειούμενος, (ἦν γὰρ παρ' αὐτῷ τις ἄνθρωπος, ἄλλως μὲν εὐκαταφρόνητος καὶ παρημελημένος, οἰκίας δὲ τῆς Ἀφρικανῶν, Σκιπίων δ' ἐκαλεῖτο Σαλλουτίων) τοῦτον ἐν ταῖς μάχαις προέταττεν, ὥσπερ ἡγεμόνα τῆς στρατιᾶς. cf. *Dio* 42, 57. qui h. l. philosophus non χρησμόν, ut Plut., sed ἄλογόν τινα πίστιν confirmasse dicit Caesaris hostes, μηδένα ἂν Σκιπίωνα ἐν τῇ Ἀφρικῇ κακῶς πρᾶξαι. Id. c. 58. προσπαρέλαβέ τινα ἔκ τε τοῦ γένους τοῦ τῶν Σκιπιώνων ὄντα, καὶ τὴν προσηγορίαν ταύτην φέροντα (ἐπεκαλεῖτο δὲ Σαλάττων). Plurima de hoc cognomine, sive *Salutio*, sive *Salvito* scribendum, vel corrigendum cum Lipsio in *Salacio* (a verbo *salax*, libidinosus) vel cum Gronov. in *Salaco* v. *Salpitto*, vel cum Is. Voss. in *Salicippius*, disputant viri docti ad h. l. et *Plin.* 7, 10. (ed. Franz.) et 35, 2. sine fructu. In priore enim loco Plinius: „Ejusdem familiae Scipioni post eum (Scipionem Serapionem) cognomen Salutio mimus dedit," unde patet, non nostro demum *ad opprobrium vitae* hoc cognomen venisse, sed uni ex ejus majoribus ob oris cum mimo Salutione similitudinem. cf. *Sigon.* de nominibus Roman. (Thes. Graev. T. II. p. 1982.)

ad opprobrium vitae Salutioni cognomen erat, in castris secum habuit. [60] Proelia non tantum destinato, sed ex occasione sumebat; ac saepe ab itinere statim, interdum spurcissimis tempestatibus, quum minime quis moturum speraret: nec nisi tempore extremo ad dimicandum cunctantior factus est; quo saepius vicisset, hoc minus experiendos casus, opinans, nihilque se tantum acquisiturum victoria, quantum auferre calamitas posset. Nullum unquam hostem fudit, quin castris quoque exueret: ita nullum spatium perterritis dabat. Ancipiti proelio equos dimittebat, et in primis suum, quo major permanendi necessitas imponeretur, auxilio fugae erepto. [61] Utebatur autem equo insigni, pedibus prope

---

sumebat] Tac. Ann. 2, 45. „Cherusci — *sumsere* bellum." 13, 34. „bellum acriter *sumitur*." Hist. 2, 42. „Othoniani, quamquam dispersi, pauciores, fessi, *proelium* tamen acriter *sumsere*." - *speraret*] Al. *putaret*. Promiscuum est. Calpurn. ad *Terent*. Heaut. 1, 1, 107. „*spero* pro *credo* usitatum est, sive de praesenti loquamur, sive de praeterito." Ita Gall. *esperer*.

cunctantior] Al. *cunctatior*. Ita *Tac*. Hist. 3, 4. pro *cunctator* al. *cunctatior*.

Nullum unquam — dabat] *Lucan*. 1, 143. sequ. Ita in proelio Pharsalico, ubi Pompejus animo dejectus: οὐκοῦν καὶ ἐπὶ τὴν παρεμβολήν; Pompej. 72. *Caes*. B. C. 3, 95. Ita etiam in bello Africano, *Plut*. Caes. 53. B. African. 85. cf. *Bayle* Diction. sub v. César.

equos dimittebat] *Caes*. B. G. 1, 25. ubi de pugna cum Helvetiis: „Caesar primum suo, deinde omnium ex conspectu remotis equis, ut aequato omnium periculo spem fugae tolleret, cohortatus suos, proelium commisit." Idem *Plut*. Caes. 18. ὡς ἵππος αὐτῷ προσήχθη· Τούτῳ μέν, ἔφη, νικήσας χρήσομαι πρὸς τὴν δίωξιν, νῦν δ' ἴωμεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους· καὶ πεζὸς ὁρμήσας ἐνέβαλε. Fecit idem in summo discrimine proelio Mundensi. *Flor*. 4, 2, 82. *Vell*. 2, 55. *Dio* 43, 37. *Polyaen*. 8, 23, 16. *Frontin*. 2, 8, 13.

equo insigni] Auctore *Dione* 37, 54. quo tempore primum consulatum petebat, ἵππος τις αὐτῷ διφυὰς ἐν ταῖς τῶν προσθίων ποδῶν ὁπλαῖς ἔχων ἐγεννήθη· καὶ ἐκεῖνον μὲν γαυρούμενος ἔφερεν, ἄλλον δὲ ἀναβάτην οὐδένα ἀνεδέχετο. *Plin*. 8, 42. (64.) „nec Caesaris Dictatoris quemquam alium recepisse dorso equum traditur, idemque humanis similes pedes priores habuisse, hac effigie

humanis, et in modum digitorum ungulis fissis: quem natum apud se, quum haruspices, imperium orbis terrae significare domino, pronunciassent, magna cura aluit; nec patientem sessoris alterius primus ascendit: cujus etiam instar pro aede Veneris Genetricis postea dedicavit. [62] Inclinatam aciem solus saepe restituit, obsistens fugientibus, retinensque singulos, et contortis faucibus convertens in hostem: et quidem adeo plerumque trepidos, ut aquilifer moranti se cu-

---

locatus ante Veneris Genetricis aedem." Ita etiam Alexandri celeber ille Bucephalus „neminem alium, quam Alexandrum, regio instratus ornatu, recepit in sedem," ut *Plin.* eod. l. — Ceterum deletum malim n. l. *et* ante *in modum* sequ., nisi est ἐξηγητικόν.

ascendit] Graev. praeferebat *escendit*, quod de re ardua, ad quam enitimur, dici, bene monet Oudend. Equum ascendere, equitandi peritissimo haud nimis arduum fuerit.

Ven. Genetricis] Edidi *Genetr.* pro *Genitr.* Burmannum secutus et Oudend., qui ad lapidum auctoritatem provocat. Aedem hanc Veneri *Genetrici* (ὡς καὶ ἀρχηγέτιδι τοῦ γένους αὐτοῦ οὔσῃ, ut *Dio* 43, 22.) vel *Victrici* voverat ante pugnam Pharsalicam. *Appian.* Civ. 2, 68. θυόμενός τε νυκτὸς μέσης, τὸν Ἄρη κατεκάλει, καὶ τὴν ἑαυτοῦ πρόγονον Ἀφροδίτην — νεών τε αὐτῇ νικηφόρῳ χαριστήριον ἐν Ῥώμῃ ποιήσειν εὔχετο κατορθώσας. et c. 102. ἀνέστησε καὶ τῇ γενετείρᾳ τὸν νεών, ὥσπερ εὔξατο μέλλων ἐν Φαρσάλῳ μαχεῖσθαι. v. supra ad c. 26. et Fabric. ad *Dion.* 43, 22.

contortis faucibus] *Plut.* Caes. 52., ubi de bello Africano, ἔστι δ' ὅτε καὶ καθ' ἑτέραν μάχην ἐπλεονέκτησαν οἱ πολέμιοι, συμπλοκῆς γενομένης, ἐν ᾗ Καῖσαρ τὸν ἀετοφόρον φεύγοντα λέγεται, κατασχὼν ἐκ τοῦ αὐχένος, ἀναστρέψαι, καὶ εἰπεῖν· Ἐνταῦθα εἰσὶν οἱ πολέμιοι. *Appian.* 95. αὐτὸς δὲ λέγεται παρὰ τὴν φυγήν, ἐγχρίμπτων ἅπασιν, ἐπιστρέφειν αὐτούς· καί τινα τῶν τὰ μέγιστα σημεῖα, τοὺς ἀετούς, φερόντων τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ περισπάσας, μετενεγκεῖν ἀπὸ τῆς φυγῆς ἐς τὸ πρόσθεν. *Valer. Max.* 3, 2, 19.

ut aquilifer] Factum id in proelio ad Dyrrhachium. *Plut.* Caes. 39. Καῖσαρ δ' ὑπαντιάζων ἐπειρᾶτο μὲν ἀναστρέφειν τοὺς φεύγοντας, ἐπέραινε δ' οὐδέν· ἀλλ' ἐπιλαμβανομένου τῶν σημείων ἀπεῤῥίπτουν οἱ κομίζοντες, ὥςτε δύο καὶ τριάκοντα λαβεῖν τοὺς πολεμίους, αὐτὸς δὲ παρὰ μικρὸν ἦλθεν ἀποθανεῖν. ἀνδρὶ γὰρ μεγάλῳ καὶ ῥωμαλέῳ, φεύγοντι παρ' αὐτόν, ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα, μένειν ἐκέλευσε, καὶ στρέφεσθαι πρὸς τοὺς πολεμίους. ὁ δὲ μεστὸς ὢν ταραχῆς παρὰ τὸ δεινόν, ἐπήρατο τὴν μάχαιραν, ὡς καθιξόμενος· φθάνει δ' ὁ τοῦ Καίσα-

spide sit comminatus; alius in manu detinentis reliquerit signum. [63] Non minora illa constantiae ejus, immo majora etiam, indicia fuerint. Post aciem Pharsalicam, quum, praemissis in Asiam copiis, per angustias Hellesponti vectoria navicula trajiceret, C. Cassium, partis adversae, cum decem rostratis

---

ρος ὑπασπιστὴς ἀποκόψας αὐτοῦ τὸν ὦμον. Magis ad Suetonii narrationem accedit *Appian.* 62. εἷς δὲ καὶ στρέψας τὸ σημεῖον ἀνέτεινε τὸν οὐρίαχον (i. e. cuspidem, στύρακα) ἐς τὸν αὐτοκράτορα· καὶ τόνδε μὲν οἱ Καίσαρος ὑπασπισταὶ κατέκοπτον. Ceterum haec loca ostendunt, ineptam esse aliorum lectionem: *aquilifero moranti se.* Pro *detinentis* mallem cum Burm. *retinentis.*

Non minora — fuerint] Totum comma ab aliena manu intrusum videtur Torrentio aliisque, nescio an bene. Non solet enim auctor, ubi de eadem re agit, orationem ita interrumpere. Sed potuit hic recedere a more vulgari. Talia igitur singulorum sensibus relinquenda. *Fuerint* (dürften, möchten seyn, ἂν εἶεν,) praestat omnino vulgari *fuerunt.* Postea pro *vectoria navicula* vulg. erat *victor navicula*, quod rejectum a plerisque reddidit Burm.

C. Cassium] vulg. *L. Cass.* Ita etiam est *Dion.* 42, 6. οὕτω δ' οὖν ἐν τύχῃ πάντα αὐτῷ προὐχώρει, ὥστε καὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἐν πορθμείῳ τινὶ (*vectoria navicula*) περαιούμενος, ἐνέτυχε μὲν τῷ τοῦ Πομπηΐου ναυτικῷ μετὰ τοῦ Κασσίου τοῦ Λουκίου πλέοντι· οὐ μόνον δὲ οὐδὲν δεινὸν ὑπ' αὐτῶν ἔπαθεν, ἀλλὰ καὶ προσκαταπλήξας σφᾶς προσεποιήσατο, ad quem locum Xylander censet scribendum Γαΐου aut certe Λογγίνου, et n. l. *Cajum* pro vulg. *Lucium*, quum tres omnino Cassii Longini hoc tempore essent. *Quintus*, qui Hispaniae a Caesare praefectus ibi periit; (*Caes.* B. C. 2, 21. B. Alex. 48 sequ. *Dio* 42, 15, 16.) *Lucius*, qui et ipse in partibus erat Caesaris ante proelium Pharsalicum, (*Caes.* B. C. 3, 34. sequ.) n. l. igitur intelligi nequit; *Cajus* denique, qui Crassi Quaestor fuerat in expeditione contra Parthos, (*Plut.* Crass. 18. 20.) Pompejanus postea praefectusque navibus Syriacis (*Caes.* B. C. 3, 5 et 101.). — Jam hunc *Cajum* n. l. intelligendum esse, probat et rerum gestarum ordo, et testimonium *Appian.* c. 87. Κάσσιος μὲν ἐς τὸν Πόντον ἔπλει πρὸς Φαρνάκην, ὡς ἀναστήσων αὐτὸν ἐπὶ Καίσαρα, et c. 88. τῇ τρίτῃ (post proelium Pharsal.) δ' ἐξήλαυνεν (Caesar) ἐπὶ τὴν ἕω κατὰ πύστιν τῆς Πομπηΐου φυγῆς, καὶ τὸν Ἑλλήσποντον, ἀπορίᾳ τριηρῶν, σκάφεσιν ἐπεραιοῦτο μικροῖς. Κάσσιος δὲ σὺν τῷ μέρει τῶν τριηρῶν ἐπιφαίνεται μεσοποροῦντι, πρὸς Φαρνάκην ἐπειγόμενος· καὶ δυνηθεὶς ἂν πολλαῖς τριήρεσι

navibus obvium sibi, neque refugit: et, cominus tendens, ultro ad deditionem hortatus, supplicem ad se recepit. [64] Alexandriae, circa oppugnationem pontis, eruptione hostium subita compulsus in scapham, pluribus eodem praecipitantibus, quum desiluisset in mare, nando per ducentos passus evasit ad proximam navem, elata laeva, ne libelli, quos

---

κατὰ σκαφῶν μικρῶν, ὑπὸ δέους τῆς Καίσαρος εὐτυχίας, περιπύστου δὴ καὶ ἐπιφόβου τότε οὔσης, ἐξεπλάγη· καὶ νομίσας οἱ τὸν Καίσαρα ἐπίτηδες ἐπιπλεῖν, τὰς χεῖρας ὤρεγεν ἐς αὐτὸν ἀπὸ τριηρῶν ἐς σκάφη, καὶ συγγνώμην ᾔτει, καὶ τὰς τριήρεις παρεδίδου, denique c. 111. ubi diserte Γάϊος Κάσσιος, ὁ τὰς τριήρεις κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον ἐγχειρίσας τῷ Καίσαρι. Itaque emendationem Xylandri probaverunt Leunclav. ad Dion., Casaub. aliique ad h. l. Schweighäuser. ad Appian. 2, 88., et ipse eam h. l. recepi, rei veritati obsecutus, quamquam, Suetonium per errorem *Lucium* dixisse, suspicor. In Dione enim sine dubio legendum τοῦ Λουκίου, non quod duos Lucios Cassios sumam cum Fabricio ad l. c. parum probabiliter, sed quod manifestus error scriptoris, qui Caji Cassii deditionem serius demum c. 13. narrat, librario tribui non potest. Si dicendum, quod sentio, Dionem a Suetonio deceptum credo, et hic etiam reliquendum *Lucium* cum omnibus libris. cf. tamen, quae continuator *Rollin.* hist. Rom. initio l. 45. de hoc Cassio monuit.

cum decem rostr. nav.] *Appian.* 88. ἑβδομήκοντα τριήρεις nominat. Idem hunc Cassium postea percussorem fuisse Caesaris dicit, ac fuere uterque, Cajus et Lucius Cassii.

ne libelli — madefierent] *Plut.* Caes. 49. ἐπιπλεόντων δὲ πολλαχόθεν αὐτῷ τῶν Αἰγυπτίων, ῥίψας ἑαυτὸν εἰς τὴν θάλασσαν, ἀπενήξατο μόλις καὶ χαλεπῶς. ὅτε καὶ λέγεται βιβλίδια κρατῶν πολλά, μὴ προέσθαι βαλλόμενος καὶ βαπτιζόμενος, ἀλλ᾽ ἀνέχων ὑπὲρ τῆς θαλάσσης τὰ βιβλίδια, τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ νήχεσθαι. *Dio* 42, 40. μηδὲν τῶν γραμμάτων βρέξας, ἃ πολλὰ ἐν τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ ἀνέχων ἐνήξατο. *Oros.* 6, 15. „per ducentos passus ad navem una manu elevata, qua chartas tenebat, natando pervenit." Sed *Voltaire*, gràvis auctor, rem in dubium vocat (Pirronisme de l'histoire ante vitam Carol. XII.) verbis: „ne croyez pas un mot de ce conte, que vous fait Plutarque. Croyez plutôt César, (Auctorem dicit Bell. Afric. 21.) qui n'en dit mot dans ses commentaires, et soyez bien sûr, que, quand on se jette dans la mer, et qu'on tient des papiers à la main, on les mouille." Τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτύρων;

tenebat, madefierent; paludamentum mordicus trahens, ne spolio potiretur hostis. [65] Militem neque a moribus, neque a fortuna probabat, sed tantum a viribus; tractabatque pari severitate atque indulgentia. Non enim ubique ac semper, sed quum hostis in proximo esset, coërcebat: tum maxime exactor gravissimus disciplinae, ut neque itineris, ne-

paludamentum — hostis] *Dio* l. c. narrat, Caesarem paludamentum purpureum, ne natantem deprimeret vel hostium jaculis exponeret, abjecisse atque ita nando evasisse: τὴν δὲ ἐσθῆτα αὐτοῦ (ita pergit) οἱ Αἰγύπτιοι λαβόντες, πρὸς τὸ τρόπαιον, ὃ ἔστησαν τῆς τροπῆς ταύτης, ἀνεκρέμασαν, ὡς καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον ᾑρηκότες. Consentit *Appian.* 90. ἔνθα καὶ Φεύγων ἐς τὴν θάλασσαν ἐξήλατο, καὶ ἐς πολὺ ἐν τῷ βυθῷ διενήξατο. Καὶ τὴν χλαμύδα αὐτοῦ λαβόντες οἱ Ἀλεξανδρεῖς περὶ τρόπαιον ἐκρέμασαν. *Flor.* 4, 2, 59. „inde depulsus in maria mira felicitate ad proximam classem enatavit, relicto quidem in fluctibus paludamento, seu fato, seu consilio, ut illud ingruentibus hostium telis saxisque peteretur." — Postea pro *potiretur* Cod. Memm. *poteretur*, ut Tiber. 37. *oreretur*, Claud. 13. *adoreretur*, quas formas probavit Ruhnken., auctore Wolfio ad h. l. cf. Drakenb. ad *Liv.* 7, 9. et Ernest. ad *Tac.* A. 11, 23. Sed quum idem codex alibi det *potiretur*, recte videtur Ernest. ad Tiber. 37. has formas ad librarios magis revocare, quam ad usum scriptoris, cujus nulla in libris est constantia. Idem valet de forma *desiliisset*, paullo superius in plerisque libris reperiunda, et mutata a Gronov. in *desiluisset*, ex nostri et optimi cujusque scriptoris usu.

neque a moribus, neque a fortuna prob.] Inepte al. *a majoribus*. Oppon. *exactor gravissimus disciplinae*, et illustratur res c. 67. Verba *a fortuna* Casaub. interpretatur *a censu*. Gr. πλουτίνδην δοκιμάζειν. Ita etiam Oudendorp. „*Fortuna* hic significat fortunas, censum et patrimonium, a quo legebatur miles", laudans *Cornel.* Chabr. 3. et *Phaedr.* 4, 4, 8. Sic sermo esset de dilectu militum, et *probare* opponeretur τῷ *rejicere, removere a militia*. Quid, si intelligas *fortunam bellicam*, ut militibus non sua ipsorum culpa, sed adversa fortuna superatis, id non succensuerit. v. c. 68. „ut consolandos eos magis Imp., quam puniendos habuerit." coll. *Caes.* B. C. 3, 73. Ita *Liv.* 42, 49. „ad magnum nobilemque aut *virtute* aut *fortuna* hostem" et postea: „utrius *mentis*, utrius *fortunae* Consulem ad bellum mittant." *Vires* ita non sunt corporis, sed animi, ῥώμη, ἀνδρεία, ut *Horat.* Carm. 4, 2, 22. „et *vires* animumque moresque aureos educit in astra" al.

que proelii tempus denunciaret, sed paratum et intentum momentis omnibus, quo vellet, subito educeret. Quod etiam sine causa plerumque faciebat, praecipue pluviis et festis diebus. Ac subinde, observandum se, admonens, repente interdiu vel nocte subtrahebat; augebatque iter, ut serius subsequentes defatigaret. [66] Fama vero hostilium copiarum perterritos non negando minuendove, sed insuper amplificando ementiendoque, confirmabat. Itaque quum exspectatio adventus Jubae terribilis es-

---

paratum et intentum] *Sall.* Jug. 46. „*intento* atque infesto exercitu" ubi Cort. *intentus* dicitur exercitus, qui animum in bellum, non ad omnia alia intendit. *Liv.* 24, 35. „quam poterat maxime *intentus* atque agmine ad omnes casus composito ibat."

observandum se] Nimirum jussit eos attendere ad se ipsum, observare, quid ipse ageret vel susciperet, ut repente profectum statim subsequerentur. *admonens* ἀοριστικῶς i. q. κελεύσας. *Subtrahebat* sc. *se*, proficiscebatur, ut ἀποστρέφειν, ὑποστρέφειν. Pro *defatigaret* Gronov. edidit e Cod. Memm. *defetigaret*, forma antiquiori. Sed quis nostra aetate librum ferret ex omnium linguae nostrae aevorum formis compositum? Assentior Burmanno, qui se foetoribus illis antiquitatis delectari negat.

non negando min.] ut Cyrus suadet apud *Xen*. Cyrop. 6, 3, 17. μηδὲν ἔλαττον τοῦ ἀληθοῦς, μηδὲ μεῖον τὰ τῶν πολεμίων. Κρεῖττον γὰρ, μείζω οἰηθέντας μείονα ἰδεῖν, ἢ μείω ἀκούσαντας μείζονα εὑρίσκειν. De Caesare autem idem narrat *Polyaen*. 8, 23, 19. Καῖσαρ εἰ τεθορυβημένους ἑώρα τοὺς στρατιώτας, ὡς προςδοκωμένης τοῖς πολεμίοις μείζονος δυνάμεως, οὐ μόνον ἔξαρνος οὐκ ἦν· ἀλλ' ἔτι καὶ πλέονα ὄγκον προςτιθεὶς, καὶ μεγαλύνων, ἐθάρσυνεν, ὡς πρὸς πλείονας χρὴ γενναιότερον ἀγωνίζεσθαι.

adventus Jubae] Sec. *Appian*. 96. adducebat ille πεζοὺς ἄλλους ἀμφὶ τρισμυρίους, καὶ ἱππέας Νομάδας ἐς δισμυρίους, καὶ ἀκοντιστὰς πολλούς, καὶ ἐλέφαντας ἑξήκοντα ἑτέρους, cum Scipio jam octo legiones praeter reliquas copias haberet. Bell. Afric. 1. „quum praesertim ab incolis ejus provinciae nunciarentur adversariorum copiae, equitatus infinitus, legiones regiae quatuor, levis armaturae magna vis, Scipionis legiones decem, elephanti centum et viginti, classesque esse complures." c. 19. dicuntur „regia auxilia, elephantes centum et viginti, equitatusque innumerabilis, deinde legiones conscriptae ex cujusquemodi genere amplius duodecim." et c. 48. ad Scipionem profe-

set, convocatis ad concionem militibus, *Scitote*, inquit, *paucissimis his diebus regem affuturum cum decem legionibus, equitum triginta, levis armaturae centum millibus, elephantis trecentis. Proinde desinant quidam, quaerere ultra aut opinari, mihique, qui compertum habeo, credant: aut quidem vetustissima nave impositos, quocunque vento, in quascunque terras, jubebo avehi.* [67] Delicta neque observabat omnia, neque pro modo exsequebatur: sed desertorum ac seditiosorum et inquisitor et

---

etus dicitur „cum tribus legionibus, equitibusque frenatis octingentis, Numidis sine frenis peditibusque levis armaturae grandi numero, elephantisque triginta." In quantum verus sit copiarum numerus n. l. vel in quantum auctus ab ipso Caesare, ego non definierim.

vetustissima nave] Casaub. maluit dativum. Sed verbi *imponere* constructionem cum ablat. asserit Oudend., quem v. ad h. l. et ad *Caes.* B. Civ. 3, 14. Bell. Afric. 54. Possis etiam *impositos* absolute dictum censere et jungere *vetust. nave avehi*. — Ceterum hoc poenae genus Casaub. illustrat plurimis exemplis, e quibus laudabo *Plin.* Panegyr. 34. „Congesti sunt in navigia raptim conquisita, ut tempestatibus dediti abirent, fugerentque vastatas delationibus terras, ac, si quem fluctus ac procellae scopulis reservassent, hinc nuda saxa et inhospitale litus incoleret, ageret duram et anxiam vitam, relictaque post tergum totius generis humani securitate moereret." *Heineccius* autem (Ant. Rom. I. tit. 16. §. 11.) n. l. non *deportationem* proprie sic dictam, inventam demum ab Augusto, suadente Livia, (Dion. 55, 18.) sed poenam quandam extraordinariam intelligendam esse, verissime docet.

observabat] non adjiciebat in ea animum, ea non curabat, neque puniebat (id enim est *exsequebatur*) pro magnitudine culpae et poenae iis constitutae (verhältnissmässig, à proportion).

seditiosorum] *Dio* 42, 55. Φιλανθρωπότατός τε γὰρ ὤν, καὶ πολλὰ κεχαρισμένα τοῖς τε ἄλλοις καὶ τοῖς στρατιώταις μάλιστα ποιῶν, δεινῶς τοὺς στασιάζοντας σφῶν ἐμίσει, καὶ ἰσχυρότατα αὐτοὺς ἐκόλαζε. Locum nostrum vertit fere *Polyaen.* 8, 23, 21. Καῖσαρ τὰ ἁμαρτήματα τῶν στρατιωτῶν οὐ πάντα παρεφύλασσεν (*observabat*)· ἀλλὰ οὐδὲ τοὺς ἁμαρτάνοντας κατὰ τὴν ἀξίαν ἐτιμωρεῖτο, (*pro modo exsequebatur*) τὴν συγγνώμην ἀνδρείας ποιητικὴν ἡγούμενος.

punitor acerrimus, connivebat in ceteris. Ac nonnunquam post magnam pugnam atque victoriam, remisso officiorum munere, licentiam omnem passim lasciviendi permittebat; jactare solitus, *milites suos etiam unguentatos bene pugnare posse:* nec *milites* eos pro concione, sed blandiori nomine *commilitones* appellabat; habebatque tam cultos, ut argento et auro politis armis ornaret, simul et ad speciem, et quo tenaciores eorum in proelio essent metu damni. Diligebat quoque usque adeo, ut, audita clade Tituriana, barbam capillumque summiserit, nec ante demserit, quam vindicasset. Quibus rebus et devotissimos sibi, et fortissimos reddidit. [68] Ingresso civile bellum Centuriones cujusque legionis singulos equites e viatico suo obtulerunt; universi milites gratuitam et sine frumento stipendioque operam, quum

---

εἰ μέντοι τις ἐστασίασεν, ἢ τὴν τάξιν ἔλειπεν, οὐκ ἂν τοῦτον ἀτιμώρητον παρῆκεν.

officiorum] castrensium, ut stationum, excubiarum. Opp. *passim* i. e. sine ordine lascivire.

commilitones] *Polyaen.* 8, 23. 22. Καῖσαρ τοὺς στρατιώτας ἐκάλει συστρατιώτας, τῷ ἰσοτίμῳ τοῦ ὀνόματος προθυμοτέρους ποιῶν ἐς τὰς μάχας.

tam cultos] *Polyaen.* l. c. §. 28. Καῖσαρ τοῖς στρατιώταις παρήγγειλεν, ὅπλα ἔχειν ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ πεποικιλμένα. μάλιστα μὲν κόσμου χάριν· οὐχ ἥκιστα δὲ, ὅπως καὶ οἱ στρατιῶται τὰ πολύτιμα περιμάχητα ἡγοῖντο.

diligebat — reddidit] *Polyaen.* §. 23. Καῖσαρ πυθόμενος ἐν Γαλατίᾳ κατακοπῆναι Φάλαγγας στρατιωτῶν, ὤμοσε μὴ πρότερον ἀποκείρασθαι, πρὶν ἐπεξελθὼν τιμωρῆσαι τοῖς ἀνῃρημένοις. τοῦτο πλείστην εὔνοιαν αὐτῷ παρὰ πάντων ἐπεσπάσατο. De clade Tituriana v. ad c. 25. Ceterum ad vitandum hiatum: *quoque usque adeo* Müller. in schedis Mss. suadet: *quoque eos adeo*. At scribenti ejusmodi κακόφωνα facile excidunt, et *usque adeo, ut* Suetonio nimis est familiare, quam ut mutare audeam.

e viatico suo] i. e. ex peculio, quod sibi in militia comparaverant. *Horat.* Ep. 2, 2, 26. „Luculli miles *collecta viatica multis Aerumnis*, lassus dum noctu stertit, ad assem Perdiderat." De stipendio et frumento militum Rom. v. ad c. 26. Post ante *universi* omisi *et* cum Oudend. Idem voc. ejiciendum post *gratuitam*, vel legendum *id est*, monet Müller. Observ. a. p. 8.

tenuiorum tutelam locupletiores in se contulissent. Neque in tam diuturno spatio quisquam omnino descivit: plerique capti concessam sibi sub conditione vitam, si militare adversus eum vellent, recusarunt. Famem et ceteras necessitates, non quum obsiderentur modo, sed et si alios ipsi obsiderent, tanto opere tolerabant, ut Dyrrhachina munitione Pompejus, viso genere panis ex herba, quo sustinebantur, *cum*

---

tenuiorum tutelam] i. e. pauperiorum sustentationem. Ita erat *tenuis et obaeratus* supra c. 46. *Tueri* autem ita Aug. 49. „ut — sumtus ad tuendos eos prosequendosque suppeteret." *Macrob.* Saturn. 2, 2. „interrogavit, quia sutorem sciebat, quo artificio se tueretur."

plerique capti — recusarunt] *Valer. M.* 3, 8. 7. „T. Pontius pro Caesaris partibus excubans, Scipionis praesidio interceptus, cum uno modo salus ab eo daretur, si se futurum Cn. Pompeji, generi ipsius, militem affirmasset, ita respondere non dubitavit: Tibi quidem, Scipio, gratias ago; sed mihi uti ista conditione vitae non est opus. Sine ullis imaginibus nobilem animum!"

panis ex herba] *Caes.* B. C. 3, 48. „Est etiam genus radicis inventum ab iis, qui fuerant cum Valerio, quod appellatur *chara*, quod admixtum lacte multum inopiam levabat. Id ad similitudinem panis efficiebant. Ejus erat magna copia. Ex hoc effectos panes, quum in colloquiis Pompejani famem nostris objectarent, vulgo in eos jaciebant, ut spem eorum minuerent." *Plin.* 19, 8. (41. ed. Franz.) „nec non olus quoque silvestre est trium foliorum, (al. *triumphorum*, quod pertineret ad sequens comma) Divi Julii carminibus praecipue jocisque militaribus celebratum; alternis quippe versibus exprobravere, *lapsana* se vixisse apud Dyrrhachium, praemiorum parsimoniam cavillantes; (in quo errat Plin.) est autem id *cyma silvestris*," ubi v. Harduin., uti ad Caes. l. c. Morus, et Oberlin. in mantissa observ. *Plut.* Caes. 39. ῥίζαν τινὰ κόπτοντες οἱ στρατιῶται καὶ γάλακτι φυρῶντες προσεφέροντο, καί ποτε καὶ διαπλάσαντες ἐξ αὐτῆς ἄρτους, καὶ ταῖς προφυλακαῖς τῶν πολεμίων ἐπιδραμόντες, ἔβαλλον εἴσω καὶ διεῤῥίπτουν, ἐπιλέγοντες, ὡς, ἄχρις ἂν ἡ γῆ τοιαύτας ἐκφέρῃ ῥίζας, οὐ παύσονται πολιορκοῦντες Πομπήϊον. ὁ μέντοι Πομπήϊος οὔτε τοὺς ἄρτους, οὔτε τοὺς λόγους εἴα τούτους ἐκφέρεσθαι πρὸς τὸ πλῆθος. ἠθύμουν γὰρ οἱ στρατιῶται, τὴν ἀγριότητα καὶ τὴν ἀπάθειαν τῶν πολεμίων, ὥσπερ θηρίων, ὀῤῥωδοῦντες. *Appian.* 61. τὴν πόαν ἠρτοποίουν. *Polyaen.* 8, 23, 24. Καῖσαρ ἐν λιμῷ τοῖς στρατιώταις ἄρτους διέδωκε, σκευάσας ἐκ βοτάνης κ. τ. λ.

feris sibi rem esse, dixerit, amoverique ocius, nec cuiquam ostendi jusserit, ne patientia et pertinacia hostis animi suorum frangerentur. Quanta fortitudine dimicarint, testimonio est, quod, adverso semel apud Dyrrhachium proelio, poenam in se ultro depoposcerunt: ut consolandos eos magis imperator, quam puniendos, habuerit. Ceteris proeliis innumeras adversariorum copias, multis partibus ipsi pauciores, facile superarunt. Denique una sextae legionis cohors, praeposita castello, quatuor Pompeji legiones per aliquot horas sustinuit, paene omnis confixa multitudine hostilium sagittarum, quarum centum ac triginta millia intra vallum reperta sunt. Nec mirum, si quis singulorum facta respiciat, vel Cassii Scaevae Centurionis, vel C. Acilii militis: ne de pluribus referam. Scaeva, excusso oculo, transfixus

---

consolandos] *Caes.* B. C. 3, 73. *Appian.* 63. *Polyaen.* I. c. §. 26.

centum ac triginta] *Caes.* B. C. 3, 53. „milia sagittarum circiter triginta, in castellum conjecta, Caesari renumeraverunt," quem locum alii ex Suetonio, alii Suetonium ex Caesare corrigendum censent, in quibus Oberlin. ad Caes., Ern. Oudendorp. et Wolf. ad h. l. Mihi Suetonii numerus probabilior videtur, quum is quatuor legionibus omnes pharetras contra oppugnatos exonerantibus magis congruat.

Scaeva] *Caes.* l. c. „scutoque ad eum relato Scaevae Centurionis, inventa sunt in eo foramina CXX," ubi vulg. CCXXX. Sed Cellar. et Oberlin. minorem numerum praetulerunt, hic probabiliorem sane, quam loco, de quo modo diximus. Ita etiam Duker. ad *Flor.* 4, 2, 41. qui: „quo tempore egregia virtus Scaevae centurionis emicuit, cujus in scuto centum atque viginti tela sedere", (al. CXXXX.). *Valer. M.* 3, 2, 23. „cujus capite, humero, femore saucio, et oculo eruto, scutum centum et viginti ictibus perfossum apparuit." Idem Scaeva *Plut.* Caes. 16. dicitur ἐν τῇ περὶ Δυῤῥάχιον μάχῃ τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκοπεὶς τοξεύματι, τὸν δ' ὦμον ὑσσῷ καὶ τὸν μηρὸν ἑτέρῳ διεληλαμένος, τῷ δὲ θυρεῷ βελῶν ἑκατὸν καὶ τριάκοντα πληγὰς ἀναδεδεγμένος κ. τ. λ. *Appian.* 60., postquam virtutem Scaevae narravit, per errorem addit: πολλὰ καὶ τοῦ Φρουράρχου Μινουκίου παθόντος, ᾧ γέ φασι τὴν μὲν ἀσπίδα ἑκατὸν καὶ εἴκοσιν ἀναδέξασθαι

femore et humero, centum et viginti ictibus scuto perforato, custodiam portae commissi castelli retinuit. Acilius navali ad Massiliam proelio, injecta in puppem hostium dextra, et abscisa, memorabile illud apud Graecos Cynaegiri exemplum imitatus, transsiluit in navem, umbone obvios agens. [69] Seditionem per decem annos Gallicis bellis nullam omnino moverunt, civilibus aliquas; sed ut celeriter ad officium redierint, nec tam indulgentia ducis, quam auctoritate. Non enim cessit unquam tumultuantibus, atque etiam obviam semper iit. Et nonam quidem legionem apud Placentiam, quamquam in armis

---

βάλη, τὸ δὲ σῶμα ἓξ τραύματα, καὶ τὸν ὀφθαλμὸν ὁμοίως ἐκκοπῆναι. cf. *Lucan.* 6, 140. sequ.

Acilius] v. *Valer. Max.* 3, 2, 22. „Acilius quum decimae legionis miles pro C. Caesaris partibus maritima pugna proeliaretur, abscisa dextra, quam Massiliensium navi injecerat, laeva puppim apprehendit, nec ante dimicare destitit, quam captam profundo mergeret.“ *Plut.* l. c. ubi plura ejusmodi exempla narrantur. De *Cynaegiro* v. *Herodot.* 6, 114. ibique Wesseling. et Valckenar.

umbone obvios agens] *Plut.* l. c. τῇ δ' ἀριστερᾷ τὸν θυρεὸν οὐκ ἀφῆκεν, ἀλλὰ τύπτων εἰς τὰ πρόσωπα τοὺς πολεμίους, ἀπέστρεψε πάντας, καὶ τοῦ σκάφους ἐπεκράτησε. Antea pro *transsiluit* in multis *transilivit*, ut *desiliisset* c. 64.

redierint] Al. *redirent*. Exempla illius usus collegi ad c. 6.

Non enim cessit] *Dio* 41, 26. οὐχ ὑπεῖξεν. Idem de Augusto 49, 13. ἀλλ' οὗτοι καὶ ὑπεῖξεν αὐτοῖς, νομίζων μηδὲν δεῖν τὸν ἄρχοντα παρὰ γνώμην ὑπὸ τῆς τῶν στρατιωτῶν βίας ποιεῖν, ὡς καὶ ἄλλο τι αὖθις σφῶν διὰ τοῦτο πλεονεκτῆσαι ἐθελησόντων.

apud Placentiam] Plura de hac seditione, quae accidit A. U. 705. post priorem ex Hispania reditum, devictis Afranio et Petrejo, silentio praetermissa a Caesare in commentariis, nisi exposita fuit in parte hujus libri deperdita, (v. ad c. 36.) dant *Dio* 41, 26 sequ. et *Appian.* Civ. 2, 47. Postea: „*quamquam adhuc esset in armis Pompejus*“ omnino intelligo: quamquam durante adhuc bello, ut opus esset hac legione, et inconsultius videretur, eam missam facere. Cel. Müller. Observ. p. 8 sequ. vel leg. censet *Domitius* pro: *Pompejus*, vel aliud quid, quod contineat laudem hujus legionis alias fortissimae (*Caes. B. C.* 1, 45. et l. 3, 67. 89.) ut: *quamquam adhuc in armis promta* v. *promtissima esset* v. *fuisset*.

adhuc esset Pompejus, totam cum ignominia missam fecit: aegreque, post multas et supplices preces, nec nisi exacta de sontibus poena, restituit. [70] Decumanos autem Romae, cum ingentibus minis, summoque etiam Urbis periculo, missionem et praemia flagitantes, ardente tunc in Africa bello, neque ad-

---

missam fecit] *Dio* 41, 35. ἐπεκλήρωσεν αὐτοὺς ἐπὶ θανάτῳ. καὶ τοὺς μὲν θρασυτάτους (οὗτοι γὰρ ἐκ παρασκευῆς ἔλαχον) ἐδίωξε, τοὺς δ' ἄλλους, ὡς οὐδὲν σφῶν δεόμενος, διῆκε· καὶ ἐκεῖνοι μέν, μετανοήσαντες ἐφ' οἷς ἔπραξαν, ἀναστρατεύσεσθαι ἔμελλον. Caesar apud *Appian.* l. c. χρήσομαι τῷ πατρίῳ νόμῳ, (ita corrigendum vitiosum Πετρείῳ νόμῳ monuerant Casaub. ad h. l. et interpr. ad Dion. l. c., et correxit Schweighäuser, quem v.) καὶ τοῦ ἐνάτου τέλους (ἐπειδὴ μάλιστα τῆν στάσεως κατῆρξε) τὸ δέκατον διακληρώσω θανεῖν. (De *decimatione*, poena militari apud Rom. satis usitata, v. *Rosin.* Ant. Rom. p. 749.) Θρήνου δὲ (ita pergit *Appian.*) ἀθρόως ἐξ ἅπαντος τοῦ τέλους γενομένου, οἱ μὲν ἄρχοντες αὐτοῦ προσπεσόντες ἱκέτευον· ὁ δὲ Καῖσαρ μόλις τε καὶ κατ' ὀλίγον ἐνδιδούς, ἐς τοσοῦτον ὅμως ὑφῆκεν, ὡς ἑκατὸν καὶ εἴκοσι μόνους (οἳ κατάρξαι μάλιστα ἐδόκουν) διακληρῶσαι, καὶ δυώδεκα αὐτῶν τοὺς λαχόντας ἀνελεῖν. cf. *Lucan.* 5, 237. sequ.

Decumanos] i. e. decimae legionis milites. Ita *quintadecumani Tac.* Ann. 1, 23. *unaetvicesimani quintanique* c. 31. 37. *quartadecumani* 37. al. *tertiadecumani* Hist. 2, 67. *secundani* B. Alex. 54. *unetvicesimani* Ib. c. 57. ubi al. corrupte *undevicesimani.* — Decumanos prae reliquis semper militibus Caesar distinxerat. *Caes.* B. Gall. 1, 40. coll. *Dion.* 38, 47. 48. *Frontin.* 1, 11, 3.

Romae — flagitantes] *Plut.* Caes. 51. *Dio* 42, 52. sequ. *Appian.* Civ. 2, 92. *Polyaen.* 8, 23, 15. *Frontin.* 1, 9, 4. coll. 4, 5, 2. Accidit haec seditio A. U. 707. ante bellum Africanum.

ardente tunc in Afr. bello] Praepos. *in* deletam mallent Burm., Oudend., Wolf., excitatis locis *Liv.* 28, 45. „*ardere bello Africam.*" *Flor.* 3, 5. „novis motibus *ardere Asiam*," aliisque, quibus addo *Sallust.* Hist. 1. fr. „*ardebat omnis Hispania citerior*," ubi v. Cort. p. 965. Sed *Cic.* pro Sull. 19. „quum *arderet* acerrime *conjuratio.*" Forsan *ardente* est pro *exardescente*, ut *Tac.* Hist. 2, 66. in nonnullis: „proelium atrox *arsisset*," in qua sententia mire me confirmavit *Müllerus*, Observ. p. 10. suadens: *exardente* v. *exardescente.* Idem vir doctissimus ad defendendam lectionem vulgatam attulit loca *Liv.* 9, 10. „*in civitate odium et ira ardet*" et 31, 11. ubi nonnulli legunt: *flagrante bello in Italia.* His accedit *Walther.* Obs. p. 11.

ire cunctatus est, quamquam deterrentibus amicis, neque dimittere: sed una voce, qua *Quirites* eos pro militibus appellarat, tam facile circumegit et flexit, ut ei, *milites esse*, confestim responderint, et quamvis recusantem ultro in Africam sint secuti: ac sic quoque seditiosissimum quemque et praedae et agri destinati tertia parte multavit. [71] Studium et fides erga clientes ne juveni quidem defuerunt. Masintham, nobilem juvenem, quum adversus Hiem-

---

neque adire] Sallustium Praetorem, auctore *Dione* l. c., paene interfecerant, qui quum Romam profugisset, ἐφείποντο αὐτῷ συχνοὶ μηδενὸς φειδόμενοι, καὶ ἄλλους τε τῶν ἐντυχόντων σφίσι, καὶ βουλευτὰς δύο ἔσφαξαν. Postea cum Caesare ipso agere postulantibus ἐπέτρεψε αὐτοῖς ἐς τὴν πόλιν ἄνευ τῶν ὅπλων, πλὴν τῶν ξιφῶν, ἐςελθεῖν, ibique obviam iis processit. *Appian.* 92. αὐτὸς δὲ, πάντων δεδιότων, καὶ παραινούντων αὐτῷ τὴν ὁρμὴν τοῦ στρατοῦ φυλάξασθαι, μάλα θρασέως αὐτοῖς ἔτι στασιάζουσιν ἐς τὸ Ἄρειον πεδίον ἐπῆλθεν οὐ προμηνύσας, καὶ ἐπὶ βήματος ὤφθη.

una voce — appellarat] *Appian.* l. c. 93. ἀφεθῆναι τῆς στρατείας ἀνεβόησαν· ἐλπίσαντες, στρατοῦ δεόμενον ἐς τοὺς ὑπολοίπους πολέμους αὐτῷ, ἐρεῖν τι καὶ περὶ τῶν δωρεῶν. Ὁ δὲ παρὰ τὴν ἁπάντων δόξαν, οὐδὲ μελλήσας, ἀπεκρίνατο· Ἀφίημι. et postea: Πολίτας ἀντὶ στρατιωτῶν προςεῖπεν· ὅπερ ἐστὶ σύμβολον ἀφειμένων τῆς στρατείας καὶ ἰδιωτευόντων. *Dio* c. 53. Κατεπλάγησαν ἔκ τε τῆς ἄλλης αὐτοῦ διανοίας, καὶ μάλιστα ὅτι Κυϊρίτας, ἀλλ' οὐ στρατιώτας, αὐτοὺς ὠνόμασε. cf. *Plutarch. Polyaen.* et *Frontin.* l. c. Eodem modo tumultuantes milites compescuit Alexander Severus. *Lamprid.* 53.

multavit] De hac poena nihil, imo diversa, *Appian.* et *Dio.* Pecuniam agrosque post bellum daturum se iis, teste utroque, Caesar promisit, unam legionem decimam dimisit. *Appian.* 94. τὸ δέκατον ὑπερήλγει τέλος, ἐς μόνον αὐτὸ τοῦ Καίσαρος ἀδιαλλάκτου φανέντος. καὶ σφᾶς αὐτὸν ἠξίουν διακληρῶσαί τε, καὶ τὸ μέρος θανάτῳ ζημιῶσαι. ὁ δὲ οὐδὲν αὐτοὺς ὑπερεθίζειν ἔτι δεόμενος ἀκριβῶς μετανοοῦντας, συνηλλάσσετο ἅπασι, καὶ εὐθὺς ἐπὶ τὸν ἐν Λιβύῃ πόλεμον ἐξῄει.

Masintham] Sequor Casaubonum, qui e regia stirpe ortum hunc putat; ab eo Hiempsalem (patrem Jubae, qui postea cum Caesare bellum gessit, *Dio* 41, 41.) *stipendia* s. tributa dari sibi voluisse; re ad Senatum relata, Masintham Romam venisse, Hiempsalem misisse filium Jubam; ibi post magnam contentionem vicisse Jubam, et Masintham pronunciatum *stipendiarium*

psalem regem tam enixe defendisset, ut Jubae, regis filio, in altercatione barbam invaserit, stipendiarium quoque pronunciatum et abstrahentibus statim eripuit, occultavitque apud se diu: et mox, ex praetura proficiscens in Hispaniam, inter officia prosequentium, fascesque lictorum, lectica sua avexit. [72] Amicos tanta semper facilitate indulgentiaque tractavit, ut C. Oppio, comitanti se per silvestre iter, correptoque subita valetudine, et deversoriolo, quod unum erat, [loco] cesserit, et ipse humi ac

---

i. e. qui certis temporibus Hiempsali *tributa* penderet, nec quicquam contra nitente Caesare. In reliquis scriptoribus de Masintha et hac re altum silentium.

abstrahentibus] vel in judicium, vel e judicio in custodiam. Ita *Cic.* ad Div. 7, 32. „trahantur per me pedibus omnes rei," ubi v. Cort.

inter officia pros.] Prosequi solebant, cum imperio, paludatum, comitantibus lictoribus, ex Urbe proficiscentem, multi, maxime ex amicis. *Liv.* 42, 49. ubi „contrahit enim (prosequentes) non officii modo cura, sed etiam studium spectaculi sequ." *Inter officia prosequentium* h. l. inter eos, qui officii causa prosequebantur, s. in turba prosequentium, ut recte interpretatur Heusinger. ad *Plin.* ep. 3, 12. *Lictores* Praetorem extra Urbem sex comitabantur. v. *Rosini* Ant. Rom. 7, 42. p. 533.

deversoriolo, quod unum erat, [*loco*] *cesserit*] Haec est Casauboni emendatio, recepta a Wolfio. Vulg. *et in diversorio loco, quod unum erat, cesserit,* durissima verborum conjunctione et vix commodum sensum efficiente. Burm. edidit Stephani correctionem: *in diversorio, quod unum erat, loco cesserit.* Oudend. cum Heinsio dedit: *deversoriolo eo, quod unum erat, cesserit.* Reliquas virorum doctorum emendationes v. apud Burm. et Oudend., quas si augere operae pretium esset, scriberem, mutata interpunctione: *deversorio, quod unum erat loco, cesserit,* vel, servata etiam praepositione, *in deversorio, loco quod unum erat, cesserit,* ubi praeter comma nihil in vulg. mutatur. Cel. Müller. Observ. p. 11. locum ita constituit: „*in deversorio loco, qui unus erat, cesserit.*" Voc. *locus* sensu intelligit latissimo, ut Hebr. מָקוֹם, Gr. τόπος, ut sit: quicquid continet ac servat aliquid, adeo pars etiam domus, conclave, cubiculum. Postea revocandam censet veterem lectionem: *accubuerit* ex signif. primaria, qua est *juxta cubare*, παρακεῖσθαι.

sub divo cubuerit. Jam autem rerum potens, quosdam etiam infimi generis ad amplissimos honores provexit. Quum ob id culparetur, professus est palam, *si grassatorum et sicariorum ope in tuenda sua dignitate usus esset, talibus quoque se parem gratiam relaturum.* [73] Simultates contra nullas tam graves excepit unquam, ut non occasione oblata libens deponeret. C. M mii, cujus asperrimis orationibus non minore acer ke rescripserat, etiam suffragator mox in petitione consulatus fuit. C. Calvo, post famosa epigrammata de reconciliatione per amicos agenti, ultro ac prior scripsit. Valerium Catullum, a quo sibi versiculis de Mamurra perpetua stigmata imposita non dissimulaverat, satisfacientem,

---

Ceterum rem *Plut.* Caes. 17. ita narrat: ἐν ὁδῷ δέ ποτε συνελασθεὶς ὑπὸ χειμῶνος εἰς ἔπαυλιν ἀνθρώπου πένητος, ὡς οὐδὲν εὗρε πλέον οἰκήματος ἑνός, γλίσχρως ἕνα δέξασθαι δυναμένου, πρὸς τοὺς φίλους αὐτῶν, ὡς τῶν μὲν ἐντίμων παραχωρητέον εἴη τοῖς κρατίστοις, τῶν δ' ἀναγκαίων τοῖς ἀσθενεστάτοις, Ὄππιον ἐκέλευσεν ἀναπαύσασθαι· μετὰ δὲ τῶν ἄλλων αὐτὸς ἐν τῷ προστεγίῳ τῆς θύρας ἐκάθευδεν.

excepit] i. e. cepit, suscepit. Oppon. enim *deponere*. *Curt.* 6, 10. „quid inimicitiarum creditis excepturum fuisse, si insontes laesissem." v. Oudend. ad h. l. Cort. ad *Cic.* ad Div. 10, 7. — Pro *nullas* vulg. *nullos*, ut *contra* praepositionis vim teneat.

C. Memmii] De hoc v. c. 23. de Licinio Calvo c. 49.

Val. Catullum] Carmen est in Catullianis 27. „Quis hoc potest videre, quis potest pati — Mamurram habere, quod comata Gallia Habebat, et cuncta ultima Britannia? sequ." *Mamurram* amaverat Caesar ingentibusque impensis cumulerat, quam insanam libidinem et luxuriam mordet poeta. Mamurrae divitias commemorat etiam *Cic.* ad Att. 7, 7. cf. *Plin.* 36, 7. „Hic namque est Mamurra, Catulli Veronensis carminibus proscissus sequ."

satisfacientem] i. e. se excusantem, deprecantem. Tiber. 27. Claud. 38. *Frontin.* 1, 9, 4. „exauctoratos poenitentia coegit *satisfacere* Imperatori." Id. 4, 5, 2. de eadem re: „eosdem, quos exauctoraverat, *ignominiam deprecantes* restituit." *Flor.* 4, 12, 45. „barbarus — Caesari *satisfecit*." v. ind. Flor. *Tac.* Ann. 13, 44. „tum, ut adsolet in amore et ira, jurgia, preces, exprobratio, *satisfactio*." Satisfactionis formulam v. *Terent.* Adelph. 2, 1, 8.

eadem die adhibuit coenae, hospitioque patris ejus, sicut consuerat, uti perseveravit. [74] Sed et in ulciscendo natura lenissimus. Piratas, a quibus captus est, quum in deditionem redegisset, quoniam, suffixurum se cruci, ante juraverat, jugulari prius jussit, deinde suffigi. Cornelio Phagitae, cujus quondam nocturnas insidias aeger ac latens, ne perduceretur ad Sullam, vix praemio dato evaserat, nunquam nocere sustinuit. Philemonem, a manu servum, qui necem suam per venenum inimicis pro-

---

hospitioque — perseveravit] i. e. hospitium ei non renunciavit, quod fiebat formula: „hospitio tuo non utor." Ita Ernesti interpretatur. Scaliger ad Euseb. Chron. no. 1960. erroris Suetonium arguit, suffragante Casaub., nempe, quum scriptum sit epigramma post Caesaris triumphos, isque brevi post Hispanicum, de cujus praeda sermo, caesus fuerit, non potuisse eum uti patris Catulli hospitio, qui domum in regione Transpadana haberet. Id Voss. ad Catull. l. c. et Coter. ad h. l. ita diluunt, ut epigramma illud ante bellum civile scriptum, Ponticam, quae ibi commemoratur, praedam, rapinas ex Asiatica expeditione et Bithynico Nicomedis contubernio correptas, Hiberam manubias et spolia ab Hispanis Lusitanisque post Praeturam capta esse dicant. His tamen non convenit magnitudo praedarum, quam Catullus in versiculis carpit, eaque excusatio scriptoris est, non interpretatio. Praeferenda igitur ratio Ernestii.

Piratas — suffigi] v. c. 4. *Vell.* 2, 43. „omnes, quos ceperat, suffixit cruci." *Plut.* Caes. 2. προαγαγὼν τοὺς λῃστὰς ἅπαντας ἀνεσταύρωσεν. Unus Fenestella apud Diomed. l. 1. p. 361. *decollavisse* Caesarem piratas dicit, quod *Wesseling.* Observ. 1, 20. non *securi percussisse* esse ostendit, sed *decepisse, fefellisse.* Equidem fraudem illam a Fenestella dictam puto, qua piratas a Caesare deceptos narrat *Polyaen.* 8, 23, 1. — De phrasi: *in deditionem redigere*, cui h. l. etiam Ern. substituit *in ditionem*, v. ad c. 34.

Cornelio Phag.] v. c. 1. — *aeger*, morbo quartanae aggravante, ut c. 1. Alii *aegre*, sine dubio per errorem.

a manu servum] i. e. amanuensem. Torrent. et alii damnant additum *servum*, Casaub. defendit loco *Cic.* de Orat. 3, 60. „quem *servum* ille sibi habuit *ad manum.*" Major est auctoritas inscriptionum, ad quam provocat Oudend., ubi saepe *servus a rationibus*, *servus ab epistolis* al.

miserat, non gravius, quam simplici morte, puniit. In P. Clodium, Pompejae uxoris suae adulterum, atque eadem de causa pollutarum cerimoniarum reum, testis citatus, negavit, se quicquam comperisse; quamvis et mater Aurelia, et soror Julia, apud eosdem judices omnia ex fide retulissent: interrogatusque, cur igitur repudiasset uxorem, *Quoniam*, inquit, *meos tam suspicione, quam crimine, judico carere oportere.* [75] Moderationem vero clementiamque, quum in administratione, tum in victoria belli civilis, admirabilem exhibuit. Denunciante

---

simplici morte] Servi enim sub furca caesi in crucem agi solebant. *Veneficium* autem jam legibus XII tabularum ad parricidium erat relatum; in quibus ita: „qui malum carmen incantassit, malum venenum faxit duitve, parricida esto." v. *Liv.* epit. 48. Legem Corneliam de veneficiis commemorat *Cic.* pro Cluent. 56., cujus capita v. apud *Sigon.* de judiciis 2, 31. p. 666.

in P. Clodium] v. ad c. 6. et quos auctores ibi excitavi.

mater Aurelia] *Plut.* Caes. 9. ἡ μήτηρ τοῦ Καίσαρος, Αὐρηλία, γυνὴ σώφρων, quae maxime impuris Clodii conatibus antea obstiterat, postea, quum muliebri veste sacras cerimonias invasisset, foedum hominem detexerat. *Plut.* 10.

interrogatusque] *Plut.* l. c. ὁ δὲ Καῖσαρ ἀπεπέμψατο μὲν εὐθὺς τὴν Πομπηΐαν· μάρτυς δὲ πρὸς τὴν δίκην κληθείς, οὐδὲν ἔφη τῶν λεγομένων κατὰ τοῦ Κλωδίου γιγνώσκειν. ὡς δέ, τοῦ λόγου παραδόξου φανέντος, ὁ κατήγορος ἠρώτησε· Πῶς οὖν ἀπεπέμψω τὴν γυναῖκα; Ὅτι, ἔφη, τὴν ἐμὴν ἠξίουν μηδ' ὑπονοηθῆναι. Id. Cicer. 29. ὁ μέντοι Καῖσαρ οὐ κατεμαρτύρησε κληθεὶς ἐπὶ τὸν Κλώδιον, οὐδ' ἔφη μοιχείαν κατεγνωκέναι τῆς γυναικός· ἀφεικέναι δ' αὐτὴν, ὅτι τὸν Καίσαρος ἔδει γάμον οὐ πράξεως αἰσχρᾶς μόνον, ἀλλὰ καὶ φήμης καθαρὸν εἶναι. cf. *Dio* 37, 45.

Moderationem] v. *Caes.* ep. ad Opp. (ad Att. 9, 8.)

quum] Recepi pro *tum* cum Burm. et Oudend., quem vide.

Denunciante] *Caes.* B. C. 1, 33. „Pompejus discedens ab Urbe in Senatu dixerat, eodem se habiturum loco, qui Romae remansissent, et qui in castris Caesaris fuissent." *Plut.* Pomp. 61. *Appian.* 37. *Dio* 41, 6. προαπῆρε (Pompejus) — προειπών, ὅτι τὸν ὑπομείναντα ἔν τε τῷ ἴσῳ καὶ ἐν τῷ ὁμοίῳ τοῖς τὰ ἐναντία σφίσι πράττουσιν ἕξοι. Nostrum autem more suo reddidit *Polyaen.* 8, 23, 27. Καῖσαρ Πομπηΐου κηρύξαντος ἔχθραν καὶ τοῖς μηδετέρῳ

Pompejo, pro hostibus se habiturum, qui Reipublicae defuissent; ipse, medios et neutrius partis suorum sibi numero futuros, pronunciavit. Quibus autem ex commendatione Pompeji ordines dederat, potestatem transeundi ad eum omnibus fecit. Motis apud Ilerdam deditionis conditionibus, quum, assiduo inter utrasque partes usu atque commercio, Afranius ac Petrejus deprehensos intra castra Iulianos subita poenitentia interfecissent, admissam in se perfidiam non sustinuit imitari. Acie Pharsalica proclamavit, *ut civibus parceretur:* deincepsque nemini non suorum, quem vellet, unum partis adversae servare, conces-

---

προστιθεμένοις, ἀντεκήρυξε, καὶ Φίλους ἡγήσεσθαι κατ' ἴσον τοῖς ἑαυτῷ συμμαχήσασιν.

medios] quos Graeci dicunt ἐκ τοῦ *μέσου καθῆσθαι* vel ἕζεσθαι, *Herodot.* 3, 83. l. 4, 118. l. 8, 72. 73. vel ἐκ *μέσου ἀμφοῖν ἵστασθαι*, ut *Dio* 41, 9. vel *μεσεύειν καὶ ἐφεδρεύειν τοῖς πράγμασιν*, id. 41, 46. Noster infra etiam Ner. 2. „Consultante Cn. Pompejo de *mediis et neutram partem sequentibus*, (Cn. Domitius) solus censuit, hostium numero habendos."

quibus — ordines dederat] i. e. centurias s. quos centuriones fecerat. Ita *Caes.* B. G. 6, 40. „centuriones, quorum nonnulli *ex inferioribus ordinibus* reliquarum legionum virtutis causa *in superiores* erant *ordines* hujus legionis transducti." B. C. 1, 3. „multi undique ex veteribus Pompeji exercitibus spe *praemiorum atque ordinum* evocantur." c. 77. „Centuriones in *ampliores ordines*" (sc. constituit e sequ. restituit) et 3, 53. „quem Caesar — *ab octavis ordinibus ad primum pilum* se transducere pronunciavit."

Motis apud Ilerdam d. c.] in Hispania, quum bellum gereret contra Afranium et Petrejum. Auctor perfidiae maxime Petrejus. v. *Caes.* B. C. 1, 75. 76. 77. *Polyaen.* l. c. §. 28.

Acie Phars. proclamavit] *Appian.* 80. Κήρυκας ἐς τὰς τάξεις πανταχοῦ περιέπεμπεν, οἳ τοῖς νικῶσιν ἐκέλευον ἀψαυστεῖν τῶν ὁμοεθνῶν, ἐπὶ δὲ τοὺς συμμάχους μόνους χωρεῖν. *Polyaen.* §. 29. Θεασάμενος τοὺς ἰδίους στρατιώτας ἀμέτρως τῇ νίκῃ χρωμένους, ἀνέκραγε Φείδεσθαι τῶν πολεμίων (an πολιτῶν e nostro, quod video placere etiam Freinshemio ad *Flor.* 4, 2, 50.). Locus *Vellej.* 2, 52., ubi de eadem re sermo, mutilus est. *Flor.* 4, 2, 50. „Voces quoque obequitantis exceptae, altera cruenta, sed docta, et ad victoriam efficax: Miles, faciem feri; altera ad jactationem composita: Parce civibus, quum ipse sequeretur."

sit: nec ulli perisse nisi in proelio reperiuntur, exceptis duntaxat Afranio et Fausto et L. Caesare juvene; ac ne hos quidem voluntate ipsius interemtos putant:

---

nec ulli perisse] *Vellej.* 2, 52. „nihil illa victoria mirabilius, magnificentius, clarius fuit; quando neminem nisi acie consumtum civem patria desideravit." Laudibus extollit hanc Caesaris clementiam *Cic.* pro M. Marcello 3. cf. pro Ligar. 6 „quis non eam victoriam probet, in quâ occiderit nemo, nisi armatus?" pro Dejotaro 12. cf. *Dio* 41, 62. (ubi v. Fabric.) 43, 50, et ita Antonius apud eundem 44, 46. οὔτε γὰρ ἀπέθανεν, οὔτε ἔφυγεν, ἀλλ' οὐδ' ἠτιμώθη τοπαράπαν ἐξ ἐκείνων τῶν πραγμάτων οὐδείς· οὐχ ὅτι οὐ δικαιότατα ἂν πολλοὶ ἐκολάσθησαν, ἀλλ' ὅτι τοὺς μὲν πολεμίους ἀφειδῶς ἀπολλύναι, τοὺς δὲ δὴ πολίτας σώζειν, κἂν φαῦλοί τινες ὦσιν, ἡγεῖτο δεῖν.

Afranio et Fausto] B. Afric. 95. „Paucis post diebus, dissensione in exercitu orta, Faustus et Afranius interficiuntur; Pompejae cum Fausti liberis Caesar incolumitatem suaque omnia concessit." Contra *Flor.* 4, 2, 90. „Reliqua pax incruenta, pensatumque clementia bellum. Nemo *caesus imperio* praeter Afranium; satis ignoverat semel; et Faustum Sullam; didicerat generos timere; filiumque Pompeji cum parvulis (ita leg. cum Perizon. pro *patruelibus*) ex Sulla; hic posteris cavebatur." *Eutrop.* 6, 18. „Faustus, (Sullae quondam Dictatoris filius) Pompeji gener, a Caesare interfectus est." *Oros.* 6, 16. „Caesar Pompeji M. nepotes filiamque Pompejam, simulque cum his Faustum Sullam et Afranium et Petrejum filium jussit occidi." *Dio* 43, 12. Ἀφράνιος δὲ καὶ Φαῦστος ἑκόντες μὲν οὐκ ἦλθον πρὸς αὐτόν· καὶ γὰρ εὖ ᾔδεσαν ἀπολούμενοι· φυγόντες δὲ ἐς Μαυριτανίαν, συνελήφθησαν ὑπὸ τοῦ Σιττίου. καὶ ἐκείνους μὲν ἀκρίτους ὁ Καῖσαρ, ὡς καὶ αἰχμαλώτους, ἀπέσφαξε. cf. *Appian.* 100. *Plut.* 53. qui plures a Caesare interemtos esse dicunt.

L. Caesare] Filius is erat L. Caesaris, legati C. Caesaris. B. G. 7, 65. Noster commemoratur B. C. 1, 8. *Dion.* 41, 5. — Jam, quod ad sortem ejus post bellum civile, diversa dant auctores. Auctor B. Afric. 89. „Cui (Caesari) in itinere fit obvius L. Caesar et subito se ad genua projecit, vitamque sibi, neque amplius quidquam, deprecatur; cui Caesar facile et pro sua natura et pro instituto concessit." Sed *Dio* 43, 12. τὸν δὲ δὴ Καίσαρα τὸν Λούκιον, καίπερ ἐν γένει οἱ ὄντα καὶ ἐθελούσιον ἱκετεύσαντα, ὅμως ἐπειδὴ διαπαντὸς αὐτῷ προςεπεπολεμήκει, τὸ μὲν πρῶτον ἀποδικῆσαι ἐκέλευσεν, ὥστε ἐν δίκῃ τινὶ καταψηφίσθαι αὐτοῦ δόξαι· ἔπειτα δὲ ὀκνήσας αὐτὸν τῇ ἑαυτοῦ φωνῇ θανατῶσαι, τότε μὲν ἀνεβάλετο, ὕστερον δὲ καὶ κρύφα ἀπέκτεινε. Consentit *Cic.* ad Div. 9, 7. ubi v. Cort. Haud satis accurate de eo agit *Glandorp.* Onomast. p. 424.

quorum tamen et priores post impetratam veniam rebellaverant; et Caesar, libertis servisque ejus ferro et igni crudelem in modum enectis, bestias quoque ad munus populi comparatas contrucidaverat. Denique tempore extremo etiam, quibus nondum ignoverat, cunctis in Italiam redire permisit, magistratusque et imperia capere. Sed et statuas L. Sullae atque Pompeji, a plebe disjectas, reposuit. Ac, si qua posthac aut cogitarentur gravius adversus se, aut dicerentur, inhibere maluit, quam vindicare. Itaque et detectas conjurationes conventusque nocturnos non ultra arguit, quam ut edicto ostenderet, esse sibi notas; et acerbe loquentibus satis habuit pro concione denunciare, ne perseverarent; Aulique Caecinae criminosissimo libro, et Pitholai carmini-

---

Denique tempore — capere] *Plut.* Caes. 57. καὶ γὰρ ἀφῆκε πολλοὺς τῶν πεπολεμηκότων πρὸς αὐτόν, ἐνίοις δὲ καὶ τιμὰς καὶ ἀρχάς, ὡς Βρούτῳ καὶ Κασσίῳ, προσέθηκεν. *Dio* 43, 50.

statuas] Eversae hae fuerant, cum primum victoriam Caesaris apud Pharsalum Romae accepissent, auctore *Dion.* 42, 18. τὰς μὲν εἰκόνας τοῦ τε Πομπηΐου καὶ τοῦ Σύλλου τὰς ἐπὶ τῷ βήματι ἑστώσας ἀνεῖλον, ἄλλο δὲ οὐδὲν τότε ἔπραξαν. Restitutas eas a Caesare narrat Id. 43, 49. *Plut.* Caes. 57. et Cicer. 40. qui Ciceronis dictum servavit, ὅτι ταύτῃ τῇ φιλανθρωπίᾳ Καῖσαρ τοὺς μὲν Πομπηΐου ἵστησι, τοὺς δ' αὑτοῦ πήγνυσιν ἀνδριάντας. *Polyaen.* 8, 23, 31.

cogitarentur] Puto, hoc ad adversas de Caesare sententias privatim prolatas pertinere, contra *dicerentur* ad orationes, carmina aliasque, quibus animi sententiam prae se ferre quis poterat, occasiones publicas, quod patet e sequ., ubi *conjurationes et conventus noct.* commemorantur, habiti a gravius adversus Caesarem cogitantibus, et *acerbe loquentes.* Eo sensu *opinari* supra c. 66. v. Casaub. ad Aug. 51.

notas] Al. *nota.* Illud multis exemplis defendunt Burm. et Oudend., e quibus reddam Suetoniana. Aug. 66. Tiber. 49. Calig. 13. Ner. 29. quamquam huc minus pertinent, ubi pluribus nominibus neutrum subjungitur, solenniori usu, ut Aug. 66. cf. Oudend. ad Caes. B. G. 2, 7. B. Afr. 26. et quos ad h. l. laudavit, Cort. ad *Sall.* Catil. 11. „corpus animumque *virilem* effeminat." et ad *Cic.* ad Div. 5, 21.

Auli Caecinae] Volaterrani, pro quo Cicero orationem

bus maledicentissimis laceratam existimationem suam, civili animo tulit. [76] Praegravant tamen cetera facta dictaque ejus, ut et abusus dominatione, et jure caesus existimetur. Non enim honores modo nimios recepit, ut continuum consulatum, perpetuam

---

habuit. Hunc saltem intelligit Burm. cum aliis. v. *Ern.* Cl. Cicer., qui incertum se profitetur. *Glandorp.* Onomast. p. 175. De libro isto criminosissimo agunt epistolae Cic. ad Div. 6, 5. 6, 7, 8.

Pitholai] Apposite Torrent. excitat locum Macrob. 2, 2. „M. Otacilius Pitholaus, cum Caninius Rebilus uno tantum die Consul fuisset (v. ad c. 76.), dixit: Ante Flamines, nunc Consules *Diales* fiunt.“ v. *Glandorp.* p. 649. *Bentl.* ad Horat. Sat. 1, 10, 21. qui Pitholeontem ibi commemoratum eundem autumat.

civili animo] i. e. leniter. Tac. Ann. 4. 21. „quae in praesens Tiberius *civiliter* habuit.“ et 2, 34. „Tiberius hactenus indulgere matri *civile* ratus.“ Eutrop. 7, 5. „civilissime vixit.“ v. Casaub. ad Aug. 51. et ind. n.

honores — perpetuam dictaturam] De honoribus Caesari tributis v. *Plut.* Caes. 57. *Appian.* 106. *Dio* 42, 20. et 43, 14. — Consulatum primum Caesar gesserat A. U. 695. cum Bibulo (v. c. 20.), alterum cum Servilio Isaurico A. U. 706. (v. c. 35.) Post victoriam Pharsalicam, auctore *Dione* 42, 20. ὕπατος ἔτη πέντε ἐφεξῆς γενέσθαι, καὶ δικτάτωρ οὐκ ἐς ἑξάμηνον, ἀλλ' ἐς ἐνιαυτὸν ὅλον λεχθῆναι ἔλαβε· τήν τε ἐξουσίαν τῶν δημάρχων διὰ βίου, ὡς εἰπεῖν, προσέθετο. Tertium consul. ingressus est A. U. 708. cum Lepido (Dio 43, 1.), quo anno, teste *Dion.* 43, 45., ὕπατον αὐτὸν ἐπὶ δέκα ἔτη προεχειρίσαντο, quem *continuum* consulatum i. e. qui per plures annos continuaretur, Sueton. dicit distinguens a *perpetua* dictatura. *Appian.* autem, postquam c. 106. narravit: ἀνεῤῥήθη δὲ καὶ — ὕπατος ἐς δέκα ἔτη, addit c. 107. τὰς δὲ ἄλλας τιμάς, χωρὶς τῆς δεκαετοῦς ὑπατείας, προσέμενος, ὑπάτους ἐς τὸ μέλλον ἀπέφηνεν αὑτόν τε καὶ Ἀντώνιον, τὸν ἵππαρχον ἑαυτοῦ. Plura v. apud *Pighium* Annal. T. III. p. 457. — *Dictator primum* factus fuerat post reditum ex Hispania, devictis Afranio et Petrejo (v. ad c. 35.). *Secunda* dictatura delata ei est anno sequenti post victoriam Pharsalicam, *Dio* 42. 21., ubi Magistrum equitum assumsit M. Antonium. *In decem annos* eam accepit A. U. 708. auctore *Dione* 43, 14. καὶ δικτάτωρα ἐς δέκα ἐφεξῆς (ἔτη) εἵλοντο, tandem *perpetuam* 44. 8. καὶ δικτάτωρ διὰ βίου μετὰ ταῦτα ἀποδειχθεὶς ἠνέσχετο. cf. 46, 17. *Plut.* Caes. 57. δικτάτωρα αὐτὸν ἀπέδειξαν διὰ βίου. τοῦτο δ' ἦν ὁμολογουμένη μὲν τυραννίς, τῷ ἀνυπευθύνῳ τῆς μοναρχίας τὸ ἀκατά-

dictaturam, praefecturamque morum, insuper praenomen Imperatoris, cognomen Patris patriae, statuam inter reges, suggestum in orchestra; sed et am-

---

παυστον προςλαβούσης. *Flor.* 4. 2, 91. „ad hoc Pater ipse patriae *perpetuusque Dictator.*"

praefecturam morum] *Dio* 43, 14. τῶν τε τρόπων τῶν ἑκάστου ἐπιστάτην (οὕτω γάρ πως ὠνομάσθη, ὥςπερ οὐκ ἀξίας αὐτοῦ τῆς τοῦ τιμητοῦ προςρήσεως οὔσης) ἐς τρία αὐτὸν ἔτη (εἵλοντο). Idem 44. 5. καὶ αὐτὸν μὲν τιμητὴν καὶ μόνον καὶ διὰ βίου εἶναι — ἐψηφίσαντο. Ita *Cic.* ad Div. 9. 15. „quamdiu hic erit noster hic *praefectus moribus.*" Ceterum quod Casaub. non ob causam a Dione relatam, sed per speciem potius modestiae Censoris nomen declinasse Caesarem dicit, coll. Aug. 27., id jure negat Fabric. ad *Dion.* 43. 14. Profecto non nimis modestus erat, qui ceteros honores, de quibus Sueton., receperat.

praenomen Imperatoris] Quod nomen antea duces ob res bello bene gestas a militibus accipere soliti fuerant, Caesar etiam prius eo sensu gesserat, et sequentes Caesares ob victorias vel ipsi sumserunt, (quomodo Augustus in lapide: *Imperator vicies appellatur*), vel in duces contulerunt, (v. Lips. ad *Tac.* Ann. 3, 74.) sed ita, ut nomini semper subjiceretur, id ab hoc tempore summum imperium ac regnum notare coepit, praenominis loco usurpatum. *Dio* 43. 44. τό τε τοῦ αὐτοκράτορος ὄνομα, οὐ κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἔτι μόνον, ὥςπερ ἄλλοι τε καὶ ἐκεῖνος ὡς πολλάκις ἐκ τῶν πολέμων ἐπεκλήθησαν, οὐδ᾽ ὡς οἱ τινὰ αὐτοτελῆ ἡγεμονίαν ἢ καὶ ἄλλην τινὰ ἐξουσίαν λαβόντες ὠνομάζοντο, ἀλλὰ καθάπαξ τοῦτο δὴ, τὸ καὶ νῦν τοῖς τὸ κράτος ἔχουσι διδόμενον, ἐκείνῳ τότε πρώτῳ τε καὶ πρῶτον, ὥςπερ τι κύριον, προςέθεσαν. Postea addit: ὅθεν περ καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς μετὰ ταῦτα αὐτοκράτορας ἡ ἐπίκλησις αὕτη (ita lego cum Leunol. pro τῇ ἐπικλήσει αὐτῇ), ὥςπερ τις ἰδία τῆς ἀρχῆς αὐτῶν οὖσα, καθάπερ καὶ ἡ τοῦ Καίσαρος, ἀφίκετο. cf. Id. 52, 41. et 53, 17. Casaub. ad h. l.

cogn. Patris patriae] quod Cicero antea tulerat post disjectam conjurationem Catilinariam. *Appian.* Civ. 2, 7. ubi plura de hoc nomine dicit. Caesari tributum illud referunt *Dio* 44. 4. *Appian.* Civ. 2, 106. *Flor.* 4, 2, 91. Epitomator *Liv.* 116. In nummis etiam legitur *Caesar Parens patriae.* v. Fabric. ad Dion. l. c.

statuam inter reges] *Dio* 43. 45. καὶ τότε μὲν ἀνδριάντα αὐτοῦ ἐλεφάντινον, ὕστερον δὲ καὶ ἅρμα ὅλον, ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις μετὰ τῶν θείων ἀγαλμάτων πέμπεσθαι ἔγνωσαν. ἄλλην τέ τινα εἰκόνα ἐς τὸν τοῦ Κυρίνου ναὸν θεῷ ἀνικήτῳ ἐπιγράψαντες, καὶ ἄλλην ἐς τὸ Καπιτώλιον παρὰ τοὺς βασιλεύσαντάς ποτε ἐν τῇ Ῥώμῃ

pliora etiam humano fastigio decerni sibi passus est: sedem auream in Curia et pro tribunali, tensam et ferculum Circensi pompa, templa, aras, simulacra juxta Deos, pulvinar, Flaminem, Lu-

---

ἀνέθεσαν. Talis constituta etiam fuerat Bruto, primo Consuli. *Dio* ibid. *Plut.* Brut. 1.

suggestum in orchestra] ubi sedes erant Senatorum, (v. c. 39.) datae iis à P. Cornelio Scipione majore, Consule A. U. 569. v. *Liv.* 34, 54. *Suggestus* ille Imperatorum (de quo conferendus etiam *Plin.* Panegyr. 51.) dicitur *cubiculum* Neron. 12. *papilio*, (unde Gall. *pavillon*,) à *Lamprid.* in Alex. Sev. 51. 61. et *Spartian.* in Pesc. Nigr. 11. Plura v. apud *Bulengar.* de Circo Rom. c. 34. (Thes. Graev. Tom. VIIII. p. 666.)

sedem auream] *Dio* 44, 6. δίφρος τέ οἱ ἐπίχρυσος, καὶ στολὴ (ita corrigunt vulg. στήλη Ruben. de re vestiaria 1, 21., Graev. et Ern. ad h. l.), ᾗ ποτε οἱ βασιλεῖς ἐκέχρηντο, φρουρά τε ἐκ τῶν ἱππέων καὶ ἐκ τῶν βουλευτῶν ἐδόθη.

tensam et ferculum] quibus in pompa Circensi, cujus descriptionem vide apud *Dionys.* 7, 72., Deorum simulacra transvehebantur. *Tensa* Glossar. ἅρμα θεῶν. Diomed. *deorum vehiculum.* Dicitur auctore Ascon. *a tensis loris.* v. *Scheffer.* de re vehicul. 2, 24. — De Caesare idem narrat *Dio* 44, 6. ἔς τε τὰ θέατρα τόν τε δίφρον αὐτοῦ τὸν ἐπίχρυσον, καὶ τὸν στέφανον τὸν διάλιθον καὶ διάχρυσον, ἐξ ἴσου τοῖς τῶν θεῶν, ἐσκομίζεσθαι, κἀν ταῖς ἱπποδρομίαις ὄχον (ita Casaub. pro ὄχλον) ἐσάγεσθαι ἐψηφίσαντο.

templa] *Dio* 44, 6. καὶ τέλος Δία τε αὐτὸν ἄντικρυς Ἰούλιον προςηγόρευσαν, καὶ ναὸν αὐτῷ τῇ τ' ἐπιεικείᾳ αὐτοῦ (inserendum enim puto τε cum Reimaro) τεμενισθῆναι ἔγνωσαν, ἱερέα σφίσι τὸν Ἀντώνιον, ὥςπερ τινὰ διάλιον, προχειρισάμενοι. *Appian.* 106. καὶ νεὼς ἐψηφίσαντο πολλοὺς αὐτῷ γενέσθαι καθάπερ θεῷ, καὶ κοινὸν αὐτοῦ καὶ Ἐπιεικείας, ἀλλήλους δεξιουμένων.

simulacra juxta Deos] *Dio* 43, 14. ἅρμα τέ τι αὐτοῦ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ ἀντιπρόςωπον τῷ Διὶ ἱδρυθῆναι, καὶ ἐπὶ εἰκόνα αὐτὸν τῆς οἰκουμένης χαλκοῦν ἐπιβιβασθῆναι, γραφὴν ἔχοντα, ὅτι Ἡμίθεός ἐστι, sc. ἐκέλευσαν, et 44, 4. τά τε γενέθλια αὐτοῦ δημοσίᾳ θύειν ἐψηφίσαντο, καὶ ἐν ταῖς πόλεσι, τοῖς τε ναοῖς τοῖς ἐν τῇ Ῥώμῃ πᾶσιν, ἀνδριάντα τινὰ αὐτοῦ εἶναι ἐκέλευσαν. *Flor.* 4, 2, 91. „circa templa imagines; in theatro distincta radiis corona."

pulvinar] Pr. erat lectus, in quo simulacrum alicujus Dei accumbebat, qui divinus honos nunc Caesari etiam datus.

Flaminem] v. locum Dionis modo cit. Fuerant Flamines antea Dialis, Martialis, Quirinalis. *Cic.* Phil. 2, 43. „Quem is

percos, appellationem mensis e suo nomine. Ac nullos non honores ad libidinem cepit, et dedit. Tertium et quartum consulatum titulo tenus gessit, contentus dictaturae potestate, decretae cum consulatibus simul: atque utroque anno binos Consules substituit sibi in ter-

---

majorem honorem consecutus erat, quam ut haberet pulvinar, simulacrum, fastigium (de quo v. ad c. 81.), Flaminem? Est ergo Flamen, ut Jovi, ut Marti, ut Quirino, sic Divo Julio M. Antonius?"

Lupercos] Duae antea fuerant *Lupercorum*, i. e. sacerdotum Panis, sodalitates, nempe *Fabianorum* et *Quintilianorum*, de quibus Festus. Tertia addita *Lupercorum Iulianorum*. *Dio* 44. 6. κὰν τούτου καὶ πενταετηρίδα οἱ ὡς ἥρωϊ, ἱεροποιούς τε ἐς τὰς τοῦ Πανὸς γυμνοπαιδίας, τρίτην τινὰ ἑταιρίαν, ἣν Ἰουλίαν ὠνόμασαν. (sc. ἐνόμισαν). v. ibi Fabric.

appell. mensis] *Dio* 44, 5. novam Curiam Iuliam dictam esse refert, ὥςπερ που καὶ τόν τε μῆνα, ἐν ᾧ ἐγεγέννητο, Ἰούλιον, καὶ τῶν Φυλῶν μίαν, τὴν κλήρῳ λαχοῦσαν, Ἰουλίαν ἐπεκάλεσαν. Confirmasse id Augustum, idem auctor 45, 7. cf. *Plut.* Num. 19. *Appian.* Civ. 2, 106. ἔς τε τιμὴν τῆς γενέσεως αὐτοῦ τὸν Κυϊντίλιον μῆνα Ἰούλιον ἀντὶ Κυϊντιλίου μετωνόμασαν εἶναι. Id. Civ. 5, 97. *Flor.* 4, 2, 91. *Macrob.* Saturn. 1, 12. „(Quintilis) postea in honorem Iulii Caesaris Dictatoris, legem ferente M. Antonio M. filio Consule, Iulius appellatus est; quod hoc mense a. d. IIII. Idus Quintiles Iulius procreatus sit." Alios auctores laudat Fabric. ad *Dion.* 44, 5.

nullos non honores] Al. *non nullos*, quod probat Wolf., et sane est verius, quamquam illud etiam stare potest, modo ne verbum presseris, et *cepit* ad superiora, ubi omnes fere magistratus enumerantur, *dedit* ad sequentia retuleris, quomodo sensit etiam *Müllerus* in sched. Mas. Ceterum, quod ad rem attinet, M. Antonium ita Magistrum equ. fecit Caesar, μηδὲ ἐστρατηγηκότα (*Dio* 42, 21.), et Dolabellam Consulem, neque ipsum Praetura functum (Id. 42, 33.), M. Lepidum triumpho ornavit μήτε τινὰς νικήσαντα, μήτ' ἀρχὴν μαχεσάμενόν τισιν, eundemque Consulem et Mag. equ. fecit. (43. 1.) De licentia Caesaris in capiendis dandisque honoribus prolixius agit 43. 46 sequ.

utroque anno] v. quae *Pighius* disputat de h. l. in Annal. Tom. III. p. 457. *Dio*, ubi de *secunda* Dictatura A. U. 707. agit, id refert 42, 55. ταῦτα ἐν ἐκείνῳ τῷ ἔτει, ἐν ᾧ δικτάτωρ μὲν ὄντως αὐτὸς τὸ δεύτερον ἦρξεν, ὕπατοι δὲ ἐπ' ἐξόδῳ αὐτοῦ ἀποδειχθέντες, ὅ τε Καλῆνος καὶ ὁ Οὐατίνιος (Q. Fufius Calenus et P. Vatinius)

nos novissimos menses; ita ut medio tempore comitia nulla habuerit, praeter Tribunorum et Aedilium plebis; Praefectosque pro Praetoribus constituerit, qui praesente se res urbanas administrarent. Pridie au-

---

ἐλέγοντο εἶναι, ἐποίησε. (v. *Macrob.* 2, 3. *Pighius* Tom. III. p. 448. sequ.) et ubi de *quarta*, conjuncta cum quarto consulatu, 43, 46. τὴν δ' οὖν ἀρχὴν τὴν ὕπατον παραχρῆμα μέν, καὶ πρὶν ἐς τὴν πόλιν ἐσελθεῖν, ἀνέλαβεν· οὐ μέντοι καὶ διὰ τέλους ἔσχεν, ἀλλ' ἐν τῇ Ῥώμῃ γενόμενος, ἀπεῖπέ τε αὐτήν, καὶ τῷ Φαβίῳ τῷ Κυΐντῳ, τῷ τε Τρεβονίῳ τῷ Γαΐῳ ἐνεχείρισε. καὶ ἐπειδή γε ὁ Φάβιος τῇ τελευταίᾳ τῆς ὑπατείας ἡμέρᾳ ἀπέθανεν, εὐθὺς ἀντ' αὐτοῦ ἕτερον πρὸς τὰς περιλοίπους ὥρας Γάϊον Κανίνιον ἀνθείλετο. v. c. 80. *Cic.* ad Div. 7, 30. *Macrob.* l. c. *Plin.* 7, 53. (54. ed. Franz.) *Tac.* Hist. 3, 37. *Plut.* Caes. 58.

Praefectosque] De *Praefectis Urbi* s. *feriarum Latinarum* i. e. fer. Lat. causa creatis, ut absentium Consulum vices gererent, v. *Tac.* Ann. 6, 11. et interpr. ad h. l., de magistratu novo, hoc nomine inde a Caesaris tempore creari solito, *Rosin.* Ant. Rom. 7, 14. p. 504. *Dio* 43, 28. οὕτω δὴ καὶ αὐτὸς ἐξεστράτευσεν, τὴν πόλιν τῷ Λεπίδῳ καὶ πολιανόμοις τισὶν ὀκτώ, ὥς τισι δοκεῖ, ἢ ἕξ, ὡς μᾶλλον πεπίστευται, ἐπιτρέψας. Loquitur ibi de expeditione Hispanica. Auctore eodem 43, 48. ἐπὶ τῆς διοικήσεως δύο τῶν πολιανομούντων, ἐπειδὴ ταμίας οὐδεὶς προκεχειροτόνητο, ἐγένοντο, i. e. aerarium administrabant. Erant adeo hi Praef. U. pro Praetoribus, Quaestoribus, omnique magistratu curuli, absente in Hispania Caesare, sive, ut *Dio* ibid., οἱ πολιανόμοι πάντα τὰ ἐν τῷ ἄστει πράγματα μετὰ τοῦ Λεπίδου ἱππαρχοῦντος ἔσχον.

praesente se] *Dio* 43, 48. ἐν τῇ ἀποδημίᾳ τῇ τοῦ Καίσαρος. unde nullus dubito, quin corrigendum sit vel cum Torrentio *absente se*, vel cum Lips. *pro se*, vel, quod malim, *pro absente se*. Fabric. ad Dion. 43, 28. nostrum locum ita excitat: „*qui pro praesente se* sequ." sine dubio ex conjectura. Perizon. suasit *proficiscente se* (quod esse deberet *profecto se*), Burm. *praescribente se*, Ern. *praeeunte se* i. e. ad praescriptum suum, Oudend. *praesentes*, Bremi: *etiam praesente se*, diversa prorsus a ceteris interpr. sententia ideo novum et singulare institutum ab auctore memorari opinatus, quod, quum antea absentium magistratuum munera Praefecti Urbi administravissent, hi praesente etiam Caesare electi fuissent. Meliora eum docere potuerat Dio. Reinesius ad marg. l. n. excitat *Cic.* ad Div. 6, 8. ubi: „quod omnibus in rebus perspexeram, quae Balbus et Oppius absente Caesare egissent, ea solere illi rata esse." Haud puto tamen, hos ipsos *Praefectos* fuisse.

tem Kalendas Ianuarias repentina Consulis morte cessantem honorem in paucas horas petenti dedit. Eadem licentia, spreto patriae more, magistratus in plures annos ordinavit: decem praetoriis viris consularia ornamenta tribuit; civitate donatos, et quosdam e semibarbaris Gallorum, recepit in Curiam. Praeterea monetae publicisque vectigalibus peculiares servos praeposuit. Trium legionum, quas Alexandriae relinquebat, curam et imperium Rufioni, li-

---

Pridie autem — dedit] C. Caninio Rebilo, de quo supra diximus.

in plures annos] cum expeditionem contra Parthos mediraretur, *Dio* 43, 51. ὅπως ἐκεῖνος πλείοσιν ὑπηρέταις χρῆσθαι ἔχῃ, καὶ ἥ τε πόλις μήτ' ἄνευ ἀρχόντων ἐν τῇ ἀπουσίᾳ αὐτοῦ γένηται, μήτ' αὖ καθ' ἑαυτὴν αἱρουμένη τινὰς στασιάσῃ, διενοοῦντο μὲν καὶ ἐς τρία ἔτη αὐτοὺς προκαταστῆσαι· (τοσούτου γὰρ χρόνου πρὸς τὴν στρατείαν χρῄζειν ἐδόκουν), οὐ μέντοι καὶ πάντας προαπέδειξαν. Appian. autem Civ. 2, 128. in oratione Antonii: ἐς γὰρ πενταετὲς (ὡς ἴστε) καὶ τὰ ἀστυκὰ ὑμῖν, καὶ τὰ ἐτήσια, καὶ τὰς τῶν ἐθνῶν ἢ στρατοπέδων ἡγεμονίας διετάξατο.

recepit in Curiam] v. ad c. 41. et infra ad c. 80. *Cic.* ad Div. 9, 15. „ego autem — mirifice capior facetiis, maxime nostratibus, praesertim cum eas videam primum oblitas Latio tum, cum in urbem nostram est infusa peregrinitas, nunc vero etiam braccatis et Transalpinis nationibus, sequ." *Gibbon* History c. 3. de hac re: „the door of the assembly had been designedly left open for a mixed multitude of more than a thousand persons, who reflected disgrace upon their rank, instead of deriving honour from it."

monetae — praeposuit] Monetae proprie *triumviri monetales* s. *treviri auro, argento, aeri, flando, feriundo* (de quibus v. Rosin. p. 515.), vectigalibus equites publicani praeerant. Servi *peculiares* opponuntur *publicis*. Ita est *peculiaris Caesaris servus* in Inscript. Fabretti p. 307 et 336, v. Oudend. Infra Galb. 12. est: e *peculiaribus loculis suis* i. e. privatis, propriis. — Gronov. conjiciebat *peculiosos* v. *peculiatos*, quod probatum Ernestio.

Trium legionum] Idem legionum, Aegyptum tenentium, numerus sub Augusto et initio imperii Tiberii, a quo ad *duas* deminutus est, v. *Tac.* Ann. 4, 5. „Cetera Africae per *duas legiones, parique numero Aegyptus*," et Hist. 2, 6. „*Aegyptus duaeque legiones*" ubi v. Lips.

Rufioni] Al. *Rufini liberti sui filio.*

berti sui filio, exoleto suo, demandavit. [77] Nec minoris impotentiae voces propalam edebat, ut T. Ampius scribit: Nihil esse Rempublicam, appellationem modo sine corpore ac specie. Sullam nescisse literas qui dictaturam deposuerit. Debere homines consideratius jam loqui secum, ac pro legibus habere, quae dicat. Eoque arrogantiae progressus

---

T. Ampius] Commemoratur id a *Caesare* B. C. 3, 105. Ad eum est epistola Ciceronis (ad Div. 6, 13.), ex qua patet, eum studium suum consumsisse in virorum fortium factis memoriae prodendis. v. Cl. Cicer.

ac specie] Salmas. et Graev. suaserunt *speciem*, quod in textum recepere Burm. et Oudend. Sed ita, opinor, scripsisset auctor: *ac speciem sine corpore*, quod viderunt Graev. et Ernesti, conjicientes; *ac sine corpore speciem*. Equidem persevero in vulgata lectione, fretus locis *Cic.* ad Att. 4, 16. „Amisimus — omnem non modo succum ac sanguinem, sed etiam *colorem et speciem pristinam* civitatis; nulla est respublica sequ.“ et pro domo 55. „o *speciem dignitatemque* populi Romani“ et post: „illa fuit *pulchritudo* populi Rom., illa *forma*“ et infra Tiber. 24. „*vi et specie dominationis assumta.*“ Atque ita unice probanda Tunstalli lectio apud Cic. ad Att. 10, 4. „plane fatebatur nullam *speciem* reliquam“ sc. reipublicae, ubi vulg. „nullam *spem*.“ Proprie dicitur pro Rosc. Amer. 22. „esse aliquem humana *specie et figura*.“ Est Ebraic. תֹּאַר et מַרְאֶה.

nescisse literas] i. e. non intellexisse veram vim vocis *dictator*, quae pr. eum significat, qui *dictata* i. e. praecepta dat, magistrum populi, quam si bene cepisset, de deponenda cogitaturum non fuisse, v. haud idoneum eum fuisse Grammaticum ludique magistrum (qui literas scire et dictata dare pr. dicebantur), qui discipulos maturius e schola sua dimisisset. Illud potius. Potest etiam *nescire literas* dictione proverbiali esse i. q. *stultum, ineptum esse*. Ita esset nostrum; „Sulla sey ein Narr gewesen, que Sulla étoit un sot sequ.“ — Aliam interpretationem, sed parum probabilem, hujus dicti dat interpres Germ. *Rollin.* hist. Rom. T. X. p. 339. Sperasse populum fore, ut Caesar Sullae exemplo dictatura se abdicaret, auctor etiam *Appian.* Civ. 2, 107.

pro legibus h. q. dicat] Pertinet id ad eam potestatem, quae postea contineri coepta est *lege regia*, de qua Ulpianus: „quod principi placuit, legis habet vigorem, utpote quum *lege regia*, quae de imperio ejus lata est, populus ei et in eum

est, ut, haruspice tristia et sine corde exta sacro quodam nunciante, futura diceret laetiora, quum vellet; nec pro ostento ducendum, si pecudi cor defuisset. [78] Verum praecipuam et inexpiabilem sibi invidiam hinc maxime movit. Adeuntes se cum plurimis honorificentissimisque decretis universos Patres conscriptos sedens pro aede Veneris Genetricis

---

omne suum imperium et potestatem conferat." v. *Heinecc.* Ant. Rom. I, 2. §. 62 sequ.

sacro quodam] i. e. in sacrificio quodam. Oudend. omisso *sacro* cum codd. reponendam censet *quondam*. Probat Wolfius.

futura dic. laetiora] *Polyaen.* 8, 23, 32. καὶ μὴν ἀμείνω ἔφη γενήσεσθαι, ἐπειδὰν αὐτὸς ἐθελήσῃ. Ex additamento: καὶ οὕτως ἐπέῤῥωσε τοὺς στρατιώτας, patet, in expeditione aliqua id factum. Nimirum bis exta sine corde, ἄλεβα, Caesari sacrificanti fuerunt, prius *in bello Hispanico*, de qua re *Polyaen.* et *Sueton.* h.l., postea *mortis die*, de qua v. c. 81. Docet hoc *Appian.* Civ. 2, 152 et 153. cf. *Plin.* 11, 71. qui minus accurate rem efferre videtur, narrans: „Caesari Dictatori, quo die primum veste purpurea processit atque in sella aurea sedit, sacrificanti bis cor in extis defuit."

si pecudi cor defuisset] Ex hoc dicto *Polyaen.* l. c. §. 33. novam narrationem fingit. Is enim: Καίσαρ, ἀκαρδίου θύματος εὑρεθέντος, καὶ τί παράδοξον, ἔφη, εἰ ἄλογον ζῶον καρδίαν οὐκ ἔχει; οἱ στρατιῶται, τοῦτ' ἀκούσαντες, ἐθάῤῥησαν.

Adeuntes se] *Dio* 44, 8. ἐπειδὴ ἐν μιᾷ ποτε ἡμέρᾳ — προςῆλθον αὐτῷ ἐν τῷ τοῦ Ἀφροδισίου προνάῳ καθημένῳ, ὥς καὶ πάντες ἅμα τὰ δεδογμένα σφίσιν ἀπαγγελοῦντες — καθήμενος σφᾶς, εἴτ' οὖν θεοβλαβείᾳ τινί, εἴτε καὶ περιχαρείᾳ, προςεδέξατο· καὶ ὀργὴν ἐκ τούτου πᾶσιν, οὐχ ὅτι τοῖς βουλευταῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις, τοσαύτην ἐνέβαλεν, ὥςτ' ἐν τοῖς μάλιστα πρόφασιν τῆς ἐπιβουλῆς τοῖς ἀποκτείνασιν αὐτὸν παρασχεῖν. Addit, nonnullos eum excusasse, ὅτι τῆς τε κοιλίας ἀκρατὴς ὑπὸ διαῤῥοίας ἐγεγόνει, καὶ διὰ τοῦτο, ἵνα μὴ ἐξιδίσῃ, κατέμεινεν· οὐ μέντοι καὶ πείθειν τοὺς πολλοὺς ἐδύναντο, διὰ τὸ μετ' οὐ πολὺ ἐξεγερθέντα αὐτὸν αὐτοποδίᾳ οἴκαδε κομισθῆναι· ἀλλ' ὑπετόπουν γε αὐτὸν ὑπεραυχεῖν, καὶ διεμίσουν ὡς ὑπερήφανον, ὃν αὐτοὶ ταῖς ὑπερβολαῖς τῶν τιμῶν ὑπέρφρονα ἐπεποιήκεσαν. cf. *Plut.* Caes. 60. *Appian.* 107.

pro aede Ven. Gen.] *Liv.* Epit. 116. „Senatui deferenti hos honores, quum ante aedem Veneris Genetricis sederet, non assurrexit." *Plut.* l. c. ἔτυχε ὑπὲρ τῶν ἐμβόλων καθεζόμενος, ubi rostra non vetera, sed nova Iulia intelligenda esse, monet Fa-

excepit. Quidam putant, retentum a Cornelio Balbo, quum conaretur assurgere: alii, ne conatum quidem omnino, sed etiam admonentem C. Trebatium, ut assurgeret, minus familiari vultu respexisse. Idque factum ejus tanto intolerabilius est visum, quod ipse, triumphanti et subsellia tribunicia praetervehenti sibi unum e collegio Pontium Aquilam non assurrexisse, adeo indignatus sit, ut proclamaverit, *Repete ergo a me, Aquila, Rempublicam Tribunus;* et nec destiterit per continuos dies, quicquam cuiquam, nisi sub exceptione polliceri, *si tamen per Pontium Aquilam licuerit.* [79] Adjecit ad tam insignem despecti Senatus contumeliam multo arrogantius factum. Nam quum sacrificio Latinarum revertente

---

bric. ad *Dion.* l. c., qui ἐν τῷ τοῦ Ἀφροδισίου προνάῳ. *Appian.* πρὸ τῶν ἐμβόλων. De aede *Veneris Genetr.* v. ad c. 61.

a Cornelio Balbo] *Plut.* l. c. καὶ πάνυ βουλόμενον αὐτὸν ὑπεξαναστῆναι τῇ βουλῇ λέγουσιν ὑπό του τῶν φίλων, μᾶλλον δὲ κολάκων, Κορνηλίου Βάλβου, κατασχεθῆναι, φήσαντος· Οὐ μεμνήσῃ Καῖσαρ ὤν, οὐδ' ἀξιώσεις ὡς κρείττονα θεραπεύεσθαι σεαυτόν;

subsellia trib.] „Subsellia sunt Tribunorum, Triumvirorum, Quaestorum et hujusmodi minora judicia exercentium, qui non in sellis curulibus, nec tribunalibus, sed in subselliis considebant." *Ascon.*

Pontium Aquilam] Fuit is postea inter percussores Caesaris. *Dio* 46, 38. *Appian.* Civ. 2, 113. Brutique legatus T. Munatium Plancum devicit, et periit in proelio Mutinensi. *Dio* l. c. 38 et 40.

Latinarum] De *feriis Latinis*, institutis a Tarquinio Sup., v. *Dionys.* 4, 49. et 6, 95. Celebrabantur quotannis a Consulibus in monte Albano cum magistratibus Latinis, neque prius illis paludatis exire Urbe in provincias licebat, quam rite eas obiissent, tanta hujus festi sanctitate, ut nonnunquam haud rite celebratum reversi illi instaurare juberentur, cujus rei dat exempla *Liv.* 32, 1. l. 37, 3. l. 40, 45. Fabric. ad *Dion.* 39, 30. Absentibus hujus solennitatis causa Consulibus, Praefecti Urbi administrabant Remp. v. *Rosini* Ant. Rom. p. 296. — Caesari Consuli singularis honos erat datus, μετὰ τὰς ἀνοχὰς τὰς Λατίνας ἐπὶ κέλητος ἐς τὴν πόλιν ἐκ τοῦ Ἀλβανοῦ ἐσελαύνειν, auctore *Dion.* 44, 4. Ceterum eandem rem, quam Noster, narrant *Plut.* Caes. 61. *Appian.* 108. *Dio* 44, 9. 10. *Vell.* 2, 68. Epit. *Liv.* 116. *Valer. M.* 5, 7, 2.

eo, inter immodicas ac novas populi acclamationes quidam e turba statuae ejus coronam lauream candida fascia praeligatam imposuisset, et Tribuni plebis Epidius Marullus Caesetiusque Flavus coronae fasciam detrahi, hominemque duci in vincula jussissent; dolens seu parum prospere motam regni mentionem, sive, ut ferebat, ereptam sibi gloriam recusandi, Tribunos graviter increpitos potestate privavit: neque ex eo infamiam affectati etiam regii nominis discutere valuit, quamquam et plebi regem se salutanti, *Caesarem se, non regem esse*, responde-

---

candida fascia praeligatam] Al. *praeligata*, ut statua antea redimita fuerit diademate. Illud reddidi cum Burm. et Oudend. *Plut.* 61. ὤφθησαν ἀνδριάντες αὐτοῦ διαδήμασιν ἀναδεδεμένοι βασιλικοῖς. Idem postea fasciam ab Antonio oblatam διάδημα dicit στεφάνῳ δάφνης περιπεπλεγμένον. *Appian.* 108. magis ad Nostri orationem: εἰκόνα δ' αὐτοῦ τις τῶν ὑπερεθιζόντων τὸ λογοποίημα τῆς βασιλείας ἐστεφάνωσε δάφναις, ἀναπεπλεγμένης ταινίας λευκῆς. *Dio* 44, 9. τὴν εἰκόνα αὐτοῦ τὴν ἐπὶ τοῦ βήματος ἑστῶσαν διαδήματι λάθρα ἀνέδησαν. Consentiunt auctores, ab inimicis ad augendam Caesaris invidiam institutam rem fuisse. De *fascia* s. diademate, insigni regio, v. Lips. ad *Tac.* Ann. 6, 37.

Epidius Mar. Caesetiusque Fl.] *Cajum* illi, huic *Lucium* praenomen addit *Dio* l. c., qui, tum demum punitos eos a Caesare, dicit, quum ei, qui primus regem eum appellaverat, diem dixissent. Quod ad poenam, idem c. 10. ita: παραγαγὼν σφᾶς ἐς τὸ βουλευτήριον, κατηγορίαν τε αὐτῶν ἐποιήσατο, καὶ ψῆφον ἐπήγαγε. καὶ οὐκ ἀπέκτεινε μὲν αὐτούς, (καίτοι καὶ τούτου τινῶν τιμησάντων σφίσι,) προαπαλλάξας δὲ ἐκ τῆς δημαρχίας διὰ Ἑλουΐου Κίννου συνάρχοντος αὐτῶν, ἀπήλειψεν ἐκ τοῦ συνεδρίου. *Appian.* l. c. κατηγόρησεν ἐπὶ τῆς βουλῆς τῶν περὶ τὸν Μάρυλλον, ὡς ἐπιβουλευόντων οἱ μετὰ τέχνης ἐς τυραννίδος διαβολήν. καὶ ἐπήνεγκεν, ἀξίους μὲν αὐτοὺς εἶναι θανάτου, μόνης δ' αὐτοὺς ἀφαιρεῖσθαι καὶ παραλύειν τῆς τε ἀρχῆς καὶ τοῦ βουλευτηρίου. cf. *Plut.* et *Vellej.* l. c.

valuit] Al. *voluit*. Sed voluisse, patet e sequ. Pro *plebi* s. *plebei* al. *plebejo*. Sed omnes auctores consentiunt, plures fuisse. *Plut.* Caes. 60. καὶ καταβαίνοντος ἐξ Ἄλβης Καίσαρος εἰς τὴν πόλιν, ἐτόλμησαν αὐτὸν ἀσπάσασθαι βασιλέα. *Appian.* 108. ἑτέρων δ' αὐτὸν ἀμφὶ τὰς πύλας ἰόντα ποθὲν βασιλέα προσειπόντων κ. τ. λ. *Dio* 44, 10. μετὰ τοῦτο ἐσιππεύοντα αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Ἀλβανοῦ βασιλέα αὖθίς τινες ὠνόμασαν.

Caesarem se, non reg. esse] *Plut.* et *Dio* οὐκ ἔφη βασιλεύς,

rit; et Lupercalibus, pro Rostris a Consule Antonio admotum saepius capiti suo diadema repulerit, atque in Capitolium Jovi Optimo Maximo miserit. Quin etiam valida fama percrebruit, migraturum Alexandriam vel Ilium, translatis simul opibus imperii, exhaustaque Italia dilectibus, et procuratione Urbis amicis permissa: proximo autem Senatu, L. Cottam Quindecimvirum sententiam dicturum, ut,

---

ἀλλὰ Καῖσαρ, καλεῖσθαι. *Appian.* εὐμηχάνως εἶπε τοῖς ἀσπασαμένοις. Οὐκ εἰμὶ βασιλεύς, ἀλλὰ Καῖσαρ· ὡς δὴ περὶ τὸ ὄνομα ἐσφαλμένοις.

Lupercalibus] quae a. d. XV. Kal. Mart. in Panis honorem celebrari solebant. Festi rationem describit *Plut.* Caes. 61. cf. *Dionys.* 1, 80. — Rem ita narrat *Dio* 44. 11. ἐπειδὴ ἐν τῇ τῶν Λυκαίων γυμνοπαιδίᾳ ἔς τε τὴν βασιλείαν (quid pro inepto hoc vocabulo ponendum, ἀγοράν, an βουλείαν aliudne, nescio) ἐσῆλθε, καὶ ἐπὶ τοῦ βήματος, τῇ τε ἐσθῆτι τῇ βασιλικῇ κεκοσμημένος, καὶ τῷ στεφάνῳ τῷ διαχρύσῳ λαμπρυνόμενος, ἐπὶ τὸν δίφρον τὸν κεχρυσωμένον ἐκαθίζετο, καὶ αὐτὸν ὁ Ἀντώνιος βασιλέα τε μετὰ τῶν συνιερέων (cum reliquis Lupercis) προσηγόρευσε, καὶ διαδήματι ἀνέδησεν, εἰπὼν ὅτι· Τοῦτό σοι ὁ δῆμος δι' ἐμοῦ δίδωσιν, ἀπεκρίνατο μέν, ὅτι Ζεὺς μόνος τῶν Ῥωμαίων βασιλεὺς εἴη (an ἐστί?), καὶ τὸ διάδημα αὐτὸ ἐς τὸ Καπιτώλιον ἔπεμψεν· οὐ μέντοι καὶ ὀργὴν ἔσχεν, ἀλλὰ καὶ ἐς τὰ ὑπομνήματα ἐγγραφῆναι ἐποίησεν, ὅτι τὴν βασιλείαν παρὰ τοῦ δήμου διὰ τοῦ ὑπάτου διδομένην (an δεδομένην?) οὐκ ἐδέξατο, ὑπωπτεύθη τε οὖν ἐκ συγκειμένου τινὸς αὐτὸ πεποιηκέναι, καὶ ἐφίεσθαι μὲν τοῦ ὀνόματος, βούλεσθαι δὲ ἐκβιασθῆναί πως λαβεῖν αὐτό· καὶ δεινῶς ἐμισήθη. cf. *Plut.* Caes. 61. Anton. 12. *Appian.* 109. *Vell.* 2, 56. „cui magnam invidiam conciliarat M. Antonius, omnibus audendis paratissimus, consulatus collega, imponendo capiti ejus Lupercalibus sedentis pro Rostris insigne regium; quod ab eo ita repulsum erat, ut non offensus videretur." *Flor.* 4, 2, 91. „novissime, dubium an ipso volente, oblata pro Rostris ab Antonio Consule regni insignia; quae omnia, velut infulae, in destinatam morti victimam congerebantur." *Cicer.* Philipp. 2, 34. 3, 5. 5, 14. 13, 8, 15.

valida] Al. *varia.* De consilio, opes Ilium transferendi, v. interpr. ad *Horat.* Carm. 3, 3.

Quindecimvirum] De *Quindecimviris* v. *Onuphr. Panvin.* de civitate Romana c. 35. (Thes. Graev. Tom. I. p. 242.). Is de iis ita: „Horum munus erat, libros Sibyllinos custodire, quum ex S. C. adeundi essent, adire, et, quae legissent, Senatui renunciare, et ea S. C. decreta procurare, ludos saecula-

quoniam libris fatalibus contineretur, Parthos nisi a rege non posse vinci, Caesar rex appellaretur. [80] Quae causa conjuratis maturandi fuit destinata negotia, ne assentiri necesse esset. Consilia igitur, dispersim antea habita, et quae saepe bini ternive ceperant, in unum omnes contulerunt: ne populo quidem jam praesenti statu laeto, sed clam palamque detrectante dominationem, atque assertores flagitante. Peregrinis in Senatum allectis, libellus propositus est: *Bonum factum: ne quis Senatori novo Curiam monstrare velit:* et illa vulgo canebantur,

---

res celebrare, et postremo omnia peragere, quae Sibyllinorum carminum jussu facienda erant." Eorum numerum ad XV. auxisse videtur Sulla, quum Tarquinius *Duumviris* tantum librorum Sibyll. curam tradidisset, *Dionys.* 4, 62., postea, auctore *Livio* 6, 37. C. Licinius Stolo cum collegis rogationem promulgassent, „ut pro Duumviris sacris faciundis *Decemviri* crearentur, ita ut pars ex plebe, pars ex patribus fieret," et secundum c. 42. eam legem pertulissent. Iis *sextum decimum* addidisse Caesarem, quod monere oblitus est Onuphrius l. c., auctor *Dio* 42, 51 et 43, 51. Hoc tamen institutum non stetisse, ostendit locus *Tac.* Ann. 11, 11.

libris fatalibus] i. e. Sibyllinis, ut qui *fata* populi Rom. s. voluntatem fati de populo Rom. continere credebantur. De expeditione contra Parthos v. ad c. 44. De hoc effato carminum Sibyll. *Plut.* Caes. 60. *καίτοι καὶ λόγον τινὰ κατέσπειραν εἰς τὸν δῆμον οἱ ταύτην Καίσαρι τὴν τιμὴν προξενοῦντες, ὡς ἐκ γραμμάτων Σιβυλλείων ἁλώσιμα τὰ Πάρθων φαίνοιτο Ῥωμαίοις σὺν βασιλεῖ στρατευομένοις ἐπ' αὐτούς, ἄλλως ἀνέφικτα ὄντα.* *Appian.* 110. *Dio* 44, 15. cf. *Cic.* de divinat. 2, 54.

destinata negotia] Vocab. *negotia*, quamquam abesse posset, tamen retinendum duco cum Gronov. et Oudend. Saepe auctores addunt nomina, quorum ellipsis solennior. v. quae interpretes ad Nostri c. 2. de addito voc. *corona*.

Bonum factum] Haec formula edictis praemitti solita. Vitell. 14. *Plaut.* Poen. prolog. „bonum factum; edicta ut servetis mea." *Joseph.* Archaeol. 14, 17. 19, 4. exprimit: *καλῶς ἔχει.* *Polyaen.* 8, 23, 15. *ἀγαθῇ τύχῃ*, quomodo etiam *App.* Civ. 4, 11, 31. Notatur signis B. F. et Q. B. F. cf. *Brissonius* de formulis l. 3. init.

Gallos Caesar in triumphum ducit, idem in Curiam.
Galli bracas deposuerunt, latum clavum sumserunt.
Q. Maximo suffecto, trimestrique Consule theatrum introëunte, quum lictor animadverti ex more jussisset, ab universis conclamatum est, *Non esse Consulem eum.* Post remotos Caesetium et Marullum Tribunos, reperta sunt proximis comitiis complura suffragia, Consules eos declarantium. Subscripsere quidam L. Bruti statuae: *Utinam viveres.* Item ipsius Caesaris:

Gallos Caesar] v. ad c. 49 et 51. In *sumpserunt* penultima corripitur, ut *stetĕrunt*, *abstulĕrunt*, *defuĕrunt*, *abfuĕrunt* apud Virgil. et Ovid. v. *Heinsius* ad *Ovid.* Heroid. 7, 166.

Q. Maximo] Q. Fabio Maximo. *Dio* 43, 46. v. ad c. 76.

animadverti] sc. consulem adesse. Verecundiam Consuli praestare jubebantur a lictore occurrentes via cedendo, equo descendendo, capite nudando, assurgendo. *Senec.* ep. 64. „Si Consulem videro aut Praetorem, omnia, quibus honor haberi honori solet, faciam, equo desiliam, caput adaperiam, semita cedam." *Plin.* Panegyr. 61. *solemnem illum lictorum et praenuncium clamorem* dicit.

L. Bruti statuae] *Plut.* Brut. 9. Βροῦτον δὲ πολλοὶ μὲν λόγοι παρὰ τῶν συνηθῶν, πολλαῖς δὲ Φήμαις καὶ γράμμασιν ἐξεκαλοῦντο καὶ παρώρμων ἐπὶ τὴν πρᾶξιν οἱ πολῖται. τῷ μὲν γὰρ ἀνδριάντι τοῦ προπάτορος Βρούτου, καὶ καταλύσαντος τὴν τῶν βασιλέων ἀρχήν, ἐπέγραφον· Εἴθε νῦν ἦν Βροῦτος· καί· Ὤφελε ζῆν Βροῦτος. τὸ δ᾽ αὐτοῦ Βρούτου βῆμα στρατηγοῦντος εὑρίσκετο μεθ᾽ ἡμέραν ἀνάπλεων γραμμάτων τοιούτων· Βροῦτε, καθεύδεις; καί· Οὐκ εἶ Βροῦτος ἀληθῶς. Id. Caes. 62. *Appian.* 112. πολλὰ γὰρ τοῖς ἀνδριάσι τοῦ πάλαι Βρούτου, καὶ τῷ δικαστηρίῳ τοῦδε τοῦ Βρούτου, τοιάδε ἐπεγράφετο λάθρα· Βροῦτε δωροδοκεῖς; Βροῦτε νεκρὸς εἶ; ἤ· Ὤφελές γε νῦν περιεῖναι· ἤ· Ἀνάξιά σου τὰ ἔκγονα· ἤ· Οὐδ᾽ ἔκγονος εἶ σὺ τοῦδε. *Dio* 44, 12. Ceterum de origine Bruti varia veterum etiam est sententia. Descendere eum a primo Consule ejusdem nominis, contendunt *Plut.* Brut. 1. et Caes. 62. *Appian.* 112. *Eutrop.* 6, 20., negant *Dionys.* 5, 18. et *Dio* 44, 12. ubi v. Fabric., qui pro Plutarcho cum Dione suo pugnat. Potior Dionysii et Dionis auctoritas videtur *Glandorpio* Onomast. p. 496. v. etiam *Ernesti* Cl. Cicer. in *L. Brutus*, et *Bayle* diction. sub voc. *Brutus* not. K.

ipsius Caesaris] Quod sequebatur *statuae*, ejeci cum Oudend. Ita censuerant jam Torrent. et Gruterus, in Mss. abesse

Brutus, quia reges ejecit, Consul primus factus est:
Hic, quia Consules ejecit, rex postremo factus est.

Conspiratum est in eum a sexaginta amplius; C. Cassio, Marcoque et Decimo Bruto principibus conspirationis. Qui primum cunctati, utrumne illum in campo, per comitia tribus ad suffragia vocantem, partibus divisis e ponte dejicerent, atque exceptum

---

hanc vocem, testantes, probavit Wolf. in nota, sed in textu eam reliquit. — In sequentium versuum priori anapaestus est in altero pede, in altero versu dactylus in primo pede.

LX amplius] *Eutrop.* 6, 20. „conjuratum est in eum a LX vel amplius Senatoribus Equitibusque Romanis. Praecipui fuerunt inter conjuratos duo Bruti, ex eo genere Bruti, qui primus Romae Consul fuerat, et reges expulerat, C. Cassius et Servilius Casca." *P. Orosius* 6, 17. „in qua conjuratione fuisse amplius LX conscios ferunt." Multos conjuratorum nominat *Cic.* Phil. 2, 11., multos *Appian.* 113. Catalogum eorum, quorum nomina ad nos venerunt, dedit Casaub. ad h. l., sed ex Appiano supplendum et corrigendum. cf. Fabric. ad *Dion.* 44, 14. Tzschuck. ad *Eutrop.* l. c.

Marcoque et Decimo Bruto] De *Marco* modo diximus et dicemus ad c. 82. *Decimo* cognomen erat *Albini*. De eo v. *Plut.* Caes. 64. et Brut. 12. *Appian.* 111. συνεστήσαντο δὲ τὴν ἐπιβουλὴν μάλιστα δύω ἄνδρε, Μάρκος τε Βροῦτος, ὁ Καιπίων ἐπίκλην, Βρούτου τοῦ κατὰ Σύλλαν ἀνῃρημένου παῖς, αὐτῷ τε Καίσαρι προςφυγὼν ἐκ τοῦ κατὰ Φάρσαλον ἀτυχήματος· καὶ Γάϊος Κάσσιος, ὁ τὰς τριήρεις κατὰ τὸν Ἑλλήςποντον ἐγχειρίσας τῷ Καίσαρι· οἵδε μὲν ἄμφω τῆς Πομπηΐου μοίρας γεγονότε· τῶν δ' αὐτῷ Καίσαρι φιλτάτων, Δέκιμος Βροῦτος Ἀλβῖνος· ἅπαντες αἰεὶ παρὰ Καίσαρι τιμῆς καὶ πίστεως χρηματίζοντες ἄξιοι· οἷς γε καὶ πράξεις ἐνεχείρισε μεγίστας, καί, ἐπὶ τὸν ἐν Λιβύῃ πόλεμον ἀπιών, στρατεύματα ἔδωκε, καὶ τὴν Κελτικὴν ἐπέτρεψε, τὴν μὲν ὑπὲρ Ἄλπεων Δεκίμῳ, τὴν δ' ἐντὸς Ἄλπεων Βρούτῳ (sc. Μάρκῳ). v. Schweighäuser. ad h. l. — Ceterum, quin n. l. legendum sit *Brutis*, cum Graevio nullus dubito.

in campo — dejicerent] Quum de campo Martio sermo sit, ubi comitia centuriata habebantur, hic etiam locus notandus ob tribuum mentionem, ut c. 13 et 41. Magistratum, qui comitiis praeesset, sella curuli pro tribunali sedisse, patet e *Liv.* 39, 32. cf. *Gruchius* de comitiis Rom. 1, 4. (Thes. Graev. T. I. p. 610 sequ.). *Pons* s. *ponticulus* erat via, qua suffragia laturi e campo in *septum* s. *ovile* transibant, ideoque *dejici ponte* et *depontani* dicebantur senes sexaginta vel plurium annorum, qui suffragia cum reliquis edere ob senium cessabant. Quomodo

trucidarent; an in Sacra via, vel in aditu theatri adorirentur: postquam Senatus Idibus Martiis in Pompeji Curiam edictus est, facile tempus et locum praetulerunt. [81] Sed Caesari futura caedes evidentibus prodigiis denunciata est. Paucos ante menses, quum in colonia Capua deducti lege Iulia coloni ad exstruendas villas sepulcra vetustissima disjicerent, idque eo studiosius facerent, quod aliquantum vasculorum operis antiqui scrutantes reperiebant; tabula aenea in monumento, in quo dicebatur Capys, conditor Capuae, sepultus, inventa est, conscripta literis verbisque Graecis, hac sententia: *Quandoque ossa Capyis detecta essent, fore, ut Iulo prognatus*

---

igitur Caesar, qui comitia habebat, de ponte dejici potuerit, nisi tribunal juxta pontem fuisse sumseris, cum aliis ignoro.

in Pompeji Curiam] *Plut.* Brut. 14. ἐδόκει δὲ καὶ τὸ τοῦ τόπου} θεῖον εἶναι, καὶ πρὸς αὐτῶν. στοὰ γὰρ ἦν, μία τῶν περὶ τὸ θέατρον, ἐξέδραν ἔχουσα, ἐν ᾗ Πομπηΐου τις εἰκὼν εἱστήκει, τῆς πόλεως στησαμένης, ὅτε ταῖς στοαῖς καὶ τῷ θεάτρῳ τὸν τόπον ἐκεῖνον ἐκόσμησεν. εἰς ταύτην οὖν ἡ σύγκλητος ἐκαλεῖτο, τοῦ Μαρτίου μηνὸς μάλιστα μεσοῦντος· Εἰδοῦς Μαρτίας τὴν ἡμέραν Ῥωμαῖοι καλοῦσιν· ὥστε καὶ δαίμων τις ἐδόκει τὸν ἄνδρα τῇ Πομπηΐου δίκῃ προσάξειν. Appian. autem c. 115. θέαι δ' ἦσαν ἐν τῷ Πομπηΐου θεάτρῳ, καὶ βουλευτήριον ἔμελλε τῶν τις περὶ αὐτὸ οἴκων ἔσεσθαι, εἰωθὸς ἐπὶ ταῖς θέαις ὧδε γίγνεσθαι. De Pompeji theatro, porticu, basilica et curia v. Alex. *Donat.* de urbe Roma 3, 8. (Thes. Gr. T. III. p. 695.) et Fabric. ad *Dion.* 39. 38.

prodigiis] De ostentis atque prodigiis ante Caesaris mortem v. Plut. Caes. 63. et Dion. 44, 17.

lege Iulia] Caesaris primum Consulis. v. c. 20.

Capys, conditor Capuae] *Virgil.* Aen. 10, 143. „et Capys; hinc nomen Campanae ducitur urbi." ubi v. interpr. *Liv.* 4, 37. narrat, „Vulturnum Etruscorum urbem, quae nunc Capua est, ab Samnitibus captam, Capuamque ab duce eorum Capye, vel (quod propius vero est) a campestri agro appellatam."

Iulo] Wolf. provocat ad *Virgil.* Aen. 1, 288. „Iulius, a magno demissum nomen Iulo," defendens hanc lectionem. Al. *Ilo*, qui cum Trojanorum rex et ipse e Caesaris majoribus esse ferretur, res eodem redit. Mox *consanguineos* intelligere licet de Bruto ejusque sociis, ita ut a duce reliquis nomen detur, vel, quod veri similius, de Romanis, ex uno Trojanorum

manu consanguineorum necaretur, magnisque mox Italiae cladibus vindicaretur. Cujus rei, ne quis fabulosam aut commenticiam putet, auctor est Cornelius Balbus, familiarissimus Caesaris. Proximis diebus equorum greges, quos in trajiciendo Rubicone flumine consecrarat, ac vagos et sine custode dimiserat, comperit pertinacissime pabulo abstinere, ubertimque flere. Et immolantem haruspex Spurinna monuit, caveret periculum, quod non ultra Martias Idus proferretur. Pridie autem easdem Idus avem regaliolum, cum laureo ramulo Pompejanae Curiae se inferentem, volucres varii generis ex proximo nemore persecutae ibidem discerpserunt. Ea vero nocte, cui illuxit dies caedis, et ipse sibi visus est per quietem interdum supra nubes volitare, alias cum Jove dextram jungere; et Calpurnia uxor imaginata

---

sanguine natis. Postea probant, quod in membranis nonnullis superscriptum legitur: *fabulosum* aut *commenticium*, Casaubonus, Burm., Ruhnken.

consecrarat] absolute i. q. usu humano exemerat, quemodo auctor interpretatur: *vagos et sine custode dimiserat.* Non opus est addito Dei alicujus, cui consecrati erant, nomine, neque emendatione Turnebi: *Rubiconi flumini*, ubi *in trajiciendo* suspensum reliquitur. Torrent. et Ernesti Marti consecratos putant. Ille, quod ad rem attinet, comparat loca *Virg.* Ecl. 5, 25. Aen. 11, 89. *Plin.* 8, 42.

immolantem] v. infra sub fin. cap. Ceterum auctore *Plin.* 18, 25. (65. ed. Franz.) Caesar ipse in libris astronomicis „Idus Martias ferales sibi annotaverat Scorpionis occasu," quamquam hunc l. cum Fabric. ad *Dion.* 44, 18. ita etiam interpretari potes: „Caesar etiam annotavit, Idibus Martiis, qui dies feralis ipsi extitit, occidere Scorpionem." v. *Plut.* 63.

regaliolum] *trochilum*, ut *Plin.* 10, 74. (95.) vocat, ubi: „dissident — aquilae et trochilus, si credimus, quoniam rex appellatur avium." Dicitur etiam *regaviolus* i. e. rex avium, Graec. βασιλίσκος. Gall. *roitelet.* v. *Salmas.* Exerc. Plin. p. 444 sequ. *Nemus* autem proximum est platanorum, quibus cincta erat porticus Pompeji, ut plurimis poetarum locis ostendit Alex. *Donat.* de urbe Roma 3, 17. cf. *Nardini* Roma vetus 6, 3.

Ea vero nocte — jungere] *Dio* 44, 17. ἐν τῇ νυκτί, ἐν ᾗ ἐσφάγη, (Leuncl. supplet πρὸ τῆς ἡμέρας, ἐν ᾗ ἐσφ., quod non neces-

est, collabi fastigium domus, maritumque in gremio suo confodi: ac subito cubiculi fores sponte patuerunt. Ob haec simul et ob infirmam valetudinem diu cunctatus, an se contineret, et, quae apud Senatum proposuerat, agere differret, tandem Decimo Bruto adhortante, ne frequentes ac jam dudum opperientes destitueret, quinta fere hora progressus est: libellumque insidiarum indicem, ab obvio quodam porrectum, libellis ceteris, quos sinistra manu

---

sarium puto; oratione, ut dicunt, praegnante nox sequentem diem comprehendit) ἥ τε γυνὴ αὐτοῦ τήν τε οἰκίαν σφῶν συμπεπτωκέναι, καὶ τὸν ἄνδρα συντετρῶσθαί τε ὑπό τινων, καὶ ἐς τὸν κόλπον αὐτῆς καταφυγεῖν ἔδοξε. καὶ ὁ Καῖσαρ ἐπί τε τῶν νεφῶν μετέωρος αἰωρεῖσθαι, καὶ τῆς τοῦ Διὸς χειρὸς ἅπτεσθαι. *Appian.* 115. *Valer. M.* 1, 7, 2. *Vellej.* 2, 57. „et uxor Calpurnia territa nocturno visu, ut ea die domi subsisteret, orabat."

collabi fastigium domus] Id erat pr. templorum; ita *Tac.* Hist. 3, 71. „sustinentes fastigium aquilae," ἀετοί. Erat autem inter honores divinos Caesari decretum *fastigium in domo*. *Flor.* 4, 2, 91. *Plut.* Caes. 63. ἦν γάρ τι τῇ Καίσαρος οἰκίᾳ προςκείμενον, οἷον ἐπὶ κόσμῳ καὶ σεμνότητι, τῆς βουλῆς ψηφισαμένης, ἀκρωτήριον, ὡς Λίβιος ἱστορεῖ· τοῦτ' ὄναρ ἡ Καλπουρνία θεασαμένη καταῤῥηγνύμενον, ἔδοξε ποτνιᾶσθαι καὶ δακρύειν.

ac subito — patuerunt] *Dio* l. c. καὶ αἱ θύραι τοῦ δωματίου, ἐν ᾧ ἐκάθευδεν, αὐτόμαται ἠνεῴχθησαν. *Plut.* πασῶν ἅμα τῶν θυρῶν τοῦ δωματίου καὶ τῶν θυρίδων ἀναπεταννυμένων, διαταραχθεὶς ἅμα τῷ κτύπῳ, καὶ τῷ φωτὶ καταλαμπούσης τῆς σελήνης ᾔσθετο τὴν Καλπουρνίαν βαθέως μὲν καθεύδουσαν, ἀσαφεῖς δὲ φωνὰς καὶ στεναγμοὺς ἀνάρθρους ἐκ τῶν ὕπνων ἀναπέμπουσαν.

Dec. Bruto adhortante] *Dio* 44, 18. χρονίζοντος δ' οὖν διὰ ταῦτα τοῦ Καίσαρος, δείσαντες οἱ συνωμόται, μὴ ἀναβολῆς γενομένης (θροῦς γάρ τις διῆλθεν, ὅτι οἴκοι τὴν ἡμέραν ἐκείνην μενεῖ) τό τε ἐπιβούλευμα σφίσι διαπέσῃ, καὶ αὐτοὶ φωραθῶσι, πέμπουσι τὸν Βροῦτον τὸν Δέκιμον, ὅπως ὡς καὶ πάνυ φίλος αὐτῷ δοκῶν εἶναι, ποιήσῃ αὐτὸν ἀφικέσθαι. καὶ ὅς, τά τε προταθέντα ὑπ' αὐτοῦ φαυλίσας, καὶ τὴν γερουσίαν σφόδρα ἐπιθυμεῖν ἰδεῖν αὐτὸν εἰπών, ἔπεισε προελθεῖν. cf. *Plut.* Caes. 64. *Appian.* 115.

ab obvio quodam] Fuit is, auctore *Plut.* 65. Ἀρτεμίδωρος, Κνίδιος τὸ γένος, Ἑλληνικῶν λόγων σοφιστής, καὶ διὰ τοῦτο γεγονὼς ἐνίοις συνήθης τῶν περὶ Βροῦτον, ὥστε καὶ γνῶναι τὰ πλεῖστα τῶν πραττομένων. Postea vero addit: ἔνιοι δέ φασιν, ἄλλον ἐπιδοῦναι τὸ βιβλίον τοῦτο, τὸν δ' Ἀρτεμίδωρον οὐδ' ὅλως προσελθεῖν

tenebat, quasi mox lecturus, commiscuit. Dein pluribus hostiis caesis, quum litare non posset, introiit Curiam, spreta religione, Spurinnamque irridens, et ut falsum arguens, quod sine ulla sua noxa Idus

---

ἀλλ' ἐκθλιβῆναι παρὰ πᾶσαν τὴν ὁδόν. Secundum *Appian.* 116. τῶν οἰκείων τις αὐτῷ, περὶ τῆσδε τῆς ἐπιβουλῆς μαθών, ἔθει μηνύσειν ὃ ἔμαθεν. καὶ ὁ μὲν ἐς Καλπουρνίαν ἦλθε, καὶ τοσόνδε μόνον εἰπών, ὅτι χρῄζοι Καίσαρος ὑπὲρ ἔργων ἐπειγόντων, ἀνέμενεν αὐτὸν ἐπανελθεῖν ἀπὸ τοῦ βουλευτηρίου· οὐκ εἰς τέλος ἄρα τὰ γιγνόμενα πάντα πεπυσμένος. Ὁ δ' ἐν Κνίδῳ γεγονὼς αὐτῷ ξένος Ἀρτεμίδωρος, ἐς τὸ βουλευτήριον ἐσδραμών, εὗρεν ἄρτι ἀναιρούμενον. Ὑπὸ δ' ἄλλου καὶ βιβλίου περὶ τῆς ἐπιβουλῆς ἐπιδοθὲν αὐτῷ προθυομένῳ τοῦ βουλευτηρίου, καὶ εὐθὺς ἐσιόντι, μετὰ χεῖρας εὑρέθη τεθνεῶτος. *Dio* 44, 18. hominem non nominat, non magis *Flor.* 4 2, 94. qui: „quanta vis fati! manaverat late conjuratio; libellus etiam Caesari datus eodem die." nec *Vell.* 2, 57. „et libelli, conjurationem nunciantes, dati, ab eo neque protinus lecti erant. Sed profecto ineluctabilis fatorum vis, cujuscunque fortunam mutare constituit, consilia corrumpit."

commiscuit] *Dio*: οὐκ ἀνέγνω, νομίσας ἄλλο τι αὐτὸ τῶν οὐκ ἐπειγόντων ἔχειν. Cui non in mentem venit dicti Archiae Spartani apud *Plut.* Pelopid. 10. οὐκοῦν εἰς αὔριον τὰ σπουδαῖα.

pluribus hostiis — posset] *Appian.* 115. τῶν ἱερῶν ἦν τῷ Καίσαρι τὸ μὲν πρῶτον ἄνευ καρδίας, ἤ, ὡς ἕτεροι λέγουσιν, ἡ κεφαλὴ τοῖς σπλάγχνοις ἔλειπε. καὶ τοῦ μάντεως εἰπόντος, θανάτου τὸ σημεῖον εἶναι, γελάσας ἔφη, τοιοῦτον αὐτῷ καὶ περὶ Ἰβηρίαν γενέσθαι πολεμοῦντι Πομπηΐῳ. v. quae diximus ad c. 77. Eodem modo Alexandrum spreta religione occubuisse, narrat idem *Appian.* Civ. 2, 153. cf. *Plut.* Caes. 63. *Flor.* l. c. „nec perlitare centum (i. e. pluribus) victimis potuerat." *Litare* et *perlitare* est Graec. καλλιερεῖν. *Appian.* l. c. αὖθις αὐτὸν ὁ Καῖσαρ ἐκέλευε θύεσθαι. καὶ οὐδενὸς οὐδ' ὣς καλλιερουμένου, τὴν βουλὴν βραδύνουσαν αἰδούμενος, καὶ ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, ὡς φίλων, ἐπειγόμενος, ἐσῄει, τῶν ἱερῶν καταφρονήσας.

Spurinnamque irridens] v. supra. *Dio* l. c. οὕτως ἐθάρσει, ὥστε καὶ πρὸς τὸν μάντιν, τὸν τὴν ἡμέραν ἐκείνην φυλάσσεσθαί ποτε αὐτῷ προαγορεύσαντα, εἰπεῖν ἐπισκώπτων· Ποῦ δῆτα σοῦ τὰ μαντεύματα; ἦ οὐχ ὁρᾷς, ὅτι τε ἡ ἡμέρα, ἣν ἐδεδίεις, πάρεστι, καὶ ἐγὼ ζῶ; καὶ ἐκεῖνος τοσοῦτον, ὥς φασι, μόνον ἀπεκρίνατο, ὅτι· Πάρεστιν, οὐδέπω δὲ παρελήλυθεν. cf. *Valer. M.* 8, 1, 2.

sine ulla sua noxa] i. e. damno. Laudat locum Calpurn. ad Terent. Heautont. 2, 2, 57. ubi addit: *sua*, quod est etiam in

Martiae adessent: quamquam is, venisse quidem eas, diceret, sed non praeterisse. [82] Assidentem conspirati, specie officii, circumsteterunt: illicoque Cimber Tillius, qui primas partes susceperat, quasi aliquid rogaturus, propius accessit; renuentique et gestu in aliud tempus differenti ab utroque humero togam apprehendit: deinde clamantem, *Ista quidem*

---

plerisque codd., repudiatum a Graevio, Burmanno et sequentibus.

specie officii, circumst.] ὡς θεραπεύοντες. *Appian.* 117. ἐπὶ τοῦ θρόνου προκαθίσαντα περιέστησαν, οἷα φίλοι, σὺν λεληθόσι ξιφιδίοις. Antonium Trebonius extra curiam colloquio detinuerat, Lepidus apud exercitum erat in suburbio, auctoribus Plutarcho, Appiano, Dione. οἱ δὲ δὴ ἄλλοι, ita pergit *Dio* 44, 19., τὸν Καίσαρα ἐν τούτῳ ἀθρόοι περιστάντες (εὐπρόσοδός τε γὰρ καὶ φιλοπροσήγορος ἐς τοῖς μάλιστα ἦν) οἱ μὲν ἐμυθολόγουν, οἱ δὲ ἱκέτευον δῆθεν αὐτόν, ὅπως ἥκιστά τι ὑποπτεύσῃ. *Plut.* Brut. 17. οἱ μὲν ἄλλοι τὸν δίφρον τοῦ Καίσαρος περιέστησαν, ὡς ἐντυγχάνειν τι μέλλοντες αὐτῷ.

Cimber Tillius] Plerique *Tullius. Appian.* Civ. 2, 113 et 117. vitiose legebatur Ἀτίλιος v. Ἀττίλιος ante Schweigh., qui emendavit nomen, reddiditque Τίλλιος. v. ejus not. ad c. 113. *Plut.* Caes. 66. Μετίλλιος Κίμβρος et Brut. 17. Τύλλιος Κίμβρος scribitur. v. interpr., maxime Kaltwasser. ad vers. germanic. *Plut.* Caes. 66. cf. Fabric. ad *Dion.* 44, 19. et Reimar. ad 47, 31. Ernest. in Cl. Cic., et qui ab illis laudantur. *Senec.* de ira 3, 30. inter amicos, qui Caesarem interfecere, nominat Cimbrum Tillium v. Tullium, „acerrimum paullo ante partium ejus defensorem."

quasi aliquid rogaturus] *Appian.* 117. ἐντυχὼν ἐς πρόσωπον, ἀδελφῷ φυγάδι κάθοδον ᾔτει. Contra *Dio* 44, 19. προσῆλθέ τις αὐτῷ, ὡς καὶ χάριν τινὰ γινώσκων. Ille sequitur *Plutarchum* Caes. 66. et Brut. 17.

renuentique] *Plut.* Brut. 17. ἀποτριβομένου τὰς δεήσεις τὸ πρῶτον, εἶθ', ὡς οὐκ ἀνίεσαν, ἐξανισταμένου βίᾳ. et Caes. 66. ὡς καθίσας διεκρούετο τὰς δεήσεις, καὶ προσκειμένων βιαιότερον, ἠγανάκτει. *Appian.* l. c. ἀνατιθεμένου καὶ ἀντιλέγοντος ὅλως τοῦ Καίσαρος.

ab utroque hum. togam appr.] *Plut.* Caes. τὴν τήβεννον αὐτοῦ ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις συλλαβών, ἀπὸ τοῦ τραχήλου κατῆγεν· ὅπερ ἦν σύνθημα τῆς ἐπιχειρήσεως. Brut. ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν ἐκ τῶν ὤμων κατέσπασε τὸ ἱμάτιον. *Appian.* αὐτοῦ τῆς πορφύρας, ὡς ἔτι δεόμενος, ἐλάβετο, καὶ τὸ εἷμα περισπάσας ἐπὶ τὸν τράχηλον (ἀπὸ τοῦ τρ.) εἷλκε, βοῶν· Τί βραδύνετε, ὦ φίλοι; ubi v. Schweigh

vis est, alter e Cascis aversum vulnerat, paulum infra jugulum. Caesar Cascae brachium arreptum graphio trajecit; conatusque prosilire, alio vulnere tar-

---

Dio: καὶ τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ὤμου καθείλκυσε, σημεῖόν τε τοῦτο κατὰ τὸ συγκείμενον τοῖς συνωμόταις αἴρων.

e Cascis] Ita emendandum vulg. *alter Cassius* v. *e Cassiis*, ut mox *Cascae* pro *Cassii*, jam consuerat Beroald., secuti Ruhnk. et Wolf. Favet etiam Oudend. *Plut.* Caes. πρῶτος δὲ Κάσκας ξίφει παίει παρὰ τὸν αὐχένα, πληγὴν οὐ θανατηφόρον, οὐδὲ βαρεῖαν, ἀλλ', ὡς εἰκὸς, ἐν ἀρχῇ τολμήματος μεγάλου ταραχθεὶς· ὥστε καὶ τὸν Καίσαρα μεταστραφέντα τοῦ ἐγχειριδίου λαβέσθαι καὶ κατασχεῖν. ἅμα δέ πως ἐξεφώνησαν, ὁ μὲν πληγεὶς, Ῥωμαϊστί· Μιαρώτατε Κάσκα, τί ποιεῖς; ὁ δὲ πλήξας, Ἑλληνιστὶ πρὸς τὸν ἀδελφόν· Ἀδελφέ, βοήθει. Brut. Κάσκας δὲ πρῶτος (εἱστήκει γὰρ ὄπισθεν) ἀνασπάσας τὸ ξίφος διελαύνει οὐκ εἰς βάθος παρὰ τὸν ὦμον. ἀντιλαμβανομένου δὲ τῆς λαβῆς τοῦ Καίσαρος, καὶ μέγα Ῥωμαϊστὶ ἀνακραγόντος· Ἀνόσιε Κάσκα, τί ποιεῖς; ἐκεῖνος Ἑλληνιστὶ τὸν ἀδελφὸν προσαγορεύσας, ἐκέλευσε βοηθεῖν. et in eod. Brut. c. 45. Πόπλιος Κάσκας, ὁ πρῶτος Καίσαρα πατάξας. *Appian.* Κάσκας δ' ἐφεστὼς ὑπὲρ κεφαλῆς, ἐπὶ τὴν σφαγὴν τὸ ξίφος ἤρεισε πρῶτος· παρολισθὼν δὲ ἐνέτεμε τὸ στῆθος κ. τ. λ. Erant nimirum duo *Servilii Cascae* inter percussores Caesaris, Publius et Cajus, (*Cic.* Phil. 2, 11. v. *Ern.* Cl. Cicer. in *P. Servilius Casca*, et *Wesseling.* Observ. 2, 16.) ut duo Cassii, Cajus et Lucius. v. *Glandorp.* Onomast. p. 797. De utroque Casca v. etiam Dio 44, 52.

aversum] Ita legendum pro *adversum*, docent loci citati. Quidni aversi etiam *jugulum* (id enim objicit Oudend.) vulnerare potuit admoto brachio? Caesar autem μεταστραφεὶς, ut diserte Plut., brachium ejus *arreptum* (al. *abreptum* et *abrepto* et *arrepto*) trajecit graphio. De *graphiis*, quibus ferreis vel aeneis iisque acutis saepe ad caedem abutebantur (v. Calig. 28.), v. Casaub. ad h. l. et Fabric. ad *Dion.* 44, 16., ubi percussores dicuntur gladios ἐν κιβωτίοις (s. *thecis graphiariis*, ut Noster Claud. 35.) ἀντὶ γραμματείων τινῶν in curiam secum attulisse. Rectius enim γραμματεῖα *graphia*, quam Casaub. ad h. l. *libellos*, interpretatur Fabr.

conatusque prosilire] *Appian.* καὶ ὁ Καῖσαρ τό τε ἱμάτιον ἀπὸ τοῦ Κίμβρου ἐπισπάσας, καὶ τῆς χειρὸς τοῦ Κάσκα λαβόμενος, καὶ καταδραμὼν ἀπὸ τοῦ θρόνου, καὶ ἐπιστραφεὶς, τὸν Κάσκαν εἵλκυσε σὺν βίᾳ πολλῇ. οὕτω δ' ἔχοντος αὐτοῦ, τὸ πλευρὸν ἕτερος, ὡς ἐπὶ συστροφῇ τεταμένον, διελαύνει ξιφιδίῳ, καὶ Κάσσιος ἐς τὸ πρόσωπον ἔπληξε, καὶ Βροῦτος ἐς τὸν μηρὸν ἐπάταξε, καὶ Βουκολιανὸς ἐς τὸ μετάφρενον.

datus est. Utque animadvertit, undique se strictis pugionibus peti, toga caput obvolvit: simul sinistra manu sinum ad ima crura deduxit, quo honestius caderet, etiam inferiore corporis parte velata. Atque ita tribus et viginti plagis confossus est, uno modo ad primum ictum gemitu sine voce edito. Etsi tradiderunt quidam, M. Bruto irruenti dixisse, Καὶ σύ, τέκνον; Exanimis, diffugientibus cunctis, ali-

Utque anim. — obvolvit] *Dio* l. c. ὥςθ' ὑπὸ τοῦ πλήθους αὐτῶν μήτ' εἰπεῖν μήτε πρᾶξαί τι τὸν Καίσαρα δυνηθῆναι, ἀλλὰ συγκαλυψάμενον σφαγῆναι πολλοῖς τραύμασι. *Plut.* Brut. ὡς εἶδε Βροῦτον ἑλκόμενον ξίφος ἐπ' αὐτόν, τὴν χεῖρα τοῦ Κάσκα κρατῶν ἀφῆκε καὶ τῷ ἱματίῳ τὴν κεφαλὴν ἐγκαλυψάμενος, παρέδωκε τὸ σῶμα ταῖς πληγαῖς. Caes. ὅτε Βροῦτον εἶδεν ἐσπασμένον τὸ ξίφος, ἐφειλκύσατο κατὰ τῆς κεφαλῆς τὸ ἱμάτιον, καὶ παρῆκεν ἑαυτόν. *Appian.* ὥςτε τὸν Καίσαρα ἐπὶ μέν τι σὺν ὀργῇ καὶ βοῇ, καθάπερ θηρίον, ἐς ἕκαστόν αὐτῶν ἐπιστρέφεσθαι· μετὰ δὲ τὴν Βρούτου πληγήν, εἴτε ἀπογιγνώσκοντα ἤδη, τὸ ἱμάτιον περικαλύψασθαι, καὶ πεσεῖν εὐσχημόνως παρὰ ἀνδριάντι Πομπηΐου. Idem etiam Pompejus apud *Plut.* Pomp. 79. ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις τὴν τήβεννον ἐφελκυσάμενος κατὰ τοῦ προςώπου, μηδὲν εἰπὼν ἀνάξιον ἑαυτοῦ, μηδὲ ποιήσας, ἀλλὰ στενάξας μόνον, ἐνεκαρτέρησε ταῖς πληγαῖς, et Cassius apud eundem Brut. 43. τὰς χλαμύδας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀναγαγών, καὶ γυμνώσας τὸν τράχηλον ἀποκόψαι παρέσχεν.

sinistra — velata] Demisit laciniam togae, quae subducta sinistrum humerum alias tegebat, solutoque cingulo effecit, ut sinus deflueret. v. quos excitavi ad c. 45. *Valer.* M. 4. 5. 2. „ne tribus quidem et viginti vulneribus, quin verecundiae obsequeretur, absterreri potuit. Siquidem utraque togam manu demisit, ut inferior pars corporis tecta collaberetur."

tribus et viginti] *Valer.* l. c. *Appian.* οἱ δὲ καὶ ὡς ἐνύβριζον αὐτῷ πεσόντι, μέχρι τριῶν ἐπὶ εἴκοσι πληγῶν· πολλοὶ δὲ διωθιζόμενοι μετὰ τῶν ξιφῶν, ἀλλήλους ἔπληξαν. Tantum omnium in cadaver furorem fuisse, ut gladios inferentes se invicem plures sauciarent, narrat etiam *Plut.* Caes. et Brut. l. c.

Καὶ σύ, τέκνον;] Praemittunt alii: Καὶ σὺ εἶ ἐκείνων, quod ignorat *Dio*, qui l. c. ἤδη δέ τινες καὶ ἐκεῖνο εἶπον, ὅτι πρὸς τὸν Βροῦτον τὸν ἰσχυρῶς πατάξαντα ἔφη· Καὶ σύ, τέκνον; Ceterum de consuetudine Caesaris cum matre Bruti Servilia, Catonis sorore, Noster supra c. 50.; inde illo jam tempore multi Brutum Caesaris filium habuerunt, et credidit Caesar ipse, testibus *Plut.* Brut. 5. ἐπέπειστό πως ἐξ ἑαυτοῦ γεγονέναι. *Appian.* 2, 112. καὶ γὰρ αὐτῷ καὶ παῖς ἐνομίζετο εἶναι, Σερουϊλίας τῆς Κάτωνος ἀδελφῆς ἐρασθείσης τοῦ Καίσαρος, ὅτε ὁ Βροῦτος

quamdiu jacuit, donec lecticae impositum, dependente brachio, tres servuli domum retulerunt. Nec in tot vulneribus, ut Antistius medicus existimabat, letale ullum repertum est, nisi quod secundo loco in pectore acceperat. Fuerat animus conjuratis, corpus occisi in Tiberim trahere, bona publicare, acta rescindere: sed metu M. Antonii Consulis, et Ma-

---

ἐγίγνετο. Collegerunt id maxime ex anxia cura, qua post pugnam Pharsalicam Brutum inter captivos non repertum quaeri Caesar jussit, *Plut.* Caes. 46. ubi: πολλοῖς δὲ καὶ τῶν ἐπιφανῶν ἄδειαν ἔδωκεν· ὧν καὶ Βροῦτος ἦν ὁ κτείνας αὐτὸν ὕστερον, ἐφ' ᾧ λέγεται μὴ φαινομένῳ μὲν ἀγωνιάσαι, σωθέντος δὲ καὶ παραγενομένου πρὸς αὐτὸν ἡσθῆναι διαφερόντως. Id. Brut. l. c. *Appian.* l. c. Destinasse Caesarem Bruto imperii successionem, apparere videtur ex *Plut.* Caes. 62. De patre Bruti, vel potius de Serviliae marito, M. Bruto Caepione, interfecto in bello Sullano a Cn. Pompejo, v. *Plut.* Pomp. 16 et 64. *Appian.* Civ. 2, 111.

diffugientibus cunctis] *Plut.* Caes. 67. κατειργασμένου δὲ τοῦ ἀνδρός, ἡ μὲν γερουσία, καίπερ εἰς μέσον Βρούτου ἐλθόντος, ὥς τι περὶ τῶν πεπραγμένων ἐροῦντος, οὐκ ἀνασχομένη διὰ τῶν θυρῶν ἐξέπιπτε, καὶ φεύγουσα κατέπλησε ταραχῆς καὶ δέους ἀπόρου τὸν δῆμον, ὥςτε τοὺς μὲν τὰς οἰκίας κλείειν, τοὺς δ' ἀπολείπειν τραπέζας καὶ χρηματιστήρια δρόμῳ δὲ χωρεῖν, τοὺς μὲν ἐπὶ τὸν τόπον, ὀψομένους τὸ πάθος, τοὺς δ' ἐκεῖθεν, ἑωρακότας. Eadem in Brut. 18. cf. *Appian.* 118. *Dio* c. 20.

jacuit] *Appian.* παρὰ ἀνδριάντι Πομπηΐου. *Plut.* Caes. εἴτ' ἀπὸ τύχης, εἴτε ὑπὸ τῶν κτεινάντων ἀπωσθεὶς πρὸς τὴν βάσιν, ἐφ' ἧς ὁ Πομπηΐου βεβήκει ἀνδριάς.

tres servuli] *Appian.* 118. ὧν ἀθρόως διαφυγόντων, τρεῖς θεράποντες μόνοι παρέμειναν, οἳ τὸ σῶμα ἐς τὸ φορεῖον ἐνθέμενοι, διεκόμισαν οἴκαδε ἀνωμάλως (verto: magno discrimine, magna rerum mutatione), οἷα τρεῖς τὸν πρὸ ὀλίγου γῆς καὶ θαλάσσης κρατοῦντα.

corpus occisi in T. trahere] *Dio* 44, 35. καί τινες καὶ ἄταφον τὸ σῶμα αὐτοῦ ῥίψαι ἐνενόουν. Pertinebat hoc ad supplicii hostium patriae ignominiam. Antonius in oratione apud *Appian.* 2, 134. τὸ δὲ σῶμα τοῦ Καίσαρος συρόμενον καὶ αἰκιζόμενον καὶ ἄταφον ῥιπτούμενον (καὶ γὰρ ταῦτα ἐκ τῶν νόμων τοῖς τυράννοις ἐπιτέτακται) περιόψεσθαι νομίζετε τοὺς ἐστρατευμένους αὐτῷ; cf. id. 3, 18. v. *Kirchmann.* de funer. Rom. append. c. 4. p. 474.

M. Antonii] Eum post Caesarem interficere, reliqui conjurati constituerant. Sed prohibuit ejus caedem Brutus, ma-

gistri equitum Lepidi, destiterunt. [83] Postulante ergo L. Pisone socero, testamentum ejus aperitur, recitaturque in Antonii domo, quod Idibus Septembribus proximis in Lavicano suo fecerat, demandaveratque virgini Vestali maximae. Q. Tubero tradit, heredem ab eo scribi solitum, ex consulatu ipsius primo usque ad initium civilis belli, Cn. Pompejum; idque militibus pro concione recitatum. Sed novissimo testamento tres instituit heredes, sororum nepotes, C. Octavium ex dodrante, et L. Pinarium et Q. Pedium

---

ximo suo et reip. detrimento. *Plut.* Brut. 18. Anton. 13. *Dio* 44, 19. Caesare interemto, Antonius et Lepidus, vestibus mutatis, in alienas aedes fugerunt, conjurati in Capitolium processerunt. Sequenti die Senatus, Ciceronis maxime suasu, ἀμνηστίαν omnium ante factorum, Caesari divinos honores, Bruto cum sociis provincias decrevit. Restitutam ita pacem turbavit apertum Caesaris testamentum funusque ab Antonio habitum. *Plut.* Caes. 67. Brut. 18, 19. Anton. 14. *Appian.* 119 sequ. *Dio* c. 21 sequ.

L. Pisone] de quo dictum ad c. 21. *Appian.* etiam 2, 136. narrat, auctore Pisone decretum a Senatu fuisse, τάς τε διαθήκας ἐς τὸ μέσον προφέρειν, καὶ θάπτειν τὸν ἄνδρα δημοσίᾳ.

quod Id. Sept. prox. in Lavicano s. fec.] sc. redux ex Hispania, priusquam triumpho urbem intraret. *Lavicum* (s. *Labicum* more scribendi Graec.) erat oppidum in agro Tusculano. v. *Cluver.* Ital. ant. 3, 4, 23.

virgini Vestali maximae] Solebant Romani testamenta aliaque instrumenta vel pacis vel foederis deponere in templis, maxime Vestae. v. Aug. c. 101. *Tac.* A. 1, 8. ubi v. Lips. *Appian.* Civ. 5, 73. *Dio* 48, 12. et c. 37. — *Maxima* Vestalis est, quae *Tac.* Ann. 11, 32. *Vestalium vetustissima*, *Dion.* 54, 24. ἡ πρεσβεύουσα τῶν ἀειπαρθένων dicitur. v. *Lipsius* de Vesta et Vestalibus c. 7. (Thes. Graev. T. V. p. 637.). De testamento Caesaris v. *Appian.* 2, 143. *Dio* 44, 35.

Q. Tubero] historicus, laudatus a *Liv.* 4, 23 et 10, 9. *Gell.* 6, 3 et 4. *Plut.* Lucull. 39. ὁ Στωϊκὸς Τουβέρων dicitur. v. Ern. Cl. Ciceron.

ex dodrante] i. e. ex tribus totius rei familiaris quadrantibus.

Q. Pedium] *Plin.* 35, 4. (7.) „consularis dicitur triumphalisque, a Caesare Dictatore cohaeres Augusto datus.“ Idem anno sequenti Consul creatus est cum Octaviano *App.* 3, 94. mor-

ex quadrante reliquo: in ima cera C. Octavium etiam in familiam nomenque adoptavit: plerosque percussorum in tutoribus filii, si quis sibi na-

---

tans in ea dignitate 4, 6. Lex Pedia ejusdem contra percussores Caesaris memoratur Neron. 3. v. Cl. Cicer. et Glandorp. p. 667. — De *Pinariorum* familia satis vetusta v. *Liv.* 1, 7. Noster cum Pedio haeres Caesaris dicitur etiam *Appian.* Civ. 3, 22. ab Antonio praefectus legioni Civ. 4, 107. Eum cum fratre Tito intelligendum putat Manut. *Cic.* ad Qu. fr. 3, 1.

ex quadr. reliquo] Haec Lipsii est emendatio. Vulg. „ex quadrante, reliquos in ima cera." Adstipulati sunt Lipsio omnes, praeter *Salmas.* de modo usurarum c. 11. p. 466.

in ima cera] i. e. parte testamenti extrema. Ita *Cic.* Verr. 1, 36. „in codicis extrema cera." *Cerae* enim omnino dicebantur testamenta, ut tabulis ceratis inscripta.

C. Octavium — adoptavit] De hac re *Heinecc.* Ant. Rom. 1. tit. 11. §. 18. ita: „Erat et modus adoptandi per testamentum, non ab Imperatoribus demum, ut vulgo putant, inventus, sed jam tum libera adhuc republica receptus. Jam ab antiquissimis enim temporibus solenne erat Romanis, heredes suos non in bona tantum, sed et nomen adsciscere. *Adsciscere* autem erat vocabulum adoptionis." Exempla dat e *Cic.* de Offic. 3, 18. Brut. 58. *Cornel.* Attic. 5. e Nostro Aug. 101. Tiber. 6. Galb. 17., quae maximam partem occupaverat Torrent. ad h. l. Quum tamen haud legitima ea esset adoptio, confirmandam eam Octavius curavit a populo lege curiata. *Appian.* Civ. 3, 11. et 14. ἔνθα Γάϊον Ἀντώνιον, τὸν ἀδελφὸν Ἀντωνίου, στρατηγοῦντα τῆς πόλεως, ὑπαντιάσας, ἔφη δέχεσθαι τὴν θέσιν τοῦ Καίσαρος, ἔθος γάρ τι Ῥωμαίοις, τοὺς θετοὺς ἐπὶ μάρτυσι γίγνεσθαι τοῖς στρατηγοῖς. ἀπογραψαμένων δὲ τῶν δημοσίων τὸ ῥῆμα κ. τ. λ. et c. 94. ἀπὸ δὲ τῶν θυσιῶν ἑαυτὸν εἰσεποιεῖτο τῷ πατρὶ αὖθις κατὰ νόμον Κουριάτιον· ἔστι δ' ἐπὶ τοῦ δήμου, γίγνεσθαι τὴν θέσιν sequ.. *Dio* 44, 35. l. 45, 5. τὸν νόμον τὸν Φρατριατικόν, καθ' ὃν τὴν ἐσποίησιν αὐτοῦ τὴν ἐς τὰ τοῦ Καίσαρος γενέσθαι ἔδει. coll. 46, 47. v. *Sigon.* *de ant. jure civ. Rom.* 1, 10. p. 189. et *de judiciis* 1, 12. p. 430. Jac. *Cujacii* Observat. 7, 7. *Brisson.* de formulis l. 7. p. 602. *Hugo* Lehrb. der Gesch. des Röm. R. not. 1, ad §. 156. et quos alios laudavit Fabricius ad Dion. l. c.

plerosque] i. e. multos. Ita *Tac.* Ann. 4, 9. l. 6, 5, 7. l. 11, 8. et *plerumque* pro *saepe* Ann. 4, 57. v. ind. nostr. Al. *plurosque*.

in tutoribus]. Exterem *Dionis*, hos tutores Octavio constitutos tradentis 44, 35. ubi: ὅτι τε τὸν Ὀκταουΐου υἱὸν ποιήσαι, καὶ τὸν Ἀντώνιον, τόν τε Δέκιμον, καί τινας ἄλλους τῶν σφα-

secretur, nominavit; Decimum Brutum etiam in secundis heredibus. Populo hortos circa Tiberim publice, et viritim trecenos sestertios legavit. [84] Funere indicto, rogus exstructus est in Martio campo juxta Juliae tumulum: et pro Rostris aurata aedes ad

---

γόνων ἐπιτρόπους τε αὐτοῦ (Octavii) καὶ κληρονόμους τῆς οὐσίας, ἄν γε μὴ ἐς ἐκεῖνον ἔλθοι, καταλέλοιπε, notarunt *Cujac.* Observ. 7, 6. *Casaub.* ad h. l. *Reimar.* ad Dion. l. c.

Dec. Brutum et. in sec. her.] *Plut.* Caes. 64. Δέκιμος Βροῦτος, ἐπίκλην Ἀλβῖνος, πιστευόμενος μὲν ὑπὸ Καίσαρος, ὥστε καὶ δεύτερος ὑπ' αὐτοῦ κληρονόμος γεγράφθαι. *Flor.* 4, 4. Antonium etiam secundum heredem Caesaris dicit. Nimirum scribere solebant Romani v. substituere *secundos* et *tertios heredes*, qui succederent in hereditatem, si primo loco instituti hereditatem cernere et adire noluissent, vel ante aetatem maturam obiissent. *Appian.* 2, 143. οἴκτιστον δὲ ἐφάνη μάλιστα αὐτοῖς, ὅτι τῶν ἀνδροφόνων Δέκιμος ὁ Βροῦτος ἐν τοῖς δευτέροις κληρονόμοις ἐγέγραπτο παῖς. ἔθος γάρ τι Ῥωμαίοις, παραγράφειν τοῖς κληρονόμοις ἑτέρους, εἰ μὴ κληρονομοῖεν οἱ πρότεροι. *Sall.* Jug. 65. „quem Micipsa testamento secundum heredem scripserat." ubi v. Cort. *Tac.* Ann. 1, 8, *in spem secundam* et *tertio gradu* heredes scribere dicit. *Horat.* Sat. 2, 5, 48. v. *Heinecc.* l. c. 2, 15. §. 2.

Populo hortos c. T. publice] *Dio* l. c. καὶ τῇ πόλει τούς τε κήπους τοὺς παρὰ τὸν Τίβεριν. *Appian.* τῷ δήμῳ δὲ ἦσαν ἐνδιαίτημα οἱ κῆποι δεδομένοι. *Plut.* Brut. 20. οἱ πέραν τοῦ ποταμοῦ κῆποι dicuntur. *Publice* igitur est ad communem omnium usum; oppon. *viritim*, ut apud *Appian.* τῷ δήμῳ et κατ' ἄνδρα.

trecenos sestertios] *Plut.* Brut. 20. δεδομένων κατ' ἄνδρα Ῥωμαίοις πᾶσι δραχμῶν ἑβδομήκοντα πέντε. Eandem summam, convenientem 300 sestertiis, habet *Appian.* Sed *Dio* l. c. καὶ δραχμάς, ὡς μὲν αὐτὸς ὁ Ὀκταούϊος γράφει, τριάκοντα, ὡς δὲ ἕτεροι, πέντε καὶ ἑβδομήκοντα ἑκάστῳ σφῶν δοθῆναι κεκέλευκεν.

Funere indicto] per praeconem, quod fiebat in nobilium funeribus. *Tacita* dicebantur vulgaria s. communia i. e. hominum de plebe. Haec noctu deducebantur. v. *Kirchmann.* de fun. Rom. 1. p. 19.

in Martio campo] ubi cremandus erat mortuus post laudationem in foro, quod postea secus accidit.

juxta Juliae tumulum] filiae Caesaris, uxoris Pompeji, de cujus morte v. c. 26. De funere ejus *Dio* 39, 64. αὐτήν, εἶτα διαπραξαμένων τῶν τε ἐκείνου (Pompeji) καὶ τῶν τοῦ Καίσαρος φίλων, ἢ καὶ ἄλλως πως χαρίσασθαί τινες αὐτοῖς ἐθελήσαντες, συνήρπασαν, ἐπειδὴ τάχιστα τῶν ἐν τῇ ἀγορᾷ ἐπαίνων ἔτυχε, καὶ ἐν τῷ

simulacrum templi Veneris Genetricis collocata; intraque lectus eburneus, auro ac purpura stratus, et ad caput tropaeum cum veste, in qua fuerat occisus. Praeferentibus munera, quia suffecturus dies non videbatur, praeceptum est, ut, omisso ordine, quibus quisque vellet itineribus Urbis, portaret in campum. Inter ludos cantata sunt quaedam ad miserationem et

---

ἀρείῳ πεδίῳ ἔθαψαν, καίτοι τοῦ Δομιτίου ἀνθισταμένου, καὶ λέγοντος ἄλλα τε, καὶ ὅτι οὐχ ὁσίως ἐν τῷ ἱερῷ τόπῳ ἄνευ τινὸς ψηφίσματος θάπτοιτο. cf. *Plut.* Lucull. 43.

ad simulacrum] i. e. ad similitudinem, ad formam. Ita *Flor.* 4, 2, 88. „*ad simulacrum ignium* ardens Pharus," ubi v. Duker. Ceterum pertinebat hoc ad Caesaris ἀποθέωσιν.

lectus] qui alias *feretrum* dicitur v. *torus* v. *lectica*. Ad caput hujus lecti erat *tropaeum* s. lignum, cui vestis suspensa. Tropaea enim veterum erant ligna vel lapides, quibus victorum arma suspendebantur. *Appian.* 2, 146. κοντὸν dicit. Ibi de Antonio: τὸ σῶμα τοῦ Καίσαρος ἐγύμνου, καὶ τὴν ἐσθῆτα ἐπὶ κοντοῦ φερομένην ἀνέσειε, λελακισμένην ὑπὸ τῶν πληγῶν, καὶ πεφυρμένην αἵματι αὐτοκράτορος. Idem addit c. 147. ἀνέσχε τις ὑπὲρ τὸ λέχος ἀνδρείκελον αὐτοῦ Καίσαρος ἐκ κηροῦ πεποιημένον· τὸ μὲν γὰρ σῶμα, ὡς ὕπτιον ἐπὶ λέχους, οὐχ ἑωρᾶτο· τὸ δὲ ἀνδρείκελον ἐκ μηχανῆς ἐπεστρέφετο πάντη, καὶ σφαγαὶ τρεῖς καὶ εἴκοσι ὤφθησαν, ἀνά τε τὸ σῶμα πᾶν καὶ ἀνὰ τὸ πρόσωπον θηριωδῶς ἐς αὐτὸν γενόμεναι.

munera] δῶρα, ἐντάφια, quae in rogum conjici in mortui honorem et cum eo cremari solebant, v. c. vestimenta, arma, ornamenta, maxime odores. Appian. 148. τὴν πομπὴν δαψιλεστάτην dicit. v. *Kirchmann.* l. c. 3, 5. p. 221.

suffecturus] Ita *Plut.* Pomp. 45. τοῦ θριάμβου τῷ μεγέθει ὁ χρόνος οὐκ ἐξήρκεσεν.

omisso ordine] i. e. non pompae funebri se adstringentes, cui alias dies non suffecisset. Constituere v. ordinare solebant hanc pompam *designatores* s. *domini funeris*. v. *Rosini* Ant. Rom. p. 229 et 352.

Inter ludos] *Appian.* 146. ὡς δ' ἐπὶ τοῖς λόγοις ἕτεροι θρῆνοι μετὰ ᾠδῆς κατὰ πάτριον ἔθος ὑπὸ χορῶν ἐς αὐτὸν ᾖδοντο, καὶ τὰ ἔργα αὖθις αὐτοῦ καὶ τὸ πάθος κατέλεγον, καί που τῶν θρήνων αὐτὸς ὁ Καῖσαρ ἐδόκει λέγειν, ὅσους εὖ ποιήσειε τῶν ἐχθρῶν, ἐξ ὀνόματος, καὶ περὶ τῶν σφαγέων αὐτῶν ἐπέλεγεν ὥσπερ ἐν θαύματι· Ἐμὲ δὲ καὶ τούσδε περισῶσαι τοὺς κτενοῦντάς με; οὐκ ἔφερεν ἔτι ὁ δῆμος κ. τ. λ. Morem, funera etiam ludis scenicis celebrandi, quem inveniemus adhuc Tiber. 57. Vesp. 19. illustrat *Kirchmann.* l. c. 2, 7. p. 100 sequ. Infra commemorantur ideo *tibicines et scenici arti-*

invidiam caedis ejus, accommodata ex Pacuvii Armorum judicio:

Men' servasse, ut essent, qui me perderent?

et ex Electra Attilii alia, ad similem sententiam. Laudationis loco Consul Antonius per praeconem pronunciavit Senatusconsultum, quo omnia ei divina simul atque humana decreverat: item jusjurandum, quo se cuncti pro salute unius astrinxerant: quibus per-

---

fices. Reines., postquam *ludos* ad marg. h. l. explicuit per: *naenias, cantilenas,* addit postea: Melius ludi hic exponuntur pro mimorum, qui funeribus etiam aderant, ut dicta factaque defuncti repraesentarent, actionibus.

Pacuvii] tragici, Ennii aequalis, tempore belli Punici secundi, cujus frequens mentio in scriptoribus Latinis. Agebat tragoedia, de qua hic sermo, de contentione Ajacis et Ulyssis de armis Achillis. Verba Ajacis de Achivorum injuriis conquerentis esse videntur, nisi Ulyssem proxime spectant.

Men' servasse] Ineptiunt, qui legunt: *Men' me servasse,* interpretantes: *Mene me ipsum servasse, ut essent* sequ. De vero sensu nulla esse potest dubitatio, si quis consilium funeris reputaverit, quo invidia crearetur ingratis erga Caesaris clementiam percussoribus, et comparaverit παράφρασιν *Appiani* modo citatam, locumque *Cic.* Phil. 2, 3. qui ad hunc versum spectare videtur: „qui illum interfecerunt, a quo erant servati." Si mutanda est vulg. lectio, quae senarium mutilum exhibet, vel leg. cum Grutero: *Me, me servasse* v. *Men', me servasse,* repetito ad movendum dolorem pronomine subjecti, vel cum Burm. *Servasse mene* v. *men', ut essent,* restituto senario. Oudend. trochaicum trimetrum catalecticum esse putat, ubi nihil sane deest. Sed eum non expectas in hoc carmine.

Attilii] veteris poetae, qui Sophoclis Electram Latinam fecerat, memorati a *Cic.* de Fin. 1, 2. et ad Att. 14, 20. a Vulcatio Sedigito apud *Gell.* 15, 24. et a *Varrone* de lingua lat. l. 5 et 6. Conatus Torrentii et Casauboni, ejiciendi ejus nomen ex h. l. et scribendi: *Attii* v. *Atii,* jure castigavit *Bayle* in diction. hist. et crit. sub v. *Attilius.*

Senatusconsultum] v. c. 76 et 78. *Appian.* 144. *jusjurandum. Appian.* 145. καὶ αὖθις ἀνεγίγνωσκε τοὺς ὅρκους, ἦ μὴν φυλάξειν Καίσαρα καὶ τοῦ Καίσαρος σῶμα παντὶ σθένει πάντας· ἤ, εἴ τις ἐπιβουλεύσειεν, ἐξώλεις εἶναι τοὺς οὐκ ἀμύναντας αὐτῷ.

pauca a se verba addidit. Lectum pro Rostris in Forum magistratus et honoribus functi detulerunt. Quem quum pars in Capitolini Jovis cella cremare, pars in Curia Pompeji, destinaret, repente duo quidam, gladiis succincti, ac bina jacula gestantes, ardentibus cereis succenderunt: confestimque circumstantium turba virgulta arida, et cum subselliis tribunalia, quicquid praeterea ad manum aderat, con-

---

perpauca a se verba add.] *Dio* longam Antonii orationem exhibet 44, 36—50., quam falsam et ad arbitrium confictam judicat Casaub. ex h. l. et *Appian.* 145. Malim tamen cum Fabric. ad Dion. l. c., praeeunte Reines. Var. lect. 1, 21., ex *Cicer.* Phil. 2, 36. ubi: „tua illa pulchra laudatio, tua miseratio, tua cohortatio" coll. *Plut.* Brut. 20. et Anton. 14. ipsaque Appiani narratione, quae instar orationis satis longae Antonii verba apud funus fuisse ostendit, statuere, fuisse quidem ejus orationem, interruptam variis artibus spectaculisque ad miserationem comparatis, exornatam tamen a Dione et in eam formam, qua apud eum legitur, antiquorum historicorum more compositam.

Lectum pro Rostris — detulerunt] i. e. detulerant et pro Rostris s. ante Rostra in Foro deposuerant v. *lectum pro Rostris* (ὄντα), qui ante Rostra postea erat, magistratus — detulerunt. Ἀορίστως v. absolute, ut Wolf., scriptor haec narrat, non relative ad praecedentia. Videntur tamen haec a scriptore alieno loco narrari; nam lectum in foro fuisse collocatum, supra jam dixerat. Quod ad rem attinet, ita Augustus „*Senatorum humeris delatus in campum*" (Aug. 100.) et Germanici *cineres Tribunorum Centurionumque humeris portati* a *Tac.* Ann. 3, 2. dicuntur, cum plerumque a propinquis v. heredibus v. libertis fieri id soleret.

pars in Capit. — destinaret] *Dio* 44, 50. κἀκ τούτου τό τε σῶμα αὐτοῦ ἁρπάσαντες, οἱ μὲν ἐς τὸ οἴκημα, ἐν ᾧ ἀπέσφακτο, (Pompeji curiam) οἱ δὲ ἐς τὸ Καπιτώλιον κομίσαι τε ἐβούλοντο, καὶ ἐκεῖ καῦσαι. κωλυθέντες δὲ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν (Appian. 148. ὑπὸ τῶν ἱερέων) φόβῳ τοῦ μὴ καὶ τὸ θέατρον τούς τε ναοὺς συγκατακρησθῆναι, αὐτοῦ ἐν τῇ ἀγορᾷ, ὥσπερ εἶχον, ἐπὶ πυρὰν ἐπέθηκαν.

repente duo quidem] procul dubio ad id instituti, ut Castoris et Pollucis speciem gererent.

ad manum] Al. *ad donum*, eadem fere codicum auctoritate, ad sensum probabilitate. Illud praefero, quod tumultuarium in foro cremandi consilium melius exprimit. Qui dona ferebant, jussi quidem fuerant procedere in campum Martium, sed

gessit: deinde tibicines et scenici artifices vestem, quam ex instrumento triumphorum ad praesentem usum induerant, detractam sibi atque discissam injecere flammae, et veteranorum militum legionarii arma sua, quibus exculti funus celebrabant: matronae etiam pleraeque ornamenta sua, quae gerebant, et liberorum bullas atque praetextas. In summo publico luctu exterarum gentium multitudo circulatim,

---

adesse multi adhuc poterant, et adfuisse multos, docent loca Graecorum, ut bene disputat Oudendorp., tuens: *ad donum.* Idem sine justa causa conjicit: *odorum*, ut Nic. Heins. et Graev. *idoneum. Appian.* 148. ἐς τὴν ἀγορὰν αὖθις ἔθεσαν, ἔνθα τὸ πάλαι Ῥωμαίοις ἐστὶ βασίλειον, καὶ ξύλα αὐτῷ καὶ βάθρα, ὅσα πολλὰ ἦν ἐν ἀγορᾷ, καὶ εἴ τι τοιουτότροπον ἄλλο (quicquid ad manum aderat), συνενεγκόντες, καὶ τὴν πομπὴν δαψιλεστάτην οὖσαν (ad donum) ἐπιβαλόντες, στεφάνους τε ἔνιοι παρ' ἑαυτῶν, καὶ ἀριστεῖα πολλὰ ἐπιθέντες, ἐξῆψαν, καὶ τὴν νύκτα πανδημεὶ τῇ πυρᾷ παρέμενον. Vides, ex Appiano utramque lectionem effici posse. *Plut.* Caes. 68. οὐκ ἔτι κόσμον εἶχεν, οὐδὲ τάξιν αὐτῶν τὸ πλῆθος, ἀλλὰ τῷ μὲν νεκρῷ περισωρεύσαντες ἐξ ἀγορᾶς βάθρα καὶ κιγκλίδας καὶ τραπέζας, ὑφῆψαν αὐτοῦ καὶ κατέκαυσαν. cf. Brut. 20. Eodem modo combustus fuerat Clodius. *Plut.* Brut. l. c. *Appian.* 2, 21. *Dio* 40, 49.

tibicines] Al. *siticines* suaserunt, de quibus v. *Gell.* 20, 2. sine codd. v. *Kirchmann.* l. c. 2, c. 4 et 5.

vestem, quam — induerant] cf. *Plut.* Lucull. 39.

veteranorum mil. legion.] *Appian.* 2, 120. τὸ πλῆθος τῶν ἀποστρατευομένων, inquit, οὐ διαλυόμενον ἐς τὰς πατρίδας ἔτι, — ἀθρόουν τότε ἐστάθμευεν ἐν τοῖς ἱεροῖς καὶ τεμένεσιν, ὑφ' ἑνὶ σημείῳ καὶ ὑφ' ἑνὶ ἄρχοντι τῆς ἀποικίας· τὰ μὲν ὄντα σφίσιν ὡς ἐπὶ ἐξόδῳ ἤδη διαπεπρακότες, εὔωνοι δ' ἐς ὅ τι μισθοῖντο.

bullas atque praetextas] quas gerere solebant usque ad vitae annum septimum decimum. Antea *pleraeque* i. q. multae. v. c. 83. Male al. *pleraque.*

circulatim] Torrent. *per vices* interpretatur, melius alii: *in circulos coeuntes*, se congregantes, eosque pro diversis nationibus plures institutisque varios. Ita *Caes.* B. G. 1, 64. „totis vero castris milites *circulari* et dolere." Judaei Caesarem colebant ob devictum Pompejum, sanctae urbis expugnatorem, aliaque beneficia, de quibus v. *Joseph.* Archaeol. l. 14. De honoribus a Judaeis defunctis tribui solitis v. *Geyer.* de luctu Hebr. c. 6., maxime, quae §. 26. dicit de visitatione sepulcri, et *Nicolai* de sepulcris Hebraeor. 1, 8.

suo quaeque more, lamentata est: praecipueque Judaei, qui etiam noctibus continuis bustum frequentarunt. [85] Plebs statim a funere ad domum Bruti et Cassii cum facibus tetendit: atque aegre repulsa, obvium sibi Helvium Cinnam, per errorem nominis, quasi Cornelius is esset, quem graviter pridie concionatum de Caesare requirebat, occidit: caputque ejus praefixum hastae circumtulit: postea solidam columnam prope viginti pedum lapidis Numidici in Fo-

---

Plebs — tetendit] *Plut.* Brut. 20. ὡς δὲ τὸ πῦρ ἐξέλαμψεν, ἀλλαχόθεν ἄλλος προσφερόμενοι, καὶ δαλοὺς ἀνασπῶντες ἡμιφλέκτους, διέθεον ἐπὶ τὰς οἰκίας τῶν ἀνῃρηκότων αὐτόν, ὡς ἐμπρήσοντες. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν εὖ πεφραγμένοι πρότερον, ἀπεκρούσαντο τὸν κίνδυνον. cf. Caes. 68. *Appian.* 147. τὸ βουλευτήριον, ἔνθα ὁ Καῖσαρ ἀνῄρητο, κατέφλεξαν, καὶ τοὺς ἀνδροφόνους, ἐκφυγόντας πρὸ πολλοῦ, περιθέοντες ἐζήτουν.

Helvium Cinnam] quem Tribunum pl. commemoravit Noster c. 52. *Dio* 44, 50. ἐπί τε τὰς οἰκίας τῶν σφαγέων ὥρμησαν, καὶ ἄλλους τε ἐν τούτῳ καὶ Ἑλούϊον Κίνναν δημαρχοῦντα μάτην ἀπέκτειναν· οὐ γὰρ ὅπως ἐπεβούλευσε τῷ Καίσαρι, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς μάλιστα αὐτὸν ἠγάπα· ἐπλανήθησαν δὲ, ὅτι Κορνήλιος Κίννας ὁ στρατηγὸς συμμετέσχε τῆς ἐπιθέσεως. *Appian.* 147. οὐκ ἀνασχόμενοί τι περὶ τῆς ὁμωνυμίας οὐδ' ἀκοῦσαι, διέσπασαν θηριωδῶς, καὶ οὐδὲν αὐτοῦ μέρος ἐς ταφὴν εὑρέθη. cf. *Plut.* Caes. 68. Brut. 20. (ubi ποιητικὸς ἀνὴρ dicitur, quod Xylander mutat in πολιτικός. Male. v. *Gell.* 19, 9 et 13.) *Valer. Max.* 9, 9, 1.

Cornelius — requirebat] *Appian.* 121. πρῶτος ἐπιφαίνεται Κίννας στρατηγὸς, οἰκεῖος ὢν ἐξ ἐπιγαμίας τῷ Καίσαρι, καὶ παρὰ δόξαν ἐπελθὼν ἐς μέσους, τήν τε ἐσθῆτα τὴν στρατηγικὴν ἀπεδύσατο, ὡς παρὰ τυράννου δεδομένης ὑπερορῶν, καὶ τον Καίσαρα τύραννον ἐκάλει, καὶ τοὺς ἀνελόντας τυραννοκτόνους· καὶ τὸ πεπραγμένον ἐσέμνυνεν, ὡς ὁμοιότατον μάλιστα τῷ προγονικῷ· καὶ τοὺς ἄνδρας, ὡς εὐεργέτας, καλεῖν ἐκέλευεν ἐκ τοῦ Καπιτωλίου καὶ γεραίρειν.

solidam columnam] v. *Cic.* ad Div. 12, 1. et 9, 14. ad Att. 14, 15. ubi laudatur Dolabella, qui eam evertit. Id. Phil. 1, 2. ubi: „eversio *illius exsecratae columnae*" et 2, 42. *bustum in foro* appellat. *Dio* et *Appian.* *aram* in busto extructam narrant. Ille 44, 51. βωμόν δέ τινα ἐν τῷ τῆς πυρᾶς χωρίῳ ἱδρυσάμενοι (τὰ γὰρ (ὀστᾶ) αὐτοῦ οἱ ἐξελεύθεροι προανείλοντο, καὶ ἐς τὸ πατρῷον μνημεῖον κατέθεντο) θύειν τε ἐπ' αὐτῷ, καὶ κατάρχεσθαι τῷ Καίσαρι, ὡς καὶ θεῷ, ἐπεχείρουν. οἱ οὖν ὕπατοι (Cn. Dolabella) ἐκεῖνόν τε ἀνέτρεψαν, καί τινας ἀγανακτήσαντας ἐπὶ τούτῳ ἐκόλασαν.

ro statuit, scripsitque: PARENTI PATRIAE. Apud eandem longo tempore sacrificare, vota suscipere, controversias quasdam interposito per Caesarem jurejurando distrahere, perseveravit. [86] Suspicionem Caesar quibusdam suorum reliquit, neque voluisse se diutius vivere, neque curasse, quod valetudine minus prospera uteretur: ideoque, et quae religiones monerent, et quae renunciarent amici, neglexisse. Sunt qui putent, confisum eum novissimo illo Senatusconsulto ac jurejurando, etiam custodias Hispanorum, cum gladiis sectantium se, removisse. Alii e diverso, opinatum, insidias undique imminen-

---

Appian. 148. ἔνθα (in busto Caesaris) βωμὸς πρῶτος (πρῶτον) ἐτέθη, νῦν δ' ἐστὶ νεὼς αὐτοῦ Καίσαρος, θείων τιμῶν ἀξιούμενος (ἀξιουμένου, quomodo video locum etiam citari a Fabric. ad Dion. l. c.). Videtur ara posita fuisse juxta columnam ad cultum Caesaris; nam *Dio* 47, 18. καὶ ἡρῷόν οἱ (Caesari) ἔν τε τῇ ἀγορᾷ καὶ ἐν τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ ἐκέκαυτο, προκατεβάλλοντο (Triumviri). De *marmore Numidico* v. Plin. 5, 3. (2.)

Parenti Patr.] *Cic.* ad Div. 12, 3. „(Antonius) primum in statua, quam posuit in Rostris, inscripsit: Parenti optimo merito, ut non modo sicarii, sed jam etiam parricidae judicemini."

apud eandem — perseveravit] Wolf. vel errasse Sueton., vel restitutam a plebe columnam putat. Sed potuit manere loco, ubi fuerat columna, sanctitas quaedam, donec Augustus, teste Appiano, templum ibi extruxit.

custodias Hispanorum — removisse] *Appian.* 109. λέγεται τοῖς φίλοις αὐτὸν ἐντείλασθαι φυλάσσειν — πυθομένων δ' ἐκείνων, εἰ συγχωρεῖ πάλιν αὐτὸν σωματοφυλακεῖν τὰς Ἰβηρικὰς σπείρας· Οὐδὲν ἀτυχέστερον, ἔφη, διηνεκοῦς φυλακῆς· ἔστι γὰρ αἰεὶ δεδιότος. Idem c. 118. ἀμφὶ δὲ αὐτῷ Καίσαρι (cum occideretur) στρατιωτικὸν μὲν οὐκ ἦν· οὐ γὰρ δορυφόρους ἠρέσκετο, τῇ δὲ τῆς ἡγεμονίας ὑπηρεσίᾳ μόνῃ.

sectantium] Haec Casauboni est emendatio. Vulg. *inspectantium*, pro quo Torrent. *insectantium*, Jac. Gronov. *adinsectantium*, Lips. *ad id sectantium*, Heinsius *stipantium* v. *circumstantium* v. *speculantium*, Oudend. *septantium* conjecerunt.

opinatum] sc. *putant* ex superioribus. Haec Torrentii et Graevii emendatio post Burm. edita est ab Oudend. et Wolfio. Vulgo: „*alii e diverso opinantur, insidias u. i. s. s. confessum*

tes subire semel satius esse, quam cavere semper. Alii ferunt, dicere solitum, non tam sua, quam Reipublicae interesse, uti salvus esset: se jam pridem potentiae gloriaeque abunde adeptum: Rempublicam, si quid sibi eveniret, neque quietam fore, et aliquanto deteriore conditione civilia bella subituram. [87] Illud plane inter omnes fere constitit, talem ei mortem paene ex sententia obtigisse. Nam et quondam, quum apud Xenophontem legisset, Cyrum ultima valetudine mandasse quaedam de funere suo, aspernatus tam lentum mortis genus, subitam sibi celeremque optaverat. Et pridie quam occideretur, in sermone nato super coenam apud M. Lepidum, quisnam esset finis vitae commodissimus, repentinum inopinatumque praetulerat. [88] Periit sexto et

---

satius esse, qu. c. s." Alii alia vel addunt vel demunt. v. Burm. et Oud. cf. etiam *Walther.* Observ. p. 21 sequ., cujus ratio tamen et ipsa orationem valde difficilem reddit. Ceterum cf. *Appian.* l. c. et *Plut.* Caes. 58. τῶν δὲ φίλων ἀξιούντων αὐτὸν δορυφορεῖσθαι, καὶ πολλῶν ἐπὶ τοῦτο παρεχόντων ἑαυτούς, οὐχ ὑπέμεινεν, εἰπών, ὅτι βέλτιόν ἐστιν ἅπαξ ἀποθανεῖν, ἢ ἀεὶ προςδοκᾶν, e quibus locis nostroque probabili conjectura Oudend. *Vell.* 2, 57. „ille dictitans, mori se quam timeri malle" corrigit *timere.*

abunde adeptum] *Sall.* Jug. 63. „alia omnia abunde erant." *Tac.* Hist. 2, 95. „abunde ratus, si etc."

Rempublicam] *Senec.* de clement. 1, 4. „Olim enim ita se induit Reip. Caesar, ut seduci alterum non possit sine utriusque pernicie. nam ut illi viribus opus est, ita et huic capite."

apud Xenophontem] Cyropaed. 8, 7. maxime §. 25.

super coenam] *Flor.* 4, 2, 69. „super mensas et pocula." Nos: über Tische.

apud M. Lepidum] *Plut.* Caes. 63. πρὸ μιᾶς δ' ἡμέρας, Μάρκου Λεπίδου δειπνίζοντος αὐτόν, ἔτυχε μὲν ἐπιστολαῖς ὑπογράφων, ὥςπερ εἰώθει, κατακείμενος· ἐμπεσόντος δὲ λόγου, ποῖος ἄρα τῶν θανάτων ἄριστος, ἅπαντας φθάσας ἐξεβόησεν· Ὁ ἀπροςδόκητος. Paullo aliter *Appian.* 115. πρὸ μιᾶς τοῦδε τοῦ βουλευτηρίου χωρῶν ἐπὶ δεῖπνον ἐς Λέπιδον τὸν ἵππαρχον, ἐπήγετο Δέκιμον Βροῦτον Ἀλβῖνον ἐς τὸν πότον· καὶ λόγον ἐπὶ τῇ κύλικι προὔθηκε, Τίς ἄριστος ἀνθρώπῳ θάνατος; αἱρουμένων δὲ ἕτερα ἑτέρων, αὐτὸς ἐκ πάντων ἐπῄνει τὸν αἰφνίδιον.

quinquagesimo aetatis anno: atque in Deorum numerum relatus est, non ore modo decernentium, sed et persuasione vulgi. Siquidem ludis, quos primo consecratos ei heres Augustus edebat, stella crinita

---

sexto et quinqu.] Natus erat Id. Quintil. A. U. 654. periit Id. Mart. A. U. 710.; deerant igitur quatuor menses 56 annis, quos vixisse dicitur. *Plut.* Caes. 69. θνήσκει δὲ Καῖσαρ, τὰ μὲν πάντα γεγονὼς ἔτη πεντήκοντα καὶ ἕξ, Πομπηΐῳ δ' ἐπιβιώσας οὐ πολὺ πλέον ἐτῶν τεσσάρων. A *Dione* 44, 7. numero rotundo πεντηκοντούτης dicitur. Eodem aetatis anno obiisse Scipionem Africanum minorem, Virgilium et Plinium, notat Torrent.

primo consecratos ei] i. e. ab eo, Caesare, (v. c. 20.) Veneri Genetrici, sed non editos. *Dio* 45, 6. καὶ μετὰ τοῦτο τὴν πανήγυριν τὴν ἐπὶ τῇ τοῦ Ἀφροδισίου ἐκποιήσει καταδειχθεῖσαν, ἣν ὑποδεξάμενοί τινες ζῶντος ἔτι τοῦ Καίσαρος ἐπιτελέσειν, ἐν ὀλιγωρίᾳ, ὥσπερ που καὶ τὴν τῶν Παριλίων ἱπποδρομίαν, ἐποιοῦντο, αὐτὸς (Augustus) ἐπὶ τῇ τοῦ πλήθους θεραπείᾳ, ὡς καὶ προσήκουσαν διὰ τὸ γένος, τοῖς οἰκείοις τέλεσι διέθηκε. *Appian.* Civ. 3, 28. ἐν ταῖς θέαις, ἃς αὐτὸς ὁ Καῖσαρ (Augustus) ἐτέλει, ἀνακειμένας ἐκ τοῦ πατρὸς Ἀφροδίτῃ γενετείρᾳ, ὅτε περ αὐτῇ καὶ τὸν νεὼν ὁ πατὴρ τὸν ἐν ἀγορᾷ ἅμα αὐτῇ ἀγορᾷ ἀνετίθει. *Plin.* 2, 25 (23.) „ludis, quos faciebat Veneri Genetrici, non multo post obitum patris Caesaris." v. Aug. 10. Errant igitur, qui praeferunt n. l. *primos consecrato ei.* Decepit librarios, auctores hujus lect., dativus *ei.*

stella crinita] *Plin.* l. c. „Cometes in uno totius orbis loco colitur in templo Romae, admodum faustus Divo Augusto judicatus ab ipso, qui, incipiente eo, apparuit ludis, quos faciebat Ven. Gen. — Namque his verbis id gaudium prodidit: Iis ipsis ludorum meorum diebus sidus crinitum per septem dies in regione coeli, quae sub septemtrionibus est, conspectum. Id oriebatur circa undecimam horam diei, clarumque et omnibus e terris conspicuum fuit. Eo sidere significari vulgus credidit, Caesaris animam inter Deorum immortalium numina receptam; quo nomine id insigne simulacro capitis ejus, quod mox in foro consecravimus, adjectum est." Narratio igitur Suetonii desumta est ex ipso Augusti scripto. *Dio* 45, 7. ἄστρον τι παρὰ πάσας τὰς ἡμέρας ἐκείνας ἐκ τῆς ἄρκτου πρὸς ἑσπέραν ἀνεφάνη· καὶ αὐτὸ κομήτην τε τινῶν καλούντων, καὶ προσημαίνειν οἷά που εἴωθε λεγόντων, οἱ πολλοὶ τοῦτο μὲν οὐκ ἐπίστευον· τῷ δὲ δὴ Καίσαρι αὐτό, ὡς καὶ ἀπηθανατισμένῳ, καὶ ἐς τὸν τῶν ἄστρων ἀριθμὸν συγκατειλεγμένῳ, ἀνετίθεσαν. cf. *Plut.* Caes. 69. τῶν δὲ θείων (sc. θαυμασιώτατον) ὅ τε μέγας κομήτης (ἐφάνη γὰρ ἐπὶ νύκτας ἑπτὰ μετὰ τὴν Καίσαρος σφαγὴν διαπρεπής, εἶτ' ἠφανίσθη)

per septem dies continuos fulsit, exoriens circa undecimam horam: creditumque est, animam esse Caesaris in coelum recepti: et hac de causa simulacro ejus in vertice additur stella. Curiam, in qua occisus est, obstrui placuit, Idusque Martias *parricidium* nominari, ac, ne unquam eo die Senatus ageretur. [89] Percussorum autem fere neque triennio quisquam amplius supervixit, neque sua morte defun-

---

καὶ τὸ περὶ τὸν ἥλιον ἀμαύρωμα τῆς αὐγῆς. *Senec.* Nat Quaest. 7, 17. *Serv.* ad *Virg.* Ecl. 9, 47. et quos alios laudat Fabric. ad Dion. l. c. Solis eclipsin narrat etiam *Aurel. Vict.* 82. qui: „cujus corpore pro rostris posito, Sol orbem suum celasse dicitur." v. Heyn. ad *Virg.* Georg. 1, 466.

Curiam] *Appian.* 147., quem s. ad c. 85. citavimus, incensam eam a plebe narrat. Consentit cum Nostro *Dio* 47, 19. τὸ οἴκημα, ἐν ᾧ ἐσφάγη, παραχρῆμά τε ἔκλεισαν, καὶ ὕστερον ἐς ἄφοδον μετεσκεύασαν. καὶ τὸ βουλευτήριον τὸ Ἰούλιον ἀπ᾿ αὐτοῦ κληθὲν παρὰ τῷ Κομιτίῳ ὠνομασμένῳ ᾠκοδόμουν, ὥσπερ ἐψήφιστο.

Idusque Martias] *Dio* ib. τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ ἐφονεύθη, κυρίαν ἀεί ποτε ἕδραν βουλῆς ἔχουσαν ἀποφράδα ἐνόμισαν. Idem c. 18 et 19. alios honores a Triumviris Caesari datos recenset.

Percussorum] *Dio* 48. init. ὁ μὲν οὖν Βροῦτος ὅ τε Κάσσιος οὕτως ἀπώλοντο τοῖς ξίφεσιν, οἷς τὸν Καίσαρα ἀπεχρήσαντο, σφαγέντες· οἱ δὲ ἄλλοι οἱ τῆς ἐπ᾿ αὐτὸν ἐπιβουλῆς μετασχόντες, οἱ μὲν πρότερον, οἱ δὲ τότε, οἱ δὲ μετὰ ταῦτα, πλὴν πάνυ ὀλίγων, ἐφθάρησαν (nempe bello Mutinensi, ut Dec. Brutus, Pontius Aquila, vel Philippensi, ut Brutus et Cassius, vel postea conjuncti cum Sexto Pompejo)· ὥς που τό τε δίκαιον ἔφερε, καὶ τὸ δαιμόνιον ἦγεν, ἄνδρα αὐτοὺς εὐεργέτην σφῶν, ἐς τοσοῦτον καὶ τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς τύχης προχωρήσαντα, ἀποκτείναντας παθεῖν. Effecit id, uti *Plut.* Caes. 69. ὁ μέγας αὐτοῦ (Caesaris) δαίμων, ᾧ παρὰ τὸν βίον ἐχρήσατο, καὶ τελευτήσαντος ἐπηκολούθησε τιμωρὸς τοῦ φόνου, διά τε γῆς πάσης καὶ θαλάσσης ἐλαύνων καὶ ἀνιχνεύων, ἄχρι τοῦ μηδένα λιπεῖν τῶν ἀπεκτονότων, ἀλλὰ καὶ τοὺς καθ᾿ ὁτιοῦν, ἢ χειρὶ τοῦ ἔργου θίγοντας, ἢ γνώμῃ μετασχόντας, ἐπεξελθεῖν. *Appian.* 2, 154 συνέβη δὲ αὐτῷ. καὶ τῶν ἐς τὸ σῶμα ἐπιβουλευσάντων μηδένα διαφυγεῖν, ἀλλὰ τῷ παιδὶ δοῦναι δίκην ἀξίαν, καθάπερ Ἀλεξάνδρῳ τοὺς Φίλιππον ἀνελόντας. cf. *Vell.* 2, 69.

sua morte] i. e. *naturali* s. *fatali*, ut Senec. „bena res est, non sua morte." Comparat Casaub. Graeca ἴδιος θάνατος, αὐτόματος θάν., οἰκεία τελευτή.

ctus est. Damnati omnes, alius alio casu periit: pars naufragio, pars proelio: nonnulli semet eodem illo pugione, quo Caesarem violaverant, interemerunt.

Damnati omnes] lege Pedia. *Dio* 46, 48. αὐτοί τε πυρὸς καὶ ὕδατος εἴρχθησαν, καὶ αἱ οὐσίαι αὐτῶν ἐδημεύθησαν. *Vell.* 2, 69., „et lege Pedia, quam Consul Pedius collega Caesaris (Octavii) tulerat, omnibus, qui Caesarem patrem interfecerant, aqua ignique damnatis interdictum erat." v. Ner. c. 3. — *periit.* Notabilis loquendi modus, si refers *periit* ad *damnati omnes*, quem contra Ernest. postulantem *perierunt* Bremius fulsit exemplo Cic. de Off. 41. „ut enim pictores, et ii, qui signa fabricantur, et vero etiam poetae, suum quisque opus a vulgo considerari *vult*" ubi unus cod. *volunt.* cf. supra c. 84. „praeferentibus munera sequ." Potes etiam post *omnes* supplere *sunt*, atque ita interpunxi.

C. IULIUS CAESAR
OCTAVIANUS AUGUSTUS.

[1] Gentem Octaviam Velitris praecipuam olim fuisse, multa declarant. Nam et vicus celeberrima parte oppidi jam pridem Octavius vocabatur: et ostendebatur ara Octavio consecrata, qui bello dux finitimo, quum forte Marti rem divinam faceret, nunciata repente hostis incursione, semicruda exta rapta foco prosecuit, atque ita proelium ingressus, victor rediit. Decretum etiam publicum exstabant, quo cavebatur, ut in posterum quoque simili modo exta Marti redderentur, reliquiaeque ad Octavios referrentur. [2] Ea gens a Tarquinio Prisco rege inter

---

Velitris] De hoc Volscorum oppido v. *Cellarii* Geogr. Ant. 2, 9. p. 813. — *Dio* 45, 1. ὁ δὲ δὴ Γάϊος ὁ Ὀκταούϊος — ἦν μὲν ἐξ Οὐελίτρων τῶν Οὐολσκῶν.

ara Octavio consecrata] Sunt, qui *aram* monumentum lapideum esse putent, in Octavii honorem statutum, in his Ernesti et Bremi. Sed quum talis honor homini tributus illi antiquitati vix conveniat, neque *ara* pro quovis monumento apud Suet. occurrat, melior est ratio Burm. Oudend. Wolfii, qui cum Lips. ad *Tac.* A. 2, 50. aram intelligunt *ab Octavio* sine dubio Marti consecratam, quae conditoris Octavii nomen retinebat. Hic usus dativi notatus est Caes. 20. et 88. ubi: *campum majoribus consecratum* et *ludi ei consecrati*. Ita sensit etiam Reitzius.

prosecuit] i. e. quamquam nondum satis cocta dissecuit, et *prosicias*, ἀπαρχάς, arae imposuit. De voc. *prosecare* in sacrificiis solenni v. *Brisson.* de formulis p. 24. — Marti, qui illegitima sacra tamen probaverat victoria data, ara postea est consecrata.

quoque] Al. addunt *anno.* Burm. conjecit *quoquo anno in posterum*, i. e. singulis annis. Sed *anno* glossam olet. Postea *redderentur* est i. q. darentur, quae vox alias de sacrificiis usurpatur, (v. *Brisson.* l. c.), ut *referrentur* pro *ferrentur. Reliquiae* non sunt extorum, sed carnes victimae reliquae praeter exta.

Romanas gentes allecta, [in Senatum] mox a Ser Tullio in patricias transducta, procedente tempore ad plebem se contulit, ac rursus magno intervallo per D. Iulium in patriciatum rediit. Primus ex hac magistratum populi suffragio cepit C. Rufus. Is quaestorius, Cneum et Cajum procreavit: a quibus duplex Octaviorum familia defluxit, conditione di-

---

in Senatum] Totum comma variis impeditum est difficultatibus. Varietatem lectionis et virorum doctorum conjecturas v. apud Burm. et Oudend. Sententia integra videtur, abjectis verbis: *in Senatum*, quibus originem dedit, quod conjungi solet, proximum verbum *allegere*, vel, quod sequitur, *ad plebem*, cui sciolus dare voluit quod responderet. Id quidem certum, alterutrum abundare, *in Senatum*, aut *in patricias*, quum regum tempore Senatorum et Patriciorum nullum adhuc esset discrimen, de quo dixi ad Caes. 41. cf. Paul. *Manut.* de Senatu Rom. c. I. et ad *Cic.* ad Div. 9, 21. Ernest. minus bene delere maluit *in patricias*. Sed his verbis respondere postea *in patriciatum*, monent *Bremi* et *Wolf*. *Walther*. Observ. p. 12. interpungit post: *a Serv. Tullio*. Sequentia: *In patricias transducta* sequ. interpretatur: quum antea in patricias transducta esset, np. eo ipso, quod Serv. Tull. in Sen. allegerat, proced. t. sequ. Sed hoc inutilem ejusdem rei infert repetitionem, a brevitate Suetoniana valde alienam. Ceterum, quod gens Octavia, a Tarqu. Prisco Romam prius Velitris transducta et civitate donata, inter patricias lecta dicitur a Servio Tullio, quum Senatum ab hoc rege auctum nullus scriptor memoret praeter *Zonaram* 7, 9. excitatum ab Oudendorp., puto factum id esse ob divitias hujus gentis, per instituti census occasionem.

ad plebem se cont.] vel per adoptionem, vel, quod verisimilius, quum censum senatorium amisisset, *ad pudendam inopiam delapsa*, ut *Tac.* A. 2, 38.

magno intervallo] i. e. diu post. Reitz. confert *Cic.* pro Rosc. 5. pro Arch. 4. al. Inepte al. *magna vi*. Burm. suadet *magno*, repetito e superioribus *tempore*, ut *magnum tempus* sit pro longo, durissima ratione.

per D. Iulium] *Dio* 45, 2. ἐξ οὗν τούτων ὁ Καῖσαρ μεγάλα ἐπ' αὐτῷ ἐλπίσας, ἐς τε τοὺς εὐπατρίδας αὐτὸν ἐσήγαγε, καὶ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἤσκει (Octavium) κ. τ. λ. Factum id, quum lege Cassia Caesar multos patricios allegeret. v. Caes. 41.

C. Rufus] De gente Octavia omnino plura v. apud *Glandorp*. p. 634 sequ. et *Ruperti* tabul. geneal. p. 149 sequ.

versa. Siquidem Cneus, et deinceps ab eo reliqui omnes, functi sunt honoribus summis. At Cajus ejusque posteri, seu fortuna, seu voluntate, in equestri ordine constitére, usque ad Augusti patrem. Proavus Augusti secundo Punico bello stipendia in Sicilia Tribunus militum fecit, Aemilio Papo imperatore. Avus municipalibus magisteriis contentus, abundante patrimonio, tranquillissime senuit. Sed haec alii. Ipse Augustus nihil amplius quam equestri familia ortum se scribit, vetere ac locuplete, et in qua primus Senator pater suus fuerit. M. Antonius libertinum ei proavum exprobrat, restionem, e pago Thurino: avum argentarium. Nec quicquam ultra

---

Cneus, et deinceps—reliqui] qui omnes *Cneum* praenomen tenuisse videntur, ut alteri familiae *Cajum* haesit. v. praeter jam laudatos *Ernest.* Cl. Cic. in *Cn. Octavius.* Cneum, auctorem nobilitatis familiae Octaviae, commemorat *Cic.* Phil. 9, 2. ubi: „Cn. Octavii, clari et magni viri, qui primus in eam familiam, quae postea viris fortissimis floruit, attulit consulatum, statuam videmus in Rostris."

ad Augusti patrem] de quo v. cap. sequ.

Aemilio Papo Imper.] Lucio, qui Praetor fuit Siciliae P. Scipione Africano et P. Licinio Crasso Css. *Liv.* 28, 38. v. *Pighii* Ann. T. II. p. 213. ad A. U. 548. Imperatorem h. l. nihil esse, nisi summum ducem cum imperio, docet Oudend. contra Pighium, qui l. c. suadet legi apud Nostrum: *Praetore.*

munic. magisteriis] vicorum, collegiorum etc. ut interpr. Ernest. Ita *magistri e plebe* intra c. 30. distinguuntur ab annuis magistratibus. Casaub. et Oudend. ἀρχὰς municipales intelligunt, magistratuum nomine a Romanis haud dignas habitas, quales erant Duumvirorum, Aedilium etc. Est etiam lectio: *ministeriis*, si vel maxime reciperetur, sensus aeque incerti.

Ipse Augustus] sine dubio in libris de vita sua, de quibus v. c. 85.

M. Antonius] in *edictis*, in quibus maledicta in Octavianum congessisse, eique ignobilitatem objecisse dicitur *Cic.* Phil. 3, 6. et 13, 9. vel *epistolis*, quas „*falsa quidem in Augustum probra, sed multa cum acerbitate*" habuisse, dicit Cremutius Cordus apud *Tac.* Ann. 4, 34.

de paternis Augusti majoribus reperi. [3] C. Octavius pater a principio aetatis et re et existimatione magna fuit: ut equidem mirer, hunc quoque a nonnullis argentarium, atque etiam inter divisores operasque campestres, proditum. Amplis enim innutritus opibus, honores et adeptus est facile, et egregie administravit. Ex praetura Macedoniam sortitus, fugitivos, residuam Spartaci et Catilinae manum, Thurinum agrum tenentes, in itinere delevit, negotio sibi in Senatu extra ordinem dato. Provinciae praefuit non minore justitia, quam fortitudine. Namque Bessis ac Thracibus magno proelio fusis, ita socios tractavit, ut epistolae M. Tullii Ciceronis ex-

---

C. Octavius pater] *Vell.* 2, 59. „Fuit C. Octavius, ut non patricia, ita admodum speciosa equestri genitus familia, gravis, sanctus, innocens, dives.“ *Nicol. Damasc.* de vit. Aug. πατὴρ μὲν οὖν ἦν αὐτῷ Γάϊος Ὀκταούϊος ἀνὴρ τῶν ἐκ τῆς συγκλήτου. *Plutarch.* Cicer. 44. ἦν δὲ πατρὸς Ὀκταουΐου τῶν οὐκ ἄγαν ἐπιφανῶν, Ἀττίας δὲ μητρός, ἀδελφιδῆς Καίσαρος.

hunc quoque a nonnullis] ab auctoribus versiculi: „pater argentarius, ego Corinthiarius,“ quem Noster profert c. 70.

divisores] qui in campo Martio candidatorum nomine tribubus pecunias dividebant. v. *Rosini* Ant. Rom. 7, 8. et *Ernesti* Cl. Cic. sub v. *divisor*, ubi tamen male divisores eosdem existimat, qui *diribitores tabularum* alias dicuntur. *Operae campestres* omnino sunt, quorum opera candidati ad comparanda vel emenda suffragia utebantur. Cic. Verr. 3, 69. *furem ac divisorem* conjungit.

Macedoniam sort.] Successit C. Antonio, cum Cicerone Consuli A. U. 691., inde Macedoniae praefecto et ad repetundarum crimen reverso Caesare et Bibulo Css. A. U. 695. — *Vell.* l. c. „Hic Praetor inter nobilissimos viros creatus primo loco, quum ei dignatio Iulia genitam Atiam conciliasset uxorem, ex eo honore sortitus Macedoniam, appellatusque in ea Imperator, decedens ad petitionem consulatus obiit, praetextato relicto filio.“

Bessis ac Thracibus] *Bessi*, Gr. Βησσοί et Βεσσοί, ferocissima Thraciae natio ad montem Haemum, nominantur priore loco, ut gravissima pars totius gentis. v. *Cellar.* Geogr. Ant. 2, 15. p. 1323. et Fabr. ad *Dion.* 47, 25.

epistolae M. Tull. Cic.] ad Qu. Fr. 1, 1, 7. „His rebus nuper C. Octavius jucundissimus fuit, apud quem *primum* (ita

stent, quibus Quintum fratrem, eodem tempore parum secunda fama proconsulatum Asiae administrantem; hortatur et monet, imitetur in promerendis sociis vicinum suum Octavium. [4] Decedens Macedonia, priusquam profiteri se candidatum consulatus posset, mortem obiit repentinam, superstitibus liberis, Octavia majore, quam ex Ancharia, et Octavia minore, item Augusto, quos ex Atia tulerat. Atia M. Atio Balbo et Iulia, sorore C. Caesaris, genita est. Balbus, paterna stirpe Aricinus, multis in familia senatoriis imaginibus, a matre Magnum

---

recte, opinor, edidit Schütz. pro *primus*) lictor quievit, tacuit accensus; quoties quisque voluit, dixit, et quam voluit diu." Quinti ingenium difficile et iracundum saepius vituperat ipse frater. Postea *proconsulatus Asiae* solenni permutatione dicitur pro *propraetura*. Ex praetura enim Q. Cicero administravit Asiam.

profiteri] Vocabulum hac de re proprium ex paucis codd. restituerunt editores. Vulg. *confiteri*. v. Cort. ad *Sallust*. Cat. 18., qui et ipse, nostrum locum excitans, dat: *profiteri*.

mortem obiit rep.] v. *Vell*. l. c. *Cic*. Phil. 3, 6. „Ignobilitatem objicit (Antonius) C. Caesaris filio, cujus etiam naturalis pater, si vita suppeditasset, Consul factus esset." Ceterum bene restituit e codd. Graevius accusativum *mortem* pro *morte*. Hic enim constans est usus scriptoris nostri. v. ind. nostr.

M. Atio Balbo] *Cic*. l. c. „hujus sanctissimae feminae (matris Augusti) atque optimae pater, M. Atius Balbus, in primis honestus, praetorius fuit." Adulatur Augustum *Virg*. Aen. 5, 568. „Alter Atys, *genus unde Atii duxere Latini*, Parvus Atys, pueroque puer dilectus Iulo," artificiose amicitiam inter juvenes, qui Caesaris et Augusti majores ferebantur, fingens. *Dio* 45, 1. Augustum τῆς Ἀττίας τῆς τοῦ Καίσαρος ἀδελφῆς υἱὸν dicit, ubi cum Reimaro ἀδελφὴν de sororis filia intelligo, ita ut opus non sit correctione ἀδελφιδῆς, nisi scriptoris ibi est error, quod in tanto reliquorum consensu vix credendum. Omnes hos locos neglexit *Glandorp*., ubi de Atia familia agit Onomast. p. 131.

Aricinus] De *Aricia* v. *Cellar*. 2, 9. p. 799. *Cic*. l. c. municipium Aricinum dicit „vetustate antiquissimum, jure foederatum, propinquitate paene finitimum, splendore municipum honestissimum."

Pompejum artissimo contingebat gradu; functusque honore praeturae inter Vigintiviros agrum Campanum plebi Iulia lege divisit. Verum idem Antonius, despiciens etiam maternam Augusti originem, proavum ejus Afri generis fuisse, et modo unguentariam tabernam, modo pistrinum Ariciae exercuisse, objicit. Cassius quidem Parmensis quadam epistola, non tantum ut pistoris, sed etiam ut nummularii nepotem, sic taxat Augustum: *Materna tibi farina*

---

inter Vigintiviros] v. Caes. c. 20.

idem Antonius] v. *Cic.* l. c. *Servius* ad Virgil. l. c. Vos. *idem* male omisit Burm. Est idem Antonius, qui paternum Augusti genus contemsisse dictus fuerat c. 2.

Cassius qu. Parmensis] qui fuit ex percussoribus Caesaris, commemoratus ab *Appian*. Civ. 5, 2. Κάσσιος, ὁ Παρμήσιος ἐπίκλησιν, ὑπελέλειπτο ὑπὸ Κασσίου καὶ Βρούτου περὶ τὴν Ἀσίαν ἐπὶ νεῶν καὶ στρατοῦ, χρήματα ἐκλέγειν. Idem c. 139. cum aliis a Sexto Pompejo ad Antonium transiisse dicitur. v. *Glandorp.* Onom. p. 208. *Ruhnken.* ad *Vell.* 2, 88.

ut pistoris — nummularii nep.] pistoris a matre, nummularii i. e. argentarii, τραπεζίτου, a patre.

Materna tibi farina] Ineptum *siquidem* post *farina*, quod deest in multis, omisi cum aliis. Oudend. edidit *si.* Magis mihi placet, quod conjicit, *scilicet*. Postea *crudissimum* pistr. non intelligo *recentissimum* cum Graevio, quo sensu fere hoc voc. apud Tacitum occurrit, sed *rude*, nullis moribus excultum (ut nostr. *roh*). Exprobrat enim Augusto genus servile, ab ingenuorum elegantia alienum. Ita apud *Persium* Sat. 1, 92. *numeris crudis* opponitur *decor* et *junctura*. Pro *finxit* reddidissem e nonnullis codd. *pinsit* v. *pinsuit*, quod praeplacuit etiam Torrentio, nisi ab illo staret antiquissimorum codd. auctoritas. Pro *Nerulonensis* lubentissime admitterem lectionem antiquissimae Lugdun. edit., a Casaubono allatam: *Nemorensis* i. e. Aricinus (v. ad Caes. c. 46.), nisi sermo esset de avo paterno, ad quod miror non attendisse doctissimos viros, Perizonium, Ernestium, Wolfium. Contra quum *Nerulum* s. *Neruli* oppidum esset Lucaniae prope Thurios, (de quo v. *Cellar.* p. 908.), cui, quod apud nos etiam nonnullis oppidulis accidere solet, contemtus aliquis atque ludibrium adhaesisse videtur, acquiesco in ea lectione, et salse *Nerulonensem* dictum pro *Thurino* puto. Aliorum conjecturas maximam partem ineptas v. apud Burm. et Oudend.

ex crudissimo Ariciae pistrino: hanc finxit manibus collybo decoloratis Nerulonensis mensarius. [5] Natus est Augustus, M. Tullio Cicerone et Antonio Consulibus, VIIII Kalendas Octobres, paulo ante solis exortum, regione Palatii, ad Capita bubula, ubi nunc sacrarium habet, aliquanto post, quam excessit, constitutum. Nam ut Senatus actis continetur, quum C. Laetorius, adolescens patricii generis, in deprecanda graviore adulterii poena, praeter aetatem atque natales, hoc quoque Patribus conscriptis allegaret, se esse possessorem ac velut aedituum soli, quod primum D. Augustus nascens attigisset; peteretque donari quasi proprio suo ac peculiari Deo: decretum est, ut ea pars domus consecraretur. [6] Nutrimentorum ejus ostenditur adhuc locus in avito suburbano juxta Velitras permodicus, et cellae penuariae instar: tenetque vicinitatem opinio, tanquam et natus ibi sit. Huc introire, nisi necessario et caste,

---

Natus est — Consulibus] A. U. 691. *Vell.* 2, 36. „Consulatui Ciceronis non mediocre adjecit decus natus eo anno Div. Augustus, abhinc annos LXXXXII., omnibus omnium gentium viris magnitudine sua inducturus caliginem." De die ejus natali controverso v. quae disputat et quos laudat Burmannus.

ad Capita bubula] qui locus erat in regione X. Urbis Romae. v. Onuphr. *Panvin.* descript. urb. Rom. (Thes. Graev. T. III. p. 304.).

graviore adulterii poena] quae qualis fuerit, incertum. v. c. 34. ubi de lege Iulia de adulteriis sermo injicitur. Apte ad h. l. comparat *Walther.* Observ. p. 13. similem *Taciti* A. 2, 50. „*adulterii graviorem poenam* deprecatus sequ."

aedituum] Aeditui locorum sacrorum erant custodes, de quibus v. *Rosini* Ant. Rom. 5, 31. p. 219. De vocabulo ipso v. *Gell.* 12, 10.

donari — Deo] i. e. ignosci sibi in gratiam Dei. Ita Gr. χαρίζεσθαι. Flor. 3, 5, 10. „ingratissimos — hominum in honorem tamen mortuorum, sacris suis famaeque donavit," ubi plurimis exemplis locutionem illustrat *Dukerus.* cf. *Freinshem.* ind. Flor. in *donare.*

vicinitatem] Laudat Reitzius *Sall.* Cat. 36. „*vicinitatem* armis exornat," et Cort. ad h. l., item *Horat.* Epist. 1, 16, 44. „videt hunc omnis domus et *vicinia tota.*"

religio est: concepta opinione veteri, quasi temere adeuntibus horror quidam et metus objiciatur: sed et mox confirmata est. Nam quum possessor villae novus, seu forte, seu tentandi causa, cubitum se eo contulisset; evenit, ut post paucissimas noctis horas exturbatus inde subita vi et incerta, paene semianimis cum strato simul ante fores inveniretur. [7] Infanti cognomen THURINO inditum est, in memoriam majorum originis: vel quod regione Thurina, recens eo nato, pater Octavius adversus fugitivos rem prospere gesserat. Thurinum cognominatum, satis certa probatione tradiderim, nactus puerilem imaguncculam ejus aeream veterem, ferreis ac paene jam exolescentibus literis, hoc nomine inscriptam: quae dono a me Principi data, inter cubiculares colitur. Sed et a M. Antonio in epistolis per contumeliam saepe Thurinus appellatur: et ipse nihil amplius quam *mirari se* rescribit, *pro opprobrio sibi prius nomen ob-*

---

cognomen Thurino] *Dio* 45, 1. dat ei etiam cognomen Καιπίας, de quo v. Fabr. ad h. l. Nisi idem, modo corrupte, extaret in Mss. Zonarae, putarem ortum e Καῖσαρ, quod nomen Dio fortasse per prolepsin Octavio dedisset.

in memoriam maj. orig.] quae scilicet a nonnullis ferebatur c. 2. Varias causas dat auctor, non omnes suas.

recens eo nato] Quum natus esset A. U. 691., Octavius autem pater, Antonii in provincia Macedonia successor A. U. 695. (v. c. 5.), in itinere rem contra fugitivos gesserit, Augustus tertium aetatis annum illo tempore excesserit necesse est. *recens* igitur capiendum de longiore intervallo. v. Oudend.

ferreis] injectis per eam artem, quam ἐμπαιστικὴν dictam, notat Casaub.

Principi] Hadriano, cui epistolarum magister Suetonius. *Torrent.*

inter cubiculares] i. e. quae in cubiculo constitutae simul cum Laribus colebantur. Lipsii conjecturam: *inter cubiculi Lares* ex Domit. 17. ubi *Lares cubiculi*, probarunt Oudend. Ruhnken. et Wolf. Ernest. comparat ad morem illustrandum exemplum Alexandri Severi e *Lamprid.* Alex. Sev. c. 29.

jici. Postea CAESARIS, et deinde AUGUSTI cognomen assumsit: alterum, testamento majoris avunculi; alterum, Munatii Planci sententia: quum, quibusdam censentibus, Romulum appellari oportere, quasi et ipsum conditorem Urbis, praevaluisset, ut Augustus potius vocaretur, non tantum novo, sed etiam ampliore cognomine. [quod loca quoque religiosa, et in quibus augurato quid consecratur, augusta dicantur, ab auctu, vel ab avium gestu gustuve, sicut etiam Ennius docet, scribens:

Caesaris] Delevi cum Wolf. praenomen C., quum de additis cognominibus sermo sit, h. l. prorsus ineptum, si vel maxime Augustus, assumto hoc nomine, Cajum praenomen usurpare perrexerit, quod et ipsum negat numorum auctoritate Oudend.

Augusti] De eo *Dio* 53. 16. οὕτω δὴ καὶ τὸ τοῦ Αὐγούστου ὄνομα καὶ παρὰ τῆς βουλῆς καὶ παρὰ τοῦ δήμου ἐπέθετο· βουληθέντων γὰρ σφῶν ἰδίως πως αὐτὸν προσειπεῖν, καὶ τῶν μὲν τό, τῶν δὲ τὸ καὶ ἐσηγουμένων καὶ αἱρουμένων, ὁ Καῖσαρ ἐπεθύμει μὲν ἰσχυρῶς Ῥωμύλος ὀνομασθῆναι· αἰσθόμενος δέ, ὅτι ὑποπτεύεται ἐκ τούτου τῆς βασιλείας ἐπιθυμεῖν, οὐκέτ᾽ αὐτοῦ ἀντεποιήσατο, ἀλλὰ Αὔγουστος, ὡς καὶ πλεῖόν τι ἢ κατὰ ἀνθρώπους ὤν, ἐπεκλήθη· πάντα γὰρ τὰ ἐντιμότατα καὶ τὰ ἱερώτατα αὔγουστα προσαγορεύεται· ἐξ οὗπερ καὶ σεβαστὸν αὐτὸν καὶ ἑλληνίζοντές πως, ὥσπερ τινὰ σεπτόν, ἀπὸ τοῦ σεβάζεσθαι, προσεῖπον. De die, quo hoc nomen sibi imposuit Octavianus, variant scriptores. *Ovid.* Fast. 1, 587. Idus Januarias (A. U. 727.), *Censorin.* c. 22. XVI. Kal. Februar., *Oros.* 6, 20. VIII. Id. Januar., et tabula votiva a Narbonensibus Augusto A. U. 764. posita, quam dat *Gruterus* p. 229., VII. Id. Januar. exhibet. Vide, quomodo conciliet ea *Fabric.* ad Dion. l. c. Annum fuisse U. C. 727. Caesare ipso VII. et M. Agrippa III. Css., e Dione et Censorino l. c. constat.

alterum testamento] v. ad Caes. c. 83.

Munatii Planci] *Vell.* 2, 91. „quod cognomen illi [viro] Planci sententia consensus universi Senatus populique Romani indidit.“ *Censorin.* l. c.

Romulum] *Flor.* 4, 12, 66. „Tractatum etiam in Senatu, an, quia condidisset imperium, Romulus vocaretur; sed sanctius et reverentius visum est nomen Augusti, ut scilicet jam tum, dum colit terras, ipso nomine et titulo consecraretur,“ ubi v. *Duker.* cf. *Dio* l. c.

quod loca — Roma est] Verum sine dubio viderunt, qui

Augusto augurio postquam inclita condita Roma est.]

[8] Quadrimus, patrem amisit: duodecimum annum agens, aviam Iúliam defunctam pro concione laudavit. Quadriennio post virili toga sumta, militaribus

---

ex Festo haec verba assuta censent. Uncis igitur inclusi cum Oudend., quem vide, et Wolfio.

C. 8. Secutus sum in digerendo in annos rerum ordine Oudendorpium, quo accuratius nihil esse potest. Idem, qui de annis Augusti disputarunt, ad h. l. enumeravit. v. interpr. ad *Flor.* 4, 4, 2. *Vell.* 2, 61, 1. et ad monum. Ancyr.

Quadrimus] A. U. 695. Natus enim erat A. U. 691. Pater ne totum quidem annum in provincia Macedonia transegisse videtur, (v. c. 3.) maturius inde profectus ad comitia consularia, nisi mors ejus referenda ad A. 696., quod fecit *Kraus.* ad *Vell.* 2, 59, 2. Ita aliquot menses ad quatuor Augusti annos accederent.

aviam Iuliam] v. c. 4. De more defunctos pro concione laudandi v. ad Caes. 6. Orationem hanc habuit Augustus A. U. 702. *Agebat* enim annum duodecimum. *Quinctil.* 12, 6. pleno numero: „Caesar Augustus *duodecim natus annos* aviam pro Rostris laudavit." Discedit *Nicol. Damasc.* l. c. 5. ὅτι Καῖσαρ περὶ ἐννέα ἔτη μάλιστα γεγονὼς θαῦμά τε οὐ μικρὸν παρέσχε Ῥωμαίοις, φύσεως ἀκρότητα δηλώσας ἐν τοιᾷδε ἡλικίᾳ, καὶ τοῖς ἀνδράσι πολὺς ἐγγίνεται θόρυβος ἐν πολλῷ ὁμίλῳ δημηγοροῦντι, (nisi leg. δημηγοροῦντος, vel ex emendatione Vales. καὶ ὅπου τοῖς ἀνδράσι πολὺς ἐγγίνεται θόρυβος, ἐν πολλῷ ὁμίλῳ δημηγορήσας) quod de oratione hac funebri intelligendum, patet e proxime sequentibus: ἀποθανούσης δ' αὐτῷ τῆς τήθης. Jam ex h. l. et mox sequenti, ubi dicitur περὶ ἔτη μάλιστα γεγονὼς τεσσαρακαίδεκα togam virilem sumsisse, *Vales.* ad Nicol., *Gronov.* et *Ryck.* ad *Tac.* Ann. 12, 41., *Ferrar.* de re vestiar. 2, 1. *Graevius*que ad n. probare voluerunt, legendum hic esse: *decimum annum agens*, quos satis, opinor, refutavit *Oudend.* ex tota temporum ratione.

Quadriennio post] A. U. 706. quum annum vitae quintum decimum absolvisset. Quod *Gronov.* ad *Tac.* l. c. *quintum decimum* solennem ac legitimum tirocinii annum fuisse contendit, id haud scio, an minus sit exploratum, quum plurima diversi usus apud scriptores exempla inveniantur. Videtur potius pro varia juvenum maturitate, omnique ingeniorum reliquaeque conditionis diversitate et ob alias causas vel maturius, vel serius solennis ille ad virilem aetatem et vitam transitus institu-

dônis triumpho Caesaris Africano donatus est, quamquam expers belli propter aetatem. Profectum mox avunculum in Hispanias adversus Cn. Pompeji liberos, vixdum firmus a gravi valetudine, per infestas hostibus vias, paucissimis comitibus, naufragio etiam facto, subsecutus, magno opere demeruit, approbata cito etiam morum indole super itineris industriam. Caesare post receptas Hispanias expeditionem in Dacos, et inde in Parthos, destinante, praemissus Apol-

---

tus fuisse, eandemque sententiam video fuisse Cel. *Reitzii* ad h. l., qui pluribus hac de re egisse se dicit ad *Nieuport.* Ant. Rom. p. 513. Qui plura cupit de re admodum incerta, adeat scriptores de re vestiaria Rom., qui Thes. Graev. Tom. VI. continentur. cf. *Rosini* Ant. Rom. p. 401.

mil. donis — donatus est] Triumphus Caesaris Africanus incidit in annum 708. Conjungit igitur Suet. plurium annorum res uno commate, et confirmat hic locus rationem Wesselingii, de qua diximus ad Caes. 1. De *donis militaribus* v. c. 25. et Tiber. 32. Ceterum idem narrat de Augusto *Nicol. Damasc.* c. 8. ἐκέλευσε τῷ ἑαυτοῦ ἅρματι ἕπεσθαι, κόσμοις αὐτὸν στρατηγικοῖς ἀσκήσας (an κοσμήσας), ὡς ἂν αὐτοῦ σύσκηνον ἐν πολέμῳ γεγονότα, ubi v. *Vales.*, qui tamen temere de anno Suetonio litem impingit, moris hujus scriptoris modo notati immemor.

avunculum] majorem, ut dixerat sup. cap. Ita *Eutrop.* 7, 1. Octavianum dicit Caesaris *nepotem.*

in Hispanias] A. U. 708. quum annos natus esset 17. quem numerum reposuerunt *Vell.* 2, 59. *Oudend.* ad h. l. et *Kraus.* ad Vell. — Octavium Caesaris in expeditione Hispanica comitem fuisse, narrat etiam *Dio* 43, 41. De morbo ejus atque itinere v. *Nicol. Dam.* c. 10. sequ. qui: πολλῶν δ᾽ αὐτῷ συνεκδημεῖν σπουδαζόντων διὰ τὸ μέγεθος τῆς ἐν αὐτῷ ἐλπίδος, πάντας παρωσάμενος καὶ τὴν μητέρα αὐτήν, τοὺς ὠκυτάτους τῶν οἰκετῶν καὶ ἐῤῥωμενεστάτους ἐκλεξάμενος (*paucissimis comitibus*), συνέτεινε τὴν πορείαν, καὶ ἀπίστῳ τάχει χρησάμενος διέδραμε τὴν μακρὰν ὁδὸν (*super itineris industriam*). Idem tamen tacet de naufragio. *Vell.* l. c. „quem C. Caesar, major ejus avunculus, educatum apud Philippum vitricum, dilexit ut suum, natumque annos XVII. Hispaniensis militiae, assecutum se, postea comitem habuit, nunquam aut alio usum hospitio, quam suo, aut alio vectum vehiculo; pontificatusque sacerdotio puerum honoravit."

in Dacos, et inde in P.] v. Caes. 44. *Dio* 45, 3. ὁ Ὀκταούϊος ἔτυχε μὲν τότε, ὅτε ὁ Καῖσαρ ἐσφάγη, ἐν τῇ Ἀπολλωνίᾳ ἐπὶ

Ioniam, studiis vacavit. Utque primum occisum eum, heredemque se comperit, diu cunctatus, an proximas legiones imploraret, id quidem consilium ut praeceps immaturumque omisit: ceterum, Urbe repetita, hereditatem adiit, dubitante matre, vitrico vero Marcio Philippo consulari multum dissuadente. Atque ab eo tempore exercitibus comparatis, primum cum M. Antonio Marcoque Lepido, dein tantum cum Antonio, per duodecim fere annos, novissime per quatuor et quadraginta solus Rempublicam tenuit. [9] Pro-

---

πρὸς τῷ Ἰονίῳ ὢν κόλπῳ, ἐπὶ παιδείᾳ· κατὰ γὰρ τὴν στρατείαν αὐτοῦ τὴν ἐπὶ τοὺς Πάρθους ἐκεῖσε προεπέμπετο. *Appian.* 3, 9. μειράκιον δὲ ἔτι ὤν, ἐς Ἀπολλωνίαν τὴν ἐπὶ τοῦ Ἰονίου, παιδεύεσθαί τε καὶ ἀσκεῖσθαι τὰ πολέμια, ἐπέμπετο ὑπὸ τοῦ Καίσαρος, ὡς ἐς τοὺς πολέμους (in ed. Schweigh. vitiose, puto, est πολεμίους) ἑψόμενος αὐτῷ. *Plut.* Brut. 22. *Vell.* l. c. „et patratis bellis civilibus, ad erudiendum liberalibus disciplinis singularis indolis juvenem, Apolloniam eum in studia miserat, mox belli Getici" (Getae enim, ut ejusdem stirpis natio, saepissime cum Dacis confunduntur, ut *Appian.* 3, 25.) „ac deinde Parthici habiturus commilitonem." *Liv.* Epit. 117.

hereditatem adiit] *Dio* l. c. περαιωθεὶς δὲ ἐς τὸ Βρεντέσιον, καὶ τάς τε διαθήκας ἅμα καὶ τὴν γνώμην τοῦ δήμου τὴν δευτέραν μαθών, οὐκέτ' ἀναβολὰς ἐποιήσατο, καὶ μάλιστα ὅτι καὶ χρήματα πολλὰ καὶ στρατιώτας συχνοὺς συμπροπεμφθέντας εἶχεν· ἀλλὰ τό τε ὄνομα τοῦ Καίσαρος παραχρῆμα ἀνέλαβε, καὶ τοῦ κλήρου αὐτον διεδέξατο, τῶν τε πραγμάτων εἴχετο. Antea autem consilium ei datum fuisse, ad exercitum in Macedoniam confugiendi, narrat *Appian.* 3, 10. idque non improbatum ab Agrippa et Salvidieno, *Vellejus* l. c.

dubitante matre — dissuadente] *Vell.* c. 60. „Non placebat Atiae matri Philippoque vitrico, adiri nomen invidiosae fortunae Caesaris." Idem *Appian.* l. c. *L. Marcius Philippus*, vitricus Augusti, apud quem educatus fuerat post patris mortem (*Dio* 45, 1. *Nicol. Dam.* c. 3. qui eum ἀπόγονον dicit τῶν τὸν Μακεδόνα Φίλιππον κεχειρωμένων) Consul fuerat cum Cn. Cornelio Lentulo A. U. 698. v. *Ern.* Cl. Cic.

per duodecim f. annos] ab A. U. 711., quo iniit societatem cum Antonio et Lepido, de qua c. 13., usque ad proelium apud Actium A. U. 723.

per quatuor et quadr.] usque ad A. U. 767. Exscripsit Nostrum *Eutrop.* 7, 4.

posita vitae ejus velut summa, partes singillatim, neque per tempora, sed per species, exsequar, quo distinctius demonstrari cognoscique possint. Bella civilia quinque gessit: Mutinense, Philippense, Perusinum, Siculum, Actiacum. Ex quibus primum ac novissimum adversus M. Antonium: secundum adversus Brutum et Cassium: tertium adversus Luc. Antonium, Triumviri fratrem: quartum adversus Sex. Pompejum, Cn. filium. [10] Omnium bellorum initium et causam hinc sumsit. Nihil convenientius ducens, quam necem avunculi vindicare, tuerique acta, confestim ut Apollonia rediit, Brutum Cassiumque, et vi nec opinantes, et, quia praevisum

---

singillatim] Origo hujus formae ex *singulatim* ansam mihi dedit emendationis versus corrupti Aeschylei, quem latinum dat *Cicero* Tusc. Qu. 2, 10. Ibi Prometheus de Jovis alite: „sublime avolans, Pinnata cauda nostrum *adulat* sanguinem," quod nullum sensum exhibet, vel satis ineptum. Quid si legas: *stillat?* tum omnia plana. Ex *st* factum *ad*, ex *ill ul*, levissima permutatione, ut in nostra voce. Pace virorum doctorum, quod aliquando in mentem mihi venit inter ipsam illius loci lectionem, h. l. proposui.

necem av. vindicare] See. *Appian.* 3, 13. regesserat dissuadenti matri versum Homer. *αὐτίκα τεθναίην, ἐπεὶ οὐκ ἄρ' ἔμελλον ἑταίρῳ κτεινομένῳ ἐπαμύνειν.*

tuerique acta] quae Senatus servaturum se juraverat. *Appian.* 3, 5. *Cic.* Phil. 2, 39.

et vi nec opin.] Oppon. *vi* et *legibus*, atque *nec opinantes* et *quia praev. peric. subterfugerant*. *Praevisum* autem magis mihi placuit, quam *provisum*. *Providisse* i. e. cavisse eos periculum, quo nec opinantes opprimere speraverat, est jam in verbo *subterfugerant*, id autem fecerant, quod *praevisum* i. e. ante visum iis erat periculum. *Leges* ne intelligas cum Bernecc. et Burm. legem Pediam, latam demum in primo Augusti consulatu a collega Pedio, sed cum Casaub. et Ern. Corneliam de sicariis, Iuliam de vi publica, aut Iuliam majestatis et id genus alias. — Ceterum quod subterfugisse dicit Brutum et Cassium, id de eo intelligendum, quod, quamvis Praetores, ante finitum magistratus tempus in provincias a Senatu sibi decretas discesserant. *Flor.* 4, 7, 4. *Dio* 47, 20. ὅ τε γὰρ Βροῦτος καὶ ὁ Κάσσιος τὸ μὲν πρῶτον, μετὰ τὴν ὁμολογίαν τὴν πρὸς τὸν Ἀντώνιον τούς τε ἄλλους σφίσι γενομένην, καὶ ἐς τὴν ἀγο-

periculum subterfugerant, legibus aggredi, reosque caedis absentes deferre statuit. Ludos autem victoriae Caesaris non audentibus facere, quibus obtigerat id munus, ipse edidit. Et quo constantius cetera quoque exsequeretur, in locum Tribuni plebis forte demortui candidatum [petitorem] se ostendit, quamquam patricius, necdum Senator. Sed adversante

---

ρὰν ἐςήγεσαν, καὶ τὰς στρατηγίας ἐν τῷ αὐτῷ, ᾧ καὶ πρίν, κόσμῳ διῴκουν· ἐπεὶ δ' ἤρξαντό τινες ἐπὶ τῇ τοῦ Καίσαρος σφαγῇ χαλεπαίνειν, ἐξεχώρησαν, ὡς καὶ ἐπὶ τὰς ἔξω ἀρχάς, ἃς προςτετάχατο, ἐπειγόμενοι. cf. *Cic.* Phil. 10, 3.

Ludos] v. Caes. 88. ubi locos huc pertinentes allegavi.

in locum Tr. pl. f. d.] *Dio* 45, 6. diserte Helvii Cinnae interfecti in funere Caesaris (v. Caes. 85.) locum periisse dicit. Ibi enim: ἐπεχείρησε μὲν δημαρχῆσαι, πρός τε τὴν τῆς δημαγωγίας ἀφορμήν, καὶ πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τῆς ἐξ αὐτῆς δυναστείας καὶ διὰ τοῦτο τῆς τοῦ Κίννου χώρας κενῆς οὔσης ἀντεποιήσατο. *Appian.* 3, 31. nil nisi: τῶν δὲ δημάρχων τινὸς ἀποθανόντος κ. τ. λ.

candidatum [petitorem]] Voc. *petitorem*, quod in plurimis codd. abest, teste Oudend., ut manifestum glossema uncis inclusi cum Wolfio. Oudend. prorsus ejecit. Gronovium, illud defendentem Observ. 2, 24. ita, ut *candidatum* pro adjectivo additum sit, refutat Burm., „voc. *candidatus* ex illo genere adjectivorum esse docens, quae ita substantivorum naturam assumserint, ut consuetudine et usu semper pro iis habeantur.“ Contra pugnat *Walther.* Observ. p. 14., qui addidisse *candidatum* putat Suetonium, ut rationem indicaret, qua in tribunatu petendo usus esset Octav., sc. quod non invasisset, ut consulatum postea, sed *candidatus* et rite petiisset. Quod voc. *candidatus* pro adjectivo dici, adstruit ex c. 98., ubi *vectores nautaeque candidati*, abuti videtur eo loco, quo res ipsa et additum *coronatique* adjectivum ostendunt. Ubi de petendis honoribus sermo, semper substantive dicitur, subintelleco jam alio nomine, ut: *vir*, *homo*, ut adeo inhaerendum sit Burmanni sententiae.

quamquam — Senator] De discrimine patriciorum et Senatorum v. Caes. 41. Patriciis tribunatum pl. non patuisse, ideoque v. c. Clodium adoptione ad plebem transiise, ut particeps potestatis illius fieret, nota res est. Ut autem Senatores tantum iique plebeji ad eam admitterentur, Sullae fuerat institutum, quamquam dubitat *Appian* 1, 100. Civ. verbis: καὶ οὐκ ἔχω σαφῶς εἰπεῖν, εἰ Σύλλας αὐτήν, καθὰ νῦν ἐστιν, ἐς τὴν βουλὴν

conatibus suis M. Antonio Consule, quem vel praecipuum adjutorem speraverat, ac ne publicum quidem et translaticium jus ulla in re sibi sine pactione gravissimae mercedis impertiente, ad optimates se contulit: quibus eum invisum sentiebat, maxime quod Decimum Brutum obsessum Mutinae, provincia a Caesare data, et per Senatum confirmata, expellere armis niteretur. Hortantibus itaque nonnullis, percussores ei subornavit, ac fraude deprehensa, peri-

---

ἀπὸ τοῦ δήμου μετήνεγκεν. cf. *Lips.* Elect. 2, 13. et Fabric. ad *Dion.* 54, 30.

advers. — *M. Antonio*] v. *Dio* et *Appian.* l. supra cit. *Plut.* Anton. 16. δημαρχίαν ἐνέστη μετιόντι.

ne publicum qu. et translaticium jus] Jus *publicum* est, quod ad omnes cives pertinet, ut interpretatur Ern. in Cl. Cic. sub v. *jus* no. 9. *Translaticium* pr. est desumtum, translatum ex aliorum edictis et formulis, inde i. q. *usitatum*, *ordinarium*. v. ind. n. Voc. *jus* ante Glareanum et Ursinum desiderabatur. Injurias Antonii ita paucis complectitur *Florus* 4, 4. „praelatum sibi Octavium furens, inexpiabile contra adoptionem acerrimi juvenis susceperat bellum. Quippe quum intra decem et octo annos tenerum, obnoxium, et opportunum injuriae juvenem videret, ipse plenae ex commilitio Caesaris dignitatis; lacerare furtis hereditatem, ipsum insectari probris, cunctis artibus adoptionem Iuliae gentis inhibere, [non desineret] denique ad opprimendum juvenem palam arma moliri sequ." cf. *Cic.* Phil. 2, 42. et 3, 12.

ad optimates se contulit] *Plut.* l. c. Κικέρωνι δοὺς ἑαυτὸν ὁ νεανίας, καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅσοι τὸν Ἀντώνιον ἐμίσουν, δι' ἐκείνων μὲν φκειοῦτο τῇ βουλῇ.

Dec. Brutum] Consul fuerat designatus a Caesare in annum 711. et provinciam acceperat Galliam citeriorem. *Dio* 44, 14. Eam ereptum illi ibat Antonius, ut Caesaris exemplo cum exercitu finitimae Italiae immineret. *Appian.* 3, 27. *Dio* 45, 9. *Vell.* 2, 60. „idem provinciam D. Bruto designato Consuli decretam, Galliam occupare statuit." *Flor.* l. c. „et jam parato exercitu in Cisalpina Gallia resistentem motibus suis Dec. Brutum obsidebat." cf. *Cic.* Phil. 3.

percussores et suborn.] quod alii verum, alii fictum ab Antonio credebant, ut invidiam Octavio faceret, et in pecuniam adolescentis impetum faceret. v. *Cic.* ad Div. 12, 23. *Senec.* de clement. 1, 9. *Plut.* Ant. 16. *Appian.* 3, 39. *Dio* 45, 8. quo-

culum invicem metuens, veteranos simul in suum ac Reipublicae auxilium, quanta potuit largitione, contraxit. Jussusque comparato exercitui Propraetore praeesse, et cum Hirtio ac Pansa, qui consulatum acceperant, Decimo Bruto opem ferre, demandatum bellum tertio mense confecit duobus proeliis.

---

rum diversas sententias de haec re jam comparaverunt Casaub. ad h. l. et Kraus. ad *Vell.* 2, 60. mendacii Antonium diserte arguentem verbis: „mox etiam, velut insidiis ejus petitus, scelestè insimulare coepit; in quo turpiter deprehensa ejus vanitas est.“ Idem fin. cap. „C. Caesarem juvenem quotidianis Antonii petitum insidiis“ contra affirmat, quod regessisse Antonii criminibus Octavium, auctor etiam est *Appian.* l. c. Noster: *periculum invicem metuens* sequ. — *ac fraude*] recepi cum Wolfio pro: *hac.*

veteranos — contraxit] *Vell.* c. 61. „primumque a Calatia, mox a Casilino, veteranos excivit paternos; quorum exemplum secuti alii, brevi in formam justi coiere exercitus. Mox quum Antonius occurrisset exercitui, quem ex transmarinis provinciis Brundisium venire jusserat, *legio Martia et Quarta*, cognita et Senatus voluntate et tanti juvenis indole, sublatis signis ad Caesarem se contulerunt.“ cf. *Cic.* Phil. 3, 2. sequ. et 5, 2, 8, 16. ad Att. 16, 8. *Liv.* 117. *Monum. Ancyr.* in., *Appian.* 3, 40 sequ. *Dio* 45, 7, 12 et 13.

Jussusque — praeesse] *Vell.* „eum Senatus, honoratum equestri statua, — *pro Praetore* una cum Consulibus designatis, Hirtio et Pansa, bellum cum Antonio gerere jussit.“ cf. *Liv.* 118. *Cic.* Phil. 5, 16 sequ. *Appian.* c. 48. narrat, imperium ei prius a militibus delatum fuisse (τῷ Καίσαρι δ' ὁ στρατὸς πελέκεάς τε καὶ ῥαβδοφόρους ἐσκευασμένους προσαγαγόντες, ἠξίουν ἑαυτὸν ἀντιστράτηγον ἀποφῆναι, πολέμου τε ἡγεμονεύοντα καὶ σφῶν αἰεὶ ὑπ' ἄρχουσι ταχθέντων. Ὁ δὲ τὴν μὲν τιμὴν ἐπῄνει, τὸ δὲ ἔργον ἐς τὴν βουλὴν ἀνετίθετο), deinde c. 51. decretum a Senatu super alios honores, τοῖς ὑπάτοις Ἱρτίῳ καὶ Πάνσᾳ Καίσαρα συστρατηγεῖν οὗ νῦν ἔχει στρατοῦ, quod c. 64. brevius, ἀντιστράτηγον creatum eum, dicit. cf. Ej. c. 75. *Dio* 46, 29. τόν τε πόλεμον τὸν πρὸς αὐτὸν (Ἀντώνιον) τοῖς ὑπάτοις καὶ τῷ Καίσαρι, στρατηγοῦ τινα ἀρχὴν δόντες, προσέταξαν, eodemque modo Tiberius in oratione funebri apud Eund. 56, 36. διὰ ταῦτα καὶ στρατηγὸν αὐτὸν εἵλεσθε.

duobus proeliis] quorum descriptionem lege apud *Appian.* 3, 67—71. et *Dion.* 46, 37. qui vicisse quidem in priore Antonium narrant, sed tacent de fuga Octavii. cf. *Cic.* ad Div. l.

Priore Antonius eum fugisse scribit, ac sine paludamento equoque post biduum demum apparuisse: sequenti, satis constat, non modo ducis, sed etiam militis functum munere, atque in media dimicatione, aquilifero legionis suae graviter saucio, aquilam humeris subisse, diuque portasse. [11] Hoc bello quum Hirtius in acie, Pansa paulo post ex vulnere perissent, rumor increbruit, ambos opera ejus occisos, ut, Antonio fugato, Republica Consulibus orbata, solus victor tres exercitus occuparet. Pansae

10, 11, 14, maxime 30. l. 11, 13. ad Brut. 3. Phil. 14, 3, 9, 10. *Vell.* l. c.

legionis suae] Casaub. nomen legionis, ut IV. vel tale quid excidisse putat. Melius Ern. interpretatur *suae* per: unius de legionibus, quas mercede conduxerat, quibusque praeerat. Fortasse etiam intelligitur, quae *App.* 3, 66. commemoratur *Καίσαρος στρατηγὶς τάξις* vel τὸ Ἄρειον τέλος. Omnino, quaecunque ea fuerit, de ea est capiendum, apud quam forte erat Octavius.

aquilam — portasse] Idem *Florus* 4, 4, 5. „Tum quidem etiam manu pulcher apparuit; nam cruentus et saucius aquilam, a moriente signifero traditam, suis humeris in castra referebat."

quum Hirtius — perissent] *Vell.* l. c. „Consulum autem alter in acie, alter post paucos dies ex vulnere mortem obiit." De vulnere Pansae *App.* c. 69. *μέχρι Πάνσας ὀβελῷ τὴν λαγόνα τρωθεὶς, ἐς Βονωνίαν ἐξεφέρετο.* Ejus mortem habitumque a moribundo colloquium cum Octavio narrat c. 75 et 76. Hirtius autem (ut Id. c. 71.) *καὶ ἐς τὸ στρατόπεδον ἐσήλατο τοῦ Ἀντωνίου, καὶ περὶ τὴν στρατηγίδα σκηνὴν μαχόμενος ἔπεσε.* Utriusque ultimos honores curasse Octavium, dicit fin. c. 76. *Ἵρτιον δὲ καὶ Πάνσαν ὁ Καῖσαρ ἐπιφανῶς ἔθαπτε, καὶ ἐς Ῥώμην ἔπεμπε μετὰ τιμῆς.* Rumorem de Caesare mortis eorum auctore refert *Tac. A.* 1, 10. „mox ubi decreto Patrum fasces et jus Praetoris invaserit, caesis Hirtio et Pansa, (sive hostis illos, seu Pansam venenum vulneri affusum, sui milites Hirtium, et machinator doli Caesar abstulerat) utriusque copias occupavisse." *Dio* 46, 39. *συνέβη — τόν τε Ἵρτιον ἐν τῇ τοῦ Ἀντωνίου στρατοπέδου καταλήψει, καὶ τὸν Οὐίβιον* (Vibium Pansam) *ἐκ τῶν τραυμάτων, οὐ πολλῷ ὕστερον φθαρῆναι· ὅθεν αἰτίαν τοῦ θανάτου αὐτῶν πρὸς τὴν τῆς ἀρχῆς διαδοχὴν ἔσχεν.*

solus victor tres ex. occ.] Ita edidi cum Oudend. e cod. Vindob. *Eutropius*, qui solet reddere Suetonium, 7, 1. „quare

quidem adeo suspecta mors fuit, ut Glyco medicus custoditus sit, quasi venenum vulneri indidisset. Adjicit his Aquilius Niger, alterum e Consulibus Hirtium in pugnae tumultu ab ipso interemtum. [12] Sed ut cognovit, Antonium post fugam a M. Lepido receptum, ceterosque duces et exercitus consentire pro partibus, causam optimatium sine cunctatione dese-

---

tres exercitus uni Caesari paruerunt." Vulg. *solus victores ex. occ.*, pro quo *victor* esse legendum, omnes fere interpr. consentiunt, cum Pansae legiones fusas esse constet.

ut Glyco medicus] Defendit eum Brutus in ep. ad Ciceronem (ad Brut. 6.) ita: „Tibi Glycona, medicum Pansae, qui sororem Achilleos nostri in matrimonio habet, diligentissime commendo. audimus, eum venisse in suspicionem Torquato de morte Pansae, custodirique ut parricidam. nihil minus credendum est. quis enim majorem calamitatem morte Pansae accepit? praeterea est modestus homo et frugi, quem ne utilitas quidem videatur impulsura fuisse ad facinus sequ."

Aquilius Niger] v. *Voss.* de histor. Lat. 3, 11.

a M. Lepido receptum] vel potius ab ejus exercitu, cui dux accedere coactus est. v. *Vell.* c. 63. *Appian.* 3, 83 sequ. *Plut.* Ant. 18.

ceterosque duces] *Asinium Pollionem* dicit et *Plancum*, de quibus *Appian.* c. 97. διώκοντι δὲ τῷ Ἀντωνίῳ Δέκιμον προςγίγνεται Πολλίων Ἀσίνιος, ἄγων δύο τέλη. καὶ Πλάγκῳ μὲν Ἀσίνιος ἔπραξε διαλλαγάς· καὶ ὁ Πλάγκος σὺν τρισὶ τέλεσι μεθίστατο εἰς τὸν Ἀντώνιον, ὥςτε ἤδη βαρυτάτης δυνάμεως ἦρχεν ὁ Ἀντώνιος. Ceterum ad societatem cum Antonio ineundam movisse Caesarem ipsum Pansam moribundum, auctor *Appian.* c. 75.

pro partibus] Inepta prorsus altera lectio est: *patribus* et contra omnem historiam. *Partes* intellige adversariorum, qui plebis Caesarisque plebis amici nomen praetexentes percussores ejus persequebantur. *Partes* pro *parte adversa* saepissime apud *Tacitum*, ut Hist. 2, 87. „a Vespasiano ducibusque *partium*," et c. 93. „sane adventu ejus *partes* convaluerant," et iterum 3, 60. „duces *partium*." Ita *Flor.* 4, 7, 10. „quum — staret tamen *pro partibus* invicta fortuna sequ." et c. 9. init. „quamvis in Cassio et Bruto *partes* sustulisset, in Pompejo totum *partium* nomen abolesset sequ." Et ipsa de re nostra *Cic.* Phil. 13, 18. „istas tu *partes* potius, quam a populo Rom. defectionem vocas?" et c. 20. „quodsi *partium* certamen esset, quarum omnino nomen extinctum est sequ." cf. ind. nostr. et *Freinsh.* ind. Flor. Eo-

ruit, ad praetextum mutatae voluntatis dicta factaque quorundam calumniatus: quasi alii se *puerum*, alii *ornandum tollendumque* jactassent, nec aut sibi, aut veteranis par gratia referretur. Et quo magis poenitentiam prioris sectae approbaret, Nursinos

---

dem denique modo simpliciter dicitur ἡ μοῖρα de partibus Caesaris *Appian*. 3, 76. et c. 86. et l. 4, 54.

alii se puerum] *Dio* 46, 41. ἐκεῖνος δὲ ἐπί τε τοῖς ἄλλοις, καὶ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ, ὅτι παῖς ἤκουε, δεινῶς ἀγανακτῶν, οὐκέτ' ἀναβολὰς (puto enim, ἐξαναβολὰς ortum e praecedente ετ) ἐποιήσατο sequ. Voc. *puer*, cum omnino adolescentem significaret, non magis contumeliosum Caesari poterat videri, in ea aetate versanti, quam similia παῖς, μειράκιον, νεανίσκος, a Fabr. ad Dion. l. c. congesta, atque ita nominat eum *Cicero* saepius inter maximas laudes, ut Phil. 3, 2. „C. Caesar adolescens, paene potius *puer* sequ." et 4, 2. „laudo vos, Quirites, quum gratissimis animis prosequimini nomen clarissimi adolescentis, vel *pueri* potius sequ." Sed a nonnullis contemtim usurpatum fuerat, quod patet e Phil. 13, 11. „*puerum* appellat, quem non modo virum, sed etiam fortissimum virum sensit et sentiet." Ita Brutus semper, v. c. ep. Brut. 16. „commendandus *puero illi* fuerim?" — Decretum autem a Senatu, ne quis postea Octavium puerum diceret, tradit *Serv*. ad *Virgil*. Ecl. 1, 44.

ornandum tollendumque] *Vell*. c. 62. „Hoc est illud tempus, quo Cicero, insito amore Pompejanarum partium, Caesarem laudandum et tollendum censebat, quum aliud diceret, aliud intelligi vellet." cf. *Cic*. ad Div. 11, 20.

nec — par gratia referretur] *Nec* legendum pro *ne*, contextus clarissime docet, et ita ediderunt jam Oudend. et Wolf. Hoc ad *facta*, quae calumniabatur Octavius, superiora ad *dicta* pertinere, monuit jam Ern. Nimirum Suet. more suo summam sententiae praeponit, exempla singula subnectit. — De re v. *Vell*. 2, 62. *Liv*. 119. „adversus C. Caesarem, qui solus e tribus ducibus supererat, parum gratus Senatus fuit." *Appian*. c. 80. et 86. ὁ δὲ Καῖσαρ ἤδη τὸν στρατὸν ἐς ὀργήν, ὑπέρ τε αὐτοῦ, ὡς συνεχῶς ὑβριζόμενος, ἀνεκίνει, καὶ ὑπὲρ σφῶν ἐκείνων. *Dio* 46, 40. τὸν δὲ δὴ Καίσαρα οὐχ ὅτι μεγάλου τινὸς ἔτ' ἠξίωσαν, ἀλλὰ καὶ καταλύειν ἐπεχείρησαν, πάνθ' ὅσα ἐκεῖνος ἤλπιζε λήψεσθαι, τῷ Δεκίμῳ δόντες.

Nursinos] De *Nursia*, oppido Sabinorum ad radices Apennini, v. *Cellar*. Geogr. A. 2. 9. p. 780 — Rem in bello Perusino accidisse, narrat *Dio* 48, 13. ubi: Νουρσινοὶ δὲ ἐς μὲν ὁμολογίαν μηδὲν κακὸν παθόντες ἦλθον· ἐπεὶ μέντοι τοὺς ἐν τῇ μάχῃ τῷ

grandi pecunia, et quam pendere nequirent, multatos, extorres egit oppido, quod Mutinensi acie interemtorum civium tumulo publice exstructo ascripserant, *Pro libertate eos occubuisse.* [13] Inita cum Antonio et Lepido societate, Philippense quoque bellum, quamquam invalidus atque aeger, duplici proelio transegit: quorum priore castris exutus, vix ad Antonii cornu fuga evaserat. Nec successum

---

πρὸς τὸν Καίσαρα σφίσι γενομένῃ πεσόντας θάψαντες, ἐπέγραψαν τοῖς μνημείοις αὐτῶν, ὅτι ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀγωνιζόμενοι ἐτελεύτησαν, παμπόλλοις χρήμασιν ἐζημιώθησαν, ὥστε καὶ τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν ἅμα πᾶσαν ἐκλιπεῖν, cujus ad rationem et proniorem se confitetur Casaubonus, et ut ipse contra Suetonii auctoritatem accedam, praeter reliquam veri similitudinem facit maxime locorum situs. Quid enim ad Sabinorum oppidum poelio Mutinensi interemtorum sepultura?

Inita — societate] *Vell.* c. 65. De loco, ubi conventu habito Triumviratum constituerunt, v. Graev. et Duker. ad *Flor.* 4, 6, 3. et *Cellar.* Geogr. A. T. 1. p. 671. cf. Fabric. ad *Dion.* 46, 55. et Schweigh. ad *Appian.* 4, 2.

Philippense qu. bellum] contra Cassium et Brutum, cujus descriptionem lege apud *Vell.* 2, 70. *Flor.* 4, 7. *Liv.* 124. *Plutarch.* Anton. 22. Brut. 36 sequ. *Appian.* 4, 105 sequ. *Dion.* 47, 37 sequ. al.

quamquam inval. a. aeger] *Vell.* l. c. „Nam ipse Caesar, etiamsi *infirmissimus valetudine* erat, obibat munia ducis sequ." ubi v. *Kraus.* *Plin.* H. N. 7, 45. „Philippensi proelio morbus, fuga, et triduo in palude latebrae aegroti, et, ut fatentur Agrippa et Maecenas, aquâ subter cutem fusâ turgida latera." cf. *Dio* 47, 37. ubi ὁ οὖν Καῖσαρ — ἠπειχθη, καίπερ καὶ τότε ἔτι ἀῤῥωστῶν. coll. c. 41.

castris exutus] *Flor.* l. c. „capta sunt hinc Caesaris castra, inde Cassii." *Appian.* 4, 110. *Plutarch.* Ant. l. c. Ἀντωνίου μὲν ἀντιτεταγμένου Κασσίῳ, Βρούτῳ δὲ Καίσαρος, οὐδὲν ἔργον ἐφάνη μέγα τοῦ Καίσαρος, ἀλλ' Ἀντώνιος ἦν ὁ νικῶν πάντα καὶ κατορθῶν. τῇ μὲν γε προτέρᾳ μάχῃ Καῖσαρ ὑπὸ Βρούτου κατὰ κράτος ἡττηθεὶς, ἀπέβαλε τὸ στρατόπεδον, καὶ μικρὸν ἔφθη τοὺς διώκοντας ὑπεκφυγών. ὡς δ' αὐτὸς ἐν τοῖς ὑπομνήμασι γέγραφε, τῶν φίλων τινὸς ὄναρ ἰδόντος, ἀνεχώρησε πρὸ τῆς μάχης. De hoc somnio Artorii medici v. ad c. 91.

successum] Addere solet Noster accusativum verbo *moderari.* v. ind. Ita *Liv.* 42, 62. „*moderari animos* in secundis."

victoriae moderatus est; sed capite Bruti Romam misso, ut statuae Caesaris subjiceretur, in splendidissimum quemque captivum non sine verborum contumelia saeviit; ut quidem uni suppliciter sepulturam precanti respondisse dicatur, *Jam istam volucrum fore potestatem:* alios, patrem et filium, pro vita rogantes, sortiri vel micare jussisse, ut alterutri concederetur: ac spectasse utrumque morientem, quum

---

Al. *successu*, quod esset i. q. in successu, rebus bene succedentibus, quod probabat *Graev.* ob usum ablat. absol. Suetonio frequentem (v. ad Caes. 2. et ind.). Ern. dativum censebat contractum pro *successui*, qui casus et ipse huic verbo convenit. Sed scriptoris consuetudo observanda.

subjiceretur] Recepi hoc cum Casaub. et Oudend., probante etiam Wolfio. Al. *submitteretur*. Recte monent Burm. et Oudend., *submitti* esse supplicis et venerantis, *subjici* victi et quasi calcati. Ita Dolabella Trebonii caput Caesaris statuae subjecerat, auctore *Dion.* 47, 29. καὶ ἐκεῖνον ἀποκτείνας τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ πρὸς τὴν τοῦ Καίσαρος εἰκόνα ἔῤῥιψε. Ceterum Bruti caput Romam non est perlatum. Idem enim *Dio* 47, 49. καὶ αὐτοῦ (Bruti) τὸ μὲν ἄλλο σῶμα ταφῆς ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίου ἔτυχεν· ἡ δὲ δὴ κεφαλὴ ἐπέμφθη μὲν ἐς τὴν Ῥώμην, χειμῶνι δὲ ἐν τῷ ἀπὸ τοῦ Δυῤῥαχίου διάπλῳ περιπεσοῦσα, ἐς τὴν θάλασσαν ἐῤῥίφη.

saeviit] Al. *secuit*, omisso antea *in*, quod occasionem dat Casaub., crudelissimum supplicii genus multis illustrandi. Sed de tanta atrocitate reliqui historici non tacuissent, et, quomodo *saevierit* Caesar, proximis exemplis auctor docet.

Jam istam vol. f. pot.] Haec cod. Memmiani lectio probata est Casaub. recepta a Graev. Gron. Ern. Wolf. — Sed Oudend. servavit: *Jam istam in volucrum fore potestatem*, antiquiore dicendi modo saepius obvio, ubi *esse in* c. acc. respondet Graeco: γενέσθαι εἰς. v. Cort. ad *Sallust.* Cat. 19. ubi nostrum locum excitat, et ad Jug. 112. ubi optimi libri: „quum talem virum in *potestatem* haberet," et Freinsh. ad *Curt.* 3, 5. Morus ad *Caes.* B. C. 1, 25. Al. *in vol. fore potestate.*

patrem et filium] Hoc de Aquiliis Floris post proelium Actiacum narrat *Dio* 51, 2.

sortiri vel micare] Al. *dimicare*. De v. *micare* v. Heusing. et Gernhard. ad *Cic.* de Offic. 3, 19. Eadem lectionis varietas est ib. c. 23. ubi prq: *quasi sorte aut micando victus* al. *dimicando*.

patre, qui se obtulerat, occiso, filius quoque voluntariam occubuisset necem. Quare ceteri, in his M. Favonius, ille Catonis aemulus, quum catenati producerentur, Imperatore Antonio honorifice salutato, hunc foedissimo convicio coram prosciderunt. Partitis post victoriam officiis, quum Antonius Orientem ordinandum, ipse veteranos in Italiam reducendos et municipalibus agris collocandos recepisset; neque ve-

---

qui se obt.] Optimi codd. *quia*, receptum a Burm. Oudend. Wolf. Sed non ideo occisus est, *quia* se obtulerat, morti et antea destinatus. Alia res esset, si auctor dedisset: *patre*, *quia se obt.*, *prius occiso*. Postea al. *voluntaria nece*. Utrumque rectum. v. *Schaeferi* glossar. Liv. in *occubare* et *occumbere*. Noster constanti usu accusat. ponit. v. ad c. 4. de *mortem obire*.

M. Favonius] *Plut.* Caes. 21. ζηλωτὴς Κάτωνος dicitur, et c. 41. Φαώνιος, τὴν Κάτωνος παῤῥησίαν ὑποποιούμενος. Pomp. 60. ἀνὴρ τ' ἄλλα μὲν οὐ πονηρός, αὐθαδείᾳ δὲ καὶ ὕβρει πολλάκις τὴν Κάτωνος οἰόμενος ἀπομιμεῖσθαι παῤῥησίαν. Etiam Dio 47. fin. inter eos eum nominat, qui capti perierunt. Alios viros clarissimos recenset *Vell.* 2, 71.

partitis post vict. off.] *Dio* 48, 1. τήν τε γὰρ ἀρχὴν αὐτίκα ἀνεδάσαντο, καὶ Καίσαρι μὲν ἥ τε Ἰβηρία καὶ ἡ Νουμιδία, Ἀντωνίῳ δὲ ἥ τε Γαλατία καὶ ἡ Ἀφρικὴ ἐγένετο· καὶ συνέθεντο, ὥστ', ἄν τινα ἀγανάκτησιν ὁ Λέπιδος ἐπὶ τούτῳ ποιήσηται, τῆς Ἀφρικῆς αὐτῷ ἐκστῆναι. c. 2. ταῦτα δὲ δὴ μόνα διέλαχον, ὅτι Σαρδὼ μὲν καὶ Σικελίαν ὁ Σέξτος ἔτι κατεῖχε, τὰ δ' ἄλλα τὰ ἔξω τῆς Ἰταλίας ἐν ταραχῇ ἔτι ἦν. Postea, quum Italiam partitione eos exemisse narravit, ut ne de ea, sed pro ea dimicasse viderentur, pergit: Ἀντώνιος μὲν τήν τε κατάστασιν τῶν ἀντιπολεμησάντων σφίσι, καὶ τὴν ἀργυρολογίαν τὴν ἐς τὰ χρήματα τοῖς στρατιώταις ἐπαγγελθέντα ἀνεδέξατο· Καῖσαρ δέ, τόν τε Λέπιδον, ἄν τι παρακινῇ, κωλῦσαι, καὶ τῷ Σέξτῳ προςπολεμῆσαι, τήν τε χώραν, ἣν τοῖς συστρατευομένοις σφισιν ὑπέσχηντο, κατανεῖμαι τοῖς ἔξω τῆς ἡλικίας αὐτῶν οὖσιν, οὓς καὶ εὐθὺς διῆκαν cf. *Eutrop.* 7, 2.

Orientem] *Vell.* c. 74. *transmarinas provincias* dicit, *Appian.* 5, 3. τὰ πέραν ἔθνη.

municipalibus agris] Destinatas veteranis a Triumviris τῶν Ἰταλικῶν πόλεων ὀκτωκαίδεκα, auctor *Appian.* 4, 3. De coloniis ab Augusto deductis v. Onuphr. *Panvin.* Imper. Rom. (Thes. Graev. T. I. p. 383 sequ.)

teranorum neque possessorum gratiam tenuit; alteris, pelli se, alteris, non pro spe meritorum tractari, querentibus. [14] Quo tempore L. Antonium, fiducia consulatus, quem gerebat, ac fraternae potentiae, res novas molientem, confugere Perusiam coëgit, et ad deditionem fame compulit; non tamen sine magnis suis, et ante bellum, et in bello discriminibus. Nam quum spectaculo ludorum gregarium

---

neque veteranorum — querentibus] v. *Dio* 48, 6 sequ. Is c. 7. ὥστε ταχὺ ἐκ τούτων συνέβη. Καίσαρα μὲν, ἅτε καὶ βίᾳ τῶν κεκτημένων τι ἀφαιρούμενον, καὶ πόνους ὑπὲρ αὐτῶν καὶ κινδύνους πᾶσιν ὁμοίως προσάγοντα, ἀμφοτέροις αὐτοῖς προσκροῦσαι, et c. 8. ἀμφοτέροις μὲν γὰρ ἀδύνατον ἦν αὐτῷ χαρίζεσθαι· οἱ μὲν γὰρ ὑβρίζειν, οἱ δ' ἀπαθεῖς εἶναι, καὶ οἱ μὲν τὰ ἀλλότρια λαβεῖν, οἱ δὲ τὰ ἑαυτῶν ἔχειν ἤθελον. cf. *Appian.* 5, 12 sequ.

L. Antonium] De hoc v. *Cic.* Phil. 5, 7. 6, 5. 7, 6. 12, 8. 14, 3. ubi „gladiator, mirmillo Asiaticus, latro Italiae, insigne odium omnium hominum, vel, si etiam Dii oderint quos oportet, omnium Deorum" dicitur. *Vell.* c. 74. „Caesar in Italiam se recepit, eamque longe quam speraverat tumultuosiorem reperit. Quippe L. Antonius Consul, vitiorum fratris sui consors, sed virtutum, quae interdum in illo erant, expers, modo apud veteranos criminatus Caesarem, modo eos, qui justa divisione praediorum, nominatisque coloniis agros amiserant, ad arma conciens, magnum exercitum conflaverat. Ex altera parte uxor Antonii (Marci) Fulvia, nihil muliebre praeter corpus gerens, omnia armis tumultuque miscebat." De *bello Perusino* cf. adhuc *Flor.* 4, 5. qui insigni errore ante triumviratus bellique Philippensis historiam illud posuit. *Liv.* Epit. 125, 126. *Eutrop.* 7, 2. *Appian.* 5, 14—49. *Dio* 48, 4—16.

consulatus, qu. ger.] A. U. 713. cum P. Servilio Isaurico.

Perusiam] Τυῤῥηνίδα πόλιν dicit *Dio* 48, 14.

ad ded. fame compulit] A. U. 714. Cn. Domitio Calvino II. et Asinio Pollione Css., ut diserte monet *Dio* c. 15. — *Flor.* l. c. „intra Perusiae muros redegit, compulitque ad extrema deditionis turpi et nihil non experta fame." *Perusina fames* in proverbium cessit. v. *Lucan.* 1, 41.

Nam quum spectaculo] Id discrimen *ante bellum* fuit, verbis: *circa Perus. aut. murum* aliud, quod *in bello* accidit, narrat. Rem *Appian.* 5, 15. ita narrat: ἔν γέ τοι τῷ θεάτρῳ, παρόντος αὐτοῦ, στρατιώτης ἀπορῶν οἰκείας ἕδρας, παρῆλθεν ἐς τοὺς καλουμένους ἱππέας (*in quart. ord. sedentem*). καὶ ὁ μὲν δῆμος ἐπεσημή-

militem, in quatuordecim ordinibus sedentem, excitari per apparitorem jussisset, rumore ab obtrectatoribus dilato, quasi eundem mox et discruciatum necasset; minimum afuit, quin periret concursu et indignatione turbae militaris. Saluti fuit, quod, qui desiderabatur, repente comparuit incolumis ac sine injuria. Circa Perusinum autem murum sacrificans paene interceptus est a manu gladiatorum, quae oppido eruperat. [15] Perusia capta, in plurimos animadvertit; orare veniam, vel excusare se conantibus una voce occurrens, *Moriendum esse*. Scribunt quidam, trecentos ex dediticiis electos, utriusque ordinis, ad aram Divo Iulio exstructam Idibus Martiis

---

νατο, καὶ ὁ Καῖσαρ τὸν στρατιώτην ἀνέστησεν. (*excitari* per apparit. juss.) ὁ δὲ στρατὸς ἠγανάκτησε· καὶ περιστάντες αὐτὸν ἀποχωροῦντα τοῦ θεάτρου, τὸν στρατιώτην ἀπῄτουν, οὐχ ὁρώμενον ἡγούμενοι διεφθάρθαι· ἐπελθόντα δὲ ἐνόμιζον ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου νῦν προαχθῆναι· ἀρνούμενόν τε καὶ τὰ γεγονότα διηγούμενον, ψεύδεσθαι διδαχθέντα ἔλεγον, καὶ ἐλοιδόρουν ὡς τὰ κοινὰ προδιδόντα.

in quat. ordinibus] *Ordin.* omittitur Caes. 59. et delexi h. l. nonnulli voluere. Sed arbitrarium fuit scriptori, addere vel omittere hoc voc. Vide, quae diximus de addito voc. *corona* Caes. 2 et 45.

occurrens] i. e. respondens, ut recte interpr. Reitzius, comparans *Virgil.* Aen. 12, 625. „*talibus occurrit dictis*," *Tac.* A. 14, 55. „quod meditatae orationi tuae statim *occurram*," et *Cic.* de fato 18. „illi rationi — sic *occurrit*" i. e. respondit, refutavit. Addo similem usum Gr. ἀπαντᾶν.

ad aram Divo Iulio exstr.] ut his quasi inferiis Manes Caesaris placarentur, quem barbarorum morem plurimis exemplis illustrat Casaub., e quibus reddo *Iustin.* 11, 2. ubi n. l. comparavit Bernecc., *Tac.* A. 1, 61. *Valer. M.* 9, 2, 1. cf. Freinsh. ad *Flor.* 2, 5, 3. *Ara* sine dubio est, de qua diximus ad Caes. 85. Eandem Octavii saevitiam narrat *Dio* 48, 14. καὶ αὐτὸς μέν, (L. Antonius) ἄλλοι τέ τινες ἄδειαν εὕροντο, οἱ δὲ δὴ πλείους τῶν τε βουλευτῶν καὶ τῶν ἱππέων (*utriusque ordinis*) ἐφθάρησαν. καὶ λόγος γε ἔχει, ὅτι οὐδ' ἁπλῶς τοῦτο ἔπαθον, ἀλλ' ἐπὶ τὸν βωμὸν τὸν τῷ Καίσαρι τῷ προτέρῳ ὡσιωμένον ἀχθέντες ἱππεῖς τριακόσιοι (ita Medic. al. τετρακόσιοι), καὶ βουλευταὶ ἄλλοι τε καὶ ὁ Καννούτιος ὁ Τιβέριος (ὅς ποτε ἐν τῇ δημαρχίᾳ τὸ πλῆθος τῷ Καίσαρι τῷ Ὀκταουϊανῷ ἤθροισεν) ἐτύθησαν. Dicit has *Perusinas aras* *Senec.* de clement. II. Diversus est *Appian.* 5, 48. ubi: τοὺς δὲ

hostiarum more mactatos. Exstiterunt, qui traderent, consulto eum ad arma isse, ut occulti adversarii, et quos metus magis quum voluntas contineret, facultate L. Antonii ducis praebita, detegerentur; devictisque his et confiscatis, promissa veteranis praemia persolverentur. [16] Bellum Siculum inchoavit in primis, sed diu traxit, intermissum saepius; mo-

---

Περυσίους, ἀπὸ τοῦ τείχους παρακαλοῦντας, ἐκέλευσεν ἥκειν, ἄνευ τῆς βουλῆς μόνης· καὶ ἐλθοῦσι συνέγνω. οἱ δὲ βουλευταὶ τότε μὲν Φύλαξι παρεδόθησαν, μετ' οὐ πολὺ δὲ ἀνῃρέθησαν, χωρὶς Αἰμιλίου Λευκίου etqu. et c. 49. τῆς δ' ἐπιούσης, ὁ μὲν Καῖσαρ ἐσπένδετο ἅπασιν· ὁ δὲ στρατὸς οὐκ ἐπαύετο ἐπί τισι θορυβῶν, ἕως ἀνῃρέθησαν· καὶ ἦσαν οἱ μάλιστα Καίσαρος ἐχθροὶ, Κανούτιός τε καὶ Γάϊος Φλάβιος καὶ Κλώδιος ὁ Βιθυνικὸς, καὶ ἕτεροι, atque eo modo Caesarem Octav. in Commentariis suis, ex quibus hausit Appianus, saevitiae culpam amolitum a se videri, docta est sententia Schweigh. ad l. c. Eandem excusationem affert *Vellej.* c. 74. „in Perusinos magis ira militum, quam voluntate saevitum ducis." Scilicet Vellejo ex Augusti Commentariis, non ex rerum fide historia narranda erat, ut fieri solet ademta libertate.

consulto] In maxima varietate memorandae maxime lectiones: *conspecto*, *e conspectu*, *conspicato*, *ex consulto*, *ex proposito*, quae ortae fere ex erroribus et glossis. *Lipsius* Elect. 1, 12. emendavit *compacto* s. *compectu*, quod probarunt *Gronov.* ad *Liv.* 5, 11. *Oudend.*, qui in textum recepit, et *Wolf.*, ut convenerit de bello sumendo inter Antonium et Caesarem, ob causam mox memoratam. Equidem, ut hoc crederem, non magis a me impetrare potui, quam ut emendationem optimorum librorum lectioni praeferrem, quae commodum sensum exhibet. *Consulto* ostendit, non coactum ad hoc bellum *eum* (i. e. Augustum; cur enim haereant, quis intelligendus sit, interpretes, ut Ernest. conjiciens *ittum ad arma esse*, et, qui adstipulatur ei, Bremius, non video) isse, quum facile potuisset, pactione facta cum inimico, eo supersedere, sed consilium ei fuisse, occultas per armorum furores perspiciendi hominum sententias. Consentientem fere postea inveni *Walther.* Observ. p. 14.

Bellum Siculum] quod gessit cum Sexto Pompejo, Magni filio. Describunt illud *Flor.* 4, 8. *Liv.* Epit. 127 sequ. *Vell.* c. 72 sequ. *Appian.* 4, 84 sequ. *Dio* 48, 16 sequ.

sed diu traxit] per septem annos. Nam A. U. 711. Pompejus Siciliam occupavit (*Appian.* l. c. *Dio* 47, 12.) et 718. prorsus devictus est.

do reparandarum classium causa, quas tempestatibus duplici naufragio, et quidem per aestatem, amiserat; modo pace facta, flagitante populo, ob interclusos commeatus, famemque ingravescentem: donec navibus ex integro fabricatis, ac viginti servorum millibus manumissis, et ad remum datis, portum Iulium apud Bajas, immisso in Lucrinum et Avernum lacum mari, effecit. In quo quum hieme tota copias exercuisset, Pompejum inter Mylas et Naulochum superavit; sub horam pugnae tam arto repente somno de-

---

quas tempestatibus — amiserat] *Dio* 48. 45—49. *Appian.* 5, 80 sequ., qui c. 100. Pompejum se maris Neptunique filium jactasse dicit, πειθόμενον, οὐκ ἄνευ θεοῦ δὶς οὕτω θέρους πταῖσαι τοὺς πολεμίους. Accidit ea calamitas Octaviano A. U. 716., isque hunc annum et sequentis initium reparandis classibus insumsit. *Vell.* c. 79. „Aedificandis navibus, contrahendoque militi ac remigi, navalibusque assuescendo certaminibus atque exercitationibus, praefectus est M. Agrippa sequ."

pace facta] Mutat hic auctor rerum ordinem. Pacis enim foedus initum inter Antonium, Caesarem et Pompejum A. U. 715. colloquio habito apud Misenum, de quo ut de pacis conditionibus v. *Vell.* 77. *Appian.* 5, 71 sequ. *Dio* 48, 36.

flagitante populo] *Vell.* l. c. „expostulante consensu populi, quem gravis urebat, infesto mari, annona." *Appian.* 67. Ῥωμαίους δ' ὁ λιμὸς ἐπίεζεν, οὔτε τῶν ἑώων ἐμπόρων ἐπιπλεόντων, δέει Πομπηΐου καὶ Σικελίας, οὔτε τῶν ἐκ δύσεως, διὰ Σαρδὼ καὶ Κύρνον ἐχομένας ὑπὸ τῶν Πομπηΐου, οὔτ' ἐκ τῆς περαίας Λιβύης, διὰ τοὺς αὐτοὺς ἑκατέρωθεν ναυκρατοῦντας.

donec — datis] *Dio* 48, 49. Κἀν τούτῳ πλοῖά τε κατὰ πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, τὴν Ἰταλίαν ἐναυπηγεῖτο· καὶ ἐρέτας τὰ μὲν πρῶτα παρὰ τῶν φίλων, ὡς καὶ ἑκόντων δόντων, ἔπειτα δὲ καὶ παρὰ τῶν ἄλλων τῶν τε βουλευτῶν καὶ τῶν ἱππέων, τῶν τε δημοτῶν τῶν εὐπόρων, δούλους συνέλεγεν, ὁπλίτας τε κατελέγετο, καὶ χρήματα παρά τε τῶν πολιτῶν, (ita legendum puto pro τῶν πολιτικῶν cum Leunclav.) καὶ παρὰ τῶν συμμάχων, τῶν τε ὑπηκόων, τῶν τε ἐν τῇ Ἰταλίᾳ καὶ τῶν ἔξω πάντων, ἤθροιζε.

portum Iulium] cujus descriptionem lege apud eundem *Dion.* c. 50. ubi v. Fabric. cf. *Cluver.* Ital. ant. 4, 2. et quos alios laudat Fabricius.

Pompejum — superavit] non ipse, sed Agrippa; Caesar enim magna clade a Pompejo apud Tauromenium affectus est, Cornificium etiam cum legionibus hostibus fere praedam reliquit. v. *Appian.* 5, 106. sequ. *Dio* 49. 5, 4. *Vell.* 79. *Liv.*

vinctus, ut ad dandum signum ab amicis excitaretur. Unde praebitam Antonio materiam putem exprobrandi, *Ne rectis quidem oculis eum aspicere potuisse instructam aciem: verum supinum, coelum intuentem, stupidum cubuisse; nec prius surrexisse, ac militibus in conspectum fuisse, quam a M. Agrippa fugatae sint hostium naves.* Alii dictum factumque ejus criminantur, quasi classibus tempestate perditis exclamaverit, *etiam invito Neptuno victoriam se adepturum*, ac die Circensium proximo sollemni pompae simulacrum Dei detraxerit. Nec temere plura ac majora pericula ullo alio bello adiit. Trajecto in Siciliam exercitu, quum partem reliquam copiarum continenti repeteret, oppressus ex improviso a

---

129. Alterum proelium, quo res Pompeji afflictae, accidit prope Artemisium, *Dio* l. c. 9. *Appian.* 119., utrumque A. U. 718.

devinctus] Al. *devictus*, solenni utriusque vocabuli confusione. Bene monet Burm., illud magis convenire *arto somno*, quo quasi vinculo alligatus jacebat.

supinum] Intelligit Casaub. de δεισιδαιμονίᾳ Octavii, quod supinus coelum intuens vota solum Diis fuderit, collato *Horat.* Od. 3, 23, 1. „*coelo supinas si tuleris manus.*" Verum h. l., ubi de somno sermo, quo sopitus torpebat, potius conferendus *Horat.* Sat. 1, 8, 19. „*stertitque supinus,*" et Nost. Claud. 33. „*supino ac per somnum hianti*"

in conspectum fuisse] γενέσθαι. Ita enim saepissime γίγνεσθαι cum εἰς et πρός aliisque praepositionibus vel adverbiis conjunctum notat *venire*. v. *Sturzii* Lex. Xenoph. in γίγνεσθαι no. 12—22. Nostratium etiam idiotismus, improbandus tamen, dicit *werden* pro *gehen*, *kommen*. cf. dicta ad c. 13. et quae Burm. ad *Ovid.* Heroid. 16, 138. et ad h. l. Ex exemplis citatis reddam *Cic.* ad Att. 15, 4. „quo die *in Tusculanum eram futurus.*" Alii tamen h. l. *venisse*, quod praeferrem, quoniam Noster Caes. 35. „*in conspectum venit,*" nisi Antonii verba commemorarentur, quae servasse auctor videtur.

quum partem rel. cop. continenti repeteret] Al. „*quum ad partem reliquam copiarum* (sc. trajiciendam) *continentem repeteret.*" Ceterum adiit hoc periculum Caesar post cladem apud Tauromenium. Tangit rem *Vell.* 79. „neque ab ipso periculum abfuit." Fugientis ex adverso proelio aerumnas narrat *Appian.* c. 112.

Demochare et Apollophane, praefectis Pompeji, uno domum navigio aegerrime effugit. Iterum, quum praeter Locros Rhegium pedibus iret, et prospectis biremibus Pompejanis terram legentibus, suas ratus, descendisset ad litus, paene exceptus est. Tunc etiam per devios tramites refugientem servus Aemilii Pauli, comitis ejus, dolens proscriptum olim ab eo patrem Paulum, et quasi occasione ultionis oblata, interficere conatus est. Post Pompeji fugam, collegarum alterum M. Lepidum, quem ex Africa in auxilium evocarat, superbientem viginti legionum fiducia, summasque sibi partes terrore ac minis vindicantem, spoliavit exercitu: supplicemque, concessa

---

a Demochare et Apollophane] quorum ille in proelio mox insecuto ad Artemisium se ipsum interemit, hic Caesari se dedidit. *Dio* 49, 10.

patrem Paulum] Hunc esse L. Paulum, Consulem A. U. 703., proscriptum a fratre Lepido Triumviro, eorumque patrem fuisse M. Lepidum Q. filium, Consulem cum Q. Catulo, notat Oudend. ex *Perizon.* Animadv. hist. p. 121. sequ. v. *Flor.* 4, 6, 4. *Dio* 47, 6. ibique Fabric.

M. Lepidum — evocarat] *Vell.* 80. „Acciverat, gerens contra Pompejum bellum, ex Africa Caesar Lepidum cum XII. semiplenis legionibus.“ Postea: „*inflatus* (Lepidus) *amplius XX. legionum numero*, in id furoris processerat, ut inutilis alienae victoriae comes, quamdiu moratus erat, dissidendo in consiliis Caesari, et semper diversa his, quae aliis placebant, dicendo, totam victoriam ut suam interpretaretur; audebatque denunciare Caesari, excederet Sicilia.“ *Appian.* 123. ὁ δέ, (Lepidus) σὺν τούτοις (Plennii militibus, quos in deditionem receperat) ἔχων δύο καὶ εἴκοσι τέλη πεζῶν καὶ ἱππέας πολλούς, ἐπῆρτο· καὶ κρατήσειν ἐδόκει Σικελίας, πρόφασιν ἔχων, ὅτι πρῶτος ἐπιβαίη τῆς νήσου, καὶ πλέονας πόλεις ἐπαγάγοιτο. sequ.

spoliavit exercitu: supplicemque] Ingressus castra Lepidi Caesar legiones sibi adjunxit. *Vell.* „decimoque anno, quam ad dissimillimam vitae suae potentiam pervenerat, Lepidus et a militibus et a fortuna desertus, *pulloque velatus amiculo*, inter ultimam fluentium ad Caesarem turbam latens, *genibus ejus advolutus est.*“ *Appian.* 126. τὸ σχῆμα ἀλλάξας, ἔθει πρὸς τὸν Καίσαρα. *Dio* 49, 12. ἰδίᾳ δὲ κατ' ὀλίγους ὡς ἕκαστοι ἐγκατέλιπον αὐτόν, καὶ μεθίσταντο· καὶ οὕτω καὶ ἐκεῖνος ἠναγκάσθη ἐθελοντὴς ἐν ἐσθῆτι φαιᾷ ἱκέτης αὐτοῦ γενέσθαι.

vita, Circejos in perpetuum relegavit. [17] M. Antonii societatem semper dubiam et incertam, reconciliationibusque variis male focillatam, abrupit tandem. Et quo magis, degenerasse eum a civili more, approbaret, testamentum, quod is Romae, etiam de Cleopatra liberis inter heredes nuncupatis, reliquerat, aperiendum recitandumque pro concione cu-

---

concessa vita — relegavit] *Liv.* 129. „M. Lepidus — relictus ab exercitu, abrogato triumviratus honore, vitam impetravit.“ *Vell.* l. c. „vita rerumque suarum dominium concessa ei sunt; spoliata, quam tueri non poterat, dignitas.“ *Dio* l. c. *καὶ ὁ μὲν ἐκ τούτου τῆς τε ἐξουσίας πάσης παρελύθη, καὶ δίαιταν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ οὐκ ἄνευ φυλακῆς εἶχε.* Contra *Appian.* l. c. *ἔπεμψεν ἐς Ῥώμην, ἐφ' οὗπερ ἦν σχήματος, ἰδιώτην ἀπ' αὐτοκράτορος, οὐδὲν ἔτι πλὴν ἱερέα ἧς εἶχεν ἱερωσύνης.* Serius tamen A. U. 736. invitum, et ut omnium contumeliae exponeretur, (*ὅπως ὅτι πλείστην καὶ χλευασίαν καὶ ὕβριν πρός τε τὴν τῆς ἰσχύος καὶ πρὸς τὴν τῆς ἀξιώσεως μεταβολὴν ὀφλισκάνῃ*), ex agro in Urbem a Caesare arcessitum esse, auctor idem *Dio* 54, 15.

semper dubiam] *Appian.* 5, 52. sequ. c. 93. et 94. in cujus fine: *οὕτως αὐτοῖς ἦν συνεχὴς ἡ μεταβολὴ πρός τε τὰς ὑπονοίας διὰ φιλαρχίαν, καὶ ἐς τὰς πίστεις ὑπὸ χρείας.* Reconciliare eos solebat Octavia, soror Caesaris Octaviani, nupta Antonio.

male focillatam] Hoc voc. derivat Casaub. a *faucibus*, ut sit: aegras fauces lana apposita fovere; Gujet. a *fovere*, laudans Onomast. *focillo, or, ἀναλαμβάνω*, et *foculo, τιθηνέω*; Bernecc. a *focus, foculus*, ut *focillare* sit diminutivum ex *foculare* h. e. fovere, blando calore permulcere ac reficere. Hanc probabiliorem etymologiam censuit etiam Reitz., excitans *Senec.* epist. 13. „pudet me — *tam levibus remediis te focillare*,“ addiditque: „hinc et *focale* vestis valetudinariorum, de qua Fromond. ad *Senec.* Quaest. Nat. l. 4. pag. ult.“ Sed hoc cum optimis lexicographis derivandum a voc. *faux*.

testamentum — reliquerat] De hoc *Plutarch.* Anton. 58. qui depositum fuisse dicit apud virgines Vestales, more solito, de quo dixi ad Caes. 83. Addit idem: *ἔλαβεν οὖν ἐλθὼν* (Caesar testamentum)· *καὶ πρῶτον μὲν αὐτὸς ἰδίᾳ τὰ γεγραμμένα διῆλθε, καὶ παρεσημήνατο τόπους τινὰς εὐκατηγορήτους· ἔπειτα τὴν βουλὴν ἀθροίσας ἀνεγίνωσκε, τῶν πλείστων ἀηδῶς ἐχόντων· ἀλλόκοτον γὰρ ἔδοξεν εἶναι καὶ δεινὸν, εὐθύνας τινὰ διδόναι ζῶντα, περὶ ὧν ἐβουλήθη γενέσθαι μετὰ τὴν τελευτήν.* cf. *Dio* 50, 3. qui et ipse testamentum proditum narrat Caesari a Titio et Planco, qui obsignaverant illud, postea ab Antonio transfugis. Idem *παρανομώ-*

ravit. Remisit tamen hosti judicato necessitudines amicosque omnes, atque inter alios C. Sosium et Gn. Domitium, tunc adhuc Consules. Bononiensibus quoque publice, quod in Antoniorum clientela antiquitus erant, gratiam fecit conjurandi cum tota

---

τατον πρᾶγμα dicit, quod Caesar illud publicaverat. Capita autem ejus indicat haec: τῷ τε Καισαρίωνι ὡς καὶ ἐκ τοῦ Καίσαρος ὄντως γεγονότι ἐμεμαρτυρήκει, καὶ τοῖς παισὶ τοῖς ἐκ τῆς Αἰγυπτίας οἱ τρεφομένοις ὑπερόγκους δή τινας δωρεὰς ἐδεδώκει· τό τε σῶμα τὸ ἑαυτοῦ ἔν τε τῇ Ἀλεξανδρείᾳ καὶ σὺν ἐκείνῃ ταφῆναι ἐκεκελεύκει. Ceterum, quod ad n. l. attinet, recepi emendationem Gronovii, codice Salmasii comprobatam, ubi *de Cleopatra liberi* sunt liberi ex Cleopatra ab Antonio procreati. Vulg. *de Cleopatrae liberis*. Freinsh. emendavit: *de Cleopatra et liberis*, Casaub. *quod is Romae etiam de Cleopatra et de Cleopatrae liberis rel.* Mitto alia. Id mihi certum videtur, ex duabus particulis *et* atque *etiam* alteram alterius fuisse interpretationem, unde in verbis etiam a me editis pro *etiam* mallem *et*, sed illius sensu; porro fraudem fecisse librariis *de* dictum pro *ex* sine participio.

- *C. Sosium et Cn. Domitium*] Domitio h. l. libri *Titum* dant praenomen; sed quum constet de *Cnejo* praenomine, cum Wolfio id restitui, atque ita tacite jam correxit Fabr. excitans nostrum locum ad *Dion.* 48, 7. ubi diserte Γναῖος Δομίτιος Ἀηνόβαρβος dicitur. Fuit filius L. Domitii, acerrimi Caesaris hostis (v. Caes. 23 et 34.), qui post pugnam Pharsalicam periit, (Ner. 2.) addictus Antonii partibus, nunc Consul cum C. Sosio A. U. 722. *Dio* 50, 2. ὅ τε Δομίτιος ὁ Γναῖος καὶ ὁ Σόσσιος ὁ Γάϊος, ἀμφότεροι τῆς τοῦ Ἀντωνίου μερίδος ὄντες, ὑπάτευσαν, (ubi Fabr. parum sibi constans n. l. iterum excitato dedit *T. Domitium*). Ibidem Dio Consulum narrat cum Caesare contentiones; tandem: οἱ οὖν ὕπατοι μήτ' ἀντειπεῖν αὐτῷ θαρσοῦντες, μήτε σιωπῆσαι ὑπομένοντες, τῆς τε πόλεως λάθρα προεξεχώρησαν· καὶ μετὰ τοῦτο πρὸς τὸν Ἀντώνιον ἀπῆλθον, καὶ σφίσι καὶ τῶν ἄλλων βουλευτῶν οὐκ ὀλίγοι συνεφείποντο. μαθὼν δὲ τοῦτο ὁ Καῖσαρ, ἑκών τε αὐτοὺς ἐκπεπομφέναι ἔφασκεν, ἵνα μὴ καὶ ὡς ἀδικῶν τι ἐγκαταλελεῖφθαι ὑπ' αὐτῶν δοκῇ, καὶ ἐπιτρέπειν καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐθέλουσι πρὸς τὸν Ἀντώνιον μετὰ ἀδείας ἀπᾶραι. Rediit Cn. Domitius postea ad Caesarem, relicto Antonio. v. *Dio* 50, 14. *Vell.* 2, 84. Noster Ner. 3. — Ceterum *remisit* h. l. Ern. interpretatur *concessit, condonavit*; malim intelligere pro ἀφῇ i. e. ἀπιέναι ἐπέτρεψε.

Bononiensibus — gratiam fecit] i. e. conjurare remisit. v. ind. n. *Dio* 50, 6. Caesarem Bononienses adjunxisse suis par-

Italia pro partibus suis. Nec multo post navali proelio apud Actium vicit, in serum dimicatione protracta, ut in navi victor pernoctaverit. Ab Actio quum Samum in hiberna se recepisset, turbatus nunciis de seditione militum, praemia et missionem poscentium, quos ex omni numero, confecta victoria, Brundisium praemiserat, repetit Italiam, tempestate in trajectu bis conflictatus: primo inter promontoria Peloponnesi atque Aetoliae, rursus circa montes Ceraunios,

---

tibus affirmat. Ibi enim de Caesare: πάντας γὰρ τοὺς ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίου ἀποικισθέντας, τὰ μὲν ἐκφοβήσας, ἅτε ὀλίγους ὄντας, τὰ δὲ καὶ εὐεργετήσας, προσεπέθετο. τά τε γὰρ ἄλλα, καὶ τοὺς τὴν Βονωνίαν ἐποικοῦντας, αὐτὸς αὖθις, ἵνα δὴ καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ ἀπῳκίσθαι δοκῶσι, προσκατεστήσατο. Dissensus utriusque scriptoris patet, neque dixerim, uter veriora dederit. Alium errorem, cujus accusavit Dionem Casaubonus, eum verba: *in clientela al. antiquitus esse*, non satis intellexisse existimans, recte, puto, ab eo removit Bernecer. ad h. l., assentiente etiam Reimaro ad Dion. l. c.

apud Actium vicit] a. d. IIII. Non. Sept. A. U. 723. s. ut *Dio* 51, 1. τῇ δευτέρᾳ τοῦ Σεπτεμβρίου. Descriptionem pugnae v. apud *Vell.* 84 sequ. *Flor.* 4, 11. *Plutarch.* Anton. 64 sequ. *Dion.* 50, 12 ad fin. l.

Samum] *Dio* 51, 4. τά τε ἐν τῇ Ἑλλάδι διῴκησε, καὶ τῶν τοῖν θεοῖν μυστηρίων μετέλαβεν· (v. infra c. 93.) ἔς τε τὴν Ἀσίαν κομισθείς, καὶ ἐκεῖνα προσκαθίστατο, τά τε τοῦ Ἀντωνίου ἅμα ἐπαρώδκει. Nimirum Samus ad Asiam provinciam pertinebat. *Appianus* autem Civ. 4. 42., quem locum jam citavit Casaub., de Metello: καὶ ἐστρατηγήκει καὶ ὅδε περὶ τὸ Ἄκτιον. ἐν δὲ Σάμῳ διακρίνοντι τῷ Καίσαρι τοὺς αἰχμαλώτους κ. τ. λ.

turbatus — militum] *Dio* l. c. θορυβησάντων δ' αὐτῶν ἐν τούτῳ φανερῶς, ἅτε καὶ πολὺ ἀπὸ σφῶν ἀπαρτῶντος αὐτοῦ, ἐφοβήθη μή τι κακὸν προστάτου λαβόμενοι δράσωσι. καὶ διὰ τοῦτο Ἀντώνιον μὲν ἄλλοις ἀναζητῆσαι προσέταξεν, αὐτὸς δὲ ἐς τὴν Ἰταλίαν ἠπείχθη, μεσοῦντος τοῦ χειμῶνος, ἐν ᾧ τὸ τέταρτον μετὰ Μάρκου Κράσσου ἦρχεν (A. U. 724.).

quos — praemiserat] Et suos et Antonianos, qui ad suas partes accesserant, unde addit auctor: *ex omni numero*. Rem narrat *Dio* 51, 3. ὁ δ' ὅμιλος τῶν Ἀντωνείων στρατιωτῶν ἐς τὰ τοῦ Καίσαρος στρατόπεδα κατετάχθη, καὶ ἔπειτα τοὺς μὲν πολίτας τοὺς ἔξω τῆς ἡλικίας ἀπ' ἀμφοτέρων, μηδὲν μηδενὶ δούς, ἐς τὴν Ἰταλίαν ἀπέπεμψε, τοὺς δὲ δὴ λοιποὺς διέσπειρεν.

utrobique parte Liburnicarum demersa, simulque ejus, in qua vehebatur, fusis armamentis, et gubernaculo diffracto. Nec amplius quam septem et viginti dies, donec desideria militum ordinarentur, Brundisii commoratus, Asiae Syriaeque circuitu Aegyptum petit: obsessaque Alexandria, quo Antonius cum Cleopatra confugerat, brevi potitus est. Et Antonium quidem, seras conditiones pacis tentantem, ad mortem adegit, viditque mortuum. Cleopatrae, quam

---

gubernaculo diffracto] Al. *defracto*. v. Caes. 37.

Nec ampl. qu. septem et vig. d.] *Dio* c. 5. ἔς τε τὴν Ἑλλάδα αὖθις τριακοστῇ μετὰ τὴν ἄφιξιν ἡμέρᾳ ἀπῆρε, numero rotundo. Substiterat Brundisii, ibique Senatum, Equites, magnamque partem populi obviam prodeuntes exceperat.

donec desid. mil. ordin.] *Dio* l. c. καὶ αὐτῶν ὁ Καῖσαρ τοῖς μὲν ἄλλοις χρήματα ἔδωκε, τοῖς δὲ διὰ παντὸς αὐτῷ συστρατεύσασι καὶ γῆν προσκατένειμε. τοὺς γὰρ δήμους τοὺς ἐν τῇ Ἰταλίᾳ τοὺς τὰ τοῦ Ἀντωνίου φρονήσαντας ἐξοικίσας, τοῖς μὲν στρατιώταις τάς τε πόλεις καὶ τὰ χωρία αὐτῶν ἐχαρίσατο· ἐκείνων δὲ δὴ τοῖς μὲν πλείοσι τό τε Δυῤῥάχιον καὶ τοὺς Φιλίππους, ἄλλα τε ἐποικεῖν ἀντέδωκε· τοῖς δὲ λοιποῖς ἀργύριον ἀντὶ τῆς χώρας τὸ μὲν ἔνειμε, τὸ δ' ὑπέσχετο.

Asiae Syr. circ. Aeg. petit] *Dio* c. 5. καὶ διὰ τοῦ ἰσθμοῦ τοῦ τῆς Πελοποννήσου τὰς ναῦς ὑπὸ τοῦ χειμῶνος ὑπερενεγκών, οὕτω ταχέως ἐς τὴν Ἀσίαν ἀνεκομίσθη, ὥστε καὶ τὸν Ἀντώνιον, τήν τε Κλεοπάτραν, ἑκάτερον ἅμα, καὶ ὅτι ἀφωρμήθη, καὶ ὅτι ἐπανῆλθε, μαθεῖν. Mox Paraetonio et Pelusio, claustris Aegypti, proditione praefectorum et Cleopatrae, potitus est. c. 9. cf. *Plut.* Anton. 74.

obsessaque Alexandria] ubi proelio equestri ab Antonio fusus est. *Plut.* l. c. ἱδρυθέντος δ' αὐτοῦ περὶ τὸν ἱππόδρομον, Ἀντώνιος ἐπεξελθὼν ἠγωνίσατο λαμπρῶς, καὶ τροπὴν τῶν Καίσαρος ἱππέων ἐποίησε, καὶ κατεδίωξεν ἄχρι τοῦ στρατοπέδου. *Dio* c. 10. Sed victus postea Antonius a pedite, factaque classis reliquarumque copiarum proditione, de morte cogitavit. *Plut.* 76. *Dio* l. c. Ceterum cepisse Caesarem Alexandriam mense Sextili, annotavit jam Ernst. e SCTo, quod extat apud *Macrob.* Saturn. 1, 12.

viditque mortuum] Sive miserationis causa, sive crudelitatis vidisse dicatur, amovere rem ex h. l. non audeo, quamquam Plutarchus, ut saepe, a Nostro diversus, c. 78. nil nisi, cruentum Antonii mucronem non sine lacrymis accepisse Caesarem, narrat. Alii praeferunt lectionem plurium codd. *viditque mortuam Cleopatram, quam* sequ. quae convenit sane verbis *Dio-*

servatam triumpho magno opere cupiebat, etiam Psyllos admovit, qui venenum ac virus exsugerent; quod perisse morsu aspidis putabatur. Ambobus

---

nis c. 14. *τό τε σῶμα αὐτῆς εἶδε, καὶ φάρμακα αὐτῷ καὶ ψύλλους εἴ πως ἀνασφήλειε, προςήνεγκεν*, ubi tamen sequ. *etiam Psyllos admovit* nexu destituuntur et perit manifesta oppositio membrorum: *et Antonium quidem* (*μέν*) — *Cleopatrae* (*δέ*). Oudend. conjecit: *ultroque morienti* v. *mortuae Cleopatrae*, ita ut spontanea mors Cleopatrae opponeretur coactae Antonii, mutatione arbitraria neque nimis facili. Nihili prorsus est Gronovii; *anxitque mortuum*.

quam servatam — cupiebat] *Plut.* l. c. *ἐκ δὲ τούτου τὸν Προκλήϊον ἔπεμψε κελεύσας, εἰ δύναται μάλιστα, τῆς Κλεοπάτρας ζώσης κρατῆσαι. καὶ γὰρ ἐφοβεῖτο περὶ τῶν χρημάτων, καὶ μέγα πρὸς δόξαν ἡγεῖτο τοῦ θριάμβου, καταγαγεῖν ἐκείνην.* Idem *Dio* c. 11. *Καῖσαρ δὲ ἐπεθύμει μὲν καὶ τῶν θησαυρῶν ἐγκρατὴς γενέσθαι, καὶ ἐκείνην ζῶσάν τε συλλαβεῖν, καὶ ἐς τὰ νικητήρια ἀναγαγεῖν.* et c. 13. *καὶ ἐν ἐπιμελείᾳ αὐτὴν ἐποιεῖτο, ὅπως οἱ τὰ ἐπινίκια ἐπιλαμπρύνῃ.*

Psyllos admovit] De morte Cleopatrae v. *Plutarch*. Anton. 86. *Dio* 51, 14. — *Psylli*, gens Africae, vim serpentium veneno contrariam habere credebantur, unde in poemate Cinnae apud *Gell.* 9, 12. „somniculosam ut *Poenus* aspidem *Psyllus*." *Plin.* H. N. 7, 2. „Similis et in Africa gens Psyllorum fuit, ut Agatharchides scribit, a Psyllo rege dicta, cujus sepulcrum in parte Syrtium majorum est. Horum corpori ingenitum fuit virus exitiale serpentibus, ut cujus odore sopirent eas." *Dio* l. c. *οἱ δὲ δὴ Ψύλλοι οὗτοι ἄνδρες μέν εἰσι, (γυνὴ γὰρ οὐ γίνεται Ψύλλα), δύνανται δὲ πάντα τε ἰὸν παντὸς ἑρπετοῦ παραχρῆμα, πρὶν θνήσκειν τινά, ἐκμυζᾶν, καὶ αὐτοὶ μηδέν, ὑπὸ μηδενὸς αὐτῶν δηχθέντες, βλάπτεσθαι. Φύονται δὲ ἐξ ἀλλήλων, καὶ δοκιμάζουσι τὰ γεννηθέντα, ἤτοι μετ᾽ ὄφεών που εὐθὺς ἐμβληθέντα, ἢ καὶ τῶν σπαργάνων αὐτῶν ἐπιβληθέντων τισίν. οὔτε γὰρ τῷ παιδίῳ τι λυμαίνονται, καὶ ὑπὸ τῆς ἐσθῆτος αὐτοῦ ναρκῶσι.* cf. *Celsus* 5, 28. *Lucan.* 9, 925. — Plura v. apud Fabric. ad *Dion*, l. c. et *Cellar.* Geogr. ant. 4, 2. p. 114.

morsu aspidis] *Dio* l. c. *καὶ τὸ μὲν σαφὲς οὐδεὶς οἶδεν, ᾧ τρόπῳ διεφθάρη· κεντήματα γὰρ λεπτὰ περὶ τὸν βραχίονα αὐτῆς μόνα εὑρέθη. λέγουσι δὲ οἱ μέν, ὅτι ἀσπίδα ἐν ὑδρίᾳ ἢ καὶ ἐν ἄνθεσί τισιν ἐςκομισθεῖσάν οἱ προςέθετο· οἱ δέ, ὅτι βελόνην, ᾗ τὰς τρίχας ἀνεῖρεν, ἰῷ τινι, δύναμιν τοιαύτην ἔχοντι, ὥστε ἄλλως μὲν μηδὲν τὸ σῶμα βλάπτειν, ἂν δ᾽ αἵματος καὶ βραχυτάτου ἅψηται, καὶ τάχιστα καὶ ἀλυπότατα αὐτὸ φθείρειν, χρίσασα, τέως μὲν αὐτὴν ἐν τῇ κεφαλῇ ἐφόρει, ὥςπερ εἰώθει, τότε δέ, προκατανύξασά τι τὸν βραχίονα, ἐς τὸ αἷμα ἐνέβαλεν. οὕτω μέν, ἢ ὅτι ἐγγύτατα, μετὰ τῶν δύο θεραπαινῶν*

communem sepulturae honorem tribuit, ac tumulum ab ipsis inchoatum perfici jussit. Antonium juvenem, majorem de duobus Fulvia genitis, simulacro D. Iulii, ad quod post multas et irritas preces

---

ἀπώλετο. Alias de mortis ejus causa et modo suspiciones profert *Plut.* l. c. Valuit tamen de aspidis morsu fama, quam praeter alios tradiderunt *Vell.* 87. *Flor.* 4, 10. et *Horat.* Od. 1, 37, 26. ubi dicitur Cleopatra „fortis et asperas tractare serpentes, ut atrum corpore combiberet venenum." Plura dant Fabric. ad *Dion.* l. c. et interpr. ad *Aelian.* H. A. 9, 11.

comm. sepult. hon.] *Dio* l. c. c. 15. ἔν τε τῷ αὐτῷ τρόπῳ ἐταριχεύθησαν, κὰν τῇ αὐτῇ θήκῃ ἐτάφησαν. *Plut.* l. c. Καῖσαρ — ταφῆναι τὸ σῶμα σὺν Ἀντωνίῳ λαμπρῶς καὶ βασιλικῶς ἐκέλευσεν.

Antonium juvenem] *Dio* c. 15. τῶν δὲ δὴ παίδων αὐτῶν, Ἄντυλλος μὲν, καίτοι τήν τε τοῦ Καίσαρος θυγατέρα ἐγγεγυημένος (v. Nostr. infr. c. 63.), καὶ ἐς τὸ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἡρῷον, ὃ ἡ Κλεοπάτρα ἐπεποιήκει, καταφυγὼν, εὐθὺς ἐσφάγη. *Plutarch.* 87. Ἀντωνίου δὲ γενεὰν ἀπολιπόντος ἐκ τριῶν γυναικῶν (ex Fulvia, Octavia et Cleopatra) ἑπτὰ παῖδας, ὁ πρεσβύτατος, Ἄντυλλος, ὑπὸ Καίσαρος ἀνῃρέθη μόνος. et c. 81. τῶν δ' Ἀντωνίου παίδων ὁ μὲν ἐκ Φουλβίας, Ἄντυλλος, ὑπὸ Θεοδώρου, τοῦ παιδαγωγοῦ, παραδοθεὶς ἀπέθανε κ. τ. λ. Scilicet eum cum Caesarione Antonius in viros retulerat, (*Dio* 51, 6. *Plut.* 71.) post fugam Actiacam Aegyptum reversus, ἵν' οἵ τε Αἰγύπτιοι, (ita *Dio* l. c.) ὡς καὶ ἀνδρός τινος ἤδη βασιλεύοντος σφῶν προθυμηθῶσι, καὶ οἱ ἄλλοι προστάτας ἐκείνους, ἄν γέ τι δεινὸν σφίσι συμβῇ, ἔχοντες καρτερήσωσι. καὶ τοῖς μὲν μειρακίοις καὶ τοῦτο αἴτιον τοῦ ὀλέθρου ἐγένετο. οὐδετέρου γὰρ αὐτῶν ὁ Καῖσαρ, ὡς καὶ ἀνδρῶν ὄντων, καὶ πρόσχημά τι προστασίας ἐχόντων, ἐφείσατο.

simulacro D. Iulii] Nescio, quomodo Doctissimus Fabr. ad *Dion.* 51, 15. in eum errorem inciderit, ut cogitaret h. l. de ἡρῴῳ Iulii Caesaris, *Romae* in ejus honorem exstructo, de quo *Dio* 47, 18., quod omnibus etiam reis et fugitivis loco asyli esse Romani decreverant (47, 19.), ornato postea et dedicato ab Augusto (51, 19. et 22.). Imo sermo est de monumento, Alexandriae Iulio a Cleopatra condito, ac diserte *Dio* l. c. ἡρῷον, ὃ ἡ Κλεοπάτρα ἐπεποιήκει, cui tamen et ipsi asyli inerat religio ob divinos honores Caesari decretos. Constat enim, non Romam fugisse Antonium juvenem, sed Alexandriae, cujus regnum spectaverat, interemtum. Ceterum morem, ad statuas et aras Deorum heroumque confugiendi, illustravit *Lips.* excurs. ad *Tac.* Ann. 3, 36. ubi nostri loci non est oblitus.

confugerat, abreptum interemit. Item Caesarionem, quem ex Caesare patre Cleopatra concepisse praedicabat, retractum e fuga supplicio affecit. Reliquos Antonii reginaeque communes liberos, non secus ac necessitudine junctos sibi, et conservavit, et mox pro conditione cujusque sustinuit ac fovit. [18] Per idem tempus, conditorium et corpus Magni Alexan-

---

Caesarionem] De eo dixi ad Caes. 52. De morte ejus *Dio* l. c. Καισαρίων δὲ ἐς Αἰθιοπίαν φεύγων, κατελήφθη τε ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ διεφθάρη. *Plut.* Anton. 81. Καισαρίωνα δέ, τὸν ἐκ Καίσαρος εἶναι λεγόμενον, ἡ μὲν μήτηρ ἐξέπεμψε μετὰ χρημάτων πολλῶν εἰς τὴν Ἰνδικὴν δι' Αἰθιοπίας· ἕτερος δὲ παιδαγωγός, ὅμοιος Θεοδώρῳ, Ῥόδων, ἀνέπεισεν ἐπανελθεῖν, ὡς Καίσαρος αὐτὸν ἐπὶ βασιλείαν καλοῦντος. βουλευομένου δὲ Καίσαρος, Ἄρειον εἰπεῖν λέγουσιν· Οὐκ ἀγαθὸν πολυκαισαρίη. c. 82. τοῦτον μὲν οὖν ὕστερον ἀπέκτεινε μετὰ τὴν Κλεοπάτρας τελευτήν. — Postea cum Oudend. et Wolf. addidi voc. *patre*, a plerisque editoribus male omissum. Non est pleonasticum, sed *Caesar pater* opponitur juveni Caesari, Octaviano.

Reliquos — liberos] Susceperat Antonius e Cleopatra tres liberos, auctore *Dione* 49, 32. πρεσβυτάτους μέν, Ἀλέξανδρον καὶ Κλεοπάτραν (καὶ δίδυμοι γὰρ ἐτέχθησαν), νεώτατον δέ, Πτολεμαῖον, τὸν καὶ Φιλάδελφον ἐπικληθέντα. (*Liv.* Epit. 132. filios tantum nominat, Philadelphum et Alexandrum. Honores, quos Antonius liberis suis vel tribuerat vel destinaverat, enarrat *Dio* 49, 41.) De iis 51, 15. ἥ τε Κλεοπάτρα Ἰόβᾳ τῷ τοῦ Ἰόβου παιδὶ (filio Jubae, qui post bellum Africum contra Caesarem gestum perierat, eruditione Graeca postea celebri. v. *Plut.* Caes. 55. Anton. 87.) συνῴκησε. τούτῳ γὰρ ὁ Καῖσαρ τραφέντι τε ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, καὶ συστρατευσαμένῳ οἱ, ταύτην τε καὶ τὴν βασιλείαν τὴν πατρῴαν ἔδωκε, καὶ αὐτοῖς καὶ τὸν Ἀλέξανδρον τόν τε Πτολεμαῖον ἐχαρίσατο. De reliquis liberis iisdem locis Dio et Plutarchus exponunt. *Iulius Antonius*, minor ex *Fulvia* filius, Marcellam duxit postea, Marcelli ex Octavia, Augusti sorore, filiam, dimissam ab Agrippa, Juliam Augusti ducturo, Consul A. U. 744., ob adulterium cum Julia commissum structasque Augusto insidias ab eo interemtus A. U. 752. (*Dio* 55, 10. *Vell.* 2, 100.) Duae ex *Octavia* filiae, *Antonia major* Domitio Aenobarbo, avo Neronis (Ner. 5.), *Antonia minor* Druso, Liviae filio, Tiberii fratri, patrique Germanici et Claudii, nupserunt.

conditorium et corpus] i. e. λάρνακα, θήκην, simul cum corpore e penetrali prolatam. *Dio* 51, 16. καὶ μετὰ ταῦτα τὸ μὲν τοῦ Ἀλεξάνδρου σῶμα εἶδε, καὶ αὐτοῦ καὶ προσήψατο, ὥστε τι τῆς

dri, quum prolatum e penetrali subjecisset oculis, corona aurea imposita ac floribus aspersis veneratus est; consultusque, num et Ptolemaeûm inspicere vellet, *Regem se voluisse*, ait, *videre*, *non mortuos*. Aegyptum in provinciae formam redactam, ut fera-

---

ρινός, ὥς φασι, θραυσθῆναι. Funus Alexandri maxima pompa deductum fuerat Babylone Aegyptum (de qua re copiosissime exponit *Diodor.* 18, 26 sequ.), ubi potitus eo est Ptolemaeus. *Strabo* 17, 1, 8. (T. VI. p. 504. ed. Tzschuck.) μέρος δὲ τῶν βασιλείων ἐστὶ καὶ τὸ καλούμενον Σῆμα, ὃ περίβολος ἦν, ἐν ᾧ αἱ τῶν βασιλέων ταφαί, καὶ ἡ Ἀλεξάνδρου· ἔφθη γὰρ τὸ σῶμα ἀφελόμενος Περδίκκαν ὁ τοῦ Λάγου Πτολεμαῖος, κατακομίζοντα ἐκ τῆς Βαβυλῶνος· — τὸ δὲ σῶμα τοῦ Ἀλεξάνδρου κομίσας ὁ Πτολεμαῖος ἐκήδευσεν ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, ὅπου νῦν ἔτι κεῖται· οὐ μὴν ἐν τῇ αὐτῇ πυέλῳ· ὑαλίνη γὰρ αὕτη, ἐκεῖνος δ' ἐν χρυσῇ κατέθηκεν.

aspersis] Id cum Oudend. et Wolf. praeferendum duxi vulg. *aspersum*. Veneratus est corpus et corona aur. imposita, et floribus aspersis. Sic modo oratio bene procedit, singulis nominibus suis participiis adjunctis. Pro *aurea* Bernecc. sine causa conjec. *laurea*.

Ptolemaeûm] i. e. Ptolemaeorum corpora et conditoria. Ita post plures interpretes Suet. etiam Fabr. ad *Dion.* l. c., ubi plane e Nostro: τὰ δὲ δὴ τῶν Πτολεμαίων, καίτοι τῶν Ἀλεξανδρέων σπουδῇ βουληθέντων αὐτῷ δεῖξαι, οὐκ ἐθεάσατο, εἰπὼν ὅτι „Βασιλέα, ἀλλ' οὐ νεκροὺς ἰδεῖν ἐπεθύμησα.“ Scilicet illum unum *regem*, hos, quamvis πορφυρογεννήτους, communi mortuorum vulgo accensendos existimabat. Oudend. conjectura *Ptolemaeium* v. *Ptolemaeeum* sc. conditorium (Πτολεμαιεῖον) nimis a Graecis discedit. Occupatam tamen eam a Bernecc. probavit *Freinsh.* ind. Flor. sub v. *Mausoleum*.

Aegyptum in pr. f. redactam] *Dio* c. 17. ἐκ δὲ τούτου τήν τε Αἴγυπτον ὑποτελῆ ἐποίησε, καὶ τῷ Γάλλῳ τῷ Κορνηλίῳ ἐπέτρεψε. Nimirum praeposuit tantum *praefectum Augustalem*, omnique modo, ne in valentioris hominis potestatem perveniret ea regio, Italiae imminens, cavit. *Tac.* A. 2, 59. v. ad Caes. 35. De gubernatione Aegypti *Strabo* 17, 1, 12. (p. 517. ed. cit.) haec: ἐπαρχία δὲ νῦν ἐστι, φόρους μὲν τελοῦσα ἀξιολόγους, ὑπὸ σωφρόνων δὲ ἀνδρῶν διοικουμένη τῶν πεμπομένων ἐπάρχων ἀεί. Ὁ μὲν οὖν πεμφθεὶς τὴν τοῦ βασιλέως ἔχει τάξιν· ὑπ' αὐτῷ δ' ἐστὶν ὁ δικαιοδότης, ὁ τῶν πολλῶν κρίσεων κύριος· ἄλλος δ' ἐστὶν ὁ προσαγορευόμενος ἴδιος λόγος, ὃς τῶν ἀδεσπότων καὶ τῶν εἰς Καίσαρα πίπτειν ὀφειλόντων ἐξεταστής ἐστι· παρέπονται δὲ τούτοις ἀπελεύθεροι

ciorem habilioremque annonae urbicae redderet, fossas omnes, in quas Nilus exaestuat, oblimatas longa vetustate, militari opere detersit. Quoque Actiacae victoriae memoria celebratior in posterum esset, urbem Nicopolin apud Actium condidit: ludosque illic Quinquennales constituit; et ampliato vetere Apollinis templo, locum castrorum, quibus fuerat usus, exornatum navalibus spoliis, Neptuno ac Marti consecravit. [19] Tumultus post haec, et rerum

---

Καίσαρες καὶ οἰκονόμοι, μείζω καὶ ἐλάττω πεπιστευμένοι πράγματα. Plura v. apud Fabr. ad *Dion*. l. c.

fossas omnes — detersit] *Dio* c. 18. τάς τε διώρυχας, τὰς μὲν ἐξεκάθηρε, τὰς δὲ ἐκ καινῆς διώρυξε.

urbem Nicopolin — condidit] *Dio* 51, 1. πόλιν τινὰ ἐν τῷ στρατοπέδου τόπῳ, τοὺς μὲν συναγείρας, τοὺς δ' ἀναστήσας τῶν πλησιοχώρων, συνῴκισε, Νικόπολιν αὐτῇ ὄνομα δούς. Exponit de hujus urbis origine *Strabo* 7, 7, 6. auditque: ἡ μὲν οὖν Νικόπολις εὐανδρεῖ, καὶ λαμβάνει καθ' ἡμέραν ἐπίδοσιν. *Pausan*. 5, 2. Ἀμβρακιώτας δὲ καὶ Ἀνακτορίους ἀποίκους Κορινθίων ὄντας, ἐπηγάγετο ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς ἐς Νικοπόλεως συνοικισμὸν πρὸς τῷ Ἀκτίῳ. cf. Id. 7, 18, 6. et 10, 38, 2. — v. *Serv*. ad *Virgil*. Aen. 3, 274. *Harduin*. ad *Plin*. H. N. 4, 1. *Cellar*. Geogr. Ant. 2, 13. p. 1089 sequ.

ludosque — constituit] *Dio* l. c. ἀγῶνά τέ τινα καὶ μουσικὸν καὶ γυμνικόν, ἱπποδρομίας τε, πεντετηρικόν, ἱερόν (οὕτω γὰρ τοὺς τὴν σίτησιν ἔχοντας ὀνομάζουσι, i. e. sacros ludos appellant, in quibus victores s. hieronicae de publico coenabant, ut Fabric.) κατέδειξεν, Ἄκτια αὐτὸν προσαγορεύσας. Frequens ludorum Actiacorum apud scriptores mentio. Loca collegit Fabric. ad l. c.

vetere Apollinis templo] Memorat illud *Thuc*. 1, 29. ἐν Ἀκτίῳ τῆς Ἀνακτορίας γῆς, οὗ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνός ἐστιν, et *Polyb*. 4, 63. τὸ τῶν Ἀκαρνάνων ἱερόν, καλούμενον Ἄκτιον, citati a Fabr.

locum castrorum — consecravit] Paulo diversus *Dio* l. c. τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Ἀκτίῳ τριήρη τε καὶ τετρήρη, τά τε ἄλλα τὰ ἑξῆς, μέχρι δεκήρους, ἐκ τῶν αἰχμαλώτων νεῶν ἀνέθηκε· καὶ ναὸν μείζω ᾠκοδόμησεν (vetus Ap. templum ampliavit). Postea: τό τε χωρίον, ἐν ᾧ ἐσκήνησε, λίθοις τετραπέδοις ἐκρηπίδωσε, καὶ τοῖς ἁλοῦσιν ἐμβόλοις ἐκόσμησεν, ἕδος τι ἐν αὐτῷ τοῦ Ἀπόλλωνος ὑπαίθριον ἱδρυσάμενος. *Strabo* autem l. c. καὶ ἱερὸν τοῦ Ἀκτίου Ἀπόλλωνος ἐνταῦθά ἐστι, πλησίον τοῦ στόματος, λόφος τις, ἐφ' ᾧ ὁ νεώς, καὶ ὑπ' αὐτῷ πεδίον ἄλσος ἔχον καὶ νεώρια· ἐν οἷς ἀνέθηκε

ἐν

novarum initia, conjurationesque complures, priusquam invalescerent, indicio detectas compressit, alias alio tempore: Lepidi juvenis, deinde Varronis Murenae et Fannii Caepionis, mox M. Egnatii, exin

---

Καῖσαρ τὴν δεκανέαν ἀκροθίνιον, ἀπὸ μονοκρότου μέχρι δεκήρους. Epigramma *Philippi* (Anthol. Jacobs. Vol. 2. p. 203. Ej. Animadv. Vol. 2. P. 2. p. 170.) hunc locum spectans, laudavit jam Casaubonus.

et rerum] Al. *et etiam rerum* vel vitiose *ac etiam*. Delevi *etiam* cum Oudend., postea *et* ante *alias*.

alias alio tempore] Recenset eas Livia apud *Senec.* de clement. 1, 9. „Salvidienum Lepidus secutus est, Lepidum Murena, Murenam Caepio, Caepionem Egnatius, ut alios taceam, quos tantum ausos pudet.“ Ib. „quum annum quadragesimum transisset, et in Gallia moraretur, delatum est ad eum indicium, L. Cinnam, stolidi ingenii virum, insidias ei struere.“ Fuit hic Cinna *Cn. Pompeji nepos.* A *Dione* 55, 14. Γναῖος Κορνήλιος dicitur, θυγατριδοῦς τοῦ μεγάλου Πομπηΐου, ubi v. Fabr., qui *Cneum* praenomen ut rectius defendit.

Lepidi juvenis] A. U. 725. *Vell.* 2, 88. „Dum ultimam bello Actiaco Alexandrinoque Caesar imponit manum, M. Lepidus juvenis forma quam mente melior, Lepidi ejus, qui Triumvir fuerat Reip. constituendae, filius, Junia Bruti sorore natus, interficiendi, simul in Urbem revertisset, Caesaris consilia inierat. Tunc Urbis custodiis praepositus C. Maecenas. — Hic speculatus est per summam quietem ac dissimulationem praecipitis consilia juvenis, et mira celeritate, nullaque cum perturbatione aut rerum aut hominum oppresso Lepido, immane novi ac resurrecturi belli civilis restinxit initium.“ cf. *Liv.* Epit. 133. *Senec.* l. c. et de brev. vit. 5. *Appian.* 4, 50. *Dio* 54, 15.

Varronis Murenae] A. U. 732. *Vell.* c. 91. „L. Murena“ (adoptatus a L. Terentio Varrone) „et Fannius Caepio, diversis moribus (nam Murena sine hoc facinore potuit videri bonus, Caepio et hoc ante pessimus) quum iniissent occidendi Caesaris consilia, oppressi auctoritate publica, quod vi facere voluerant, jure passi sunt.“ *Dio* 54, 3. Φάννιος μὲν γὰρ Καιπίων ἀρχηγὸς τῆς ἐπιβουλῆς ἐγένετο, συνεπελάβοντο δὲ καὶ ἄλλοι· καὶ σφίσι καὶ ὁ Μουρήνας συνομωμοκέναι, εἴτ' οὖν ἀληθῶς, εἴτε καὶ ἐκ διαβολῆς, ἐλέχθη, ἐπειδὴ καὶ ἀκράτῳ καὶ κατακορεῖ παῤῥησίᾳ πρὸς πάντας ὁμοίως ἐχρῆτο, καὶ (οὐ γὰρ ὑπέμειναν τὸ δικαστήριον) ἐρήμην μὲν ὡς καὶ φευξόμενοι ἥλωσαν, ἀπεσφάγησαν δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον. cf. Noster Aug. 56. Tib. 8. *Macrob.* Sat. 1, 11.

M. Egnatii] Rufi, Aedilis A. U. 728., in quo magistratu

Plautii Rufi, Luciique Pauli progeneri sui: ac praeter has L. Audasii, falsarum tabularum rei, ac neque aetate, neque corpore integri: item Asinii Epicadi, ex gente Parthina, hybridae: ad extremum Telephi, mulieris servi nomenculatoris. Nam ne ultimae quidem sortis hominum conspiratione et pe-

---

τὸν Αὔγουστον ὑπερφρονῆσαι dicitur *Dion.* 53, 24. Consulatum profiteri vetuit eum C. Sentius Saturninus, auctore *Vell.* c. 92. *Egnatianum sedes* erupisse triennio post Murenae Caepionisque conjurationem, patet ex eodem *Vell.* c. 93., qui c. 91. de eo ita: „Neque multo post Rufus Egnatius, per omnia gladiatori, quam Senatori, propior, collecto in aedilitate favore populi, quem exstinguendis privata familia incendiis in dies auxerat, in tantum quidem, ut ei praeturam continuaret, (de qua re *Dio* l. c.) mox etiam consulatum petere ausus, quum esset omni flagitiorum scelerumque conscientia mersus, nec melior illi res familiaris, quam mens, foret, aggregatis simillimis sibi, interimere Caesarem statuit. — Neque hic prioribus in occultando felicior fuit; abditusque carceri cum consciis facinoris, mortem dignissimam vita sua obiit."

Plautii Rufi] *Dion.* 55, 27. *Publius* quidam *Rufus* populum ad res novas concitasse dicitur. Eum *Fabric.* ad h. l. eundem putat cum homine hic memorato. Res, forsan etiam lectio incerta.

Luciique Pauli] Paulus duxerat Iuliam, neptem Augusti ex Agrippa et Iulia. Consul fuit A. U. 754. V. de eo *Glandorp.* p. 31.

ex gente Parthina]. *Parthini* s. *Partheni* gens erant Illyriae, de quibus v. *Cellar.* Geogr. Ant. 2, 13. p. 1027. Devicerat Parthinos Asinius Pollio A. U. 715, auctore *Dion.* 48, 41., et inter reliquos captivos Romam secum duxerat Epicadum, libertum postea suum ideoque nomine suo appellatum, ex quo matreque Itala natus videtur hic Asinius Epicadus, ob parentes diversae gentis *hybrida* appellatus.

mulieris servi nomenculatoris] *Nomenculatorum* non ad prensationes tantum candidatorum pertinuisse ministerium, sed ad salutationes matutinas, dispositionem convivarum aliaque talia, monet ad h. l. Casaubonus. *Servus nomenculator* autem eodem modo dicitur πλεοναστικῶς, quo Caes. 74. *a manu servus.* Ut enim *ultimae sortis* hominem ostendat, *servum* dicit, et *mulieris* servum, quamquam hoc ipsum voc. *mulieris* multi suspectum habuerunt, Oudend. etiam conjecit *muliebris*, quod nemini facile placebit.

riculo caruit. Audasius atque Epicadus Iuliam filiam et Agrippam nepotem ex insulis, quibus continebantur, rapere ad exercitus: Telephus, quasi debita sibi fato dominatione, et ipsum et Senatum aggredi destinarant. Quin etiam quondam juxta cubiculum ejus lixa quidam ex Illyrico exercitu, janitoribus deceptis, noctu deprehensus est, cultro venatorio cinctus; imposne mentis, an simulata dementia, incertum; nihil enim exprimi quaestione potuit. [20] Externa bella duo omnino per se gessit: Dalmaticum, adolescens adhuc; et Antonio devicto, Cantabricum. Dalmatico etiam vulnera excepit, una acie, dextrum genu lapide ictus; altera, et crus et utrumque brachium ruina pontis consauciatus. Reliqua per lega-

---

imposne] Al. *inopsne*, quod recepit Burm. Illud recte, opinor, servavit Oudend., dictum docens pro *mente capto*, quum mens ex hominis potestate abiit, uti Festus.

Dalmaticum] A. U. 719. adolescens 28 annorum. De hoc bello v. *Flor.* 4, 12. *Liv.* 132. *Appian.* Illyr. 16. sequ. *Dio* 49, 38. ἐπὶ δὲ δὴ τοὺς Δαλμάτας πρότερος μὲν ὁ Ἀγρίππας, ἔπειτα δὲ καὶ ὁ Καῖσαρ ἐπεστράτευσε.

Cantabricum] *Flor.* 4, 12, 46 sequ. *Vell.* 2, 90. *Oros.* 6, 21. *Dio* 53, 25. ubi: αὐτὸς δὲ ὁ Αὔγουστος πρός τε τοὺς Ἄστυρας καὶ πρὸς τοὺς Καντάβρους ἅμα ἐπολέμησε. Gestum id bellum A. U. 729. Huc pertinent carmina *Horat.* 3, 14. et 4, 5. v. infra c. 81.

Dalmatico — consauciatus] *Dio* 49, 38. τοὺς μὲν πλείους σφῶν, αὐτοὶ πολλὰ καὶ δεινὰ παθόντες, ὥστε καὶ τὸν Καίσαρα τρωθῆναι — κατεστρέψαντο. De altero autem vulnere, in ponte obsidionali accepto, idem c. 35. ubi de bello cum Japydibus: τὸ γὰρ Μέτουλον, τὴν μεγίστην σφῶν πόλιν, κρατυνάμενοι (Japydes), πολλὰς μὲν προςβολὰς τῶν Ῥωμαίων ἀπεκρούσαντο, πολλὰ δὲ μηχανήματα κατέφλεξαν· αὐτόν τε ἐκεῖνον ἀπὸ πύργου τινὸς ξυλίνου ἐπιβῆναι τοῦ περιβόλου πειρώμενον κατέτρωσαν. Consentit *Appian.* Illyr. 20, ubi cum tribus comitibus, in quibus Agrippa, paucisque satellitibus, pontem obsidionalem in oppugnatione Metuli ascendisse dicitur. ἤδη δ' αὐτοῦ, ita pergit, τὴν γέφυραν περῶντος, ἐν αἰδοῖ γενόμενος ὁ στρατὸς ἀνεπήδησεν ἄθρους. καὶ πάλιν ἡ γέφυρα βαρηθεῖσα καταπίπτει, καὶ οἱ ἄνδρες ὑπ' αὐτῆς ἀθρόοι κατεχώννυντο. καὶ οἱ μὲν ἀπέθανον αὐτῶν, οἱ δὲ συντριβέντες ἐφέροντο. ὁ δὲ Καῖσαρ ἐπλήγη μὲν τὸ σκέλος τὸ δεξιόν, καὶ τοὺς βραχίονας ἄμφω κ. τ. λ. Contra *Flor.* 4, 12, 7. in trajectu fluminis (error in varia signi-

tos administravit; ut tamen quibusdam Pannonicis atque Germanicis aut interveniret, aut non longe abesset, Ravennam, vel Mediolanum, vel Aquilejam usque ab Urbe progrediens. [21] Domuit autem partim ductu, partim auspiciis suis, Cantabriam, Aquita-

---

ficatione voc. *pons* fuit) factum id narrat hisce verbis: „in hos (Illyrios) expeditionem ipse sumsit, fierique pontes imperavit. Hic se et aquis et hoste turbantibus, cunctanti ad ascensum militi scutum de manu rapuit; et in via primus, tunc agmine secuto, quum Illyricus multitudine pontem succidisset, saucius manibus ac cruribus, speciosior sanguine et ipso periculo augustior, terga hostium percecidit.“ Ceterum, quod *bello Dalmatico* Augustum hoc vulnus accepisse Suetonius dicit, quod in pugna cum Japydibus, Illyriae populo, tulit, (quo nomine etiam reprehensus est a P. *Candido* ad marg. Appian. l. c. v. Schweigh. ed.) fecit id more veterum, qui gentes regionesque vicinas haud nimis accurate nominibus distinguere solent, et gentem saepissime pro singulis nationibus ejusdem originis dicunt. Latiori etiam nomine *Plin.* H. N. 7, 45. ad res Augusti adversas „*Pannonici belli* ruinam e turri“ refert.

Pannonicis] A. U. 719. quo Illyricum bellum gessit. *Dio* 49, 36: *ἐπὶ Παννονίους ἐστράτευσεν κ. τ. λ.*

aut non longe abesset] Huc pertinet, quod *Dio* 55, 34. ad A. U. 761. *πρὸς μέντοι τὰς τῶν πολέμων διαχειρίσεις οὕτως ἔῤῥωτο, ὥστ' ἵν' ἐγγύθεν καὶ ἐπὶ τοῖς Δαλμάταις καὶ ἐπὶ τοῖς Παννονίοις πᾶν ὅ, τι χρὴ συμβουλεύειν ἔχῃ, πρὸς Ἀρίμινον ἐξώρμησε.* Ita A. U. 738. Galliam petierat, belli Germanici causa. *Dio* 54, 19. Dicitur etiam *Tac.* Ann. 1, 46. fessa aetate saepius in Germanias commeasse.

partim ductu, partim auspiciis suis] *Plin.* H. N. 3, 20. exhibet inscriptionem e tropaeo Alpium, ubi: „*quod ejus ductu auspiciisque* gentes Alpinae omnes — sub imperium P. R. sunt redactae.“

Cantabriam] Devicit Cantabros A. U. 725. missus ab eo Statilius Taurus, auctore *Dione* 51, 20. — A. U. 729. expeditionem contra eos ipse suscepit, de qua superiori capite. Rebelles post ejus abitum compescuit anno sequenti (730.) L. Aemilius (*Dio* 53, 29.). Denuo bellum inferentes perdomiti sunt a T. Carisio et C. Furnio legatis A. U. 732. (*Dio* 54, 5.). Denique finem fecit huic bello Agrippa A. U. 735. qui, narrante eodem *Dione* 54, 11. *τούς τε ἐν τῇ ἡλικίᾳ πολεμίους πάντας ὀλίγου διέφθειρε, καὶ τοὺς λοιποὺς τά τε ὅπλα ἀφείλετο, καὶ ἐς τὰ πεδία ἐκ τῶν ἐρυμνῶν κατεβίβασεν.*

niam, Pannoniam, Dalmatiam cum Illyrico omni: item Raetiam, et Vindelicos, ac Salassos, gentes Inalpinas. Coërcuit et Dacorum incursiones, tribus

---

Aquitaniam] Ad provincias, quas Augustus belli armorumque causa sibi servaverat, diserte referuntur apud *Dion*. 53, 12. Γαλάται πάντες, οἵ τε Ναρβωνήσιοι καὶ οἱ Λουγδουνήσιοι, Ἀκυϊτανοί τε καὶ Κελτικοί, αὐτοί τε καὶ οἱ ἄποικοι σφῶν. Celebrat M. Valerii Messalae triumphum Aquitanicum, actum A. U. 727. *Tibull.* Eleg. 1, 8, 3. et 2, 1, 33. ubi: „*gentis Aquitanae celeber Messala triumphis.*" cf. l. 4. carmen 1.

Pannoniam] Pannonios bello ipse petiit A. U. 719. v. cap. sup. Rebelles vicit Geminus A. U. 720. (*Dio* 49, 38.) Sed ab anno 735. (v. interpr. ad *Vell.* 2, 96.) perpetua fere bella gesta sunt cum hac gente, (*Dio* 54, 20, 24.) quibus post mortem Agrippae praefuit Tiberius (*Dio* 54, 31, 34. Nost. Tiber. 9.), a quo tandem post variam belli fortunam perdomita est A. U. 759. usque ad 761. *Vell.* 2, 110. et 114. *Dio* 55, 29. et 34.

Dalmatiam cum Illyr. omni] v. cap. sup. Bellum Dalmaticum et ipsum confecit Tiberius. *Flor.* 4, 12, 8 sequ. ubi *Tiberium* pro *Vibio* reponendum, viri docti censuerunt. *Vell.* 2, 90. *Liv.* 139. *Dio* 54, 34, 36. Provinciam eam factam, narrat *Vell.* 2, 39. „At Tiberius Caesar, quam certam Hispanis parendi confessionem extorserat parens, *Illyriis Dalmatisque* extorsit."

Raetiam, et Vindelicos] *Vell.* loco proxime citato: „*Raetiam* autem et *Vindelicos ac Noricos*, Pannoniamque et Scordiscos, novas imperio nostro subjunxit provincias (Tiberius)". *Dio* 54, 22. ubi Ῥαιτούς, οἰκοῦντας μεταξὺ τοῦ τε Νωρίκου καὶ τῆς Γαλατίας, debellatos dicit a Druso et Tiberio (A. U. 739.). *Horat.* Od. 4, 4, 17. et 4, 14, 14. „major Neronum mox grave proelium commisit, immunesque Raetos auspiciis pepulit secundis." cf. infra Tib. 9. — Scribendum autem: *Raetiam* sine h, e lapidibus vetustissimisque Mss., docuerunt Drakenb. et Duker. ad *Liv.* Ep. 136. et Oudendorp. ad h. l.

Salassos] *Dio* 53, 25. οἰκοῦσι δὲ (οἱ Σάλασσοι) ὑπὸ τὰς Ἄλπεις. Ibid. devictos eos dicit a Terentio Varrone A. U. 729. post Valerium Messalam, qui domuerat eos A. U. 720. (*Dio* 49, 38.) *Liv.* 135. „Salassi, gens Alpina, perdomiti." *Strabo* 4, 6, 7. (Tom. II. p. 83. ed. Tzschuck.) ὕστερον μέντοι κατεστρέψατο αὐτοὺς ἄρδην ὁ Σεβαστός, καὶ πάντας ἐλαφυροπώλησε. — Τῶν μὲν οὖν ἄλλων σωμάτων τρεῖς μυριάδες ἐξητάσθησαν ἐπὶ τοῖς ἑξακισχιλίοις, τῶν δὲ μαχίμων ἀνδρῶν ὀκτακισχίλιοι· πάντας δ' ἐπώλησε Τερέντιος Οὐάῤῥων ὑπὸ δόρυ, καταστρεψάμενος αὐτοὺς στρατηγὸς κ. τ. λ.

Dacorum] *Flor.* 4, 12, 18. „Daci montibus inhaerent. Cotisonis regis imperio, quoties concretus gelu Danubius junxe-

eorum ducibus cum magna copia caesis, Germanosque ultra Albim fluvium summovit: ex quibus Ubios et Sygambros dedentes se traduxit in Galliam, atque in proximis Rheno agris collocavit. Alias item nationes male quietas ad obsequium redegit. Nec ulli genti sine justis et necessariis causis bellum intulit, tantumque afuit a cupiditate, quoquo modo imperium

---

rat ripas, decurrere solebant, et vicina populari. Visum est Caesari Augusto, gentem aditu difficillimam summovere. Misso igitur Lentulo, ultra ulteriorem repulit ripam; citra praesidia constituit. Sic tunc Dacia non victa, sed summota atque dilata est." cf. *Dio* 51, 22, 23. qui de alia expeditione sub M. Crasso contra Dacos exponit. *Eutrop.* 7, 5. „vicit autem proeliis Dacos." In provinciae formam postea Dacia redacta est a Trajano.

Germanosque — summovit] E Nostro *Eutrop.* l. c. „Germanorum ingentes copias cecidit; ipsos quoque trans Albim fluvium summovit, qui in barbarico longe ultra Rhenum est. Hoc tamen bellum per Drusum privignum suum administravit, sicut per Tiberium, privignum alterum, Pannonicum. Quo bello CCCC millia captivorum ex Germania transtulit, et supra ripam Rheni in Gallia collocavit." v. not. prox. De Drusi expeditione in Germaniam v. *Flor.* 4, 12, 23. *Dion.* 55, 1. Noster Claud. 1.

ex quibus — collocavit] Duplicem Eutropii errorem, et quod ad numerum, et quod ad *captivos* Germanos attinet, corrige e Nostri Tiber. 9. „Germanico (bello) *quadraginta millia dediticiorum* trajecit in Galliam, juxtaque ripam Rheni sedibus assignatis collocavit." *Ubios* ex codd. Ursini post Casaubonum ediderunt omnes pro: *Suevos.* Illam enim gentem traduxit Agrippa A. U. 717. (v. *Tac.* A. 12, 27. ibique Lips. *Strabo* 4, 3, 4. (T. II. p. 49. ed. Tzschuck.) πέραν δὲ ᾤκουν Οὔβιοι κατὰ τοῦτον τὸν τόπον· οὓς μετήγαγεν Ἀγρίππας ἑκόντας εἰς τὴν ἐντὸς τοῦ Ῥήνου.) *Sigambros* autem Tiberius A. U. 746. (v. Tiber. l. c. *Tac.* A. 2, 26. ibique Lips. *Dio* 55, 6. *Strabo* 7, 1, 3. (T. II. p. 321.) ubi: ταύτης δὲ (χώρας) τὰ μὲν εἰς τὴν Κελτικὴν μετήγαγον Ῥωμαῖοι, τὰ δ' ἔφθη μεταστάντα εἰς τὴν ἐν βάθει χώραν, καθάπερ Μαρσοί· λοιποὶ δ' εἰσὶν ὀλίγοι, καὶ τῶν Σουγάμβρων μέρος.) De orthographia nominis *Sygambrorum* v. Duker. ad *Flor.* 4, 12, 24. et quos ille laudat, et Oudend. ad h. l.

tantumque afuit] *Tac.* A. 1, 11. „addideratque consilium (Augustus) coercendi intra terminos imperii, incertum metu, an per invidiam." v. Fabric. ad *Dion.* 54, 9. et 56, 33.

vel bellicam gloriam augendi, ut quorundam barbarorum principes in aede Martis Ultoris jurare coëgerit, mansuros se in fide ac pace, quam peterent; a quibusdam vero novum genus obsidum, feminas, exigere tentaverit, quod negligere marium pignora sentiebat. Et tamen potestatem semper omnibus fecit, quoties vellent, obsides recipiendi. Neque aut crebrius, aut perfidiosius rebellantes graviore unquam ultus est poena, quam ut captivos sub lege venundaret, ne in vicina regione servirent, neve intra tricesimum annum liberarentur. Qua virtutis moderationisque fama Indos etiam ac Scythas, auditu modo

---

in aede Martis Ultoris] quam ab ipso Augusto conditam, narrat *Dio* 54, 8. ubi v. Fabr. v. ad c. 29.

novum gen. obs.] h. e. quod *Romani* huc usque non exegerant. Apud alias enim gentes jamdudum hic mos obtinuerat. v. interpr. ad h. l. et Lips. ad *Tac.* Germ. 8. ubi: „captivitatem longe impatientius feminarum suarum nomine timent; adeo, ut efficacius obligentur animi civitatum, quibus inter obsides puellae quoque nobiles imperantur," ex quo loco, *Germanos* ita ab Augusto coercitos maxime fuisse, apparet. — Postea pro *marium* al. *marum*, non improbante Oudend., ut distinguatur a *marium* a *mare*: pro *pignora* al. *pignera*, ut in v. *pigneror*.

ultus est] Ita teste Casaub. optimi libri, et hoc praetulerunt Graev. Gronov. Oudend. Wolf. Reitz. Al. *multatus est*, quod analogia potest defendi, exemplis destituitur. Probarunt tamen Burm. et Ernestius, quos vide.

neve intra tric. a. lib.] Laudavit jam Casaub. *Dion.* 53, 25, ubi de bello Varronis contra Salassos: *συνέλαβέ τε τοὺς ἐν τῇ ἡλικίᾳ, καὶ ἀπέδοτο, ἐφ' ᾧ μηδεὶς σφῶν ἐντὸς εἴκοσιν ἐτῶν ἐλευθερωθείη*, unde suspicatus est, h. l. quoque legendum *vicesimum*.

Indos] *Eutrop.* 7, 5. „Scythae et Indi, quibus antea Romanorum nomen incognitum fuerat, munera et legatos ad eum miserunt." *Flor.* 4, 12, 61. „illi quoque reliqui, qui immunes imperii erant, sentiebant tamen magnitudinem, et victorem gentium populum Romanum reverebantur. Nam et *Scythae* misere legatos, et *Sarmatae*, amicitiam petentes. *Seres* etiam habitantesque sub ipso sole *Indi*, cum gemmis et margaritis, elephantes quoque inter munera trahentes, nihil magis quam longinquitatem viae imputabant, quam quadriennio impleverant; et tamen

eorum ducibus cum magna copia caesis, Germanosque ultra Albim fluvium summovit: ex quibus Ubios et Sygambros dedentes se traduxit in Galliam, atque in proximis Rheno agris collocavit. Alias item nationes male quietas ad obsequium redegit. Nec ulli genti sine justis et necessariis causis bellum intulit, tantumque afuit a cupiditate, quoquo modo imperium

---

rat ripas, decurrere solebant, et vicina populari. Visum est Caesari Augusto, gentem aditu difficillimam summovere. Misso igitur Lentulo, ultra ulteriorem repulit ripam; citra praesidia constituit. Sic tunc Dacia non victa, sed summota atque dilata est." cf. *Dio* 51, 22, 23. qui de alia expeditione sub M. Crasso contra Dacos exponit. *Eutrop.* 7, 5. „vicit autem proeliis Dacos." In provinciae formam postea Dacia redacta est a Trajano.

Germanosque — summovit] E Nostro *Eutrop.* l. c. „Germanorum ingentes copias cecidit; ipsos quoque trans Albim fluvium summovit, qui in barbarico longe ultra Rhenum est. Hoc tamen bellum per Drusum privignum suum administravit, sicut per Tiberium, privignum alterum, Pannonicum. Quo bello CCCC millia captivorum ex Germania transtulit, et supra ripam Rheni in Gallia collocavit." v. not. prox. De Drusi expeditione in Germaniam v. *Flor.* 4, 12, 23. *Dion.* 55, 1. Noster Claud. 1.

ex quibus — collocavit] Duplicem Eutropii errorem, et quod ad numerum, et quod ad *captivos* Germanos attinet, corrige e Nostri Tiber. 9. „Germanico (bello) *quadraginta millia dediticiorum* trajecit in Galliam, juxtaque ripam Rheni sedibus assignatis collocavit." *Ubios* ex codd. Ursini post Casaubonum ediderunt omnes pro: *Suevos*. Illam enim gentem traduxit Agrippa A. U. 717. (v. *Tac.* A. 12, 27. ibique Lips. *Strabo* 4, 3, 4. (T. II. p. 49. ed. Tzschuck.) πέραν δὲ ᾤκουν Οὔβιοι κατὰ τοῦτον τὸν τόπον· οὓς μετήγαγεν Ἀγρίππας ἑκόντας εἰς τὴν ἐντὸς τοῦ Ῥήνου.) *Sigambros* autem Tiberius A. U. 746. (v. Tiber. l. c. *Tac.* A. 2, 26. ibique Lips. *Dio* 55, 6. *Strabo* 7, 1, 3. (T. II. p. 321.) ubi: ταύτης δὲ (χώρας) τὰ μὲν εἰς τὴν Κελτικὴν μετήγαγον Ῥωμαῖοι, τὰ δ' ἔφθη μεταστάντα εἰς τὴν ἐν βάθει χώραν, καθάπερ Μαρσοί· λοιποὶ δ' εἰσὶν ὀλίγοι, καὶ τῶν Σουγάμβρων μέρος.) De orthographia nominis *Sygambrorum* v. Duker. ad *Flor.* 4. 12, 24. et quos ille laudat, et Oudend. ad h. l.

tantumque afuit] *Tac.* A. 1, 11. „addideratque consilium (Augustus) coercendi intra terminos imperii, incertum metu, an per invidiam." v. Fabric. ad *Dion.* 54, 9. et 56, 33.

vel bellicam gloriam augendi, ut quorundam barbarorum principes in aede Martis Ultoris jurare coëgerit, mansuros se in fide ac pace, quam peterent; a quibusdam vero novum genus obsidum, feminas, exigere tentaverit, quod negligere marium pignora sentiebat. Et tamen potestatem semper omnibus fecit, quoties vellent, obsides recipiendi. Neque aut crebrius, aut perfidiosius rebellantes graviore unquam ultus est poena, quam ut captivos sub lege venundaret, ne in vicina regione servirent, neve intra tricesimum annum liberarentur. Qua virtutis moderationisque fama Indos etiam ac Scythas, auditu modo

---

in aede Martis Ultoris] quam ab ipso Augusto conditam, narrat *Dio* 54, 8. ubi v. Fabr. v. ad c. 29.

novum gen. obs.] h. e. quod *Romani* huc usque non exegerant. Apud alias enim gentes jamdudum hic mos obtinuerat. v. interpr. ad h. l. et Lips. ad *Tac.* Germ. 8. ubi: „captivitatem longe impatientius feminarum suarum nomine timent; adeo, ut efficacius obligentur animi civitatum, quibus inter obsides puellae quoque nobiles imperantur," ex quo loco, *Germanos* ita ab Augusto coercitos maxime fuisse, apparet. — Postea pro *marium* al. *marum*, non improbante Oudend., ut distinguatur a *marium* a *mare*: pro *pignora* al. *pignera*, ut in v. *pigneror*.

ultus est] Ita teste Casaub. optimi libri, et hoc praetulerunt Graev. Gronov. Oudend. Wolf. Reitz. Al. *multatus est*, quod analogia potest defendi, exemplis destituitur. Probarunt tamen Burm. et Ernestius, quos vide.

neve intra tric. a. lib.] Laudavit jam Casaub. *Dion.* 53, 25, ubi de bello Varronis contra Salassos: *συνέλαβέ τε τοὺς ἐν τῇ ἡλικίᾳ, καὶ ἀπέδοτο, ἐφ' ᾧ μηδεὶς σφῶν ἐντὸς εἴκοσιν ἐτῶν ἐλευθερωθείη*, unde suspicatus est, h. l. quoque legendum *vicesimum*.

Indos] *Eutrop.* 7, 5. „Scythae et Indi, quibus antea Romanorum nomen incognitum fuerat, munera et legatos ad eum miserunt." *Flor.* 4, 12, 61. „illi quoque reliqui, qui immunes imperii erant, sentiebant tamen magnitudinem, et victorem gentium populum Romanum reverebantur. Nam et *Scythas* misere legatos, et *Sarmatae*, amicitiam petentes. *Seres* etiam habitantesque sub ipso sole *Indi*, cum gemmis et margaritis, elephantes quoque inter munera trahentes, nihil magis quam longinquitatem viae imputabant, quam quadriennio impleverant; et tamen

cognitos, pellexit ad amicitiam suam populique Romani ultro per legatos petendam. Parthi quoque

---

ipse hominum color ab alio venire coelo fatebatur." *Oros.* 6, 21. „apud Tarraconem citerioris Hispaniae urbem legatos Indorum et Scytharum, toto orbe transmiso, tandem invenisse Caesarem," narrat, quocum consentit *Eusebius* in Chronico. Contra *Dio* 54, 9. Sami A. U. 734. convenisse eum Indos scribit (cf. *Strabo* 15, 1, 73. T. VI. p. 164. ed. cit.), unde recte, ut puto, Casaubonus duplicem eorum legationem statuit. Celebrat rem *Horat.* Od. 4, 14, 41. „te Cantaber non ante domabilis, Medusque et *Indus*, *te profugus Scythes* miratur," et 4, 15, 23.

Parthi] *Eutrop.* l. c. „Armeniam a Parthis recepit; obsides, quod nulli antea, Persae ei dederunt; reddiderunt etiam signa Romana, quae Crasso victo ademerant." *Flor.* 4, 12, 63. *Liv.* 139. *Mon. Ancyr.* „Parthos trium exercituum Romanorum spolia et signa restituere mihi, supplicesque amicitiam Populi Romani petere coëgi, ea autem signa in penetrali, quod est in templo Martis Ultoris, reposui." *Vell.* 2, 91. „dum pacatur Occidens, ab Oriente ac rege Parthorum signa Romana, quae Crasso oppresso Orodes, quae Antonio pulso filius ejus Phraates ceperant, Augusto remissa sunt." *Justin.* 42, 5. *Oros.* 6, 21. *Dio* 53, 33. ἐπειδὴ ὁ μὲν Τηριδάτης αὐτός, παρὰ δὲ δὴ τοῦ Φραάτου πρέσβεις, ἐφ' οἷς ἀντεκάλουν ἀλλήλοις, ἀφίκοντο, ἐς τὴν βουλὴν αὐτοὺς ἐςήγαγε· καὶ μετὰ τοῦτο ἐπιτραπεὶς παρ' αὐτῆς τὴν διάγνωσιν, τὸν μὲν Τηριδάτην τῷ Φραάτῃ οὐκ ἐξέδωκε, τὸν δὲ υἱὸν αὐτῷ, ὃν πρότερον παρ' ἐκείνου λαβὼν εἶχεν, ἀπέπεμψεν· ἐπὶ τῷ τούς τε αἰχμαλώτους, καὶ τὰ σημεῖα τὰ στρατιωτικὰ τὰ ἔν τε τῇ τοῦ Κράσσου καὶ ἐν τῇ τοῦ Ἀντωνίου συμφορᾷ ἁλόντα κομίσασθαι, quod factum A. U. 731., et 54, 8. Κἀν τούτῳ (A. U. 734.) ὁ Φραάτης, φοβηθεὶς μὴ καὶ ἐπιστρατεύσῃ οἱ, ὅτι μηδέπω τῶν συγκειμένων ἐπεποιήκει τι, τά τε σημεῖα αὐτῷ καὶ τοὺς αἰχμαλώτους, πλὴν ὀλίγων, οἳ ὑπ' αἰσχύνης σφᾶς ἔφθειραν, ἢ καὶ κατὰ χώραν λαθόντες ἔμειναν, ἀπέπεμψε. καὶ αὐτοὺς ἐκεῖνος, ὡς καὶ πολέμῳ τινὶ τὸν Πάρθον νενικηκώς, ἔλαβε. *Strabo* l. 6. fin. et 16, 1, 28. (T. VI. p. 297.) Multi sunt poetae Romani istius aevi de hac Augusti laude. Ceterum cf. Jo. Gottl. *Lindneri* dissert. de signorum militarium, Augusto reposcente, facta a Parthis restitutione. Arnstad. 1765. — De *Armenia*, quam *vindicasse* dicitur Augustus, v. Oudend. ad h. l., Fabric. ad *Dion.* 54, 9. et 55, 11., interpr. ad *Flor.* 4, 12, 43., ad *Vell.* 2, 94, 102. et 122., et ad *Tac.* A. 2, 3. Justo brevior h. l. Suetonius. Intelligitur enim expeditio Tiberii, qua Tigranem in Armeniae regnum deduxit A. U. 734. Romanisque pristinum jus, reges hujus terrae constituendi, vindicavit. v. Tiber. 9. Alia Caji Caesaris in Armeniam fuit expeditio A. U.

et Armeniam vindicanti facile cesserunt, et signa militaria, quae M. Crasso et M. Antonio ademerant, reposcenti reddiderunt, obsidesque insuper obtulerunt; denique, pluribus quondam de regno concertantibus, nonnisi ab ipso electum comprobaverunt. [22] Janum Quirinum, semel atque iterum a condita Urbe

755., quum mortuo Tigrane Phraates Armeniam occupasset, quam h. l. per ὕστερον πρότερον a Suetonio commemorari, falso credidit Casaubonus, ad cujus sententiam accessit Fabr. ad Dion. 55, 11., quamquam prius loco nostro ad 54, 9. excitato, ubi de Tiberii expeditione sermo.

obsidesque ins. obtulerunt] *Vell.* 94. „quin rex quoque Parthorum tanti nominis fama territus, *liberos suos* ad Caesarem misit obsides.“ *Tac.* A. 2, 1. „Nam Phraates, quamquam depulisset exercitus ducesque Romanos, cuncta venerantium officia ad Augustum verterat, *partemque prolis* firmandae amicitiae miserat, haud perinde nostri metu, quam fidei popularium diffisus.“ *Iustin.* l. c. „sed *et filii nepotesque Phraatis* obsides Augusto dati.“ *Strabo* 16. l. c. ὁ δ' ἐκεῖνον διαδεξάμενος Φραάτης τοσοῦτον ἐσπούδασε περὶ τὴν φιλίαν τὴν πρὸς Καίσαρα τὸν Σεβαστόν, ὥστε καὶ τὰ τρόπαια ἔπεμψεν, ἃ κατὰ Ῥωμαίων ἀνέστησαν Παρθυαῖοι· καὶ καλέσας εἰς σύλλογον Τίτιον, τὸν ἐπιστατοῦντα τότε τῆς Συρίας, τέτταρας παῖδας γνησίους ἐνεχείρισεν ὅμηρα αὐτῷ, Σερασπαδάνην, καὶ Ῥωδάσπην (al. Κεροσπάδην), καὶ Φραάτην, καὶ Βονώνην, καὶ γυναῖκας τούτων δύο, καὶ υἱεῖς τέτταρας, δεδιὼς τὰς στάσεις καὶ τοὺς ἐπιτιθεμένους αὐτῷ κ. τ. λ.

pluribus — concertantibus] Contentiones dicit inter Phraatem et Teridatem, quarum arbitrium Augusto est delatum. v. *Dion.* 53, 33. quem locum supra excitavimus. — Postea servavi *comprobaverunt*, quamquam Oudend. et Wolf. praetulerunt simplex *probaverunt* ex nonnullis codd., quoniam amat omnino Noster uti hoc compositorum genere, et hoc ipso verbo, ubi de plurium consensu sermo est. Ita Aug. 53. „et universi quasi de ipso dictum exsultantes *comprobassent*.“ Galb. 16. „eligerent ipsi, quem cuncti exercitus *comprobarent*.“

Janum Quirinum] De eo v. *Liv.* 1, 19. *Plut.* Num. 20. *Flor.* 4, 12, 64. „Ausus que tandem Caesar Augustus, septingentesimo ab Urbe condita anno, Janum Geminum cludere, *bis* ante se clusum, sub Numa rege, et victa primum Carthagine.“ *Liv.* l. c. „*bis* deinde post Numae regnum clausus fuit; semel T. Manlio Consule (*Plut.* l. c. ὑπατευόντων Μάρκου Ἀτιλίου καὶ Τίτου Μαλλίου), post Punicum primum perfectum bellum; iterum, quod nostrae aetati Dii dederunt ut videremus, post bel-

memoriam ante suam clausum, in multo breviore temporis spatio, terra marique pace parta, ter clusit. Bis ovans ingressus est Urbem, post Philippense, et rursus post Siculum bellum. Curules triumphos tres egit, Dalmaticum, Actiacum, Alexandri-

---

lum Actiacum, ab Imperatore Caesare Augusto, pace terra marique parta." *Vell.* 2, 38. „immane bellicae civitatis argumentum, quod semel sub regibus, iterum hoc T. Manlio Consule, tertium Augusto Principe, Janus Geminus clausus dedit." — Ceterum, *ter* ab uno Augusto clausum esse Janum, auctores etiam sunt *Oros.* 6, 22. et *Dio* 51, 20. A. U. 725. post devictum Antonium, 53, 26. A. U. 729. post superatos Cantabros, et 54, 36. ubi ad A. U. 744. ἐψηφίσθη μὲν οὖν, τὸν Ἰανὸν τὸν Γέμινον, ὡς καὶ πεπαυμένων τῶν πολέμων, (ἀνέῳκτο γάρ) κλεισθῆναι· οὐ μέντοι καὶ ἐκλείσθη. Id autem vere factum esse A. U. 752., affirmat *Oros.* l. c., et probare studuit Jo. *Masson* de templo Jani reserato Roterod. 1700. cf. *Fabr.* ad Dionis locos citatos. Nunc plerisque viris doctis est persuasum, decretum quidem fuisse a Senatu, sed propter continua cum Dacis, Pannoniis, Germanis bella non factum. In monumento saltem Ancyrano, uti nunc restitutum legitur, nil nisi: „Quumque a condita Urbe Janum Quirinum bis omnino clausum fuisse prodatur, *eum Senatus per me Principem ter claudendum esse jussit,*" ubi v. interpr. cf. Duker. ad *Flor.* l. c. et quos laudat Fabric. l. c. De serioribus temporibus egit Casaub. ad h. l. Quod autem nonnulli vel rejiciendum *ter* existimarunt n. l., vel mutandum in *tertio* vel *tertium*, id refellitur ipsis verbis a scriptore additis: *in multo breviore temporis spatio*, quibus rem sub uno Augusti imperio ter repetitam toti historiae Romanae intervallo, quo bis tantum idem acciderat, opponere eum, patet.

Bis ovans] Dio *ter* factum id narrat, *primum* 48, 31. post bellum Philippense simul cum Antonio, *alterum* 49, 15. post bellum Siculum, de quibus ovationibus h. l. Suetonius, et *tertium* 54, 8. post pactionem cum Phraate factam et signa recepta. Ibi enim: καὶ προσέτι καὶ ἐπὶ κέλητος ἐς τὴν πόλιν ἐσήλασε. Dissensus scriptorum tolli nequit, ac jure, puto, *Wesselingii* rationem, quam protulit Observ. 2, 4., hunc honorem Augusto a Senatu quidem fuisse decretum, sed ab eo non usurpatum, repudiavit Fabric. ad *Dion.* 54, 8., quum diserte hic scriptor: ἐσήλασε. Ceterum duplicem ovationem confirmant *Fasti Capitolini.* v. Casaub.

Curules triumph. tres egit] *Dio* 51, 21. ἑώρτασε δὲ τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ τά τε τῶν Παννονίων καὶ τὰ τῶν Δαλματῶν, τῆς τε

num, continuo triduo omnes. [23] Graves ignominias cladesque duas omnino, nec alibi quam in Germania, accepit, Lollianam et Varianam: sed Lollianam majoris infamiae, quam detrimenti; Varianam paene exitiabilem, tribus legionibus cum duce legatisque et auxiliis omnibus caesis. Hac nunciata, excubias per Urbem in-

---

Ἰαπυδίας, καὶ τῶν προσχώρων σφίσι, Κελτῶν τε καὶ Γαλατῶν τινων. — ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ ἡ πρὸς τῷ Ἀκτίῳ ναυκρατία διεωρτάσθη), κἀν τῇ τρίτῃ ἡ τῆς Αἰγύπτου καταστροφή. Egit hos triumphos A. U. 725.

Lollianam] A. U. 738. *Vell.* 2, 97. „Sed dum in hac parte imperii (Pannonia) omnia geruntur prosperrime, accepta in Germania clades sub legato M. Lollio, homine in omnia pecuniae, quam recte faciendi cupidiore, et inter summam vitiorum dissimulationem vitiosissimo; amissaque legionis quintae aquila, vocavit ab Urbe in Gallias Caesarem.“ *Dio* 54, 20. ὁ δὲ δὴ μέγιστος τῶν τότε συμβάντων τοῖς Ῥωμαίοις πολέμων, ὅσπερ που καὶ τὸν Αὔγουστον ἐκ τῆς πόλεως ἐξήγαγε, πρὸς τοὺς Κελτοὺς ἐγένετο, Σύγαμβροί τε γὰρ καὶ Οὐσιπέται τε καὶ Τέγκτηροι τὸ μὲν πρῶτον ἐν τῇ σφετέρᾳ τινὰς αὐτῶν συλλαβόντες ἀνεσταύρωσαν· ἔπειτα δὲ καὶ τὸν Ῥῆνον διαβάντες, τήν τε Γερμανίαν καὶ τὴν Γαλατίαν ἐλεηλάτησαν· τό τε ἱππικὸν τὸ τῶν Ῥωμαίων ἐπελθὸν σφίσιν ἐνήδρευσαν· καὶ φεύγουσιν αὐτοῖς ἐπισπώμενοι, τῷ τε Λολλίῳ ἄρχοντι αὐτῶν ἐνέτυχον ἀνέλπιστοι, καὶ ἐνίκησαν καὶ ἐκεῖνον. Memorat et *Tac.* A. 1, 10. *Lollianas Varianasque clades.* De dissensu *Eusebii* Chron. p. 155. et *Jul. Obsequent.* de prodig. c. 131., qui prius a Lollio Germanos devictos produnt, v. *Lips.* ad Tac. l. c., Ruhnken. et Kraus. ad *Vell.* l. c., Oudend. ad h. l.

Varianam] De hac v. *Flor.* 4, 12, 30 sequ. *Vell.* 2, 117. sequ. *Dio* 56, 18. sequ. cf. *Tac.* A. 1, 55. sequ. Accidit A. U. 763. *Vell.* l. c. trucidatas dicit cum Varo *tres legiones totidemque alas, et sex cohortes.* *Tac.* Germ. 37. „Varum *tresque cum eo legiones*, etiam Caesari abstulerunt (Germani.)“ *Flor.* l. c. „undique invadunt, castra rapiunt, *tres legiones* opprimuntur.“

Hac nunciata] Describit Augusti dolorem *Dio* 56, 23. ubi: τότε δὲ μαθὼν ὁ Αὔγουστος τὰ τῷ Οὐάρῳ συμβεβηκότα, τήν τε ἐσθῆτα (ὥς τινές φασι) περιεῤῥήξατο, καὶ πένθος μέγα ἐπί τε τοῖς ἀπολωλόσι, καὶ ἐπὶ τῷ περί τε τῶν Γερμανιῶν καὶ περὶ τῶν Γαλατιῶν δέει, ἐποιήσατο· τό τε μέγιστον, ὅτι καὶ ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν τήν τε Ῥώμην αὐτὴν ὁρμήσειν σφᾶς προσεδόκησε. καὶ οὔτε πολιτικὴ οἱ ἡλικία ἀξιόλογος ὑπελέλειπτο, καὶ τὰ συμμαχικά, ὧν τι καὶ ὄφελος ἦν, ἐκεκάκωτο. Deinde, collecta maxima veteranorum, libertorum,

Plautii Rufi, Luciique Pauli progeneri sui: ac praeter has L. Audasii, falsarum tabularum rei, ac neque aetate, neque corpore integri: item Asinii Epicadi, ex gente Parthina, hybridae: ad extremum Telephi, mulieris servi nomenculatoris. Nam ne ultimae quidem sortis hominum conspiratione et pe-

---

τὸν Αὔγουστον ὑπερφρονῆσαι dicitur *Dion.* 53, 24. Consulatum profiteri vetuit eum C. Sentius Saturninus, auctore *Vell.* c. 92. *Egnatianum sedes* erupisse triennio post Murenae Caepionisque conjurationem, patet ex eodem *Vell.* c. 93., qui c. 91. de eo ita: „Neque multo post Rufus Egnatius, per omnia gladiatori, quam Senatori, propior, collectó in aedilitate favorè populi, quem exstinguendis privata familia incendiis in dies auxerat, in tantum quidem, ut ei praeturam continuaret, (de qua re *Dio* l. c.) mox etiam consulatum petere ausus, quum esset omni flagitiorum scelerumque conscientia mersus, nec melior illi res familiaris, quam mens, foret, aggregatis simillimis sibi, interimere Caesarem statuit. — Neque hic prioribus in occultando felicior fuit; abditusque carceri cum consciis facinoris, mortem dignissimam vita sua obiit."

Plautii Rufi] *Dion.* 55, 27. *Publius* quidam *Rufus* populum ad res novas concitasse dicitur. Eum *Fabric.* ad h. l. eundem putat eum homine hic memorato. Res, forsan etiam lectio incerta.

Luciique Pauli] Paulus duxerat Iuliam, neptem Augusti ex Agrippa et Iulia. Consul fuit A. U. 754. V. de eo *Glandorp.* p. 31.

ex gente Parthina]. *Parthini* s. *Partheni* gens erant Illyriae, de quibus v. *Cellar.* Geogr. Ant. 2, 13. p. 1027. Devicerat Parthinos Asinius Pollio A. U. 715, auctore *Dion.* 48, 41., et inter reliquos captivos Romam secum duxerat Epicadum, libertum postea suum ideoque nomine suo appellatum, ex quo matreque Itala natus videtur hic Asinius Epicadus, ob parentes diversae gentis *hybrida* appellatus.

mulieris servi nomenculatoris] *Nomenculatorum* non ad prensationes tantum candidatorum pertinuisse ministerium, sed ad salutationes matutinas, dispositionem convivarum aliaque talia, monet ad h. l. Casaubonus. *Servus nomenculator* autem eodem modo dicitur πλεονεκτικῶς, quo Caes. 74. *a manu servus.* Ut enim *ultimae sortis* hominem ostendat, *servum* dicit, et *mulieris* servum, quamquam hoc ipsum voc. *mulieris* multi suspectum habuerunt, Oudend. etiam conjecit *muliebris*, quod nemini facile placebit.

riculo caruit. Audasius atque Epicadus Iuliam filiam et Agrippam nepotem ex insulis, quibus continebantur, rapere ad exercitus: Telephus, quasi debita sibi fato dominatione, et ipsum et Senatum aggredi destinarant. Quin etiam quondam juxta cubiculum ejus lixa quidam ex Illyrico exercitu, janitoribus deceptis, noctu deprehensus est, cultro venatorio cinctus; imposne mentis, an simulata dementia, incertum; nihil enim exprimi quaestione potuit. [20] Externa bella duo omnino per se gessit: Dalmaticum, adolescens adhuc; et Antonio devicto, Cantabricum. Dalmatico etiam vulnera excepit, una acie, dextrum genu lapide ictus; altera, et crus et utrumque brachium ruina pontis consauciatus. Reliqua per lega-

---

imposne] Al. *inopsne*, quod recepit Burm. Illud recte, opinor, servavit Oudend., dictum docens pro *mente capto*, quum mens ex hominis potestate abiit, uti Festus.

Dalmaticum] A. U. 719. adolescens 28 annorum. De hoc bello v. *Flor*. 4, 12. *Liv*. 132. *Appian*. Illyr. 16. sequ. *Dio* 49, 38. ἐπὶ δὲ δὴ τοὺς Δαλμάτας πρότερος μὲν ὁ Ἀγρίππας, ἔπειτα δὲ καὶ ὁ Καῖσαρ ἐπεστράτευσε.

Cantabricum] *Flor*. 4, 12, 46 sequ. *Vell*. 2, 90. *Oros*. 6, 21. *Dio* 53, 25. ubi: αὐτὸς δὲ ὁ Αὔγουστος πρός τε τοὺς Ἄστυρας καὶ πρὸς τοὺς Κανταβροὺς ἅμα ἐπολέμησε. Gestum id bellum A. U. 729. Huc pertinent carmina *Horat*. 3, 14. et 4, 5. v. infra c. 81.

Dalmatico — consauciatus] *Dio* 49, 38. τοὺς μὲν πλείους σφῶν, αὐτοὶ πολλὰ καὶ δεινὰ παθόντες, ὥςτε καὶ τὸν Καίσαρα τρωθῆναι — κατεστρέψαντο. De altero autem vulnere, in ponte obsidionali accepto, idem c. 35. ubi de bello cum Japydibus: τὸ γὰρ Μέτουλον, τὴν μεγίστην σφῶν πόλιν, κρατυνάμενοι (Japydes), πολλὰς μὲν προςβολὰς τῶν Ῥωμαίων ἀπεκρούσαντο, πολλὰ δὲ μηχανήματα κατέφλεξαν· αὐτόν τε ἐκεῖνον ἀπὸ πύργου τινὸς ξυλίνου ἐπιβῆναι τοῦ περιβόλου πειρώμενον κατέτρωσαν. Consentit *Appian*. Illyr. 20, ubi cum tribus comitibus, in quibus Agrippa, paucisque satellitibus, pontem obsidionalem in oppugnatione Metuli ascendisse dicitur. ἤδη δ' αὐτοῦ, ita pergit, τὴν γέφυραν περῶντος, ἐν αἰδοῖ γενόμενος ὁ στρατὸς ἀνεπήδησεν ἄθρους. καὶ πάλιν ἡ γέφυρα βαρηθεῖσα καταπίπτει, καὶ οἱ ἄνδρες ὑπ' αὐτῆς ἄθρόοι κατεχώννυντο. καὶ οἱ μὲν ἀπέθανον αὐτῶν, οἱ δὲ συντριβέντες ἐφέροντο. ὁ δὲ Καῖσαρ ἐπλήγη μὲν τὸ σκέλος τὸ δεξιόν, καὶ τοὺς βραχίονας ἄμφω κ. τ. λ. Contra *Flor*. 4, 12, 7. in trajectu fluminis (error in varia signi-

tos administravit; ut tamen quibusdam Pannonicis atque Germanicis aut interveniret, aut non longe abesset, Ravennam, vel Mediolanum, vel Aquilejam usque ab Urbe progrediens. [21] Domuit autem partim ductu, partim auspiciis suis, Cantabriam, Aquita-

---

ficatione voc. *pons* fuit) factum id narrat hisce verbis: „in hos (Illyrios) expeditionem ipse sumsit, fierique pontes imperavit. Hic se et aquis et hoste turbantibus, cunctanti ad ascensum militi scutum de manu rapuit; et in via primus, tunc agmine secuto, quum Illyricus multitudine pontem succidisset, saucius manibus ac cruribus, speciosior sanguine et ipso periculo augustior, terga hostium percecidit.“ Ceterum, quod *bello Dalmatico* Augustum hoc vulnus accepisse Suetonius dicit, quod in pugna cum Japydibus, Illyriae populo, tulit, (quo nomine etiam reprehensus est a P. *Candido* ad marg. Appian. l. c. v. Schweigh. ed.) fecit id more veterum, qui gentes regionesque vicinas haud nimis accurate nominibus distinguere solent, et gentem saepissime pro singulis nationibus ejusdem originis dicunt. Latiori etiam nomine *Plin.* H. N. 7, 45. ad res Augusti adversas „*Pannonici belli* ruinam e turri“ refert.

Pannonicis] A. U. 719. quo Illyricum bellum gessit. *Dio* 49, 36: *ἐπὶ Παννονίους ἐστράτευσεν κ. τ. λ.*

aut non longe abesset] Huc pertinet, quod *Dio* 55, 34. ad A. U. 761. *πρὸς μέντοι τὰς τῶν πολέμων διαχειρίσεις οὕτως ἔῤῥωτο, ὥστ' ἐν' ἐγγύθεν καὶ ἐπὶ τοῖς Δαλμάταις καὶ ἐπὶ τοῖς Παννονίοις τὰν δ, τι χρὴ συμβουλεύειν ἔχῃ, πρὸς Ἀρίμινον ἐξώρμησε.* Ita A. U. 738. Galliam petierat, belli Germanici causa. *Dio* 54, 19. Dicitur etiam *Tac.* Ann. 1, 46. fessa aetate saepius in Germanias commeasse.

partim ductu, partim auspiciis suis] *Plin.* H. N. 3, 20. exhibet inscriptionem e tropaeo Alpium, ubi: „*quod ejus ductu auspiciisque* gentes Alpinae omnes — sub imperium P. R. sunt redactae.“

Cantabriam] Devicit Cantabros A. U. 725. missus ab eo Statilius Taurus, auctore *Dione* 51, 20. — A. U. 729. expeditionem contra eos ipse suscepit, de qua superiori capite. Rebelles post ejus abitum compescuit anno sequenti (730.) L. Aemilius (*Dio* 53, 29.). Denuo bellum inferentes perdomiti sunt a T. Carisio et C. Furnio legatis A. U. 732. (*Dio* 54, 5.). Denique finem fecit huic bello Agrippa A. U. 735. qui, narrante eodem *Dione* 54, 11. *τούς τε ἐν τῇ ἡλικίᾳ πολεμίους πάντας ὀλίγου διέφθειρε, καὶ τοὺς λοιποὺς τά τε ὅπλα ἀφείλετο, καὶ ἐς τὰ πεδία ἐκ τῶν ἐρυμνῶν κατεβίβασεν.*

niam, Pannoniam, Dalmatiam cum Illyrico omni: item Raetiam, et Vindelicos, ac Salassos, gentes Inalpinas. Coërcuit et Dacorum incursiones, tribus

Aquitaniam] Ad provincias, quas Augustus belli armorumque causa sibi servaverat, diserte referuntur apud *Dion.* 53, 12. Γαλάται πάντες, οἵ τε Ναρβωνήσιοι καὶ οἱ Λουγδουνήσιοι, Ἀκυϊτανοί τε καὶ Κελτικοί, αὐτοί τε καὶ οἱ ἄποικοι σφῶν. Celebrat M. Valerii Messalae triumphum Aquitanicum, actum A. U. 727. *Tibull.* Eleg. 1, 8, 3. et 2, 1, 33. ubi: „*gentis Aquitanae celeber Messala triumphis.*" cf. l. 4. carmen 1.

Pannoniam] Pannonios bello ipse petiit A. U. 719. v. cap. sup. Rebelles vicit Geminus A. U. 720. (*Dio* 49, 38.) Sed ab anno 735. (v. interpr. ad *Vell.* 2, 96.) perpetua fere bella gesta sunt cum hac gente, (*Dio* 54, 20, 24.) quibus post mortem Agrippae praefuit Tiberius (*Dio* 54, 31, 34. Nost. Tiber. 9.), a quo tandem post variam belli fortunam perdomita est A. U. 759. usque ad 761. *Vell.* 2, 110. et 114. *Dio* 55, 29. et 34.

Dalmatiam cum Illyr. omni] v. cap. sup. Bellum Dalmaticum et ipsum confecit Tiberius. *Flor.* 4, 12, 8 sequ. ubi *Tiberium* pro *Vibio* reponendum, viri docti censuerunt. *Vell.* 2, 90. *Liv.* 139. *Dio* 54, 34, 36. Provinciam eam factam, narrat *Vell.* 2, 39. „At Tiberius Caesar, quam certam Hispanis parendi confessionem extorserat parens, *Illyriis Dalmatisque* extorsit."

Raetiam, et Vindelicos] *Vell.* loco proxime citato: „*Raetiam* autem et *Vindelicos ac Noricos*, Pannoniamque et Scordiscos, novas imperio nostro subjunxit provincias (Tiberius)." *Dio* 54, 22. ubi Ῥαιτούς, οἰκοῦντας μεταξὺ τοῦ τε Νωρίκου καὶ τῆς Γαλατίας, debellatos dicit a Druso et Tiberio (A. U. 739.). *Horat.* Od. 4, 4, 17. et 4, 14, 14. „major Neronum mox grave proelium commisit, immunesque Raetos auspiciis pepulit secundis." cf. infra Tib. 9. — Scribendum autem: *Raetiam* sine h, e lapidibus vetustissimisque Mss., docuerunt Drakenb. et Duker. ad *Liv.* Ep. 136. et Oudendorp. ad h. l.

Salassos] *Dio* 53, 25. οἰκοῦσι δὲ (οἱ Σάλασσοι) ὑπὸ τὰς Ἄλπεις. Ibid. devictos eos dicit a Terentio Varrone A. U. 729. post Valerium Messalam, qui domuerat eos A. U. 720. (*Dio* 49, 38) *Liv.* 135. „Salassi, gens Alpina, perdomiti." *Strabo* 4, 6, 7. (Tom. II. p. 83. ed. Tzschuck.) ὕστερον μέντοι κατεστρέψατο αὐτοὺς ἄρδην ὁ Σεβαστός, καὶ πάντας ἐλαφυροπώλησε. — Τῶν μὲν οὖν ἄλλων σωμάτων τρεῖς μυριάδες ἐξητάσθησαν ἐπὶ τοῖς ἑξακισχιλίοις, τῶν δὲ μαχίμων ἀνδρῶν ὀκτακισχίλιοι· πάντας δ' ἐπώλησε Τερέντιος Οὐάῤῥων ὑπὸ δόρυ, καταστρεψάμενος αὐτοὺς στρατηγὸς κ. τ. λ.

Dacorum] *Flor.* 4, 12, 18. „Daci montibus inhaerent. Cotisonis regis imperio, quoties concretus gelu Danubius junxe-

eorum ducibus cum magna copia caesis, Germanosque ultra Albim fluvium summovit: ex quibus Ubios et Sygambros dedentes se traduxit in Galliam, atque in proximis Rheno agris collocavit. Alias item nationes male quietas ad obsequium redegit. Nec ulli genti sine justis et necessariis causis bellum intulit, tantumque afuit a cupiditate, quoquo modo imperium

---

rat ripas, decurrere solebant, et vicina populari. Visum est Caesari Augusto, gentem aditu difficillimam summovere. Misso igitur Lentulo, ultra ulteriorem repulit ripam; citra praesidia constituit. Sic tunc Dacia non victa, sed summota atque dilata est." cf. *Dio* 51, 22, 23. qui de alia expeditione sub M. Crasso contra Dacos exponit. *Eutrop.* 7, 5. „vicit autem proeliis Dacos." In provinciae formam postea Dacia redacta est a Trajano.

Germanosque — summovit] E Nostro *Eutrop*. l. c. „Germanorum ingentes copias cecidit; ipsos quoque trans Albim fluvium summovit, qui in barbarico longe ultra Rhenum est. Hoc tamen bellum per Drusum privignum suum administravit, sicut per Tiberium, privignum alterum, Pannonicum. Quo bello CCCC millia captivorum ex Germania transtulit, et supra ripam Rheni in Gallia collocavit." v. not. prox. De Drusi expeditione in Germaniam v. *Flor.* 4, 12, 23. *Dion.* 55, 1. Noster Claud. 1.

ex quibus — collocavit] Duplicem Eutropii errorem, et quod ad numerum, et quod ad *captivos* Germanos attinet, corrige e Nostri Tiber. 9. „Germanico (bello) *quadraginta millia dediticiorum* trajecit in Galliam, juxtaque ripam Rheni sedibus assignatis collocavit." *Ubios* ex codd. Ursini post Casaubonum ediderunt omnes pro: *Suevos*. Illam enim gentem traduxit Agrippa A. U. 717. (v. *Tac.* A. 12, 27. ibique Lips. *Strabo* 4, 3, 4. (T. II. p. 49. ed. Tzschuck.) πέραν δὲ ᾤκουν Οὔβιοι κατὰ τοῦτον τὸν τόπον· οὓς μετήγαγεν Ἀγρίππας ἑκόντας εἰς τὴν ἐντὸς τοῦ Ῥήνου.) *Sigambros* autem Tiberius A. U. 746. (v. Tiber. l. c. *Tac.* A. 2, 26. ibique Lips. *Dio* 55, 6. *Strabo* 7, 1, 3. (T. II. p. 321.) ubi: ταύτης δὲ (χώρας) τὰ μὲν εἰς τὴν Κελτικὴν μετήγαγον Ῥωμαῖοι, τὰ δ' ἔφθη μεταστάντα εἰς τὴν ἐν βάθει χώραν, καθάπερ Μαρσοί· λοιποὶ δ' εἰσὶν ὀλίγοι, καὶ τῶν Σουγάμβρων μέρος.) De orthographia nominis *Sygambrorum* v. Duker. ad *Flor.* 4. 12, 24. et quos ille laudat, et Oudend. ad h. l.

tantumque afuit] *Tac.* A. 1, 11. „addideratque consilium (Augustus) coercendi intra terminos imperii, incertum metu, an per invidiam." v. Fabric. ad *Dion.* 54, 9. et 56, 33.

vel bellicam gloriam augendi, ut quorundam barbarorum principes in aede Martis Ultoris jurare coegerit, mansuros se in fide ac pace, quam peterent; a quibusdam vero novum genus obsidum, feminas, exigere tentaverit, quod negligere marium pignora sentiebat. Et tamen potestatem semper omnibus fecit, quoties vellent, obsides recipiendi. Neque aut crebrius, aut perfidiosius rebellantes graviore unquam ultus est poena, quam ut captivos sub lege venundaret, ne in vicina regione servirent, neve intra tricesimum annum liberarentur. Qua virtutis moderationisque fama Indos etiam ac Scythas, auditu modo

---

in aede Martis Ultoris] quam ab ipso Augusto conditam, narrat *Dio* 54, 8. ubi v. Fabr. v. ad c. 29.

novum gen. obs.] h. e. quod *Romani* huc usque non exegerant. Apud alias enim gentes jamdudum hic mos obtinuerat. v. interpr. ad h. l. et Lips. ad *Tac.* Germ. 8. ubi: „captivitatem longe impatientius feminarum suarum nomine timent; adeo, ut efficacius obligentur animi civitatum, quibus inter obsides puellae quoque nobiles imperantur," ex quo loco, *Germanos* ita ab Augusto coercitos maxime fuisse, apparet. — Postea pro *marium* al. *marum*, non improbante Oudend., ut distinguatur a *marium* a *mare*: pro *pignora* al. *pignera*, ut in v. *pigneror*.

ultus est] Ita teste Casaub. optimi libri, et hoc praetulerunt Graev. Gronov. Oudend. Wolf. Reitz. Al. *multatus est*, quod analogia potest defendi, exemplis destituitur. Probarunt tamen Burm. et Ernestius, quos vide.

neve intra tric. a. lib.] Laudavit jam Casaub. *Dion.* 53, 25, ubi de bello Varronis contra Salassos: *συνέλαβέ τε τοὺς ἐν τῇ ἡλικίᾳ, καὶ ἀπέδοτο, ἐφ' ᾧ μηδεὶς σφῶν ἐντὸς εἴκοσιν ἐτῶν ἐλευθερωθείη*, unde suspicatus est, h. l. quoque legendum *vicesimum*.

Indos] *Eutrop.* 7, 5. „Scythae et Indi, quibus antea Romanorum nomen incognitum fuerat, munera et legatos ad eum miserunt." *Flor.* 4, 12, 61. „illi quoque reliqui, qui immunes imperii erant, sentiebant tamen magnitudinem, et victorem gentium populum Romanum reverebantur. Nam et *Scythae* misere legatos, et *Sarmatae*, amicitiam petentes. *Seres* etiam habitantesque sub ipso sole *Indi*, cum gemmis et margaritis, elephantes quoque inter munera trahentes, nihil magis quam longinquitatem viae imputabant, quam quadriennio impleverant; et tamen

cognitos, pellexit ad amicitiam suam populique Romani ultro per legatos petendam. Parthi quoque

---

ipse hominum color ab alio venire coelo fatebatur." *Oros.* 6, 21. „apud Tarraconem citerioris Hispaniae urbem legatos Indorum et Scytharum, toto orbe transmiso, tandem invenisse Caesarem," narrat, quocum consentit *Eusebius* in Chronico. Contra *Dio* 54, 9. Sami A. U. 734. convenisse eum Indos scribit (cf. *Strabo* 15, 1, 73. T. VI. p. 154. ed. cit.), unde recte, ut puto, Casaubonus duplicem eorum legationem statuit. Celebrat rem *Horat.* Od. 4, 14, 41. „te Cantaber non ante domabilis, Medusque et *Indus*, *te profugus Scythes* miratur," et 4, 15, 23.

Parthi] *Eutrop.* l. c. „Armeniam a Parthis recepit; obsides, quod nulli antea, Persae ei dederunt; reddiderunt etiam signa Romana, quae Crasso victo ademerant." *Flor.* 4, 12, 63. *Liv.* 139. *Mon. Ancyr.* „Parthos trium exercituum Romanorum spolia et signa restituere mihi, supplicesque amicitiam Populi Romani petere coëgi, ea autem signa in penetrali, quod est in templo Martis Ultoris, reposui." *Vell.* 2, 91. „dum pacatur Occidens, ab Oriente ac rege Parthorum signa Romana, quae Crasso oppresso Orodes, quae Antonio pulso filius ejus Phraates ceperant, Augusto remissa sunt." *Justin.* 42, 5. *Oros.* 6, 21. *Dio* 53, 33. ἐπειδὴ ὁ μὲν Τηριδάτης αὐτὸς, παρὰ δὲ δὴ τοῦ Φραάτου πρέσβεις, ἐφ᾽ οἷς ἀντεκάλουν ἀλλήλοις, ἀφίκοντο, ἐς τὴν βουλὴν αὐτοὺς ἐσήγαγε· καὶ μετὰ τοῦτο ἐπιτραπεὶς παρ᾽ αὐτῆς τὴν διάγνωσιν, τὸν μὲν Τηριδάτην τῷ Φραάτῃ οὐκ ἐξέδωκε, τὸν δὲ υἱὸν αὐτῷ, ὃν πρότερον παρ᾽ ἐκείνου λαβὼν εἶχεν, ἀπέπεμψεν· ἐπὶ τῷ τούς τε αἰχμαλώτους, καὶ τὰ σημεῖα τὰ στρατιωτικὰ τὰ ἔν τε τῇ τοῦ Κράσσου καὶ ἐν τῇ τοῦ Ἀντωνίου συμφορᾷ ἁλόντα κομίσασθαι, quod factum A. U. 731., et 54, 8. Κἀν τούτῳ (A. U. 734.) ὁ Φραάτης, φοβηθεὶς μὴ καὶ ἐπιστρατεύσῃ οἱ, ὅτι μηδέπω τῶν συγκειμένων ἐπεποιήκει τι, τά τε σημεῖα αὐτῷ καὶ τοὺς αἰχμαλώτους, πλὴν ὀλίγων, οἳ ὑπ᾽ αἰσχύνης σφᾶς ἔφθειραν, ἢ καὶ κατὰ χώραν λαθόντες ἔμειναν, ἀπέπεμψε. καὶ αὐτοὺς ἐκεῖνος, ὡς καὶ πολέμῳ τινὶ τὸν Πάρθον νενικηκὼς, ἔλαβε. *Strabo* l. 6. fin. et 16, 1, 28. (T. VI. p. 297.) Multi sunt poetae Romani istius aevi de hac Augusti laude. Ceterum cf. Jo. Gottl. *Lindneri* dissert. de signorum militarium, Augusto reposcente, facta a Parthis restitutione. Arnstad. 1765. — De *Armenia*, quam *vindicasse* dicitur Augustus, v. Oudend. ad h. l., Fabric. ad *Dion.* 54, 9. et 55, 11., interpr. ad *Flor.* 4, 12, 43., ad *Vell.* 2, 94, 102. et 122., et ad *Tac.* A. 2, 3. Justo brevior h. l. Suetonius. Intelligitur enim expeditio Tiberii, qua Tigranem in Armeniae regnum deduxit A. U. 734. Romanisque pristinum jus, reges hujus terrae constituendi, vindicavit. v. Tiber. 9. Alia Caji Caesaris in Armeniam fuit expeditio A. U.

et Armeniam vindicanti facile cesserunt, et signa militaria, quae M. Crasso et M. Antonio ademerant, reposcenti reddiderunt, obsidesque insuper obtulerunt; denique, pluribus quondam de regno concertantibus, nonnisi ab ipso electum comprobaverunt. [22] Janum Quirinum, semel atque iterum a condita Urbe

---

755., quum mortuo Tigrane Phraates Armeniam occupasset, quam h. l. per ὕστερον πρότερον a Suetonio commemorari, falso credidit Casaubonus, ad cujus sententiam accessit Fabr. ad Dion. 55, 11., quamquam prius loco nostro ad 54, 9. excitato, ubi de Tiberii expeditione sermo.

obsidesque ins. obtulerunt] *Vell.* 94. „quin rex quoque Parthorum tanti nominis fama territus, *liberos suos* ad Caesarem misit obsides." *Tac.* A. 2, 1. „Nam Phraates, quamquam depulisset exercitus ducesque Romanos, cuncta venerantium officia ad Augustum verterat, *partemque prolis* firmandae amicitiae miserat, haud perinde nostri metu, quam fidei popularium diffisus." *Iustin.* l. c. „sed *et filii nepotesque Phraatis* obsides Augusto dati." *Strabo* 16. l. c. ὁ δ' ἐκεῖνον διαδεξάμενος Φραάτης τοσοῦτον ἐσπούδασε περὶ τὴν φιλίαν τὴν πρὸς Καίσαρα τὸν Σεβαστόν, ὥστε καὶ τὰ τρόπαια ἔπεμψεν, ἃ κατὰ Ῥωμαίων ἀνέστησαν Παρθυαῖοι· καὶ καλέσας εἰς σύλλογον Τίτιον, τὸν ἐπιστατοῦντα τότε τῆς Συρίας, τέτταρας παῖδας γνησίους ἐνεχείρισεν ὅμηρα αὐτῷ, Σερασπαδάνην, καὶ Ῥωδάσπην (al. Κεροσπάδην), καὶ Φραάτην, καὶ Βονώνην, καὶ γυναῖκας τούτων δύο, καὶ υἱεῖς τέτταρας, δεδιὼς τὰς στάσεις καὶ τοὺς ἐπιτιθεμένους αὐτῷ κ. τ. λ.

pluribus — concertantibus] Contentiones dicit inter Phraatem et Teridatem, quarum arbitrium Augusto est delatum. v. *Dion.* 53, 33. quem locum supra excitavimus. — Postea servavi *comprobaverunt*, quamquam Oudend. et Wolf. praetulerunt simplex *probaverunt* ex nonnullis codd., quoniam amat omnino Noster uti hoc compositorum genere, et hoc ipso verbo, ubi de plurium consensu sermo est. Ita Aug. 53. „et universi quasi de ipso dictum exsultantes *comprobassent*." Galb. 16. „eligerent ipsi, quem cuncti exercitus *comprobarent*."

Janum Quirinum] De eo v. *Liv.* 1, 19. *Plut.* Num. 20. *Flor.* 4, 12, 64. „Aususque tandem Caesar Augustus, septingentesimo ab Urbe condita anno, Janum Geminum cludere, *bis* ante se clusum, sub Numa rege, et victa primum Carthagine." *Liv.* l. c. „*bis* deinde post Numae regnum clausus fuit; semel T. Manlio Consule (*Plut.* l. c. ὑπατευόντων Μάρκου Ἀτιλίου καὶ Τίτου Μαλλίου), post Punicum primum perfectum bellum; iterum, quod nostrae aetati Dii dederunt ut videremus, post bel-

memoriam ante suam clausum, in multo breviore temporis spatio, terra marique pace parta, ter clusit. Bis ovans ingressus est Urbem, post Philippense, et rursus post Siculum bellum. Curules triumphos tres egit, Dalmaticum, Actiacum, Alexandri-

---

lum Actiacum, ab Imperatore Caesare Augusto, pace terra marique parta." *Vell.* 2, 38. „immane belliose civitatis argumentum, quod semel sub regibus, iterum hoc T. Manlio Consule, tertium Augusto Principe, Janus Geminus clausus dedit." — Ceterum, *ter* ab uno Augusto clausum esse Janum, auctores etiam sunt *Oros.* 6, 22. et *Dio* 51, 20. A. U. 725. post devictum Antonium, 53, 26. A. U. 729. post superatos Cantabros, et 54, 36. ubi ad A. U. 744. ἐψηφίσθη μὲν οὖν, τὸν Ἰανὸν τὸν Γέμινον, ὡς καὶ πεπαυμένων τῶν πολέμων, (ἀνέῳκτο γάρ) κλεισθῆναι· οὐ μέντοι καὶ ἐκλείσθη. Id autem vere factum esse A. U. 752., affirmat *Oros.* l. c., et probare studuit Jo. *Masson* de templo Jani reserato Roterod. 1700. cf. *Fabr.* ad Dionis locos citatos. Nunc plerisque viris doctis est persuasum, decretum quidem fuisse a Senatu, sed propter continua cum Dacis, Pannoniis, Germanis bella non factum. In monumento saltem Ancyrano, uti nunc restitutum legitur, nil nisi: „Quumque a condita Urbe Janum Quirinum bis omnino clausum fuisse prodatur, *eum Senatus per me Principem ter claudendum esse jussit*," ubi v. interpr. cf. Duker. ad *Flor.* l. c. et quos laudat Fabric. l. c. De serioribus temporibus egit Casaub. ad h. l. Quod autem nonnulli vel rejiciendum *ter* existimarunt h. l., vel mutandum in *tertio* vel *tertium*, id refellitur ipsis verbis a scriptore additis: *in multo breviore temporis spatio*, quibus rem sub uno Augusti imperio ter repetitam toti historiae Romanae intervallo, quo bis tantum idem acciderat, opponere eum, patet.

Bis ovans] Dio *ter* factum id narrat, *primum* 48, 31. post bellum Philippense simul cum Antonio, *alterum* 49, 15. post bellum Siculum, de quibus ovationibus h. l. Suetonius, et *tertium* 54, 8. post pactionem cum Phraate factam et signa recepta. Ibi enim: καὶ προσέτι καὶ ἐπὶ κέλητος ἐς τὴν πόλιν ἐσήλασε. Dissensus scriptorum tolli nequit, ac jure, puto, *Wesselingii* rationem, quam protulit Observ. 2, 4., hunc honorem Augusto a Senatu quidem fuisse decretum, sed ab eo non usurpatum, repudiavit Fabric. ad *Dion.* 54, 8., quum diserte hic scriptor: ἐσήλασε. Ceterum duplicem ovationem confirmant *Fasti Capitolini.* v. Casaub.

Curules triumph. tres egit] *Dio* 51, 21. ἑώρτασε δὲ τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ τά τε τῶν Παννονίων καὶ τὰ τῶν Δαλματῶν, τῆς τε

num, continuo triduo omnes. [23] Graves ignominias cladesque duas omnino, nec alibi quam in Germania, accepit, Lollianam et Varianam: sed Lollianam majoris infamiae, quam detrimenti; Varianam paene exitiabilem, tribus legionibus cum duce legatisque et auxiliis omnibus caesis. Hac nunciata, excubias per Urbem in-

---

Ἰαπυδίας, καὶ τῶν προσχώρων σφίσι, Κελτῶν τε καὶ Γαλατῶν τινων. — ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ ἡ πρὸς τῷ Ἀκτίῳ ναυκρατία (διεστράτηθη), κἀν τῇ τρίτῃ ἡ τῆς Αἰγύπτου καταστροφή. Egit hos triumphos A. U. 725.

Lollianam] A. U. 738. *Vell.* 2, 97. „Sed dum in hac parte imperii (Pannonia) omnia geruntur prosperrime, accepta in Germania clades sub legato M. Lollio, homine in omnia pecuniae, quam recte faciendi cupidiore, et inter summam vitiorum dissimulationem vitiosissimo; amissaque legionis quintae aquila, vocavit ab Urbe in Gallias Caesarem." *Dio* 54, 20. ὁ δὲ δὴ μέγιστος τῶν τότε συμβάντων τοῖς Ῥωμαίοις πολέμων, ὅσπερ που καὶ τὸν Αὔγουστον ἐκ τῆς πόλεως ἐξήγαγε, πρὸς τοὺς Κελτοὺς ἐγένετο, Σύγαμβροί τε γὰρ καὶ Οὐσιπέται τε καὶ Τέγκτηροι τὸ μὲν πρῶτον ἐν τῇ σφετέρᾳ τινὰς αὐτῶν συλλαβόντες ἀνεσταύρωσαν· ἔπειτα δὲ καὶ τὸν Ῥῆνον διαβάντες, τήν τε Γερμανίαν καὶ τὴν Γαλατίαν ἐλεηλάτησαν· τό τε ἱππικὸν τὸ τῶν Ῥωμαίων ἐπελθὸν σφίσιν ἐνήδρευσαν· καὶ φεύγουσιν αὐτοῖς ἐπισπώμενοι, τῷ τε Λολλίῳ ἄρχοντι αὐτῶν ἐνέτυχον ἀνέλπιστοι, καὶ ἐνίκησαν καὶ ἐκεῖνον. Memorat et *Tac.* A. 1, 10. *Lollianas Varianasque clades.* De dissensu *Eusebii* Chron. p. 155. et *Jul. Obsequent.* de prodig. c. 131., qui prius a Lollio Germanos devictos produnt, v. *Lips.* ad Tac. l. c., Ruhnken. et Kraus. ad *Vell.* l. c., Oudend. ad h. l.

Varianam] De hac v. *Flor.* 4, 12, 30 sequ. *Vell.* 2, 117. sequ. *Dio* 56, 18. sequ. cf. *Tac.* A. 1, 56. sequ. Accidit A. U. 763. *Vell.* l. c. trucidatas dicit cum Varo *tres legiones totidemque alas, et sex cohortes.* *Tac.* Germ. 37. „Varum tresque cum eo *legiones*, etiam Caesari abstulerunt (Germani.)" *Flor.* l. c. „undique invadunt, castra rapiunt, *tres legiones* opprimuntur."

Hac nunciata] Describit Augusti dolorem *Dio* 56, 23. ubi: τότε δὲ μαθὼν ὁ Αὔγουστος τὰ τῷ Οὐάρῳ συμβεβηκότα, τήν τε ἐσθῆτα (ὥς τινές φασι) περιερρήξατο, καὶ πένθος μέγα ἐπί τε τοῖς ἀπολωλόσι, καὶ ἐπὶ τῷ περί τε τῶν Γερμανιῶν καὶ περὶ τῶν Γαλατιῶν δέει, ἐποιήσατο· τό τε μέγιστον, ὅτι καὶ ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν τήν τε Ῥώμην αὐτὴν ὁρμήσειν σφᾶς προσεδόκησε. καὶ οὔτε πολιτική οἱ ἡλικία ἀξιόλογος ὑπελέλειπτο, καὶ τὰ συμμαχικά, ὧν τι καὶ ὄφελος ἦν, ἐκεκάκωτο. Deinde, collecta maxima veteranorum, libertorum,

dixit, ne quis tumultus exsisteret: et praesidibus provinciarum propagavit imperium, ut et a peritis et assuetis socii continerentur. Vovit et magnos ludos Iovi Optimo Maximo, SI RESPUBLICA IN MELIOREM STATUM VERTISSET: quod factum Cimbrico Marsicoque bello erat. Adeo denique consternatum ferunt, ut per continuos menses, barba

---

et recens conscriptorum multitudine, eum' Tiberium in Germaniam misisse, narrat.

propagavit] Al. *prorogavit.* Illud sat multis exemplis tuitus est Oudend. h. l. et Calig. 29. ubi: „*propagari sibi commeatum.*" Assentiuntur Reitzius et Wolf. Contra Caes. 24. iidem ob codicum auctoritatem ediderunt: „ut in quinquennium sibi imperium *prorogaretur,*" quos secutus sum.

magnos ludos] Ita Camillus *Liv.* 5, 19. „ludos magnos ex Senatusconsulto vovit Vejis captis se facturum." Ib. 4, 27. „Dictator, praeeunte A. Cornelio pontifice maximo, ludos magnos tumultus causa vovit." et 22, 9. „Decemviri inspectis fatalibus libris (v. ad Caes. 79.) retulerunt Patribus: — *Iovi ludos magnos — vovendos esse,*" e quibus locis, ob diras clades vel tetra prodigia, omnino ad avertendam Deorum iram, voveri eos solitos fuisse, patet. Formulam nuncupati a Consule voti exhibet Id. 36, 2. Institutos autem eos, *Romanos* quoque appellatos, a Tarquinio Prisco, tradit 1, 35. Copiose de his ludis egerunt *Bulenger* de Circo Rom. ludisque Circens. cap. 7. (Thes. Graev. T. VIIII. p. 607. sequ.) et *Rosin.* Ant. Rom. 5, 19. p. 341. Celebrari solent a prid. Non. Sept. in honorem trium Deorum, Jovis, Junonis et Minervae. Ceterum *Dio* 55, 31. alio tempore, A. U. 760., et per aliam occasionem, ob dira mulieris vaticinia, Augustum hos ludos vovisse, prodit. Ibi enim: κατά τε τῆς πανηγύρεως τῆς μεγάλης ηὔξατο, ὅτι γυνή τις ἐς τὸν βραχίονα ἄττα ἐντεμοῦσα, ἐθείασέ τινα. Id tamen non impedit, quo minus post cladem Varianam idem fecerit.

si Respublica] Al. *Rempublicam,* ex ignorantia usus verbi *vertere* intransitivi. v. quos laudat Duker. ad *Flor.* 3, 3, 8. et indicem nostrum sub v. *vertere.*

Adeo denique] *Aurel. Vict.* Epit. c. 1. „quod in tantum perdoluit, ut cerebri valido incussu parietem pulsaret, veste capilloque ac reliquis lugentium indiciis deformis." *Oros.* 6, 21. „quam Reip. cladem Caesar Augustus adeo graviter tulit, ut saepe per vim doloris caput parieti collidens, clamaret: Quinctili Vare, redde legiones."

capilloque summisso, caput interdum foribus illideret, vociferans, *Quinctili Vare, legiones redde;* diemque cladis quotannis moestum habuerit ac lugubrem. [24] In re militari et commutavit multa, et instituit: atque etiam ad antiquum morem nonnulla revocavit. Disciplinam severissime rexit: ne legatorum quidem cuiquam, nisi gravate, hibernisque demum mensibus, permisit uxorem intervisere. Equitem Romanum, quod duobus filiis adolescentibus, causa detrectandi sacramenti, pollices amputasset, ipsum bonaque subjecit hastae: quem tamen, quod imminere emtioni publicanos videbat, liberto suo addixit, ut relegatum in agros pro libero esse sineret. Decimam legionem, contumacius parentem, cum ignominia totam dimisit: item alias, immodeste missionem

---

diemque cladis] Male Beroaldum e *Flor.* 4, 12, 35. „Varus perditas res eodem, quo Cannensem diem Paulus, et fato est et animo sequutus" Varianam eodem die, quo Cannensem, nempe a. d. IIII. Non. Sextil. accidisse cladem, conjecisse, docuit Casaub. ad h. l. v. Monum. Paderborn. p. 35.

Equitem Romanum] Sine dubio factum est post cladem Varianam, quo tempore Augustus maxima severitate cives ad stipendia coegit. *Dio* 56, 23. καὶ ἐπειδὴ μηδεὶς τῶν τὴν στρατεύσιμον ἡλικίαν ἐχόντων καταλεχθῆναι ἠθέλησεν, ἐκλήρωσεν αὐτούς, καὶ τῶν μὲν μηδέπω πέντε καὶ τριάκοντα ἔτη γεγονότων τὸν πέμπτον, τῶν δὲ πρεσβυτέρων τὸν δέκατον ἀεὶ λαχόντα, τήν τε οὐσίαν ἀφείλετο καὶ ἠτίμωσε· καὶ τέλος, ὡς καὶ πάνυ πολλοὶ οὐδ' οὕτω τι αὐτοῦ προετίμων, ἀπέκτεινέ τινας. Simile exemplum dedit *Valer. Max.* 6, 3, 3., ubi C. Vettienum, qui sinistrae manus digitos, ne bello Italico militaret, absciderat, Senatus decreto, *publicatis bonis, aeternis vinculis punitum* narrat. Seriori tempore exilium v. deportationem contra sacramenti detrectationem constituerunt. v. Torrent.

quod imminere — videbat] studio ordinis sui, ut Equitem emtum sub hasta statim dimitterent. Addixit igitur in auctione liberto, qui pro libero quidem eum haberet, i. e. non servilibus operibus vexaret, ut recte Burm., in agro tamen relegatum teneret, ἐς χωρίον κατατιθέμενον, ut Livia apud *Dion.* 55, 18. vel ἐν ἀγρῷ κατακλεισθέντα, ut c. 20.

cum ignominia totam dimisit] exemplo Caesaris. v. Caes. 69. et 70. Ceterum plures militum Augusti seditiones a scripto-

postulantes, citra commoda emeritorum [praemiorum] exauctoravit. Cohortes, si quae cessissent loco, decimatas hordeo pavit. Centuriones, statione deserta, itidem, ut manipulares, capitali animadversione puniit: pro cetero delictorum genere variis

---

ribus commemorantur. H. l. autem intelligenda videtur, quae accidit post bellum Siculum, de qua *Appian.* 5, 128 sequ., qui c. 129. *ἐδίδου τοῖς θέλουσιν ἀποστρατεύεσθαι· καὶ γενομένους ἐς δισμυρίους εὐθὺς ἀπέλυε, καὶ ἐξέπεμπε τῆς νήσου, μὴ διαφθείρειεν ἑτέρους*, atque *Dio* 49, 13. sequ. coll. c. 34.

citra commoda emeritorum [praemiorum]] Infra Aug. 49. est: „quicquid ubique militum esset, ad certam *stipendiorum praemiorumque* formulam adstrinxit, definitis pro gradu cujusque et temporibus militiae, et *commodis missionum*,“ et Calig. 44. dicuntur „*commoda emeritae militiae*.“ Ita sunt *emerita stipendia Liv.* 39, 19. et saepius (v. *Schaeferi* Glossar. Liv.). *Emeritum* etiam et *emerita* simpliciter i. q. praemia emeritae militiae, Sed *commoda emeritorum praemiorum* tautologiâ dicerentur non ferendâ. Itaque vel inserendum *et* ante *praemiorum*, quo tamen parum consulitur loco, vel cum Wolf. aliisque ejiciendum *praemiorum*, ita ut *emeritorum* sit masculinum, et commoda s. praemia intelligantur eorum, qui emeriti sunt stipendia, *Bremius* tueri conatur locum simili c. 10. ubi *candidatus petitor*, Sed ibi eadem labes ex inepto glossemate.

decimatas hordeo pavit] pro tritico. v. *Polyb.* 6, 38. ubi agit de *decimatione* manipulorum, qui hosti cesserunt, additque: *τούτους ἐκ πάντων κληροῦται τῶν ἀποδεδειλιακότων· καὶ τοὺς μὲν λαχόντας ξυλοκοπεῖ κατὰ τὸν ἄρτι ῥηθέντα λόγον ἀπαραιτήτως (ὁ χιλίαρχος·) τοῖς δὲ λοιποῖς τὸ μέτρημα κριθὰς δοὺς ἀντὶ πυρῶν, ἔξω κελεύει τοῦ χάρακος καὶ τῆς ἀσφαλείας ποιεῖσθαι τὴν παρεμβολήν.* Ita auctore *Dione* 49, 27. in expeditione contra Parthos Antonius *καὶ κριθὴν πᾶσιν αὐτοῖς* (militibus suis) *ἀντὶ τοῦ σίτου ἔδωκε, καὶ ἐδεκάτευσέ τινας*, et ib. c. 38. in bello Augusti contra Dalmatas A. 720. multa pertulisse Romani dicuntur, *ὥστε καὶ τῶν στρατιωτῶν τισι κριθὴν ἀντὶ τοῦ σίτου δοθῆναι, καὶ ἑτέρους τὴν τάξιν ἐκλιπόντας δεκατευθῆναι*, et *Appian.* Illyr. 26. *τὴν δὲ σπεῖραν, ἣ τὸ φυλάκιον ἐξέλιπε, διακληρώσας, ἐζημίωσε θανάτῳ τὸ δέκατον· καὶ λοχαγοὺς ἐπὶ τῷ δεκάτῳ δύο· καὶ τοῖς λοιποῖς ἐκέλευσεν ἐκείνου τοῦ θέρους κριθὴν ἀντὶ σίτου τραφῆναι δίδοσθαι.* cf. *Polyaen.* 8, 24. 1 et 2.

capit. animadv.] v. *Appian.* loc. modo cit. *καὶ λοχαγοὺς κ. τ. λ.*

ignominiis affecit, ut stare per totum diem juberet ante Praetorium, interdum tunicatos discinctosque, nonnunquam cum decempedis, vel etiam cespitem portantes. [25] Neque post bella civilia aut in concione, aut per edictum, ullos militum *commilitones* appellabat, sed *milites:* ac ne a filiis quidem aut privignis suis, imperio praeditis, aliter appellari passus est; ambitiosius id existimans, quam aut ratio militaris, aut temporum quies, aut sua domusque suae majestas postularet. Libertino milite, praeterquam Romae incendiorum causa, et si tumultus in graviore annona metueretur, bis usus est: semel ad praesidium coloniarum, Illyricum contingentium; iterum ad tutelam ripae Rheni fluminis: eosque servos adhuc viris feminisque pecuniosioribus indictos, ac sine

---

stare per totum diem jub.] Sunt *στάσεις ἐπονείδιστοι*, de quibus Livia apud *Dion.* 55, 18. Hoc poenae genus multis illustravit Casaub. ad h. l. V. omnino Gerhard. *Sichtermann.* de poenis militaribus Romanorum c. 14., jam citatus a Fabric., et Franc. *Robortell.* de poenis militum et ignominiis (Thes. Graev. T. X. p. 1482.).

tunicatos discinctosque] i. e. positis sagis omnique habitu militari. *Polyaen.* 8, 24. 2. *Σεβαστὸς τοὺς ἐπὶ στρατοπέδου διαμαρτόντας ἐκέλευσε πρὸ τοῦ στρατηγείου λυσιζώνους ἑστάναι· ἔστι δὲ ὅτε καὶ πλινθοφορεῖν δι᾽ ὅλης ἡμέρας.*

ambitiosius] i. e. ad conciliandum multitudinis favorem nimis comparatum, inde *humilius, indecentius*, quamobrem opponitur *sua domusque suae majestas.* v. Graev. et Cort. ad *Cic.* ad Div. 3, 7. Ern. ad *Tac.* Hist. 1, 83. ubi: „vulgus et plures, seditionibus et *ambitioso imperio* laeti," et ind. nostr.

incendiorum causa] v. c. 30. et *Dio* 55, 26.

semel a praes. colon.] A. U. 760. *Dio* 55, 31. *πέμπει τὸν Γερμανικόν, — στρατιώτας οἱ οὐκ εὐγενεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξελευθέρους δούς, ἄλλους τε, καὶ ὅσους παρά τε τῶν ἀνδρῶν καὶ παρὰ τῶν γυναικῶν δούλους, πρὸς τὰ τιμήματα αὐτῶν, σὺν τροφῇ ἑκμήνῳ λαβὼν ἠλευθέρωσεν.* *Vell.* 2, 111. „habiti itaque delectus, revocati undique et omnes veterani; viri feminaeque ex censu libertinum coactae dare militem."

iterum ad tut. rip.] post cladem Varianam A. U. 763. *Dio* 56, 23. *ἀποκληρώσας δὲ ἔκ τε τῶν ἐστρατευμένων ἤδη, καὶ ἐκ τῶν ἐξελευθέρων, ὅσους ἠδυνήθη, κατέλεξε καὶ εὐθὺς σπουδῇ μετὰ τοῦ Τιβερίου ἐς τὴν Γερμανίαν ἔπεμψεν.*

eosque servos adhuc] Nisi *servos adhuc* additamentum sunt

mora manumissos, sub priore vexillo habuit, neque aut commixtos cum ingenuis, aut eodem modo armatos. Dona militaria, aliquanto facilius phaleras et torques, et quicquid auro argentoque constaret, quam vallares ac murales coronas, quae honore praecellerent, dabat: has quam parcissime, et sine ambitione, ac saepe etiam caligatis, tribuit. M. Agrippam in Sicilia post navalem victoriam caeruleo ve-

glossatoris, qui, quum praecessisset *libertino milite*, monere voluit, eos, quum servi adhuc nequedum manumissi essent, *indictos* i. e. imperatos edicto *pecuniosioribus* (al. *peculiosioribus*, al. etiam vitiose *periculosioribus*) i. e. *ex censu*, ut *Vellej.*, πρὸς τὰ τιμήματα αὐτῶν, ut *Dio*, fuisse; eadem perspicuitatis ratio auctorem ad adjicienda ea, non necessaria, commovit. Sed praeferenda tamen ea emendationi Oudend. *eosque, ad hoc servos* i. e. praeterea, ἐπὶ τούτῳ, quo sensu sane *ad hoc* saepissime occurrit. Postea *sub priore vexillo* cum Torrentio puto esse: sub eo vexillo, quod prima acie collocaret, s. quod in prioribus esset vexillis, adeoque hostibus maxime expositum, nisi mavis intelligere id, sub quo Romae jam fuerant in priore ministerio. Sed ipse auctor, modo manumissos eos, dixit. Auget autem momenta, quibus, abhorruisse a libertinorum militum usu Augustum, ostendat, dum *bis* tantum usum, et in summa Reip. necessitate, et hostibus concidendos exposuisse propter periculum pacis tempore ab iis metuendum, et loco armisque ab ingenuis secrevisse, addit. Ceterum al. conjecerunt *privo* vel *proprio* pro *priore*. Sed hoc idem esset, quod: *neque commixtos* sequ. De *vexillariis* doctus est excursus Ernesti ad Tac., quo varias virorum eruditorum de iis sententias in disquisitionem vocavit. H. l. milites levis armaturae intelligendi videntur, ut *Tac.* Hist. 2, 66., quo loco etiam ad eandem de hoc genere militum sententiam usus est *Salmas.* de re milit. Rom. c. 19. (Thes. Graev. T. X. p. 1427.)

Dona militaria] Genus, absolute praepositum more Graecorum; *phalerae et torques* etc. sunt species, generi subjunctae. v. *Perizon.* ad *Sanctii* Minerv. p. 708.

et quicquid auro arg. const.] *Polyaen.* 8, 24, 5. Σεβαστὸς τοῖς ἀνδραγαθοῦσιν ἀργυρίου καὶ χρυσίου μεγάλας ἐδίδου δωρεάς.

sine ambitione, ac — caligatis] De voc. *ambitio* v. supra et ind. nostr. *Caligati* sunt i. q. gregarii, manipulares. v. Calig. 9. Ita est βουλὴ καλίγας ἀπὸ τῆς τῶν στρατιωτικῶν ὑποδημάτων χρήσεως apud *Dion.* 48, 12.

M. Agrippam] Secundum *Dion.* 51, 21. post pugnam Actiacam.

xillo donavit. Solos triumphales, quamquam et socios expeditionum, et participes victoriarum suarum, nunquam donis impertiendos putavit; quod ipsi quoque jus habuissent tribuendi ea, quibus vellent. Nihil autem minus in perfecto duce, quam festinationem temeritatemque, convenire arbitrabatur. Crebro itaque illa jactabat: Σπεῦδε βραδέως. Et:

Ἀσφαλὴς γάρ ἐστ' ἀμείνων, ἢ θρασὺς στρατηλάτης.

Ibi enim: μετὰ δὲ τοῦτο τούς τε ὑποστρατήγους καὶ ἐπῄνεσε καὶ ἐτίμησεν, ὥσπερ εἴθιστο. καὶ τὸν μὲν Ἀγρίππαν ἄλλοις τέ τισι καὶ σημείῳ κυανοειδεῖ ναυκρατητικῷ προσεπεσέμνυνε. Post bellum Siculum eidem *coronam navalem* dederat praemii loco, testibus *Dion.* 49, 14. τοῖς τε ὑποστρατήγοις ἄλλοις τε ἄλλα, καὶ τῷ Ἀγρίππᾳ στέφανον χρυσοῦν ἐμβόλοις ἠσκημένον ἐδωρήσατο, *Vell.* 2, 81. „insigne *coronae classicae*, quo nemo unquam Romanorum donatus erat, hoc bello Agrippa singulari virtute meruit." *Liv.* Epit. 129. *Senec.* de benef. 3, 32. *Plin.* 16, 4. et *Serv.* ad *Virgil.* Aen. 8, 682. qui coronam *rostratam* eam dicunt. Videtur igitur utramque rem confudisse Suetonius, quod fortasse originem dedit h. l. lectioni *in Cilicia*, substitutae ab eo, qui post pugnam Actiacam Asiam Augustum petiisse, sciebat.

quod ipsi quoque] Affectabant enim civile ingenium Imperatores, ducibus hoc dona militaria tribuendi jure relicto. v. Tiber. 32. *Tac.* A. 3, 21.

in perfecto duce] *Convenire* absolute positum, ut vere Wolfius, neque mutanda dictio in: *perfecto duci* v. *in perfectum ducem*, ut nonnullis temere placuit. Est autem i. q. *utile*, *idoneum esse*, ut Gr. προσήκειν pro συμφέρειν. v. Lex. Xen. in προσήκειν no. 13. et no. 14. ὥσπερ ἐν τυραννίδι προσήκει.

Σπεῦδε βραδέως] *Polyaen.* 8, 24, 4. Σεβαστὸς τοῖς ἑαυτοῦ στρατηγοῖς παρήγγειλεν, ἀσφαλείας πεφροντικέναι μάλιστα, καὶ συνεχῶς ἐπέλεγε τό, Σπεῦδε βραδέως, καὶ τό, Ἀσφαλὴς γάρ ἐστ' ἀμείνων, ἢ θρασὺς στρατηλάτης. *Gell.* 10, 11. „Illud vero Nigidianum (Nigidii interpretationem voc. *mature* dicit) rei atque verbi temperamentum Divus Augustus duobus Graecis verbis elegantissime exprimebat. nam et dicere in sermonibus et scribere in epistolis solitum esse ajunt: Σπεῦδε βραδέως, per quod monebat, ut ad rem agendam simul adhiberetur *et industriae celeritas et diligentiae tarditas*; ex quibus duobus contrariis fit *maturitas*."

Ἀσφαλὴς] Verba sunt Polynicis apud *Euripid.* Phoeniss.

Et, *Sat celeriter fieri, quicquid fiat satis*[a] *bene.* Proelium quidem aut bellum suscipiendum omnino negabat, nisi quum major emolumenti spes, quam damni metus, ostenderetur. Nam *minima commoda non minimo sectantes discrimine*, *similes* ajebat *esse aureo hamo piscantibus: cujus abrupti damnum nulla captura pensari posset.* [26] Magistratus atque honores et ante tempus, et quosdam novi generis perpetuosque cepit. Consulatum vicesimo aetatis anno invasit, admotis hostiliter ad Urbem legionibus, missisque, qui sibi nomine exercitus deposcerent: quum quidem, cunctante Senatu, Cornelius

---

a) Sententiam dat etiam *Appian*. Civ. 5, 84. ubi suadentibus, ut Pompejam classe aggrederetur, amicis respondisse dicitur Augustus, οὐκ εὔβουλον εἶναι τὸ ῥιψοκίνδυνον, ἔνθα συμμαχίαν ἄλλην προσδοκῴη. Diversum Caesaris fuerat ingenium (Caes 58.), *qui nonnisi tempore extremo ad dimicandum cunctantior factus est* (Caes. 60.). Sed ille imperium expugnabat, Augustus, ingenio animique vi longe inferior, partum tuebatur.

Nam minima commoda] *Polyaen.* 8, 24, 6. Σεβαστὸς τοὺς ἄνευ λυσιτελείας ῥιψοκινδύνους ἔλεγε μηδὲν διαφέρειν τῶν χρυσοῖς ἀγκίστροις ἁλιευομένων.

et ante tempus] v. supra c. 10. *Cic.* Phil. 5, 16. sequ., ubi censet, legum annalium in Caesare rationem non habendam, atque ita de eo decernendum: „C. Caesarem, Caji filium, Pontificem, Propraetorem, Senatorem esse, sententiamque loco praetorio dicere; ejusque rationem, quemcunque magistratum appeteret, ita haberi, prout haberi lege liceret, si anno superiore Praetor fuisset.“ cf. Fabric. ad *Dion.* 46, 46.

vicesimo aetatis anno] *Eutrop.* 7, 1. ut semper, Nostrum secutus: „Romam cum exercitu profectus est, extorsitque, ut sibi *vicesimo anno* consulatus daretur.“ *Vell.* 2, 65. „Consulatumque iniit Caesar pridie, quam viginti annos impleret, X. Kal. Octobres, cum collega Q. Pedio, post Urbem conditam annis DCCXI.“ (ubi v. maxime de mense initi consulatus Kraus.). *Liv.* Epit. 119. „quum annos *novemdecim* haberet, Consul creatus est,“ ubi Sigon. integros novemdecim annos intelligendos, docet, viginti imperfectos. cf. Oudendorp. ad Aug. 8. et quos ille laudat, Fabr. ad *Dion.* 46, 46.

admotis — deposcerent] v. *Appian.* 3, 86—94. *Dio* 46, 42 sequ., qui c. 45. τήν τε οὖν πόλιν οὕτως ὁ Καῖσαρ ἀμαχεὶ κατέ-

Centurio, princeps legationis, rejecto sagulo, ostendens gladii capulum, non dubitasset in Curia dicere, *Hic faciet, si vos non feceritis.* Secundum consulatum post novem annos, tertium anno interjecto gessit: sequentes usque ad undecimum continuavit: multisque mox, quum deferrentur, recusatis, duodecimum magno, id est septemdecim annorum intervallo, et rursus tertiumdecimum biennio post ultro petiit,

---

σχε, καὶ ὕπατος καὶ πρὸς τοῦ δήμου ἀπεδείχθη, δύο τινῶν ἀντὶ ὑπάτων πρὸς τὰς ἀρχαιρεσίας αἱρεθέντων.

Cornelius Centurio] *Dio* 46, 42. quadringentos legatos e militibus suis Caesarem misisse dicit; postea c. 43. εὐπρεπῶς πως διεκρούσθησαν· οἵ τε ἄλλοι φανερῶς ὠργίζοντο, καὶ εἷς τις αὐτῶν ἐξῆλθέ τε ἐκ τοῦ βουλευτηρίου, καὶ τὸ ξίφος λαβών, (ἄοπλοι γὰρ εἰσεληλύθεσαν) ἥψατό τε αὐτοῦ, καὶ εἶπεν, ὅτι, ἂν ὑμεῖς τὴν ὑπατείαν μὴ δῶτε τῷ Καίσαρι, τοῦτο δώσει· καὶ αὐτῷ ὁ Κικέρων ὑπολαβών, ἂν οὕτως, ἔφη, παρακαλῆτε, λήψεται αὐτήν· Alia a Centurionibus in Senatu dicta refert *Appian.* 3, 88. Ceterum idem narrat de alia occasione *Plutarch.* Caes. 29., ubi: Λέγεται, τινὰ τῶν ἀφιγμένων παρ' αὐτοῦ (a Iulio Caesare) ταξιαρχῶν, ἑστῶτα πρὸ τοῦ βουλευτηρίου, καὶ πυθόμενον, ὡς οὐ δίδωσιν ἡ γερουσία Καίσαρι χρόνον τῆς ἀρχῆς· Ἀλλ' αὕτη, φάναι, δώσει· κρούσαντα τῇ χειρὶ τὴν λαβὴν τῆς μαχαίρας. Error videtur Plutarchi, ortus ex nomine Caesaris, reique similitudine, repetitus tamen paulo diverso colore ab *Appian.* 2, 25., qui, negata absenti consulatus petitione a Marcello, φασὶ τὸν Καίσαρα τῷ μηνύοντι ἀποκρίνασθαι, κόπτοντα τὴν λαβὴν τοῦ ξίφους· ἥδε μοι δώσει.

Secundum consulatum] A. U. 721. *Dio* 49, 43. ὁ δ' οὖν Καῖσαρ τὴν ὑπατείαν (ἦρξε γὰρ μετὰ Λουκίου τοῦ Τούλλου, cum L. Volcatio Tullo, δεύτερον) τῇ πρώτῃ εὐθὺς ἡμέρᾳ κατὰ τὸν τοῦ Ἀντωνίου τρόπον ἀπεῖπε. Novem autem Suetonii anni a finito primo consulatu computandi sunt.

tertium] A. U. 723. cum M. Valerio Messala Corvino. *Dio* 50, 10. Continuavit postea consulatus usque ad A. U. 731.

duodecimum] A. U. 749. cum L. Sulla.

tertiumdecimum] A. U. 752. Hic ultimus Augusti fuit consulatus. Consentiunt *Tac.* A. 1, 9. qui: „numerus etiam consulatuum celebrabatur, quo Valerium Corvum et C. Marium simul aequaverat," (Valerius sex, Marius septem consulatus gesserant.) et *Statius* Silv. 4, 1, 31. „*ter* Latios *deciesque* tulit, labentibus annis, Augustus fasces." Quod enim quartum decimum Augusto etiam tribuunt A. 764., id ortum ex vitiosa le-

ut Cajum et Lucium filios, amplissimo praeditus magistratu, suo quemque tirocinio deduceret in Forum. Quinque medios consulatus a sexto ad undecimum annuos gessit: ceteros aut novem, aut sex, aut quatuor, aut tribus mensibus; secundum vero, paucissimis horis. Nam die Kalendarum Ianuarii, quum mane pro aede Capitolini Iovis paululum curuli sella praesedisset, honore abiit, suffecto alio in locum

---

ratione elenchi ante *Dion.* l. 55., ubi leg. Γ. Καῖσαρ τοῦ Αὐγ. υἱ., intelligendumque C. Caesarem, Augusti e Iulia et Agrippa nepotem, jamdudum viderunt viri docti ad *Dion.* l. c., monuitque Oudendorp. ad h. l.

Cajum et Lucium] nepotes ex Agrippa, de quibus v. c. 64 et 65.

suo quemque tir. — Forum] ut togam virilem iis daret. *Tirones* enim erant, qui hanc togam sumebant. v. Ern. Cl. Cic. sub v. *toga* et ind. n.

a sexto] ab A. U. 726. usque ad 731.

ceteros aut novem, aut sex] Al. vitiose: *ceteros autem sex aut novem* etc. Ita primo statim consulatu se abdicavit post initum cum Antonio et Lepido foedus, suffecto P. Ventidio. *Dio* 47, 15. De summa autem ex eo tempore in sufficiendis Consulibus licentia idem *Dio* 48, 35. ubi: ὑπάτους δὲ οὐδὲ δύο ἐτησίους, ὥσπερ εἴθιστο, ἀλλὰ πλείους τότε πρῶτον εὐθὺς ἐν ταῖς ἀρχαιρεσίαις εἵλοντο· καὶ πρότερον μὲν γὰρ μεθ' ἑτέρους τινὲς μήτ' ἀποθανόντας, μήτ' ἐπ' ἀτιμίᾳ, μήτε ἄλλως πως παυθέντας, ἦρξαν· ἀλλ' ἐκεῖνοι μέν, ὥς που τοῖς ἐς ὅλον τὸν ἐνιαυτὸν χειροτονηθεῖσιν ἔδοξεν, κατέστησαν· τότε δὲ ἐνιαύσιος μὲν οὐδεὶς ᾑρέθη, πρὸς δὲ δὴ τὰ τοῦ χρόνου μέρη ἄλλοι καὶ ἄλλοι ἀπεδείχθησαν. καὶ οἱ μὲν πρῶτοι καὶ τὸ ὄνομα τῆς ὑπατείας διὰ παντὸς τοῦ ἔτους (ὥσπερ καὶ νῦν γίγνεται) ἔσχον· τοὺς δ' ἑτέρους αὐτοὶ μὲν οἱ ἐν τῇ πόλει τῇ τε ἄλλῃ Ἰταλίᾳ ἐν ἑκάστῳ τῷ τῆς ἀρχῆς αὐτῶν χρόνῳ ὠνόμαζον· (ὃ καὶ νῦν ποιεῖται·) οἱ δὲ λοιποὶ ἢ τινὰς αὐτῶν ἢ οὐδένας ᾔδεσαν, καὶ διὰ τοῦτο σμικροτέρους σφᾶς ὑπάτους ἐπεκάλουν. cf. Id. c. 53. Initium autem hujus moris fecerat Iulius Caesar. v. Caes. 76.

paucissimis horis] *Dio* 49, 43., quem locum jam supra excitavi: τὴν ὑπατείαν τῇ πρώτῃ εὐθὺς ἡμέρᾳ ἀπεῖπε. v. *Appian.* loco mox laudando.

pro aede Cap. Iovis] Nam Consules Kal. Jan. magistratum auspicati solenni pompa in Capitolium procedebant, votisque nuncupatis sacra Jovi Capitolino faciebant.

suffecto alio] Eum fuisse P. Antonium, docet Fabr. ad

suum. Nec omnes Romae, sed quartum consulatum in Asia, quintum in insula Samo, octavum et nonum Tarracone iniit. [27] Triumviratum Reipublicae constituendae per decem annos administravit: in quo restitit quidem aliquamdiu collegis, ne qua fieret proscriptio, sed inceptam utroque acerbius exercuit. Namque illis in multorum saepe personam per gra-

---

Dion. 49, 43. Sententiam eorum, qui P. *Autronium Paetum* successisse contendunt, secutus est etiam Schweigh. in edit. *Appian.* Illyr. 28. *νουμηνίᾳ δ' ἔτους ἀρξάμενος ὑπατεύειν, καὶ τὴν ἀρχὴν αὐτῆς ἡμέρας παραδοὺς Αὐτρωνίῳ Παίτῳ, εὐθὺς ἐξέθορεν αὖθις ἐπὶ τοὺς Δαλμάτας, ἄρχων ἔτι τὴν τῶν Τριῶν ἀρχήν*, ubi al. Ἀντωνίῳ, sine dubio rectius, quamvis contra pugnante *Pighio* Ann. Tom. III. p. 497.

quartum cons. in Asia] post devictum Antonium A. U. 724. v. *Dio* 51, 4. Collega erat M. Licinius Crassus.

quintum] A. U. 725. cum Sexto Apulejo.

octavum et nonum] A. U. 728. cum T. Statilio Tauro et 729. cum M. Junio Silano. *Dio* autem 53, 25. anno 729. demum in Hispaniam eum ad bellum Cantabricum profectum et Tarracone aegrotum decubuisse, narrat.

Triumvir. Reip. const.] *Tresviros Reip. constituendae* eos appellat etiam Epitomator *Liv.* 120., et *Appian.* Civ. 4, 2. *καινὴν ἀρχὴν ἐς διόρθωσιν τῶν ἐμφυλίων*, c. 7. *καινὴν ἀρχὴν ἐπὶ καταστάσει τῶν παρόντων*, ubi comparat eos cum Harmostis Lacedaemoniorum, et c. 95. *τοὺς τὴν πόλιν ἁρμόσαι καὶ διορθῶσαι τὰ κοινὰ κεχειροτονημένους*, *Dio* denique 46, 55. *ἐπιμελητὰς καὶ διορθωτὰς πρός τε διοίκησιν καὶ κατάστασιν τῶν πραγμάτων.* Nos nunc idem fere dicimus verbis: die neue Staatsverfassung *organisiren*.

per decem annos] Susceperant A. U. 711. in quinquennium, *Dio* l. c. *Appian.* 4, 2., et A. 717., illud toto jam biennio transgressi, in alterum quinquennium prorogarunt. *Dio* 48, 54. *ἑαυτοῖς δὲ τὴν ἡγεμονίαν ἐς ἄλλα ἔτη πέντε, ἐπειδὴ τὰ πρότερα ἐξεληλύθει, ἐπέτρεψαν.*

in quo restitit] Defendunt Octavianum etiam *Flor.* 4, 6, 6. „haec scelera in Antonii Lepidique tabulis. Caesar percussoribus patris contentus fuit. Haec quoque, nisi multa fuisset, etiam justa caedes haberetur." et *Dio* 47, 7. Proscriptionis crudelitatem describunt *Appian.* Civ. 4, 1—51. *Dio* l. c. *Vell.* 2, 66, 67., qui et ipse: „*repugnante Caesare*, sed frustra adversus duos, instauratum Sullani exempli malum, proscriptio."

tiam et preces exorabilibus, solus magno opere contendit, ne cui parceretur: proscripsitque etiam C. Toranium tutorem suum, eundemque collegam patris sui Octavii in aedilitate. Iunius Saturninus hoc amplius tradit: Quum peracta proscriptione M. Lepidus in Senatu excusasset praeterita, et spem clementiae in posterum fecisset, quoniam satis poenarum exactum esset; hunc e diverso professum, ita modum se proscribendi statuisse, ut omnia sibi reliquerit libera. In cujus tamen pertinaciae poenitentiam postea T. Vinium Philopoemenem, quod patronum suum

---

solus — parceretur] Contra *Dio* l. 47. καὶ τότε δὲ οὐχ ὅπως πολλοὺς οὐκ ἔφθειρεν, ἀλλὰ καὶ ἔσωσε πλείστους. τοῖς τε προδοῦσι τοὺς δεσπότας ἢ τοὺς φίλους, χαλεπώτατα, καὶ τοῖς συναραμένοις τισὶν, ἐπιεικέστατα ἐχρήσατο.

C. Toranium] Appian. Civ. 4, 12. ἦν δὲ καὶ Θωράνιος ἐν τοῖς προγεγραμμένοις, λεγόμενος ὑπό τινων ἐπιτροπεῦσαι Καίσαρος. v. etiam Schweigh. ad 4, 18. et Fabric. ad *Dion.* 53, 27. *Glandorp.* p. 844.

Junius Saturninus] qui scriptor Hadriani tempore vixit, aequalis Suetonii. v. Burm.

T. Vinium Philopoemenem] *Dio* 47. 7. Τανουσία, γυνὴ ἐπιφανής, τὸν ἄνδρα Τίτον Οὐίνιον ἐπικηρυχθέντα, τὸ μὲν πρῶτον ἐς κιβωτὸν παρὰ ἀπελευθέρῳ τινὶ Φιλοποίμενι κατέκρυψεν, ὥστε καὶ πίστιν τοῦ τεθνηκέναι αὐτὸν παρασχεῖν· μετὰ δὲ τοῦτο δημοτελῆ ἑορτὴν ἣν συγγενής τις αὐτῆς ποιήσειν ἔμελλε, τηρήσασα, τόν τε Καίσαρα διὰ τῆς Ὀκταουΐας τῆς ἀδελφῆς ἐς τὸ θέατρον μόνον τῶν τριῶν ἐσελθεῖν διεπράξατο· κἀνταῦθα ἐκπηδήσασα, τό τε πραχθὲν ἀγνοοῦντί οἱ ἐμήνυσε, καὶ τὴν κιβωτὸν αὐτὴν ἐσκομίσασα, ἐκεῖθεν τὸν ἄνδρα ἐξήγαγεν· ὥστε τὸν Καίσαρα θαυμάσαντα, πάντας μὲν αὐτοὺς ἀφεῖναι, (καὶ γὰρ τοῖς συγκρύψασί τινα θάνατος προείρητο) τὸν δὲ δὴ Φιλοποίμενα καὶ ἐς τὴν ἱππάδα κατατάξαι, qui locus confirmat rationem eorum, qui n. l. T. *Vinium* rescribendum censuerunt pro T. *Iunium*. Ita etiam judicavit Schweig. ad *Appian.* 4, 44. ubi: Ἰούνιον δὲ ἀπελεύθερος αὐτοῦ Ἰουνίου, Φιλήμων, οἰκίαν κεκτημένος λαμπρὰν, ἐν τῷ μεσαιτάτῳ τῆς οἰκίας ἔκρυψεν ἐν λάρνακι, ἃς ἀπὸ σιδήρου ἐς χρημάτων ἢ βιβλίων ἔχουσι φυλακήν· καὶ νυκτὸς ἔτρεφε μέχρι τῶν σπονδῶν. Censuit enim nomen scribendum: Οὐίνιος cum Casaub. ad l. n., et postea Φιλοποίμην pro Φιλήμων, quod nomen exhibent etiam nonnulli codd. Suetonii. Postea pro *honoravit* al. *decoravit*, quod edidit Burm. Sed constantem usum voc. *honorare* apud Suetonium docet index.

proscriptum celasse olim diceretur, equestri dignitate honoravit. In eadem hac potestate multiplici flagravit invidia. Nam et Pinarium, Equitem Romanum, quum, concionante se, admissa turba paganorum, apud milites, subscribere quaedam animadvertisset, curiosum ac speculatorem ratus, coram confodi imperavit: et Tedium Afrum, Consulem designatum, quia factum quoddam suum maligno sermone carpsisset, tantis conterruit minis, ut is se praecipitaverit. Et Q. Gallium, Praetorem, in officio salutationis tabellas duplices veste tectas tenentem, suspicatus gladium occulere, nec quicquam statim, ne aliud inveniretur, ausus inquirere, paulo post per Centuriones et milites raptum e tribunali, servilem in modum torsit; ac fatentem nihil jussit occidi, prius oculis ejus

---

Pinarium] L. Pinarius heres fuit Caesaris cum Octavio. Caes. 83. ubi v. Eum h. l. intelligit Bernecc. Sed ad augendam facinoris Augusti invidiam, coheredem ejus diserte, puto, auctor dixisset, ut antea *C. Toranium tutorem suum.* Quum nonnisi *Equitem Rom.* appellet, nullo alio nomine insignis fuisse videtur. Ceterum junge: *concionante se apud milites.*

paganorum] *Pagani* opponuntur *militibus*, atque inde Christiani paganos appellarunt, qui militiae Christi non essent adscripti. Ita praeter alios hoc gentilium nomen ex ipso Latinitatis gremio explicuit magister quondam meus, *I. A. Wolfius* in disp. de Latinitate ecclesiast. in codice Theodosiano. Lips. 1774. Alias recensuit de eodem voc. sententias *Schroeckh.* Hist. ecclesiast. Tom. VII. p. 223.

subscribere] i. e. clam notare, quam vim *sub* habet in compositis, ut Graec. ὑπό. v. Burm. ad h. l. et Ern. ad *Tac.* Agric. 45. ubi: „*quum suspiria nostra subscriberentur.*"

praecipitaverit] Non opus erat, ut Ern. h. l. Latinitatem hujus temporis impugnaret, quum omnis fere pagina hunc Suet. morem ostendat. v. quae diximus ad Caes. c. 6.

ne aliud inveniretur] Miror, Reitzium sensu obscoeno hoc intellexisse, collato *Justin.* 38, 1. Imo saevitia Augusti notatur, qui, quem sublatum cuperet, ne facta inquisitione innocens reperiretur, timebat.

oculis — effossis] Heinsius emendavit *effusis*, quod probavit Oudend. Ita *Vell.* 2, 52. „*effossumque* alterum Romani

sua manu effossis: quem tamen scribit colloquio petito insidiatum sibi, conjectumque a se in custodiam, deinde Urbe interdicta dimissum, naufragio vel latronum insidiis perisse. Tribuniciam potestatem per-

imperii lumen," ubi Junt. *effusum*. V. interpr. ad h. l., max. Burm.

quem tamen scribit] haud dubie in *ὑπομνήμασι*, (v. c. 15.) ex quibus hausit *Appian*. Civ. 3, 95. ad primum Octaviani consulatum A. U. 711. rem ita narrans: *ἔδοξε δὲ ταῖσδε ταῖς ἡμέραις Κύϊντος Γάλλιος, ἀδελφὸς Μάρκου Γαλλίου συνόντος Ἀντωνίῳ, τὴν πολιτικὴν στρατηγίαν ἄρχων, αἰτῆσαι παρὰ Καίσαρος τὴν στρατηγίαν τῆς Λιβύης, καὶ οὕτω τυχὼν* (Schweigh. conjicit *οὕτως ἐντυχών* e Nostri: *colloquio petito*; mallem *αὐτῷ ἐντυχών*) *ἐπιβουλεῦσαι τῷ Καίσαρι. καὶ αὐτοῦ τὴν μὲν στρατηγίαν περιεῖλον οἱ σύναρχοι, την δ' οἰκίαν διήρπασεν ὁ δῆμος, ἡ δὲ βουλὴ κατεγίγνωσκε θάνατον. ὁ δὲ Καῖσαρ ἐς τὸν ἀδελφὸν ἐκέλευσε χωρεῖν, καὶ δοκεῖ νεὼς ἐπιβὰς οὐδαμοῦ ἔτι φανῆναι.* (Sic hodie Galli, si quis tyranni scelere *οὐδαμοῦ ἔτι φαίνεται*, dicere solent: „il est à l'oubli v. il est mis en oubli.")

Tribuniciam potestatem] Post devictum Antonium A. U. 724. decretum a Senatu narrat *Dio* 51, 19. *καὶ τὸν Καίσαρα τήν τε ἐξουσίαν τὴν τῶν δημάρχων διὰ βίου ἔχειν, καὶ τοῖς ἐπιβοωμένοις αὐτὸν καὶ ἐντὸς τοῦ πωμηρίου καὶ ἔξω μέχρι ὀγδόου ἡμισταδίου ἀμύνειν, (ὃ μηδενὶ τῶν δημαρχούντων ἐξῆν.)* Sed recepta demum est haec potestas ab Augusto A. U. 731. a. d. V. Kal. Jul., quod patet e *Dion*. 53, 32. ubi denuo: *καὶ — ἡ γερουσία δήμαρχον αὐτὸν διὰ βίου εἶναι ἐψηφίσατο*, et *Tac*. A. 1, 9. ubi: „continuata *per septem et triginta annos* tribunicia potestas," numero rotundo pro 36 annis et aliquot mensibus, nempe ab A. 731. usque ad mortem A. 767. Ceterum de vi tribuniciae potestatis ab Imperatoribus assumtae agunt *Tac*. A. 3, 56. „id summi fastigii vocabulum Augustus reperit, ne *Regis* aut *Dictatoris* nomen assumeret, ac tamen appellatione aliqua cetera imperia praemineret" (coll. 1, 2.) et *Dio* 53, 17. *ἥ τε ἐξουσία ἡ δημαρχικὴ καλουμένη ἣν οἱ πάνυ ποτὲ ἀνθήσαντες* (Tribuni valentissimi tempore liberae Reip.) *ἔσχον, δίδωσι σφίσι* (Imperatoribus) *τά τε ἐπιγιγνόμενά ὑφ' ἑτέρου τινὸς, ἂν μὴ συνεπαινῶσι, παύειν, καὶ μὴ καθυβρίζεσθαι·* (jus vetandi et personae sacrosanctae) *κἂν ἄρα τι καὶ τὸ βραχύτατον μὴ ὅτι ἔργῳ ἀλλὰ καὶ λόγῳ ἀδικεῖσθαι δόξωσι, καὶ ἄκριτον τὸν ποιήσαντα αὐτὸ ὡς καὶ ἐναγῆ ἀπολλύναι· δημαρχεῖν μὲν γὰρ, ἅτε καὶ ἐς τοὺς εὐπατρίδας πάντως τελοῦντες, οὐχ ὅσιον νομίζουσιν εἶναι· τὴν δὲ δὴ δύναμιν τὴν τῶν δημάρχων πᾶσαν, ὅση περ τὰ μάλιστα ἐγένετο, προστίθενται, καὶ δι' αὐτῆς καὶ ἡ ἐξαρίθμησις τῶν ἐτῶν τῆς ἀρχῆς αὐτῶν, ὡς καὶ κατ' ἔτος αὐτὴν μετὰ τῶν ἀεὶ δημαρχούντων λαμβανόντων, προβαίνει.*

petuam recepit: in qua semel atque iterum per singula lustra collegam sibi cooptavit. Recepit et morum legumque regimen aeque perpetuum: quo jure, quamquam sine censurae honore, censum tamen populi ter egit: primum ac tertium cum collega, me-

---

semel atque iterum — colleg. sibi coopt.] A. U. 736. *M. Agrippam*, auctore *Dion.* 54. 12. ἔπειτα δὲ καὶ τῷ Ἀγρίππᾳ ἄλλα τε ἐξ ἴσου πη ἑαυτῷ, καὶ τὴν ἐξουσίαν τὴν δημαρχικὴν ἐς τὸν αὐτὸν χρόνον (in quinquennium, s. *lustrum*, ut Suet.) ἔδωκε, cui postea prorogavit hanc dignitatem A. U. 741. in alterum quinquennium, ut *Dio* 54. 28. κἂν τούτῳ τὸν Ἀγρίππαν ἐκ τῆς Συρίας ἐλθόντα, τῇ δημαρχικῇ ἐξουσίᾳ αὖθις ἐς ἄλλα ἔτη πέντε ἐμεγάλυνε, id quod Suetonius silentio transiisse videtur, quoniam Agrippa proximo anno obiit; et A. U. 748. *Tiberium*, quod *Dio* 55. 9. τῷ Τιβερίῳ τὴν ἐξουσίαν τὴν δημαρχικὴν ἐς πέντε ἔτη ἔνειμε, Noster Tiber. 9. „tribuniciam potestatem in quinquennium accepit." Eidem *Dio* 55. 13. eam pot. in decennium datam dicit A. U. 757., eoque fere exacto in novum quinquennium A. U. 766. l. 56, 28.

morum legumque regimen] *Dio* 54, 10. ἐπιμελητὴς τῶν τρόπων ἐς πέντε ἔτη παρακληθεὶς διεχειροτονήθη, (A. U. 735.) et c. 30. μετὰ τοῦτο ὁ Αὔγουστος ἐπιμελητὴς τε καὶ ἐπανορθωτὴς τῶν τρόπων ἐς ἕτερα πέντε ἔτη αἱρεθεὶς (A. U. 742.) κ. τ. λ. *Perpetuum* tamen habuisse illud dicit Suetonius, quoniam post singula quinquennia vel per alias occasiones prorogandum sibi a Senatu aeque curavit, atque imperium ipsum post decennia. De praefectura morum Caesaris v. Caes. 76.

sine censurae honore] *Dio* 54, 2. postquam dictaturam oblatam non recepisse eum narravit: τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ τιμητὴν αὐτὸν διὰ βίου χειροτονῆσαι βουλομένων ἐποίησεν· οὔτε γὰρ τὴν ἀρχὴν ὑπέστη, καὶ εὐθὺς ἑτέρους τιμητὰς — ἀπέδειξεν. Sed ab eodem 52, 42. dicitur τιμητεύσας σὺν τῷ Ἀγρίππᾳ, et 54. 16. τιμητεύων, et 54, 10. καὶ τὴν ἐξουσίαν τὴν τῶν τιμητῶν ἐς τὸν αὐτὸν χρόνον (in quinquennium) ἔλαβεν. Nimirum tribuit ei Censoris nomen, quum potestatem revera haberet. De illo autem 53, 18. τὴν γὰρ δὴ τιμητείαν ἔλαβον μέν τινες καὶ τῶν αὐτοκρατόρων κατὰ τὸ ἀρχαῖον, ἔλαβε δὲ καὶ Δομιτιανὸς διὰ βίου· οὐ μέντοι καὶ νῦν ἔτι τοῦτο γίγνεται· τὸ γὰρ ἔργον αὐτῆς ἔχοντες, οὔτε αἱροῦνται ἐπ' αὐτήν, οὔτε τὴν πρόσκλησιν αὐτῆς, πλὴν ἐν ταῖς ἀπογραφαῖς, κτῶνται, de potestate 53, 17. ἐκ δὲ τοῦ τιμητεύειν, τούς τε βίους καὶ τοὺς τρόπους ἡμῶν ἐξετάζουσι, καὶ ἀπογραφὰς ποιοῦνται· καὶ τοὺς μὲν καταλέγουσι καὶ ἐς τὴν ἱππάδα καὶ ἐς τὸ βουλευτικόν, τοὺς δὲ καὶ ἀπαλείφουσιν, ὅπως ἂν αὐτοῖς δόξῃ.

censum tam. pop. ter egit] Ipse de se idem prodit Augu-

dium solus. [28] De reddenda Republica bis cogitavit: primo post oppressum statim Antonium, memor, objectum ab eo sibi saepius, quasi per ipsum staret, ne redderetur: ac rursus taedio diuturnae valetudinis; quum etiam, magistratibus ac

---

ctus in *Monum. Ancyr.* „In consulatu sexto (A. U. 726.) censum populi *conlega M. Agrippa* egi, lustrum post annum alterum et quadragesimum feci, quo lustro civium Romanorum censa sunt capita quadragiens centum millia et sexaginta tria millia. Alterum consulari cum imperio lustrum censumque *solus feci* Censorino et Asinio Cos. (A. U. 746.), quo lustro censa sunt civium Romanorum capita quadragiens centum millia et ducenta triginta tria millia. Tertium consulari cum imperio lustrum *conlega Tib. Caesare* feci Sex. Pompejo et Sex. Appulejo Cos. (A. U. 767.), quo lustro etiam censa sunt Romanorum capitum quadragiens centum millia triginta et septem millia." Tres census commemorat etiam *Dio*, sed diversis annis. De primo habito cum collega Agrippa A. 726. consentit 53, 1. Sed alterum 54, 35. ad A. 743., tertium 55, 13. ad A. 757. refert; in hoc, narrat et ipse, assumsisse Augustum ἀνθύπατον ἐξουσίαν πρός τε τὸ τέλος τῶν ἀπογραφῶν καὶ πρὸς τὴν τοῦ καθαρσίου ποίησιν, addita causa: ὅπως μὴ δόξειεν ὡς τιμητὴς αὐτὸ ποιεῖν.

primo post oppr. st. Antonium] A. U. 725. *Dio* 52, 1. dicit βουλεύσασθαι τά τε ὅπλα καταθέσθαι, καὶ τὰ πράγματα τῇ τε γερουσίᾳ καὶ τῷ δήμῳ ἐπιτρέψαι, instituta autem cum Agrippa et Maecenate deliberatione, ad retinendum imperium ab hoc fuisse commotum, dissuadente Agrippa. Orationem, qua Senatum de consilio reddendae Reip. certiorem fecit ipse Augustus, exhibet 53, 1—10. De ea vide, quae judicarunt Fabric. l. c. et *Ferguson* Hist. Rom. l. 6. c. 1. p. 314. vers. Germ. Prius etiam, devicto Pompejo, idem consilium eum prae se tulisse, affirmat *Appian.* 5, 132. καὶ τὴν ἐντελῆ πολιτείαν ἔλεγεν ἀποδώσειν, εἰ παραγένοιτο ἐκ Παρθυαίων Ἀντώνιος.

taedio diuturnae valet.] Falso, ut mihi videtur, huc referunt orationem ad Senatum modo commemoratam, quae ad tempus post devictum Antonium pertinet, Casaubonus, ipse tamen dubius, et Fabric. ad 53, 8. ubi Augustus: αὐτός τε γὰρ πεπόνημαι καὶ τεταλαιπώρημαι, καὶ οὐκέτ' οὔτε τῇ ψυχῇ οὔτε τῷ σώματι ἀντέχειν δύναμαι. Potius comparandus est locus 53, 30. ὁ δ' Αὔγουστος, ἑνδέκατον μετὰ Καλπουρνίου Πείσωνος ἄρξας (A. U. 731.) ἠῤῥώστησεν αὖθις, ὥστε μηδεμίαν ἐλπίδα σωτηρίας σχεῖν. πάντα γοῦν ὡς καὶ τελευτήσων διέθετο, καὶ τάς γε ἀρχάς, τούς τε ἄλ-

Senatu domum accitis, Rationarium imperii tradidit. Sed reputans, et se privatum non sine periculo fore, et illam plurium arbitrio temere committi, in retinenda perseveravit; dubium, eventu meliore, an voluntate. Quam voluntatem quum prae se identidem ferret, quodam etiam edicto his verbis testatus est: *Ita mihi salvam ac sospitem Rempublicam sistere in sua sede liceat, atque ejus rei fructum percipere, quem peto, ut optimi status auctor dicar; et moriens ut feram mecum spem, mansura in vestigio suo fundamenta Reipublicae, quae jecero.* Fecitque ipse se compotem voti, nisus omni modo, ne quem novi status poeniteret. [29] Urbem, neque pro majestate imperii ornatam, et inundationibus incendiisque obnoxiam, excoluit adeo, ut jure sit gloriatus, marmoream se relinquere, quam latericiam

---

λους τοὺς πρώτους καὶ τῶν βουλευτῶν καὶ τῶν ἱππέων ἀθροίσας, διάδοχον μὲν οὐδένα ἀπέδειξε, καίτοι τὸν Μάρκελλον πάντων προκριθήσεσθαι ἐς τοῦτο προσδοκώντων· διαλεχθεὶς δέ τινα αὐτοῖς περὶ τῶν δημοσίων πραγμάτων, τῷ μὲν Πείσωνι τάς τε δυνάμεις καὶ τὰς προσόδους τὰς κοινὰς ἐς βιβλίον ἐσγράψας ἔδωκε, τῷ δ' Ἀγρίππᾳ τὸν δακτύλιον ἐνεχείρισε. Ex hoc Dionis loco Burm. et Oudend. praeferunt lectionem codicis Torrentiani *e Senatu* pro *ac Senatu*. Sed quamvis ille, non omnes Senatores, sed primores tantum, domum Augusti accitos esse, ostendat, hi tamen ipsi, ut pars potior, Senatus nomine possunt designari. De *rationario imperii* v. c. 101. Ceterum, „*non desiisse eum quietem sibi precari, vacationem a Rep. petere,*“ testatur etiam *Senec.* de brevit. vitae c. 5.

illam — temere committi] v. quae Noster de Caesare c. 86. cf. *Senec.* de benef. 2, 20.

Urbem, neque] His verbis novum caput incipiendum esse, quod vulgo a verbis: *Publica opera* exordiuntur, docet argumentum a superiori prorsus diversum, et cum sequentibus cohaerens. Ineptum *namque* pro *neque*, quod in vulg. legitur, plerique interpretes jam repudiarunt. Exornatio Urbis sola efficere non poterat, ne quem novi status poeniteret.

marmoream se relinquere] *Dio* 56, 30. τούς τε ἑταίρους συνεκάλεσε (ante mortem), καὶ εἰπὼν αὐτοῖς ὅσα ἔχρηζε, τέλος ἔφη, ὅτι· Τὴν Ῥώμην γηΐνην παραλαβών, λιθίνην ὑμῖν καταλείπω. Sed diversam hujus dicti addit interpretationem: τοῦτο μὲν οὖν οὐ

accepisset. Tutam vero, quantum provideri humana ratione potuit, etiam inposterum praestitit. Publica opera plurima exstruxit: ex quibus vel praecipua, Forum cum aede Martis Ultoris, templum Apollinis in Palatio, aedem Tonantis Iovis in Capitolio. Fori exstruendi causa fuit hominum et judiciorum multitudo, quae videbatur, non sufficientibus duobus, etiam tertio indigere. Itaque festinantius, necdum perfecta Martis aede, publicatum est, cautumque, ut separatim in eo publica judicia et sortitiones judicum fierent. Aedem Martis, bello Philippensi pro ultione paterna suscepto, voverat. Sanxit ergo, ut de bellis triumphisque hic consuleretur Senatus: pro-

---

πρὸς τὸ τῶν οἰκοδομημάτων αὐτῆς ἀκριβές, ἀλλὰ πρὸς τὸ τῆς ἀρχῆς ἰσχυρὸν ἐνεδείξατο, eandemque profert *Iulianus*, apud quem in Caesaribus Augustus: ὑπὸ τῶν ἐμφυλίων στάσεων τὴν Ῥώμην ὁρῶν εἰς ἔσχατον ἐλαύνουσαν πολλάκις κίνδυνον, οὕτω διεθέμην τὰ περὶ αὐτήν, ὥστε εἶναι δι' ἡμᾶς, ὦ θεοί, τὸ λοιπὸν ἀδαμάντινον. v. Casaubon. ad h. l. et Fabric. ad *Dion*. l. c.

Forum] De *Foro Augusti* v. Barthol. *Marliani* Urbis Romae topogr. 3, 9., Ge. *Fabricii* descript. Urb. Rom. c. 7. et Alex. *Donat.* de Urbe Roma 2, 22. (Thes. Graev. Tom. III.) Inter *Urbis miracula* refert *Plin.* 36, 15.

non sufficientibus duobus] Romano et Iulii Caesaris, (de quo v. Caes. 26.) — Scriptores Romanos, quum de tribus Foris loquuntur, Romanum, Caesaris, et Augusti intelligere, docet Ge. *Fabric.* l. c.

aedem Martis] Genit. *Martis* praetuli cum Oudend. et Wolf. vulg. *Marti*. Non pendet a verbo *voverat*, sed est, ut Wolf. jam notavit, *aedem Martis modo memoratam*. Supra enim publica opera ejus uno commate nominaverat; nunc de singulis exponit. De hoc autem templo *Dio* 54. 8. νεὼν Ἄρεος Τιμωροῦ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ, (id falsum esse, quum in Foro Augusti fuisse, et noster, et alii loci ostendant, docet ibi Fabric.) κατὰ τὸ τοῦ Διὸς τοῦ Φερετρίου ζήλωμα, πρὸς τὴν τῶν σημείων (signorum a Parthis receptorum) ἀνάθεσιν, καὶ ψηφισθῆναι ἐκέλευσε, καὶ ἐποίησε. v. *Ovid.* Fast. 6. 545 sequ.

bello Philippensi—suscepto] *Ovid.* l. c. 569. „Voverat hoc juvenis tunc, quum pia sustulit arma." Postea v. 577. „Templa feres, et me victore vocaberis Ultor. Voveras; et fuso lae-

vincias cum imperio petituri hinc deducerentur: quique victores redissent, huc insignia triumphorum inferrent. Templum Apollinis in ea parte Palatinae domus excitavit, quam fulmine ictam desiderari a Deo haruspices pronunciarant. Addidit porticus cum bibliotheca Latina Graecaque: quo loco jam senior saepe etiam Senatum habuit, decuriasque judicum recognovit. Tonanti Iovi aedem consecravit, liberatus periculo, quum expeditione Cantabrica per nocturnum iter lecticam ejus fulgur praestrinxisset, servum-

---

tus ab hoste redit." Perfecit, redditis a Parthis Romanorum signis (*Ovid.* 579 sequ. *Dio* l. c.), A. U. 734.

hinc deducerentur] a prosequentibus paludatos. v. Caes. 71.

Templum Apollinis] *Dio* 49, 15. τὸν τόπον, ὃν ἐν τῷ Παλατίῳ (vulg. corrupte Στατίῳ, v. interpr.), ὥστ' οἰκοδομῆσαί τινα, ἐώνητο, ἐδημοσίωσε, καὶ τῷ Ἀπόλλωνι ἱέρωσεν, ἐπειδὴ κεραυνὸς ἐς αὐτὸν ἐγκατέσκηψε, et 53, 1. τό τε Ἀπολλώνειον τό τε ἐν τῷ Παλατίῳ, καὶ τὸ τεμένισμα τὸ περὶ αὐτό, τάς τε ἀποθήκας τῶν βιβλίων, ἐξεποίησε καὶ καθιέρωσε. (A. U. 726.) *Vell.* 2, 81. „templum Apollini, et circa porticus, facturum promisit (devicto Pompejo), quod ab eo singulari exstructum magnificentia est." Dedicationem hujus templi dicit *Horat.* Od. 1, 31. init., bibliothecam autem Epist. 1, 3, 16. „et tangere vitet scripta, *Palatinus* quaecunque recepit *Apollo*."

Senatum habuit] Ita etiam Tiberius. *Dio* 58, 9.

decurias judicum] quae tres quum fuissent, quartam addidit ipse Augustus. v. c. 32. et ind. — *Sigon.* de judic. 2, 18. p. 407. „Iudices vero in decurias distributi feruntur fuisse, quas Praetores urbani non sorte, sed judicio jurati confecerunt; quoniam autem ex ordinibus iis, apud quos judicia essent, seligebantur, selecti judices appellati sunt." De voc. *recognoscere* v. ind.

Tonanti Iovi] *Dio* 54, 4. καὶ τὸν τοῦ Διὸς τοῦ Βροντῶντος ἐπικαλουμένου ναὸν καθιέρωσε· περὶ οὗ δύο ταῦτα παραδέδοται, ὅτι τότε τε ἐν τῇ ἱερουργίᾳ βρονταὶ ἐγένοντο, καὶ μετὰ ταῦτα ὄναρ τῷ Αὐγούστῳ τοιόνδε ἐπέστη, de quo somnio v. c. 91. Dedicationem Dio refert ad A. 732. De templo v. Alex. *Donat.* de Urbe Roma 2, 11.

praestrinxisset] Al. *perstrinxisset.* Illam veram lectionem esse, docent sequentia, ex quibus patet, ictum fulminis juxta lecticam decidisse. *Transcursum fulguris* dicit c. 90. Pro *praelucentem* al. *perducentem* et *praeducentem.* v. Oudend.

que praelucentem exanimasset. Quaedam etiam opera sub nomine alieno, nepotum scilicet et uxoris sororisque, fecit: ut porticum basilicamque Caji et Lucii; item porticus Liviae et Octaviae, theatrumque Marcelli. Sed et ceteros principes viros saepe hortatus est, ut pro facultate quisque monumentis vel

---

porticum bas. Caji et Lucii] filiorum Agrippae e Iulia, de quibus c. 64. Alia fuit porticus, in honorem Caji et Lucii defunctorum extructa, de qua *Dio* 56, 27. ad A. 765.

porticus Liviae] ubi domus antea fuerat Pollionis, qui, herede Augusto scripto, in testamento postulaverat, τῷ δήμῳ περικαλλές ἔργον οἰκοδομηθῆναι, ut *Dio* 54, 23. ὁ οὖν Αὔγουστος τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐς ἔδαφος, προφάσει τῆς ἐκείνου κατασκευῆς, ὅπως μηδὲν μνημόσυνον ἐν τῇ πόλει ἔχῃ, καταβαλών, περίστῳον ᾠκοδομήσατο, καὶ οὐ τὸ ὄνομα τὸ τοῦ Πολλίωνος, ἀλλὰ τὸ τῆς Λιουΐας ἐπέγραψε, v. *Ovid*. 6, 639. *Plin*. 14, 1. Haec exstructa est A. U. 739. De alia porticu Livia, ἐς τιμὴν τοῦ τε Γαΐου καὶ τοῦ Λουκίου τῶν Καισάρων, de qua *Dio* 56, 27., proximo loco dixi. cf. *Pancirolli* descriptio U. Rom. reg. 3. (Thes. T. III. p. 334.) et Alex. *Donat*. l. c. 2, 21. (p. 631.)

et Octaviae] *Dio* 49, 43. ἐπειδὴ δὲ οἱ Δαλμάται παντελῶς ἐκεχείρωντο, τάς τε στοὰς ἀπὸ τῶν λαφύρων αὐτῶν, καὶ τὰς ἀποθήκας τῶν βιβλίων, τὰς Ὀκταουϊανὰς ἀπὸ τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ κληθείσας, κατεσκεύασεν. (A. U. 721.) Commemorantur a *Vell*. 1, 11. *Plin*. 36, 5. Conflagrarunt cum bibliotheca Imperatore Tito A. U. 833. auctore *Dione* 66, 24. cf. *Marliani* l. c. 3, 11. Alex. *Donat*. l. c. 3, 17.

theatrumque Marcelli] filii Octaviae, a poetis illius aevi multis laudibus celebrati. Exstruxit illud Augustus in honorem mortui. *Dio* 53, 30. καὶ αὐτὸν ὁ Αὔγουστος δημοσίᾳ τε ἔθαψεν, ἐπαινέσας ὥσπερ εἴθιστο, καὶ ἐς τὸ μνημεῖον ὃ ᾠκοδομεῖτο (puto leg. ᾠκοδόμητο) κατέθετο, τῇ τε μνήμῃ τοῦ θεάτρου τοῦ προκαταβληθέντος μὲν ὑπὸ τοῦ Καίσαρος, Μαρκέλλου δὲ ὠνομασμένου, ἐτίμησε. (A. U. 731.) Dedicationem hujus theatri narrat Id. 54, 26. ad A. 741. v. *Liv*. Epit. 138. *Plutarch*. Marcell. 30. εἰς τιμὴν αὐτοῦ καὶ μνήμην Ὀκταβία μὲν ἡ μήτηρ τὴν βιβλιοθήκην ἀνέθηκε, (in quo errare videtur Plutarchus. v. not. sup.) Καῖσαρ δὲ θέατρον, ἐπιγράψας Μαρκέλλου. cf. *Marlian*. 3, 11. et *Donat*. de Urbe R. 3, 7.

Sed et ceteros principes viros] *Dio* 54, 18. τοῖς τὰ ἐπινίκια πέμπουσιν ἔργον ἐκ τῶν λαφύρων ἐς τὴν τῶν πράξεων μνήμην ποιεῖν προσέταξε. *Tac*. Ann. 3, 72. „nec Augustus arcuerat Taurum, Philippum, Balbum, hostiles exuvias aut exundantes opes ornatum ad urbis et posterum gloriam conferre."

novis, vel refectis et excultis, Urbem adornarent. Multaque a multis exstructa sunt: sicut a Marcio Philippo aedes Herculis Musarum; a L. Cornificio aedes Dianae; ab Asinio Pollione atrium Libertatis; a Munatio Planco aedes Saturni; a Cornelio Balbo theatrum; a Statilio Tauro amphitheatrum; a M.

---

a Marcio Philippo] Vitricum Augusti cum aliis intelligit *Donat.* l. c. 3, 14. ubi de hoc templo agit; aliam, qui matertetam Augusti duxerat, *Masson.* Vit. Ovid. ad A. 767. — De *Hercule Musarum* i. e. Μουσηγέτῃ (inepte alii: *Herculis et Musarum*) v. quae Torrent. ad h. l., *Marlian.* l. c. 5, 9. *Donat.* l. c. Has aedes dicit *Ovid.* Fast. 6, 779. sequ.

a L. Cornificio] sine dubio eodem, qui interclusas in Sicilia copias Augusti pedestres servaverat, Consule A. U. 719. Templum Dianae Berneccer. intelligit, quod fuit in monte Aventino, memoratum a *Martial.* 6, 64., de quo *Pancicoll.* in descript. U. R. ad reg. 13. (Thes. T. III. p. 371.)

atrium Libertatis] Fuerat jam antea in monte Aventino templum Libertatis cum atrio, cujus frequens mentio apud Livium. Incendio absumtum splendidius restituisse Asinius videtur, et adjunxisse bibliothecam, de qua *Plin.* 7, 30. et 35, 2. *Ovid.* Trist. 3, 1, 71. Ita sentiunt, qui copiose hac de re egérunt, *Nardin.* Rom. vet. 7, 9. (Thes. Graev. Tom. IIII. p. 1396.) et *Borrichius* in libro: *Antiqua Urbis Rom. facies* c. 15. (Ibid. p. 1604.)

a Munatio Planco] cujus magnae partes in bello Mutinensi (v. Clav. Cic. et *Glandorp.* Onomast. p. 613.), Consule A. U. 712. cum Lepido. De templo Saturni ab eo exstructo v. Alex. *Donat.* l. c. 2, 14. (Thes. T. III. p. 609.)

a Cornelio Balbo] Fuit is Gaditanus, immensis divitiis nobilis, qui primus ex exteris consulatum adeptus est. *Plin.* 7, 43. *Dio* 48, 32. Idem, dedicationem theatri ejus in reditum Augusti e Gallia A. U. 741. incidisse, narrat 54, 25. v. *Donat.* l. c. 3, 8. (Thes. T. III. p. 694.) *Bellor.* in Fragm. vestig. veter. Rom. (Tom. IIII. p. 17.)

a Statilio Tauro] qui ex clarissimis Augusti fuit ducibus. v. Fabr. ad *Dion.* 49, 14. De hoc amphitheatro *Dio* 51, 23. τοῦ δὲ δὴ Καίσαρος τὸ τέταρτον ἔτι ὑπατεύοντος (A. U. 724.), ὁ Ταῦρος ὁ Στατίλιος θέατρόν τι ἐν τῷ Ἀρείῳ πεδίῳ κυνηγετικὸν λίθινον καὶ ἐξεποίησε τοῖς ἑαυτοῦ τέλεσι, καὶ καθιέρωσεν ὁπλομαχίᾳ, καὶ διὰ τοῦτο στρατηγὸν ἕνα παρὰ τοῦ δήμου κατ' ἔτος αἱρεῖσθαι ἐλάμβανε. Plura v. apud *Marlian.* 4, 9. (T. III. p. 139.) et *Donat.* 3, 7. (Ibid. p. 690.)

vero Agrippa complura et egregia. [30] Spatium Urbis in regiones vicosque divisit: instituitque, ut illas annui magistratus sortito tuerentur, hos magistri e plebe cujusque viciniae lecti. Adversus incendia excubias nocturnas vigilesque commentus est. Ad

---

Agrippa complura et egregia] Huc refer, quae de restitutis ductibus *aquae Marciae Plin.* 36, 15. *Dio* 49, 42. Hic porro c. 43. τῷ δ' ὑστέρῳ ἔτει (A. 721.) ἀγορανόμος ὁ Ἀγρίππας — πάντα μὲν τὰ οἰκοδομήματα τὰ κοινά, πάσας δὲ τὰς ὁδούς, μηδὲν ἐκ τοῦ δημοσίου λαβών, ἐπεσκεύασε· τούς τε ὑπονόμους ἐξεκάθηρε, καὶ ἐς τὸν Τίβεριν δι' αὐτῶν ὑπέπλευσε. Ab eodem Agrippa dedicata *Septa* in Campo Martio narrat 53, 23. et c, 27. *porticum Neptuni*, *balneumque Laconicum* exstructa, et, quod temporis injuriam vicit, *Pantheon*, de quo praeter alios v. *Nardin.* 6, 4. (Tom. IIII. p. 1267.)

in regiones vicosque] regiones 14. v. quae de Urbis regionibus Onuphr. *Panvin.* in descript. Urb. Rom. (Thes. T. III. p. 280. sequ.) *Vicorum* numerus est incertus propter dubiam apud Victorem et Rufum lectionem. v. quae *Panvin.*, *Panciroll.* et *Nardin.* libris citatis.

instituitque — lecti] *Annuos magistratus* intellige ordinarios, Aediles, Tribunos et Praetores; *magistri e plebe*, *vicorum magistri* vel *vicomagistri* appellati, quatuor praeerant singulis vicis, ut recte docet *Panvin.* l. c. De toto hoc Augusti instituto *Dio* 55, 8. ita exponit: οἱ δὲ δὴ στενωποὶ (vici) ἐπιμελητῶν τινων ἐκ τοῦ δήμου (ἔτυχον), οὓς καὶ στενωπάρχους καλοῦμεν· καὶ σφίσι καὶ τῇ ἐσθῆτι τῇ ἀρχικῇ καὶ ῥαβδούχοις δύο, ἐν αὐτοῖς τοῖς χωρίοις ὧν ἂν ἄρχωσιν, ἡμέραις τισὶ χρῆσθαι ἐδόθη, ἥ τε δουλεία, ἡ τοῖς ἀγορανόμοις τῶν ἐμπιμπραμένων ἕνεκα συνοῦσα, ἐπετράπη· καίτοι καὶ ἐκείνων (τῶν ἀγορανόμων), καὶ τῶν δημάρχων τῶν τε στρατηγῶν, πᾶσαν τὴν πόλιν, εἰς δεκατέσσαρα μέρη νεμηθεῖσαν, κλήρῳ προσταχθέντων· ὃ καὶ νῦν γίγνεται.

excubias noct. vigilesque] *Excubias* non ipsos excubitores, sed certas stationes per Urbem dispositas, in quibus major pars excubitorum nocte maneret, recte sine dubio interpretatur Burmann. Praefectus his vigilibus νυκτοφύλαξ dicitur *Dion.* 52, 24. De ipso instituto Id. 55, 26. ἐπειδὴ δὲ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ πολλὰ τῆς πόλεως πυρὶ διεφθάρη, ἄνδρας τε ἐξελευθέρους (hic est *miles libertinus*, quo Romae *incendiorum causa* Augustum usum esse, Noster dixit c. 25.) ἑπταχῆ πρὸς τὰς ἐπικουρίας αὐτῆς κατελέξατο, καὶ ἄρχοντα ἱππέα αὐτοῖς προσέταξεν, ὡς καὶ δι' ὀλίγου σφᾶς διαλύσων. οὐ μέντοι καὶ ἐποίησε τοῦτο. καταμαθὼν γὰρ ἐκ τῆς πείρας καὶ χρησιμωτάτην καὶ ἀναγκαιοτάτην τὴν παρ' αὐτῶν βοήθειαν οὖσαν, ἐτήρησεν

coërcendas inundationes alveum Tiberis laxavit ac repurgavit, completum olim ruderibus, et aedificiorum prolapsionibus coartatum. Quo autem facilius undique Urbs adiretur, desumta sibi Flaminia via Arimino tenus munienda, reliquas triumphalibus viris ex manubiali pecunia sternendas distribuit. Ae-

αὐτούς. καὶ εἰσὶ καὶ νῦν οἱ νυκτοφύλακες οὗτοι ἴδιόν τινα τρόπον οὐκ ἐκ τῶν ἀπελευθέρων ἔτι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἄλλων στρατευόμενοι· καὶ τείχη τε ἐν τῇ πόλει ἔχουσι (hae sunt *excubiae* Suetonii, Corps de Garde), καὶ μισθὸν ἐκ τοῦ δημοσίου φέρουσιν. Dicti autem sunt hi vigiles a reliquis militibus *sparteoli*, de quo nomine v. Casaub. ad h. l. cf. Fabric. ad Dion. l. c.

ad coërcendas inundationes] Crebra harum est mentio apud scriptores. Ita *Dio* 53, 20. ὁ Τίβερις πελαγίσας πᾶσαν τὴν ἐν τοῖς πεδίοις Ῥώμην κατέλαβεν, ὥςτε πλεῖσθαι (A. U. 727.). c. 33. ὅ τε Τίβερις αὐξηθεὶς τήν τε γέφυραν τὴν ξυλίνην κατέσυρε, καὶ τὴν πόλιν πλωτὴν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐποίησεν (A. U. 731.). Idem narrat accidisse insequenti anno 54, 1. et c. 25. ad A. 741., l. 55, 22. ad A. 758. et 56, 27. ad A. 765., ut in imperio Augusti subsistam, eamque calamitatem pro prodigio habitam, saepius monet, quod patet etiam ex *Horat.* Od. 1, 2, 13. sequ. ubi v. interpr.

prolapsionibus] Al. *prolationibus*, quod edidit Oudendorp., probatum etiam a Graevio, qui interpretatur de molibus in Tiberim jactis ad proferenda domuum spatia. Mihi praeplacet *prolaps.*, quod intelligendum de singulorum aedificiorum ruina, quum *rudera* universae Urbis vel magnae partis eversiones prioribus temporibus factas, per Gallos, crebraque incendia aliasque occasiones, spectent. Nam, quod hoc vocab. hoc uno loco ea potestate legi, objiciunt, id ad proscribendum illud haud sufficit.

desumta sibi Flam. via] *Dio* 53, 22. ἐν τῷ προειρημένῳ ἔτει (U. C. 727.), τὰς ὁδοὺς τὰς ἔξω τοῦ τείχους δυςπορεύτους ὑπ' ἀμελείας ὁρῶν οὔσας, τὰς μὲν ἄλλας ἄλλοις τισὶ τῶν βουλευτῶν ἐπισκευάσαι τοῖς οἰκείοις τέλεσι προςέταξε· τῆς δὲ δὴ Φλαμινίας αὐτός, ἐπειδήπερ ἐκστρατεύσειν δι' αὐτῆς ἔμελλεν, ἐπεμελήθη. καὶ ἡ μὲν εὐθὺς τότε ἐγένετο, καὶ διὰ τοῦτο καὶ εἰκόνες αὐτῷ ἐπ' ἀψίδων ἔν τε τῇ τοῦ Τιβέριδος γεφύρᾳ καὶ ἐν Ἀριμίνῳ ἐποιήθησαν. αἱ δ' ἄλλαι ὕστερον, εἴτ' οὖν πρὸς τοῦ δημοσίου (ἐπειδὴ μηδεὶς τῶν βουλευτῶν ἡδέως ἀνήλισκεν), εἴτε καὶ πρὸς τοῦ Αὐγούστου τις εἰπεῖν ἐθέλει, ἐπεσκευάσθησαν. cf. Nicol. *Bergier.* de publicis et militaribus Imperii Romani viis sect. 15. et 21. (Thes. T. X.) et *Cellar.* Geogr. Ant. 2, 9. p. 935. Nomen habebat haec via a C. Flaminio Censore, qui eam muniverat, auctore *Liv.* Epit. 20.

des sacras, vetustate collapsas, aut incendio absumtas, refecit; easque et ceteras opulentissimis donis adornavit, ut qui in cellam Capitolini Iovis sedecim millia pondo auri, gemmasque ac margaritas quingenties HS. una donatione contulerit. [31] Postquam vero pontificatum maximum, quem nunquam vivo Lepido auferre sustinuerat, mortuo demum suscepit, quicquid fatidicorum librorum Graeci Latinique generis, nullis vel parum idoneis auctoribus, vulgo ferebatur, supra duo millia contracta undique crematvit: ac solos retinuit Sibyllinos; hos quoque dilectu habito; condiditque duobus forulis auratis sub

---

aedes sacras] Addit *sacras*, ut c. 100. in aedium *sacrarum* maxima, et *Deorum* aedes Cal. 21. et Ner. 38., quoniam voc. *aedes* in plur. numero dictum intelligi posset de aedificiis humano usui destinatis.

in cellam Cap. Iovis — contulerit]. post triumphum A. U. 725., ut docet *Dio* 51, 22. ubi de pluribus templis ab Augusto dedicatis exponit, additque: *συχνὰ γὰρ καὶ ἐς ἐκεῖνο* (sacrarium Iulii Caesaris) *ἀνετέθη, καὶ ἕτερα τῷ τε Διῒ τῷ Καπιτωλίνῳ καὶ τῇ Ἥρᾳ τῇ τε Ἀθηνᾷ ἱερώθη.* De templis ab Augusto exstructis donisque ibi consecratis v. etiam Monum. Ancyr. tabul. I. a dextra.

quem nunquam vivo Lep. auf. sust.] *Dio* 49, 15. τὴν τοῦ Λεπίδου ἱερωσύνην διδομένην οἱ οὐκ ἔλαβεν· οὐδὲ γὰρ ἐξῆν ζῶντά τινα ἀφελέσθαι, et 54, 15. πολλάκις καὶ ἰδίᾳ καὶ κοινῇ τῆς ἱερωσύνης ταύτης ἀξιούμενος, οὐκ ἐδικαίωσε ζῶντος τοῦ Λεπίδου λαβεῖν αὐτήν. *Appian.* 5, 131. τοῦ δὲ δήμου τὴν μεγίστην ἱερωσύνην ἐς αὐτὸν ἐκ Λεπίδου μεταφέροντος, ἣν ἕνα ἔχειν νενόμισται μέχρι θανάτου, οὐκ ἐδέχετο. *Senec.* de clement. 1, 10. Recepit A. U. 741., quod *Dio* 54, 27. τοῦ Λεπίδου μεταλλάξαντος ἀρχιερεὺς ἀπεδείχθη. De pontificatu maximo Imperatorum Romanorum v. *Dio* 53, 17. et Fabric atque Reimar. ad h. l. cf. libelli Jo. Andr. *Bosii* de Pontifice maximo Romae veteris, et de pontificatu maximo Imperatorum Romanorum, qui Thesauri Graeviani Tom. V. continentur.

ac solos retinuit Sibyllinos] *Dio* 54, 17. καὶ τὰ ἔπη τὰ Σιβύλλεια, ἐξίτηλα ὑπὸ τοῦ χρόνου γεγονότα, τοὺς ἱερέας αὐτοχειρίᾳ ἐκγράψασθαι ἐκέλευσεν, ἵνα μηδεὶς ἕτερος αὐτὰ ἀναλέξηται. De Sibyllis et libris Sibyllinis v. interpr. ad *Gell.* 1, 19.

dilectu habito] *Tac.* A. 6, 12. „Simul commonefecit (Tiberius): quia multa vana sub nomine celebri vulgabantur, san-

Palatini Apollinis basi. Annum a D. Iulio ordinatum, sed postea negligentia conturbatum atque confusum, rursus ad pristinam rationem redegit: in cujus ordinatione Sextilem mensem e suo cognomine nuncupavit, magis quam Septembrem,

---

xisse Augustum, quem intra diem ad Praetorem urbanum deferrentur, neque habere privatim liceret; quod a majoribus quoque decretum erat, post exustum sociali bello Capitolium, quaesitis Samo, Ilio, Erythris, per Africam etiam ac Siciliam et Italicas colonias, carminibus Sibyllae, una seu plures fuere, datoque Sacerdotibus negotio, quantum humana ope potuissent, vera discernere." Similem dilectum instituit A. 772. ipse Tiberius, auctore *Dion.* 57, 18. ὁ οὖν Τιβέριος ταῦτά τε τὰ ἔπη, ὡς καὶ ψευδῆ ὄντα, διέβαλε, καὶ τὰ βιβλία πάντα τὰ μαντείαν τινὰ ἔχοντα ἐπεσκέψατο· καὶ τὰ μὲν ὡς οὐδενὸς ἄξια ἀπέκρινε, τὰ δὲ ἐνέκρινε.

Annum a D. Iulio ordin.] v. Caes. 40.

negligentia conturbatum atque confusum] *Macrob.* Saturn. 1, 14. „Sic annum civilem Caesar, habitis ad lunam dimensionibus, constitutum edicto palam posito publicavit. Et error hucusque stare potuisset, ni sacerdotes sibi errorem novum ex ipsa emendatione fecissent. Nam quum oporteret diem, qui ex quadrantibus confit, quarto quoque anno confecto, antequam quintus inciperet, intercalare; illi quarto non peracto, sed incipiente, intercalabant. Hic error sex et triginta annis permansit; quibus annis intercalati sunt dies duodecim, quum debuerint intercalari novem. Sed hunc quoque errorem sero deprehensum correxit Augustus, qui annos duodecim sine intercalari die transigi jussit; ut illi tres dies, qui per annos triginta et sex vitio sacerdotalis festinationis excreverant, sequentibus annis duodecim, nullo die intercalato, devorarentur. Post hoc, unum diem secundum ordinationem Caesaris, quinto quoque incipiente anno, intercalari jussit; et omnem hunc ordinem aereae tabulae, ad aeternam custodiam, incisione mandavit."

Sextilem — nuncupavit] *Dio* 55, 6. τὸν μῆνα τὸν Σεξτίλιον ἐπικαλούμενον, Αὔγουστον ἀντωνόμασε. τῶν γὰρ ἄλλων τὸν Σεπτέμβριον οὕτως, ἐπειδήπερ ἐν αὐτῷ ἐγεγέννητο, προσαγορεῦσαι ἐθελησάντων, ἐκεῖνον αὐτὸς προετίμησεν, ὅτι καὶ ὕπατος ἐν αὐτῷ τὸ πρῶτον ἀπεδέδεικτο, καὶ μάχας πολλὰς καὶ μεγάλας ἐνενικήκει. Locus autem de ea re palmarius est apud *Macrob.* 1, 12. „Augustus deinde est, qui Sextilis ante vocatus est, donec honori Augusti daretur ex Senatusconsulto, cujus verba subjeci: Quum Imperator Caesar Augustus mense

quo erat natus; quia hoc sibi et primus consulatus, et insignes victoriae obtigissent. Sacerdotum et numerum et dignitatem, sed et commoda auxit, praecipue Vestalium virginum. Quumque in demortuae locum aliam capi oporteret, ambirentque multi, ne filias in sortem darent; adjuravit, si cujusquam neptium suarum competeret aetas, oblaturum se fuisse eam. Nonnulla etiam ex antiquis cerimoniis, paulatim abolita, restituit: ut Salutis augu-

---

Sextili et primum consulatum inierit, et triumphos tres in Urbem intulerit, et ex Janiculo legiones deductae secutaeque sint ejus auspicia ac fidem, sed et Aegyptus hoc mense in potestatem Populi Romani redacta sit, finisque hoc mense bellis civilibus impositus sit, atque ob has causas hic mensis huic imperio felicissimus sit ac fuerit; placere Senatui, ut hic mensis Augustus appelletur. Item plebiscitum factum ob eandem rem, Sexto Pacuvio Tribuno plebem rogante." Ceterum hic honor datus est Augusto A. U. 746. Marcio Censorino et C. Asinio Gallo Coss., quod notat etiam *Censorinus* c. 22.

Quumque in demortuae locum] Huc pertinet, quod *Dio* 55. 22. ἐπειδή τε οὐ ῥᾳδίως οἱ πάνυ εὐγενεῖς τὰς θυγατέρας ἐς τὴν τῆς Ἑστίας ἱερατείαν ἐπεδίδοσαν, ἐνομοθετήθη καὶ ἐξ ἀπελευθέρων γεγεννημένας ἱερᾶσθαι, καὶ ὁ μὲν κλῆρος αὐτῶν, ἐπεὶ πλείους ἠμφισβήτησαν, ἐν τῷ συνεδρίῳ, παρόντων τῶν πατέρων σφῶν, ἐγένετο, οὐ μέντοι καὶ τοιαύτη τις ἀπεδείχθη. De modo, capiendi virgines Vestales, v. *Gell.* 1, 12. — Postea Oudend. mallet cum nonnullis: *ne — daret* sc. Augustus.

Salutis augurium] *Dio* 37, 24. τὸ οἰώνισμα τὸ τῆς ὑγιείας (rectius τῆς σωτηρίας dixisset, ut monet ad h. l. Casaub.) diu intermissum repetitum narrat A. U. 691. Cicerone et Antonio Consulibus, describit autem ita: τοῦτο μαντείας τις τρόπος ἐστί, σύστιν τινὰ ἔχων, εἰ ἐπιτρέπει σφίσιν ὁ θεὸς ὑγίειαν τῷ δήμῳ αἰτῆσαι· ὡς οὐχ ὅσιον οὐδ' αἴτησιν αὐτῆς, πρὶν συγχωρηθῆναι, γενέσθαι. καὶ ἐτελεῖτο κατ' ἔτος ἡ ἡμέρα, ἐν ᾗ μηδὲν στρατόπεδον μήτε ἐπὶ πόλεμον ἐξῄει, μήτ' ἀντιπαρετάττετό τις, μήτε ἐμάχετο. καὶ διὰ τοῦτο ἐν τοῖς συνεχέσι κινδύνοις, καὶ μάλιστα τοῖς ἐμφυλίοις, οὐκ ἐποιεῖτο. ἄλλως τε γὰρ παγχάλεπον σφίσιν ἦν, καθαρὰν ἀπὸ πάντων αὐτῶν ἡμέραν ἀκριβῶς τηρῆσαι, καὶ προσέτι καὶ ἀτοπώτατον, κακὰ αὐτοὺς ἐν ταῖς στάσεσιν ἑκουσίους ἀμύθητα ἀλλήλοις παρέχοντας, καὶ μέλλοντας, ἄν τε ἡττηθῶσιν, ἄν τε καὶ νικήσωσι, κακοῦσθαι, ἔπειτα σωτηρίαν παρὰ τοῦ θείου προσαιτεῖν. Instaurasse illud dicit Augustum simul cum clusis Jani portis A. U. 725, l. 51, 20. ubi: καὶ τὸ

rium, Diale flaminium, sacrum Lupercale, ludos Seculares et Compitalicios. Lupercalibus vetuit currere imberbes: item, Secularibus ludis juvenes utriusque sexus prohibuit ullum nocturnum spectaculum frequentare, nisi cum aliquo majore natu propinquorum. Compitales Lares ornari bis anno instituit, ver-

---

οἰώνισμα τὸ τῆς ὑγιείας ἐποίησαν· καὶ γὰρ τότε δι' ἅπερ εἶπον διελέλειπτο. Denuo repetitum Imperatore Claudio, auctore *Tac.* A. 12, 23. qui: „Salutis augurium, quinque et viginti annis omissum, repeti ac deinde continuari, placitum," ubi vel error in numero sit necesse est, vel interciderit in scriptoribus celebrati inter Augusti et Claudii tempora mentio. v. Lips. ad *Tac.* l. c., Fabric. ad *Dion.* 37, 24., *Politian.* Miscell. c. 15., *Bulenger.* de auguriis et auspiciis etc. 2, 17. (Thes. Graev. Tom. V. p. 440.)

Diale flaminium] *Dio* 54, 36. κἀν τῷ αὐτῷ τούτῳ χρόνῳ (A. U. 743.) ὁ ἱερεὺς τοῦ Διὸς πρῶτον μετὰ τὸν Μερούλαν ἀπεδείχθη. v. quae diximus ad Caes. 1. et Lips. ad *Tac.* A. 3, 58.

sacrum Lupercale] cujus paucis ante necem Caesaris celebrati mentio Caes. 79. ubi plura de eo vide. Videtur intermissum postea ob ea, quae ibi acciderant.

ludos seculares] *Dio* 54, 18. ad A. 737. C. Furnio et C. Silano Coss. τά τε σαικουλάρια τὰ πέμπτα ἐπετέλεσε. v. quae Fabric. ad h. l., interpr., inque primis Mitscherlich., ad *Horatii* carmen seculare, al. ad *Censorin.* c. 17. et *Zosim.* 2, 5. Onuphr. *Panvin.* de ludis secular. (Thes. Graev. Tom. VIIII. p. 1078.) et Petr. *Taffin.* de veterum Romanorum anno seculari, ejusque celebritate potissimum per ludos seculares (Thes. Tom. VIII. pag. 567. sequ.).

Compitalicios] quos ludos ex viis compitorum, in quibus agitabantur, *Compitalia* appellitaverunt, ut *Macrob.* Saturn. 1, 7. quem vide. cf. interpr. ad *Gell.* 10, 24. *Dionys.* 4, 14. et *Rosin.* Ant. Rom. 4, 9. p. 271. et 276. et l. 5, 20. p. 341.

Compitales Lares] i. e. statuas Larium, quae in compitis erant constitutae. Alii praeferunt lectionem: *Compitaliciis*, quae efficta videtur ad similitudinem praecedentis: *Lupercalibus*. Neque dies ludorum Compitaliciorum, incertus quidem, agi tamen solitus, ut *Dionys.* l. c. ὀλίγαις ὕστερον ἡμέραις τῶν Κρονίων, quocum consentiunt loca *Cic.* ad Att. 6, 7. et in Pison. c. 4., quae modo in IIII. Non. Januar., modo in III. Kal. Januar. incidisse illum docent, congruere videtur *vernis floribus et aestivis*, de quibus Noster. Singularis igitur hic honor fuit Larium statuis habitus, a ludis illis sejunctus. Ita etiam judicarunt Scheffer., Burmann., Oudendorp.

nis floribus et aestivis. Proximum a Dis immortalibus honorem memoriae ducum praestitit, qui imperium populi Romani ex minimo maximum reddidissent. Itaque et opera cujusque, manentibus titulis, restituit, et statuas omnium triumphali effigie in utraque Fori sui porticu dedicavit; professus edicto, *commentum id se, ut illorum velut ad exemplar et ipse, dum viveret, et insequentium aetatum Principes exigerentur a civibus.* Pompeji quoque statuam, contra theatri ejus regiam, marmoreo Iano superposuit, translatam e Curia, in qua C. Caesar fuerat occisus. [32] Pleraque pessimi exempli correxit, quae in perniciem publicam, aut ex consuetudine licentiaque bellorum civilium duraverant, aut per pacem etiam extiterant. Nam et grassatorum plurimi palam se fere-

---

manentibus titulis] i. e. inscriptis adhuc nominibus eorum, qui primi opera illa exstruxerant, vel imperfecta reliquerant. Id *Dio* 53, 2. οὐ μέντοι καὶ τὴν δόξαν τῆς οἰκοδομήσεως σφῶν ἐσφετερίσατο, ἀλλ' ἀπέδωκεν αὐτοῖς τοῖς κατασκευάσασιν αὐτούς.

triumphali effigie] Recte interpretatur Oudend. triumphalibus ornamentis et vestitu insignes.

theatri ejus regiam] i. e. basilicam, quae cum theatro erat conjuncta. v. ad Caes. c. 80.

marmoreo Iano superposuit] Hanc lectionem jam receperunt Oudend. et Wolf. pro vulg. *supposuit.* Tali enim statuae hujus collocatione sub fornice transitionem et perspectum pervii Iani impediisse Augustum, recte ille monuit. Contra statuae arcubus superimpositae in monumentis saepe conspiciuntur.

e Curia — occisus] Ad hanc ipsam statuam interemti Caesaris corpus diu jacuisse, ex Appiano et Plutarcho notavi ad Caes. 82.

Pleraque — correxit] *Dio* 53, 2. ἐπειδή τε πολλὰ πάνυ κατά τε τὰς στάσεις, κἀν τοῖς πολέμοις, ἄλλως τε καὶ ἐν τῇ τοῦ Ἀντωνίου τοῦ τε Λεπίδου συναρχίᾳ, καὶ ἀνόμως καὶ ἀδίκως ἐτετάχει, πάντα αὐτὰ δι' ἑνὸς προγράμματος κατέλυσεν, ὅρον τὴν ἕκτην αὐτοῦ ὑπατείαν προσθείς. Pro *pleraque* Ernest. cum uno MS. maluit *pluraque.* At illud est i. q. *multa.* v. ad Caes. 83. ubi etiam pro *plerosque* al. *pluresque.* cf. ind.

grassatorum] v. Tiber. 37. „in primis tuendae pacis a *grassaturis* ac latrociniis seditionumque licentia curam habuit sequ.“

bant succincti ferro, quasi tuendi sui causa: et rapti per agros viatores sine discrimine, liberi servique, ergastulis possessorum supprimebantur: et plurimae factiones, titulo collegii novi, ad nullius non facinoris societatem coibant. Igitur grassatores, dispositis per opportuna loca stationibus, inhibuit: ergastula recognovit: collegia, praeter antiqua et legitima, dissolvit. Tabulas veterum aerarii debitorum, vel praecipuam calumniandi materiam, exussit. Loca in Urbe publica juris ambigui possessoribus adjudicavit. Diuturnorum reorum, et ex quorum sordibus nihil aliud quam voluptas inimicis quaereretur, nomina abolevit, conditione proposita, ut, si quem quis repetere vellet, par periculum poenae subiret. Ne quod autem maleficium negotiumve impunitate vel mora elaberetur, triginta amplius dies, qui honorariis ludis occupabantur, actui rerum accommo-

---

ergastula recognovit] adhibito ad hanc curam Tiberio. v. Tib. 8.
collegia — dissolvit] quod Caesar jam fecerat. v. ad Caes. 42.
Tabulas — exussit] *Dio* 53, 2. καὶ τὰς ἐγγύας τὰς πρὸς τὸ δημόσιον πρὸ τῆς πρὸς τῷ Ἀκτίῳ μάχης γενομένας, πλὴν τῶν περὶ τὰ οἰκοδομήματα, ἀπήλλαξε· τά τε παλαιὰ συμβόλαια τῶν τῷ κοινῷ τι ὀφειλόντων ἔκαυσε, qui locus confirmat emendationem Beroaldi, quem plerique secuti sunt, *exussit* pro vulg. *excussit* i. e. examinavit. De voc. *calumniae* sensu juridico dixi ad Caes. 20. cf. Domitian. 9. „*fiscales calumnias*, magna calumniantium poena, repressit."

Loca in Urbe publica — adjud.] i. e. quae utrum publica essent, an eorum, qui illo tempore ea tenebant, ambigebatur.

Diuturnorum reorum] Eadem benignitas Domitiani traditur c. 9. „reos, qui ante quinquennium proximum apud aerarium pependissent, universos discrimine liberavit; nec repeti, nisi intra annum, eaque conditione permisit, ut accusatori, qui causam non teneret, exilium poena esset." *Sordes* reorum dicuntur ob togam sordidam, quam gerebant. Est igitur intelligenda afflicta eorum conditio. *Abolevit* e catalogo reorum, qui in aerario servatus est, ut docet locus Domit.

triginta — accommodavit] Nimirum, quum dierum *nefastorum* i. e. quibus judicia haberi non licebat, numerus nimis crevisset, ita ut tempus, intra quod peti poterant rei, facile

davit. Ad tres judicum decurias quartam addidit ex inferiore censu, quae ducenariorum vocaretur, judicaretque de levioribus summis. Iudices a vicesimo aetatis anno allegit, id est, quinquennio maturius,

---

posset elabi, iis triginta detraxit, eosque inter *fastos* retulit s. *actui rerum* i. e. habendis judiciis *accommodavit*, qui occupabantur *ludis honorariis* h. e. non publicis s. ad Dei alicujus cultum celebratis, sed ad Praetorum aliorumve magistratuum honorem in muneris auspiciis plebis delectandae causa editis. Quicquid enim non a tota Republica institutum erat, sed ab aliis vel honore aliquo ornatis, vel honore aliquem ornaturis, *honorarium* dicebatur. Ita edicta Praetorum continebant *jus honorarium*, et *arbiter honorarius* est apud *Cic.* Tusc. Qu. 5, 41. v. Cl. Cic. in *honorarius*. Ceterum Reitz. ad h. l. monuit, *amplius* hic non esse *plus quam* trig., sed *praeter solitos judiciorum dies hos trig.* Augustum adjunxisse, citato *Flor.* 2, 2, 19. ubi tamen est oppositio: „*et haec, et trecenta amplius* castella vastata sunt." Nostro loco *amplius* eo sensu prorsus abundaret, quum id ipsum, *alios trig. dies* destinatos esse judiciis, totum comma exponat. Imo obtinet suam significationem *amplius* duobus nominibus inclusum, et, quod Oudend. vere monuit, aliquando plures, aliquando pauciores, ultra triginta tamen, dies iis ludis, nequaquam statis, occupatos fuisse, ostendit.

judicum decurias] v. ad c. 29. Tertiam decuriam tribunorum aerariorum sustulerat Caesar, auctore Sueton. Caes. 41. ubi vide. Postea legem de nova decuria, ex Alaudis et Centurionibus composita, tulerat quidem Antonius in consulatu, sed hostis judicatus rem non perfecerat. Jam, quum tres h. l. judicum centuriae commemorentur, tertia tribunorum aerariorum restituta interea videtur. Ita sentiunt Torrent. ad h. l. et Franc. *Robortell.* de judiciis (Thes. Graev. Tom. III. p. 13.). Sed Paul. *Manut.* de legibus Romanis c. 15., Antonii legem de tribus decuriis prorsus non abrogatam, quum hostis judicatus ille esset, existimat. *Quintam* decuriam postea addidit *Caligula.* (Cal. 16. „ut levior labor judicantibus foret, ad quatuor priores quintam decuriam addidit.") Judicibus, *sextam* decuriam adjici precantibus, negavit *Galba* (c. 14.).

ducenariorum] quia lecti erant ex hominibus inferioris census, qui tantum ducena sestertia possidebant, non, ut ceteri, quadringena, ut vera est interpretatio Graevii. Errat igitur *Heinecc.* Ant. Rom. 4, 17, 2., dictos ita existimans, „quia de minoribus summis judicabant, quae CC millia nummûm non excederent."

a vicesimo aetatis anno] Haec est emendatio *Cujaci* Ob-

quam solebant. Ac plerisque judicandi munus detrectantibus, vix concessit, ut singulis decuriis per vices annua vacatio esset, et ut solitae agi Novembri ac Decembri mense res omitterentur. [33] Ipse jus dixit assidue, et in noctem nonnunquam; si parum corpore valeret, lectica pro tribunali collocata, vel etiam domi cubans. Dixit autem jus non diligentia modo summa, sed et lenitate: siquidem manifesti parricidii reum, ne culeo insueretur, quod non nisi confessi afficiuntur hac poena, ita fertur interrogasse: *Certe patrem tuum non occidisti?* Et quum de falso testamento ageretur, omnesque signatores lege Cornelia tenerentur, non tantum duas tabellas, da-

---

serv. 21, 32. probata a Casaubono ad h. l. et *Bynkershoek.* Observ. Juris 6, 17. ac plerisque reliquis, pro vulg. *tricesimo*, quum annum 25. muneri judicis obeundo legitimum fuisse, aliunde constet. Haud inepte tamen comma: *id est — solebant*, glossam existimat Oudend., Augustumque non quinque annos solito citius, sed serius judices allegisse, ubi staret, quod in omnibus Mss. est, *tricesimo*.

Novembri ac Decembri] qui menses toti fere ludis feriisque dati paucos dies fastos antea etiam habuerant. *Res agi* enim eodem sensu dicuntur, quo supra *actus rerum*, de habitis scilicet judiciis.

jus dixit assidue] v. ad Caes. 43. De jurisdictione Augusti cf. *Dio* 53, 21.

pro tribunali] Non est *loco tribunalis*, sed *ante tribunal*, ut saepissime apud optimos scriptores, quamquam in iis ipsis id aeque reprehendendum puto, atque, quod multi nostratium particulas *vor* et *für* discernere nesciunt.

ne culeo insueretur] ex *lege Pompeja*, cujus clausula haec est: „is (qui parricidium vel patravit, vel tentavit) *si confessus erit*, virgis sanguineis verberatus, deinde culeo insuatur cum cane, gallo gallinaceo, et vipera, et simia, deinde in mare profundum culeus jactetur.“ v. Anton. *Augustin.* de legibus (Thes. Tom. II. p. 1250.) et *Sigon.* de judiciis 2, 31. (Ibid. p. 1792.). Diserte igitur additur in hac lege, *non nisi confessos afficiendos hac poena.* Effugium Augustus ipse interrogandi ratione reo suppeditavit, quum non quaereret: Num fecisti parricidium, cujus reus ageris? sed: Nonne verum est, te patrem non occidisse?

omnesque sign. lege Cornelia ten.] Verba hujus legis, latae a Cornelio Sulla, haec sunt: „Praetor, qui ex hac lege quae-

mnatoriam et absolutoriam, simul cognoscentibus dedit; sed tertiam quoque, qua ignosceretur iis, quos fraude ad signandum vel errore inductos constitisset. Appellationes quotannis urbanorum quidem litigatorum Praefecto delegavit Urbis; at provincialium consularibus viris, quos singulos cujusque provinciae negotiis praeposuisset. [34] Leges retractavit, et

---

ret, de ejus capite quaerito, qui testamentum amoverit, celaverit, eripuerit, deleverit, interleverit, subjecerit, resignaverit, quique testamentum falsum scripserit, *signaverit*, recitaverit dolo malo, cujusve dolo malo id factum erit, sequ." v. *Sigon.* de judic. 2, 32. Sed inde ab Augusti demum temporibus eos, qui dolo malo, et qui aliorum fraude, vel errore inducti crimen falsi commisissent, distinctos fuisse, ex n. l. viri docti probaverunt. cf. *Heinecc.* Ant. Rom. 4, 18, 63.

Appellationes] De appellationibus doctus est excursus *Lipsii* ad *Tac.* A. 14, 28. Pertinebant illae ad praecipuas imperii firmandi artes, quibus Augustus usus est, quum judicium de gravissimis rebus ita ad ipsum rediret, ideoque suadet ei Maecenas apud *Dion.* 52, 33. δίκαζε δὲ καὶ αὐτὸς ἰδίᾳ τά τε ἐφέσιμα καὶ τὰ ἀναπόμπιμα, ὅσα ἂν παρά τε τῶν μειζόνων ἀρχόντων, καὶ παρὰ τῶν ἐπιτρόπων, τοῦ τε πολιάρχου, καὶ τοῦ ὑποτιμητοῦ, καὶ τῶν ἐπάρχων, τοῦ τε τὸν σῖτον ἐπισκοποῦντος, καὶ τοῦ νυκτοφυλακοῦντος, ἀφικνῆται. μήτε γὰρ αὐτοδικος μητ' αὐτοτελὴς οὕτω τις το παράπαν ἔστω, ὥστε μὴ οὐκ ἐφέσιμον ἀπ' αὐτοῦ δίκην γίγνεσθαι. Ceterum hunc Dionis locum cum nostro non pugnare, satis ostenderunt Fabric. ad eundem, et Lips. l. c., quum ultimam et in gravioribus rebus ad sese provocationem ab Augusto perpetuo servatam, constet. cf. Calig. 16. et Ner. 17.

Praef. deleg. Urbis] Num ita scribendum esset, timide ambigere se dicebat Lips. l. c. Recepta postea est ea emendatio vulgati *Praetori urbano*, vel comprobata saltem a Casaub., Ern., Oudend., Wolfio: assensus est etiam Reitzius, quia Praefecti Urbis potestas sub Principibus maxima. Maecenas apud *Dion.* 52, 21. judicium de causis, in quibus a reliquis magistratibus provocatum ad ipsum fuerat, Praefecto Urb. diserte tribuit. v. ad cap. 37. Error exstitit e compendio PR. URB. Quod autem *quotannis* delegasse eam provinciam Praefecto Urb. dicitur, id, acute Oudendorp. vidit, factum, ne tantam potestatem semel in perpetuum illi traderet, quod cauto et circumspecto Augusti ingenio optime convenit. In provinciis ob crebram magistratuum permutationem minus erat periculum.

quasdam ex integro sanxit, ut sumtuariam, de adulteriis et de pudicitia, de ambitu, de maritandis ordinibus. Hanc quum aliquanto severius quam ceteras emendasset, prae tumultu recusantium perferre

---

sumtuariam] Retractavit sumtuariam Iulii Caesaris, unde *Gell.* 2, 24., ubi de legibus sumt. „Postremo lex Iulia ad populum pervenit Caesare Augusto imperante sequ." v, ad Caes. 43. *Dio* 54, 2. τῶν συσσιτίων τὰ μὲν παντελῶς κατέλυσε, τὰ δὲ πρὸς τὸ σωφρονέστερον συνέστειλε. (A. U. 732.) cf. 54, 16. ubi sermo de inhibito foeminarum ornatu.

de adulteriis et de pudicitia] Hanc celebrat *Horatius* Od. 4, 5, 22 sequ. „Nullis polluitur casta domus stupris;

Mos et lex maculosum edomuit nefas;
Laudantur simili prole puerperae;
Culpam poena premit comes."

et 4, 15, 10. „ordinem Rectum evaganti frena Licentiae Injecit, emovitque culpas, Et veteres revocavit artes." Constat, primum severis poenis libidines coercuisse Augustum, quae tamen quales fuerint, incertum. v. quae disputat de hac lege *Heinecc.* Antiqu. 4, 18, 51. cf. Anton. *Augustin.* de legibus (Thes. Tom. II. p. 1207. sq.) et in primis *Lips.* exc. ad *Tac.* Ann. 4, 42. Ceterum n. l. *pudicitia* flagitia spectat cum maribus commissa, quae saepius *impudicitiae* nomine notantur, cum *libidines* stupra et adulteria comprehendant. v. ad Caes. 49. et ind. nostr.

de ambitu] *Dio* 54, 16. τοὺς δεκάσαντάς τινας ἐπὶ ταῖς ἀρχαῖς ἐς πέντε ἔτη αὐτῶν εἶρξε. et 55, 5. τοὺς σπουδαρχιῶντας χρήματα πρὸ τῶν ἀρχαιρεσιῶν, ὥσπερ τι ἐνέχυρον, προῄτησεν, ἐπὶ τῷ μηδὲν τοιοῦτον αὐτοὺς ποιῆσαι, ἢ στερηθῆναι τῶν δεδομένων. cf. *Augustin.* l. c. p. 1215.

de maritandis ordinibus] *Dio* 54, 16. τοῖς τε ἀγάμοις καὶ ταῖς ἀνάνδροις βαρύτερα τὰ ἐπιτίμια ἐπέταξε· καὶ ἔμπαλιν τοῦ τε γάμου καὶ τῆς παιδοποιΐας ἆθλα ἔθηκεν. *Horat.* Carm. secul. v. 17. „Diva, producas subolem, Patrumque Prosperes decreta super jugandis Feminis, prolisque novae feraci Lege marita." Tulit hanc legem A. 736., eamque male observatam secuta est *Papia Poppaea* A. 762. v. *Lips.* excurs. ad *Tac.* Ann. 3, 25., Anton. *Augustin.* l. c. p. 1211. sequ., *Heinecc.* Ant. 1, 25, 6. sequ. et Ejusd. Comment. ad Leg. Jul. et Pap. Popp. qui de capitibus harum legum copiose egerunt.

emendasset] Defendit Ern. hanc lectionem contra Heineccii conjecturam: *mandasset*, prolatam in Comment. ad Leg. Pap. Popp. 2, 3. p. 46. quod ante Augustum jam leges ejusdem argumenti fuerant, severius tantum ab eo repetitae. Orationem Q. Metelli *de prole augenda* Noster diserte commemorat infra cap. 89.

non potuit, nisi adempta demum lenitave parte poenarum, et vacatione triennii data, auctisque praemiis. Sic quoque abolitionem ejus publico spectaculo pertinaciter postulante Equite, accitos Germanici liberos, receptosque partim ad se, partim in patris gremium, ostentavit; manu vultuque significans, ne gravarentur imitari juvenis exemplum. Quumque etiam immaturitate sponsarum, et matrimoniorum crebra mutatione, vim legis eludi sentiret, tempus sponsas habendi coartavit, divortiis modum imposuit. [35] Senatorum affluentem numerum deformi et incondita turba,

vacatione triennii data] sc. a novo matrimonio post mortem conjugis. Augustus in oratione apud *Dion.* 56, 7. καὶ οὐδὲ ἐς ταῦτα μέντοι κατήπειξα ὑμᾶς, ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον τρία ἔτη ὅλα πρὸς παρασκευὴν ἔδωκα, τὸ δὲ δεύτερον, δύο.

auctisque praemiis] Praeter alia huc maxime pertinet *jus trium et quatuor liberorum*, quod tamen datum saepius etiam innuptis, vel orbis prole, atque sterilibus. v. *Heinecc.* l. c. §. 8.

Equite] i. e. Equitibus s. ordine equestri. Ita c. 44. „*militem* secrevit a populo," et saepissime alibi.

immaturitate sponsarum] Initio immaturas sponsas Augustus ipse concessisse videtur, quod exprobrat in oratione apud *Dion.* 56, 7. καίτοι καὶ μνηστεύειν ὑμῖν ἁπαλὰς ἔτι κόρας καὶ μηδέπω γάμων ὡραίας ἐπέτρεψα, ἵνα τὸ ὄνομα τῶν μελλονυμφίων ἔχοντες, οἰκωφελῶς βιώσητε. Sed hac venia in abusum versa, de hac ipsa re cavit lege supra dicta A. U. 736. Id *Dio* 54, 16. ὡς δ' οὖν βρέφη τινὲς ἐγγυώμενοι, τὰς μὲν τιμὰς τῶν γεγαμηκότων ἐκαρποῦντο, τὸ δὲ ἔργον αὐτῶν οὐ παρείχοντο, προσέταξε μηδεμίαν ἐγγύην ἰσχύειν, μεθ' ἣν οὐδὲ δυοῖν ἐτοῖν διελθόντων γαμήσει τις, τουτέστι, δεκέτιν πάντως ἐγγυᾶσθαι τόν γέ τι ἀπ' αὐτῆς ἀπολαύσοντα. δώδεκα γὰρ ταῖς κόραις ἐς τὴν τοῦ γάμου ὥραν ἔτη πλήρη νομίζεται. Hoc tantum modo Dio a contradictione vindicari potest. Ceterum ob varias causas postea etiam sponsalia ultra biennium sunt prolata. v. *Cujac.* Observ. 16, 35.

divortiis modum imposuit] adempta dote, cujus culpa divortium factum esset. v. *Lips.* l. c. et Commentar. I. C. ad Leg. Pap. Popp.

affluentem numerum] v. *Caes.* 41. coll. *Dion.* 43, 47. quem locum ibi excitavimus. Sub Triumviris auctum esse Senatorum numerum, tradit *Dio* 48, 34. ἐς τὸ βουλευτήριον πλείστους ὅσους οὐχ ὅτι τῶν συμμάχων, ἢ καὶ στρατιώτας, παῖδάς τε ἀπελευθέρων, ἀλλὰ καὶ δούλους ἐνέγραψαν. De examinato ab Augusto

(erant enim super mille, et quidam indignissimi, et post necem Caesaris per gratiam et praemium allecti, quos Orcinos vulgus vocabat,) ad modum pristinum et splendorem redegit duabus lectionibus:

Senatu exponit Id. 52, 42. καὶ μετὰ ταῦτα τιμητεύσας σὺν τῷ Ἀγρίππᾳ (A. U. 725.), ἄλλα τέ τινα διώρθωσε, καὶ τὴν βουλὴν ἐξήτασε. πολλοὶ μὲν γὰρ ἱππεῖς, πολλοὶ δὲ καὶ πεζοὶ παρὰ τὴν ἀξίαν ἐκ τῶν ἐμφυλίων πολέμων ἐβούλευον, ὥστε καὶ ἐς χιλίους τὸ πλήρωμα τῆς γερουσιας αὐξηθῆναι

Orcinos] *Plutarch.* Anton. 15., ubi de Antonii post necem Caesaris impotentia, haec de novis ab eo lectis Senatoribus: πολλοὺς δὲ βουλευτὰς (ἀπεδείκνυε), ἐνίους δὲ καὶ κατῆγε πεφυγαδευμένους, καὶ καθειργμένους ἔλυεν, ὡς δὴ ταῦτα τῷ Καίσαρι δόξαντα. διὸ τούτους ἅπαντας ἐπισκώπτοντες οἱ Ῥωμαῖοι Χαρωνίτας ἐκάλουν. *Orcini* proprie vocabantur liberti, herorum testamentis manumissi, tanquam liberati literis ex Orco datis, quod translatum ad lectos post necem Caesaris Senatores ex ejus ὑπομνήμασι, quorum auctoritatem Antonius jactabat. N. loco ante Casaub. vulgo legebatur: *abortivos*. Al. probant formam *Orcivos*, quam jure repudiat Oudendorp.

duabus lectionibus] *Monum. Ancyr.* „Consul quintum (A. 725.) jussu Populi et Senatus Senatum ter legi.“ De hujus anni lectione *Dio* 52, 42. τούτους οὖν ἐκκρῖναι βουληθείς, αὐτὸς μὲν οὐδένα αὐτῶν ἀπήλειψε, προτρεψάμενος δὲ σφᾶς ἐκ τοῦ συνειδότος τοῦ τε γένους καὶ τοῦ βίου δικαστὰς ἑαυτοῖς γενέσθαι, τὸ μὲν πρῶτον πεντήκοντά που ἔπεισεν ἐθελοντὰς ἐκστῆναι τοῦ συνεδρίου, ἔπειτα δὲ καὶ ἄλλους ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα μιμήσασθαι σφᾶς ἠνάγκασε. καὶ αὐτῶν ἠτίμωσε μὲν οὐδένα, τὰ δ' ὀνόματα τῶν δευτέρων ἐξέθηκε. τοῖς γὰρ προτέροις, ὅτι μὴ ἐχρόνισαν, ἀλλ' εὐθὺς ἐπειθάρχησάν οἱ, ἀφῆκε τὸ ὀνείδισμα, ὥστ' αὐτοὺς μὴ ἐκδημοσιευθῆναι. οὗτοι μὲν οὖν ἑκούσιοι δῆθεν ἰδιώτευσαν. *Alteram* narrat Id. 54, 13. ad annum 736. Ibi *vir virum legit*, reliquosque Augustus ipse proprio delectu addidit, donec *sexcentorum* Senatorum numerus efficeretur. Notat enim *Dio* c. 14. ἐβουλεύσατο μὲν γὰρ τριακοσίους αὐτοὺς κατὰ τὸ ἀρχαῖον ποιῆσαι, καὶ πάνυ ἀγαπητὸν νομίζων εἶναι, τοσούτους ἀξίους τοῦ συνεδρίου σφῶν εὑρεθῆναι. δυσχερανάντων δὲ πάντων ὁμοίως (τῷ γὰρ πολὺ πλείους τῶν ἐμμενούντων ἐν αὐτῷ τοὺς διαγραφησομένους ἔσεσθαι, φοβεῖσθαι μᾶλλον αὐτούς, μὴ ἰδιωτεύσωσιν, ἢ προσδοκᾶν, ὅτι καὶ βουλεύσουσι, συνέβαινε) τοὺς ἑξακοσίους κατελέξατο. Et hae quidem sunt, de quibus Suetonius. *Dio* autem *tertiam* quoque memorat 54, 26. ad A. U. 741. *quartam* 54, 35. ad A. 743. *quintam* denique 55, 13. ad A. 757. ubi: διαδόχους καὶ βοηθοὺς ἔχων (Tiberium et Germanicum), διαλέξαι τὴν

prima, ipsorum arbitratu, qua vir virum legit; secunda, suo et Agrippae: quo tempore existimatur lorica sub veste munitus ferroque cinctus praesedisse, decem valentissimis senatorii ordinis amicis sellam suam circumstantibus. Cordus Cremutius scribit, ne admissum quidem tunc quemquam Senatorum, nisi solum et praetentato sinu. Quosdam ad excusandi se verecundiam compulit: servavitque etiam excusantibus insigne vestis, et spectandi in orchestra epulandique publice jus. Quo autem lecti

---

γερουσίαν αὖθις ἠθέλησε· καὶ δέκα βουλευτάς, οὓς μάλιστα ἐτίμα, προβαλόμενος, τρεῖς ἀπ' αὐτῶν ἐξεταστὰς ἀπέδειξεν, οὓς ὁ κλῆρος εἵλετο. οὐ μέντοι καὶ πολλοὶ οὔτε προκατέγνωσαν σφῶν, ἐξουσίας αὐτοῖς δοθείσης, ὥσπερ καὶ πρότερον, οὔτε ἄκοντες ἀπηλείφθησαν. Ut dicam, quod de hoc Suetonii et Dionis dissensu judico, videtur ille, accuratissimus scriptor, eas tantum lectiones memorasse, quibus Augustus Senatum *a deformi et incondita turba* liberavit, hic eas confudisse, quae ad solenne pristini Censoris s. magistri morum officium pertinebant. Quintam ille praetermisit, quoniam, ut ipse Dio fatetur, successu caruit. In monumenti autem Ancyrani verbis, uti nunc leguntur, mendum esse suspicor, quum id quidem exploratum sit, Augustum quintum Consulem Senatum legisse, sed eodem anno ter hoc factum, vix sit credibile.

lorica sub veste munitus] Hic etiam magis credo Suetonio, quam Dioni, qui 54, 12. θώρακα ὑπὸ τῇ στολῇ πολλάκις καὶ ἐς αὐτὸ τὸ συνέδριον ἐσιὼν εἶχεν.

Cordus Cremutius] de quo historico v. Calig. 16. et *Tac.* Ann. 4, 34. coll. Nostr. Tiber. 61. et Oudend. ad h. l.

excusandi se] id quod *Dio* l. c. ἐκ τοῦ συνειδότος τοῦ τε γένους καὶ τοῦ βίου δικαστὰς ἑαυτοῖς γενέσθαι, ἐθελοντὰς ἐκστῆναι τοῦ συνεδρίου, προκαταγνῶναι σφῶν. Apud *Tac.* Ann. 11, 25. *excusati* mox dicuntur *sponte cedentes*, ut *moti Senatu* et *judicium Censorum* sibi respondent.

insigne — epul. publ. jus] *Insigne vestis* est tunica laticlavia s. latus clavus. Jus *spectandi in orchestra* datum est Senatoribus a Consule Scipione Africano A. 558., auctore *Liv.* 34, 54. *Publice* denique *epulabantur* Senatores in Capitolio in coena Diali s. epulo Jovis, v. Fabric. ad *Dion.* 48, 52. ubi: ἐν τῇ πανηγύρει τῇ τῶν Ῥωμαίων οὐδεὶς τῶν βουλευτῶν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ, ὥσπερ εἴθιστο, εἱστιάθη, quod pro prodigio habitum, et ad 54, 14. ubi de data hac motis etiam ab Augusto venia auctor ita:

probatique, et religiosius et minore molestia senatoria munera fungerentur, sanxit, ut priusquam consideret quisque, thure ac mero supplicaret apud aram ejus Dei, in cujus templo coiretur: et ne plus quam bis in mense legitimus Senatus ageretur, Kalendis et Idibus: neve Septembri Octobrive mense ullos adesse alios necesse esset, quam sorte ductos, per quorum numerum decreta confici possent:

αὐτοῖς καὶ συνθεάσασθαι καὶ συνεστιάσασθαι τοῖς βουλεύουσι, τῇ αὐτῇ σκευῇ χρωμένοις, συνεχώρησε, καὶ ἐς τὸ ἔπειτα τὰς ἀρχὰς αἰτεῖν ἐπέτρεψε. καὶ αὐτῶν οἱ μὲν πλείους ἐπανῆλθον χρόνῳ ἐς τὸ συνέδριον, ὀλίγοι δέ τινες ἐν τῷ μέσῳ, μήτε τῆς γερουσίας μήτε τοῦ δήμου νομιζόμενοι, κατελείφθησαν. cf. *Gell.* 12, 8.

et religiosius et minore molestia] Illud pertinet ad: *ut prius — coiretur*, hoc ad: *et ne plus* sequ., more Suetonii saepius notato, primo membro complectendi, quae deinde singillatim edisserit.

ut prius — coiretur] *Dio* 54, 30. μετὰ δὲ τοῦτο ὁ Αὔγουστος, ἐπιμελητής τε καὶ ἐπανορθωτὴς τῶν τρόπων ἐς ἕτερα πέντε ἔτη αἱρεθείς (A. U. 742.) — θυμιᾶν τε τοὺς βουλευτὰς ἐν τῷ συνεδρίῳ, ὁσάκις ἂν ἕδρα αὐτῶν ᾖ, καὶ τὴν ἄφιξιν πρὸς ἑαυτὸν οὐ ποιεῖσθαι, τὸ μέν, ἵνα θεοσεβῶσι, (ut *religiosius* — fungerentur), τὸ δέ, ἵνα ἀπονητὶ συνίωσιν, ἐκέλευσε, quomodo editus nunc est locus ex verissima emendatione Casauboni ad h. l. Ceterum, Senatum in varia templa fuisse convocatum, nota res est. Pro *senatoria munera* al. dant usitatius: *senatorio munere*, sine dubio ex inutili correctione. Ita *Cornel.* Datam. 1. „Datames *militare munus fungens* primum.“ Eadem varietas infra c. 45.

ne plus quam bis] Bis terve singulis mensibus antea habitum fuisse *Senatum legitimum* (qui opponitur *indicto* v. *edicto* per singulares occasiones), ostendit ad h. l. Boxhorn. ex vetere Kalendario, inserto etiam cum notis Petri *Lambecii* Tom. VIII. Thes. Graev. Instituisse autem aliter rem Augustum non tam, ut aliqua molestia liberaret Senatores, quam ut rerum protestatem ad se unum magis traheret, acute vidit idem Boxhorn. Pro *ageretur* al. *haberetur*.

Septembri Octobrive mense] ob vindemias.

per quorum numerum — possent] *Dio* 54, 35. ὁρῶν δὲ ὅτι οὐκ ἀεὶ συχνοὶ συνελέγοντο, ἐκέλευσε τὰ δόγματα αὐτῆς καὶ ἐν ἐλάττοσιν ἢ τετρακοσίοις γίγνεσθαι. οὐ γὰρ ἐξῆν τινα ἐκ τοῦ πρὶν ἄλλως κυροῦσθαι. cf. 55, 3. ubi: τὸν ἀριθμὸν τὸν εἰς τὴν κύρωσιν τῶν δογμάτων ἀναγκαῖον, καθ' ἕκαστον εἶδος αὐτῶν — διενομοθέτησε. Alio

sibique instituit consilia sortiri semestria, cum quibus de negotiis ad frequentem Senatum referendis ante tractaret. Sententias de majore negotio non more atque ordine, sed prout libuisset, perrogabat, ut perinde quisque animum intenderet, ac si censendum magis, quam assentiendum esset. [36] Auctor et aliarum rerum fuit: in quis, ne acta Senatus publicarentur: ne magistratus, deposito honore,

---

tempore, gravi Romam vexante fame, permisisse eum refert 55. 26. ut Senatores etiam Urbe discederent, additque: καὶ ὅπως γ᾽ ἂν μηδὲν ἐκ τούτου τὰ δόγματα ἐμποδίζηται, κύρια πάντα τὰ γιγνωσκόμενα ὑπὸ τῶν ἀεὶ παρόντων εἶναι ἐκελεύσθη.

consilia sortiri semestria] *Dio* 53, 21. ad A. 727. τούς τε ὑπάτους, ἢ τὸν ὕπατον, ὁπότε καὶ αὐτὸς ὑπατεύοι, κἀκ τῶν ἄλλων ἀρχόντων ἕνα παρ᾽ ἑκάστων, ἔκ τε τοῦ λοιποῦ τῶν βουλευτῶν πλήθους πεντεκαίδεκα τοὺς κλήρῳ λαχόντας, συμβούλους ἐς ἑξάμηνον παρελάμβανεν· ὥστε δι᾽ αὐτῶν καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι κοινοῦσθαι τρόπον τινὰ τὰ νομοθετούμενα νομίζεσθαι. ἐσέφερε μὲν γάρ τινα καὶ ἐς πᾶσαν τὴν γερουσίαν· βέλτιον μέντοι νομίζων εἶναι μετ᾽ ὀλίγων καθ᾽ ἡσυχίαν τά τε πλείω καὶ τὰ μείζω προσκοπεῖσθαι, τοῦτό τε ἐποίει, καὶ ἔστιν ὅτε καὶ ἐδίκαζε μετ᾽ αὐτῶν. Atque 56, 28. ad A. 766., hoc est ante mortem Augusti proximum; καὶ συμβούλους, ὑπὸ τοῦ γήρως, (ὑφ᾽ οὗπερ οὐδὲ ἐς τὸ βουλευτήριον ἔτι, πλὴν σπανιώτατα, συνεφοίτα) εἴκοσιν ἐτησίους ᾐτήσατο. πρότερον γὰρ καθ᾽ ἕκτον μῆνα πεντεκαίδεκα προσετίθετο. καὶ προσεψηφίσθη, πάνθ᾽ ὅσα ἂν αὐτῷ μετά τε τοῦ Τιβερίου καὶ μετ᾽ ἐκείνων, τῶν τε ἀεὶ ὑπατευόντων, καὶ τῶν ἐς τοῦτο ἀποδεδειγμένων, τῶν τε ἐγγόνων αὐτοῦ τῶν ποιητῶν δηλονότι, τῶν τε ἄλλων ὅσους ἂν ἑκάστοτε προσπαραλαβῇ, βουλευομένῳ δόξῃ, κύρια, ὡς καὶ πάσῃ τῇ γερουσίᾳ ἀρέσαντα, εἶναι.

non more atque ordine] de quo diximus ad Caes. 21. Quum ii, ad quos vulgaris rogandi ordo non descendebat, ad eorum, qui prius sententiam meditati dixerant s. *censuerant*, verba accedere v. *assentiri* iis voce, vel manu, vel pedibus per discessionem, solerent, novo instituto id effecit Augustus, ut omnes, exspectantes, ut ipsi fortasse primi interrogarentur, et praeparati Curiam intrarent, et in ipsa deliberatione ad rem, quae ageretur, *animum intenderent*.

ne acta Sen. publicarentur] De his actis v. Caes. 20. Ad h. l. facit locus *Dionis* 53, 19. ubi dicit, in historia liberae Reip. condenda adiri posse τὰ ὑπομνήματα τὰ δημόσια, et deinde addit: ἐκ δὲ δὴ τοῦ χρόνου ἐκείνου τὰ μὲν πλείω κρύφα καὶ δι᾽ ἀποῤῥήτων γίγνεσθαι ἤρξατο· εἰ δέ που καί τινα δημοσιευθείη, ἀλλὰ ἀνεξέλεγκτά γε ὄντα ἀπιστεῖται· καὶ γὰρ λέγεσθαι καὶ

statim in provincias mitterentur: ut Proconsulibus ad mulos et tabernacula, quae publice locari solebant, certa pecunia constitueretur; ut cura aerarii a Quaestoribus urbanis ad Praetorios Praetoresve transiret: ut centumviralem hastam, quam quaestura functi consuerant

---

πράττεσθαι πάντα πρὸς τὰ τῶν ἀεὶ κρατούντων τῶν τε παραδυναστευόντων σφίσι βουλήματα ὑποπτεύεται. καὶ κατὰ τοῦτο πολλὰ μὲν οὐ γιγνόμενα θρυλλεῖται πολλὰ δὲ καὶ πάνυ συμβαίνοντα ἀγνοεῖται· πάντα δέ, ὡς εἰπεῖν, ἄλλως πως ἢ ὡς πράττεται, διαθροεῖται.

ne magistratus — mitterentur] *Dio* 53, 14. κοινῇ δὲ δὴ πᾶσιν αὐτοῖς ἀπηγόρευσε, μηδένα πρὸ πέντε ἐτῶν μετὰ τὸ ἐν τῇ πόλει ἄρξαι κληροῦσθαι, id quod jam Pompejus Consul III, A. 702. lege sanxerat, auctore eodem *Dion.* 40, 56.

ut Proconsulibus] i. e. omnino praesidibus provinciarum. Pecunia illa, quae *vasarium* dicta, jam antea dari nonnunquam magistratibus ad vasa comparanda solebat (v. Clav. Cicer. sub v. *vasarium*); saepius praebenda ea ituris in provincias mancipes publice redimebant, ut recte interpretatur ad h. l. Casaubonus locum *Dionis* nostro παράλληλον l. 53, 15. καὶ τὴν μισθοφορὰν καὶ ἐκείνοις (nempe τοῖς ἐπιτρόποις, καὶ τοῖς ἀνθυπάτοις, τοῖς τε ἀντιστρατήγοις, quos Proconsulum nomine complectitur Suetonius) καὶ τοῖς ἄλλοις δίδοσθαι, τότε ἐνομίσθη. τὸ μὲν γὰρ πάλαι ἐργολαβοῦντές τινες παρὰ τοῦ δημοσίου, πάντα σφίσι τὰ πρὸς τὴν ἀρχὴν φέροντα παρεῖχον· ἐπὶ δὲ δὴ τοῦ Καίσαρος πρῶτον αὐτοὶ ἐκεῖνοι τακτόν τι λαμβάνειν ἤρξαντο. καὶ τοῦτο μὲν οὐκ ἐκ τοῦ ἴσου πᾶσι σφίσιν, ἀλλ᾽ ὥς που καὶ ἡ χρεία ἀπῄτει, ἐτάχθη. καὶ τοῖς γε ἐπιτρόποις καὶ αὐτὸ τοῦτο ἀξιώματος ὄνομα ἀπὸ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν διδομένων αὐτοῖς χρημάτων προσγίγνεται. Datum id consilium Augusto a Maecenate, refert *Dio* 52, 23.

ut cura aerarii — transiret] *Dio* 53, 2. πρὸς τὴν διοίκησιν (τῶν χρημάτων ἐν τῷ δημοσίῳ) δύο κατ᾽ ἔτος ἐκ τῶν ἐστρατηγηκότων αἱρεῖσθαι ἐκέλευσε. cf. Ej. libri c. 52. Reddidit collegio Quaestorum curam aerarii Saturni Claudius Imperator, (v. Claud. 24.) unde *Quaestores aerarii* apud *Tac.* A. 13, 28.

ut centumviralem hastam — Decemviri cogerent] i. e. ut *judicium Centumvirorum*, ab hasta loco, ubi habebatur, praefixa ipso *hastae* nomine appellatum, quod Quaestorii antea convocaverant (v. *Dio* 39, 7. ubi: οὔτε γὰρ οἱ ταμίαι, δι᾽ ὧν τὴν ἀποκλήρωσιν τῶν δικαστῶν γενέσθαι ἐχρῆν, ᾕρηντο), *Decemviri litibus judicandis* (s. antiquius *stlitibus judicandis*) postea convocarent eique praesiderent, *Dio* 54, 26. eos τοὺς δέκα, τοὺς ἐπὶ τῶν δικαστηρίων τῶν ἐς τοὺς ἑκατὸν ἄνδρας κληρουμένων ἀποδεικνυμένους, et simul cum Triumviris rerum capitalium, Quatuorviris viarum

cogere, Decemviri cogerent. [37] Quoque plures partem administrandae Reipublicae caperent, nova officia excogitavit: curam operum publicorum, viarum, aquarum, alvei Tiberis, frumenti populo di-

---

curandarum, et Triumviris monetalibus, ex Equitibus Senatusconsulto A. U. 741. facto, lectos dicit. v. *Sigon*. de judic. 1. c. 8. et c. 28. *Siccama* de centumvirali judicio (Thes Graev. Tom. II. p. 1827.) *Heinecc*. Ant. Rom. 4, 6, 9. et *Ern*. Cl. Cic., ubi de *Decemviris et centumvirali judicio* suis locis exponit.

Quoque plures] Comparavit jam Casaub. verba Maecenatis apud *Dion*. 52, 25. πρὸς δ' ἔτι καὶ καλῶς ἔχει, διὰ πλειόνων πάντα τὰ τῇ ἀρχῇ προσήκοντα διάγεσθαι, ὅπως καὶ ὠφελῶνται ἅμα συχνοί, καὶ ἔμπειροι τῶν πραγματων γίγνωνται. οὕτω γὰρ οἵ τε ἀρχόμενοι μᾶλλον εὐνοήσουσί σοι, πολυειδῆ ἀπόλαυσιν τῶν κοινῶν ἀγαθῶν καρπούμενοι, καὶ σὺ ἀφθονώτατα τοῖς ἀεὶ ἀρίστοις πρὸς πάντα τὰ ἀναγκαῖα χρήσῃ.

curam operum publicorum] De his *Curatoribus operum publ*. v. *Panciroll*. de magistratibus municipalibus c. 14. (Thes. Tom. III. p. 3.) ubi laudat *Ulpian*. „Cura exstruendi vel reficiendi operis in civitate munus publicum est," et eundem, de officio Proconsulis ita exponentem: „Aedes sacras et opera publica circumire inspiciendi gratia, an sarta tectaque sint, vel an aliqua refectione indigeant, et si qua coepta sint, ut consummentur, prout vires ejus Reip. permittunt, curare debet, *Curatoresque operum* diligentes solenniter praeponere." Quod enim in provinciis, idem in Urbe horum Curatorum munus fuit, administratum antea a Censoribus atque Aedilibus. Vitellium curam operum publicorum administrasse, auctor est Noster Vitell. 5.

viarum] Censorum, deinde Quatuorvirorum id munus fuisse, docet *Lips*. excurs. ad *Tac*. Ann. 3, 31. Idem, perpetuum certumque munus id fecisse Augustum, censet. *Dio* 54, 8. (quem locum Lipsius praetermisit) τότε δὲ αὐτός τε προστάτης τῶν περὶ τὴν Ῥώμην ὁδῶν αἱρεθείς. (A. 734.) καὶ τὸ χρυσοῦν μίλιον κεκλημένον ἔστησε, καὶ ὁδοποιοὺς αὐταῖς ἐκ τῶν ἐστρατηγηκότων, ῥαβδούχοις δυο χρωμένους, προσέταξε, et 54, 26. inter Vigintiviros τοὺς τέσσαρας, τοὺς τῶν ἐν τῷ ἄστει ὁδῶν ἐπιμελουμένους fuisse dicit, additque: οἱ γὰρ δὴ δύο οἱ τὰς ἔξω τοῦ τείχους ὁδοὺς ἐγχειριζόμενοι, οἵ τε τέσσαρες οἱ ἐς τὴν Καμπανίαν πεμπόμενοι, κατελέλυντο. cf. Nicol. *Bergier*. de publicis et milit. Imper. Rom. viis sect. 4. (Thes. Graev. Tom. X. pag. 22 sequ.) et *Panciroll*. l. c. (Tom. III. pag. 9.)

aquarum] De *Curatorum aquarum* munere agit *Marlian*.

vidundi, praefecturam Urbis, triumviratum legendi

---

in Urb. Rom. topographia l. 4, 10. (Thes. Tom. III. p. 143.) ostenditque id fuisse, „extra Urbem ductus circuire, animadverterequo, an vitio aliquo laborarent, et quibus partibus succurrendum; ac etiam beneficia recognoscere, ne quis non concessam surriperet aquam, dareque operam, ut in castellis salientibus sine intermissione aqua flueret sequ."

alvei Tiberis] qui Curatores „non solum fluvium coercebant, et ut esset sine sordibus ac impedimento, curabant; verum etiam terminos statuebant, quo usque habitare in ripa, vel aedificare liceat," ut docet Georg. *Fabric.* in descript. Urb. Rom. (Thes. Tom. III. p. 452.) Idem affert inscriptionem, aliamque *Marlian.* l. c. 5, 13. (ibid. p. 181.) in quarum illa: „*L. Visellius C. F. Varro, curator riparum et alvei Tiberis*," in hac: „*Messius Rusticus, curator alvei et riparum Tiberis, et cloacarum Urbis.*"

frumenti populo dividundi] A. U. 732. ipse Augustus, sicut prius Pompejus, in maxima fame ἐπιμελητὴς τοῦ σίτου dictus est, auctore *Dione* 54, 1. qui ita pergit: καὶ ὃς τοῦτο μὲν ἀναγκαίως ἐδέξατο, καὶ ἐκέλευσε δυο ἄνδρας τῶν πρὸ πέντε που ἀεὶ ἐτῶν ἐστρατηγηκότων πρὸς την τοῦ σίτου διανομὴν κατ' ἔτος αἱρεῖσθαι. Id. 54, 17. διενομοθέτει, ἵνα ἐπὶ τῇ τοῦ σίτου διαδόσει προβαλλωνται καὶ οἱ ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἀεὶ ὄντες ἕνα ἕκαστος ἐκ τῶν πρὸ τριῶν ἐτῶν ἐστρατηγηκοτων, καὶ ἐξ αὐτῶν τέσσαρες οἱ λαχοντες σιτοδοτῶσιν ἐκ διαδοχῆς, quae mutatio facta A. 736. Tandem haec cura demandata est viris consularibus A. U. 760. Id *Dio* 55, 31. καὶ ἐπί γε τῇ σιτοδείᾳ δύο αὖθις ἐκ τῶν ὑπατευκότων ἐπιμελητὰς τοῦ σίτου σὺν ῥαβδούχοις ἀπέδειξε.

praefecturam Urbis] De *praefectis Urbi*, quales tempore liberae Reip. et sub Caesare fuerant, dixi ad Caes. c. 76. Nova *praefecti U.* sub Imperatoribus esse coepit dignitas. Describit eam Maecenas apud *Dion.* 52, 21. πολίαρχος δὲ δή τις ἐκ τῶν προηκόντων, καὶ ἐκ τῶν πάντα τὰ καθήκοντα προπεπολιτευμένων, ἀποδεικνύσθω· οὐχ ἵνα ἀποδημησάντων που τῶν ὑπάτων ἄρχῃ, ἀλλ' ἵνα τά τε ἄλλα ἀεὶ τῆς πόλεως προστατῇ, καὶ τὰς δίκας, τάς τε παρὰ πάντων ὧν εἶπον ἀρχόντων ἐφεσίμους τε καὶ ἀναπομπίμους, καὶ τὰς τοῦ θανάτου, τοῖς τε ἐν τῇ πόλει, πλὴν ὧν ἂν εἴπω, καὶ τῆς ἔξω αὐτῆς μέχρι πεντήκοντα καὶ ἑπτακοσίων σταδίων οἰκοῦσι, κρίνῃ. Postea potestatem ejus esse debere perpetuam, dicit. Officia ejusdem *Hotomann.* de magistratibus Romam. l. 1. (Thes. Tom. II. p. 1873.) haec ex Ulpiano constituit: „Ut servorum de dominis querelas, vicissimque horum in illos criminationes audiret; ut patronis de libertis ingratis querentibus jus diceret; ut de tutorum curatorumve criminibus cognosceret; ut nummulario-

Senatus, et alterum recognoscendi turmas Equitum, quotiescunque opus esset. Censores, creari desitos, longo intervallo creavit: numerum Praetorum auxit.

---

rum argentariorumque fraudes coerceret; ut carnis curam gereret; ut quietem in populo procuraret, illicitaque collegia coerceret; ut spectaculorum disciplinae praeesset; denique, quicquid non modo intra Urbem, verum etiam intra centesimum ab Urbe lapidem commissum esset, animadverteret; sic ut et Urbe et Italia interdicendi potestatem haberet, itemque in insulam deportandi." Ornatus est hac dignitate Agrippa A. U. 733., auctore *Dion*. 54, 6. ubi diserte eum a πολιάρχῳ, τῷ διὰ τὰς ἀνοχὰς αἱρουμένῳ, h. e. a vetere magistratu ejusdem nominis, cujus species sub Augusto etiam remanserat, distinguit. - Alios nominat *Tac*. Ann. 6. 11, ubi v. interpr.

triumviratum legendi Senatus] *Censorum* antea fuerat, legere Senatum, lege Ovinia. v. *Festus* in *Praeteriti Senatores*, Fabric. ad *Dion*. 37, 46. — Consilium, novum hunc faciendi magistratum, et ipsum tribuit Maecenati, quamquam de uno tantum, non de duplici triumviratu loquens, *Dio* 52, 21. ubi ille ita: ἕτερος τέ τις ἐκ τῶν ὁμοίων καὶ αὐτὸς αἱρείσθω, ὥςτε τά τε γένη καὶ τὰς οὐσίας, τούς τε τρόπους, καὶ τῶν βουλευτῶν καὶ τῶν ἱππέων, ἀνδρῶν τε ὁμοίως καὶ παίδων, γυναικῶν τε καὶ τῶν προςηκόντων αὐταῖς, ἐξετάζειν τε καὶ ἐπισκοπεῖν· καὶ αὐτὸν μὲν ἐπανορθοῦν ὅσα μήτε τινος τιμωρίας ἄξιά ἐστι, καὶ παρορώμενα, πολλῶν καὶ μεγάλων κακῶν αἴτια γίνεται· τὰ δὲ δὴ μείζω σοὶ ἐπικοινοῦσθαι. βουλευτῇ γάρ τινι, καὶ τῷ γε ἀρίστῳ μετὰ τὸν πολίαρχον, μᾶλλον ἤ τινι τῶν ἱππέων, προςτετάχθαι τοῦτο δεῖ. καὶ τό γε ὄνομα ἀπὸ τῆς σῆς τιμαρχίας (πάντως γὰρ σὲ προεστάναι τῶν τιμήσεων προςήκει) εἰκότως ἂν λάβοι, ὥςτε ὑποτιμητὴς καλεῖσθαι. Eundem magistratum perennem fieri jubet.

Censores] *Dio* 54, 2. postquam, ipsum Augustum censurae honorem recusasse, narravit: εὐθὺς ἑτέρους τιμητάς, Παῦλόν τε Αἰμίλιον Λέπιδον, καὶ Λούκιον Μουνάτιον Πλαγκον, τοῦτον μὲν, ἀδελφὸν τοῦ Πλαγκου ἐκείνου τοῦ ἐπικηρυχθέντος ὄντα, τον δὲ δὴ Λέπιδον αὐτὸν τότε θανατωθέντα, ἀπέδειξεν. ἔσχατοι οὗτοι τὴν τιμητείαν ἰδιῶται ἅμα ἔσχον. (A. U. 732.) De his v. *Vell*. 2, 95.

numerum Praetorum auxit] quod fecerat jam Caesar. v. ad Caes. 41. Respicere igitur Suetonius non eum, qui sub Caesare, sed, qui libera Republica fuerat, numerum videtur. *Dio* enim 53, 32. ad A. 731. στρατηγοὺς δέκα, ὡς οὐδὲν ἔτι πλειόνων δεόμενος, ἀπέδειξε· καὶ τοῦτο καὶ ἐπὶ πλείω ἔτη ἐγένετο. ἔμελλον δὲ αὐτῶν οἱ μὲν ἄλλοι τὰ αὐτὰ ἅπερ καὶ πρόσθεν ποιήσειν, δύο δὲ ἐπὶ τῇ διοικήσει ὅσα ἔτη γενήσεσθαι. Consentit *Vell*. 2, 89. qui: „im-

Exegit etiam, ut, quoties consulatus sibi daretur, binos pro singulis collegas haberet: nec obtinuit, reclamantibus cunctis, satis majestatem ejus imminui, quod honorem eum non solus, sed cum altero, gereret. [38] Nec parcior in bellica virtute honoranda, super triginta ducibus justos triumphos, et aliquanto

---

perium magistratuum ad pristinum redactum modum; *tantummodo octo Praetoribus allecti duo.*" Sed anno 764. sedecim, ut sub Caesare aliquando, Praetores fuere, auctore eodem *Dion.* 56, 25. *καὶ στρατηγοὶ ἑκκαίδεκα ἦρξαν, ἐπειδὴ τοσοῦτοί τε τῆς ἀρχῆς ἀντεποίησαν, καὶ οὐδένα αὐτῶν λυπῆσαι ὁ Αὔγουστος, οἷα ἐν τοιούτοις ὤν,* (post cladem Varianam) *ἠθέλησεν. οὐ μὴν καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐφεξῆς ἔτεσι ταυτὸ ἐγένετο, ἀλλ' οἱ δώδεκα ἐπὶ πολὺ κατέστησαν.* Haec autem ultima Dionis verba confirmat *Tac.* Ann. 2, 14. „Candidatos praeturae *duodecim* nominavit (Tiberius), numerum ab Augusto traditum," ad quem locum v. excurs. Lipsii.

exegit] i. e. postulavit, rogavit; non obtinuisse enim, ipse auctor addit. Postea in edit. Wolf. mendose legitur *quod honorem quum* sequ. Ex *eum* factum *cum*, inde *quum*.

justos triumphos] Quomodo tot triumphi agi potuerint usque ad annum 740., ex quo ii desierunt, docet locus *Dion.* 54, 12. *οἱ μέν, λῃστὰς συλλαμβάνοντες, οἱ δέ, πόλεις στασιαζούσας καταλλάσσοντες, καὶ ἐπεγράφοντο τῶν νικητηρίων, καὶ ἔπεμπον αὐτά. ὁ γὰρ Αὔγουστος καὶ ταῦτα ἀφθόνως τισὶ τήν γε πρώτην ἐχαρίζετο.* Sed inde ab A. 740. *justi triumphi* non amplius habiti a ducibus, sed *ornamenta* tantum *triumphalia* iis data. Id *Dio* 54, 24. *οὐ μέντοι καὶ τὰ ἐπινίκια, καίτοι ψηφισθέντα αὐτῷ* (Agrippae), *ἔπεμψεν. οὔτε γὰρ ἔγραψεν ἀρχὴν ἐς τὸ συνέδριον ὑπὲρ τῶν πραχθέντων οὐδέν. ἀφ' οὗ δὴ καὶ οἱ μετὰ ταῦτα, νόμῳ τινὶ τῷ ἐκείνου τρόπῳ χρώμενοι, οὐδ' αὐτοὶ τῷ κοινῷ ἔτ' ἐπέστελλον, οὔτε τὴν πόμπην τῶν νικητηρίων ἐδέξαντο. καὶ διὰ τοῦτο οὐδ' ἄλλῳ τινὶ ἔτι τῶν ὁμοίων αὐτῷ ποιῆσαι τοῦτο ἐδόθη, ἀλλὰ μόναις ταῖς ἐπινικίοις τιμαῖς ἐγαυροῦντο.* De his *τιμαῖς ἐπινικίοις* s. *νικητηρίοις* v. Fabr. ad *Dion.* 66, 17. et Onuphr. *Panvin.* de Triumpho c. 6. (Thes. Tom. VIIII. p. 1391. sequ.), qui de iis ita: „Duces quoque, qui Caesarum tempore fuerant, invidiam maximi honoris vitaturi, rebus egregie gestis, triumphi mentione omissa, *triumphalibus ornamentis* contenti erant. Haec autem fuerunt: *supplicationes decretae, appellatio Imperatoris, laurea corona, praetexta* s. *trabea triumphalis, sceptrum, statua, sacrificia, et cetera triumphantium insignia;* curru tamen intra Urbem non vehebantur, neque consuetam pompam agebant. Qui honor usque ad Constantini Imp.

pluribus triumphalia ornamenta decernenda curavit. Liberis Senatorum, quo celerius Reipublicae assuescerent, protinus virilem togam, latum clavum induere, et Curiae interesse permisit: militiamque auspicantibus non tribunatum modo legionum, sed et praefecturas alarum dedit: ac ne quis expers castrorum esset, binos plerumque laticlavios praeposuit singulis alis. Equitum turmas frequenter recognovit, post longam intercapedinem reducto more trans-

---

tempora permansit, post quae cum triumpho paulatim obliterari coepit."

protinus virilem togam] Puto, stare posse hanc lectionem, ut *protinus* sit *simul*, ἅμα (sogleich nach einander), atque placet mihi asyndeton, quod eodem fere momento togam et laticlaviam tunicam sumtas ostendit. Al. *virili togae lat. cl. induere*, quod prorsus ineptum esse, quum latus clavus esset in tunica, haec sub toga, jam docuit Oudend.; alii, quos memorat Torrent. (non igitur Casauboni est emendatio, cui tribuunt eam Graev. et Ernestius) legerunt: *protinus a virili toga* sequ. i. e. *post*. Ern. suasit: *cum virili toga*, vel: *protinus, ut virilem togam, et latum clav.* etc. Oudend. *protinus virili a toga et latum cl. induere, et curiae* etc. Omnia non necessaria esse videntur. — Ceterum, vel prius a Senatorum filiis latum clavum simul cum toga virili per bellorum civilium licentiam sumi solitum, idque ab Augusto confirmatum modo et ad veram juvenum, qui inde in Curiam admittebantur, utilitatem translatum, vel adolescentulo Augusto tantum a Caesare datum fuisse, apparet ex Aug. c. 94. ubi v.

tribun. modo leg.] Dicti ii *Tribuni laticlavii*, v. Domit. c. 10., uti *angusticlavii*, qui illustri genere non orti virtute equestrem locum s. tribunatum meruerant, *angusto clavo*, ut veteres Equites, insignes. v. Ernest. ad Othon. 10. *Alae* illo tempore equitatus erant, ex gentibus exteris, Gallis, Germanis, Hispanis, atque provincialibus collectus, quum post bella civilia nullus fere equitatus Romanus superesset. De varia *alarum* significatione, quae diversis Reip. temporibus obtinuit, v. *Schelius* in Hygin. (Thes. Graev. Tom. X. p. 1075. sequ.).

Equitum — recognovit] *Recognoscere* Equites, ἐξετάζειν τοὺς ἱππέας, fuerat antea Censorum; id Augustus nunc administravit, ut partem praefecturae morum, quamquam saepius, saltem nomine tenus, partitus videtur hunc honorem cum Triumviris iis, de quibus cap. sup., ut reliqua censurae officia. cf.

vectionis. Sed neque detrahi quemquam in transvehendo ab accusatore passus est, quod fieri solebat: et senio vel aliqua corporis labe insignibus permisit, praemisso in ordine equo, ad respondendum, quoties citarentur, pedibus venire: mox reddendi equi gratiam fecit eis, qui majores annorum quinque et triginta retinere eum nollent. [39] Impetratisque a Senatu decem adjutoribus, unumquemque Equitum rationem vitae reddere coëgit: atque ex improbatis alios poena, alios ignominia notavit; plures admonitione, sed varia. Lenissimum genus admonitionis fuit traditio coram pugillarium, quos taciti, et ibidem statim legerent. Notavitque aliquos, quod pecunias levioribus usuris mutuati, graviore fenore collocassent. [40] Comitiis tribuniciis, si deessent candidati Senatores, ex Equitibus Romanis creavit,

---

Fabric. ad verba *Dion.* 55, 31. τὴν ἐξέτασιν τῶν ἱππέων τὴν ἐν τῇ ἀγορᾷ γιγνομένην ἀνεβάλετο. *Transvectio* singulis annis Idibus Quinctil. fiebat (Liv. 9. fin.) ab Aede Honoris, extra Urbem sita, in Capitolium. v. *Rosin.* Ant. Rom. 4, 11. p. 285.

reddendi equi gratiam fecit] Casaub. maluit *retinendi*, quoniam *gratiam facere* in Nostro alias est *remittere*, permittere, ne quid fiat, quod faciendum erat. Sed ita auctor brevius dicere potuisset: *mox gratiam fecit iis, qui — retinere equum nollent*, ac in phrasi: *gratiam facere* omnino est sensus: alicui concedere, quod ei gratum sit, in utramque partem, vel *ut* vel *ne* faciat aliquid. H. l. igitur est i. q. *potestatem fecit*, ut *Liv.* 3, 41. „*facta* per Cornelium Valerio *dicendi gratia, quae vellet.*" Tribuit autem Augustus iis, qui ad eam aetatem provecti nullos, quibus in Senatum intrarent, honores acceperant, hoc beneficium, ut a molesto, stipendia inter Equites merendi, onere liberati, ordinem equestrem retinerent, quo excidebant vendere equum a Censore jussi.

a Senatu] Al. *a Senatoribus*. Praeferrem, quod et aliis placuit, *e Senatoribus*, nisi obstaret κακόφωνον ob sequens *adjutoribus*. Mallem tamen cum Burm. *a Senatu*.

si deessent candidati Senatores] Post Sullae tempora Senatoribus tantum tribunatum plebis patuisse, monui ad c. 10. Ab illis, quum infirmatam hanc potestatem detrectarent, jam ad Equites etiam translatam, narrat loco e Nostro expresso *Dio* 54, 30. τὴν δὲ δημαρχίαν ὀλίγων σφόδρα, διὰ τὸ τὴν ἰσχὺν σφῶν καταλελύσθαι, αἰτούντων, ἐνομοθέτησεν, ἐκ τῶν ἱππέων τῶν μὴ ἔλατ-

ita ut potestate transacta, in utro vellent ordine, manerent. Quum autem plerique Equitum, attrito bellis civilibus patrimonio, spectare ludos e quatuordecim non auderent, metu poenae theatralis; pronunciavit, non teneri eo, quibus ipsis parentibusve equester census nunquam fuisset. Populi recensum vicatim egit: ac ne plebs frumentationum causa frequentius a negotiis avocaretur, ter in annum quaternûm mensium tesseras dare destinavit: sed desideranti consuetudinem veterem concessit rursus, ut sui cujusque

---

τον πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδων κεκτημένων προβάλλεσθαι τοὺς ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἕνα ἕκαστον, κἀκ τούτων τὸ πλῆθος τοὺς ἐνδέοντας αἱρεῖσθαι σφίσιν, (hic puto excidisse *ὥστε βουλεύειν*, vel *ἐφ' ᾧ βουλεύειν*) *εἰ μὲν καὶ βουλεύειν μετὰ τοῦτ' ἐθέλοιεν, εἰ δὲ μή, ἐς τὴν ἱππάδα αὖθις ἐπανιέναι ἐξεῖναι.* (A. 742.)

metu poenae theatralis] Legem *Juliam theatralem* commemorat *Plin.* 33, 2. ubi dicit, nemini aureum annulum gestare licuisse, „nisi cui ingenuo ipsi, patri avoque paterno sestertia CCCC census fuisset, et (jus) lege Julia theatrali in quatuordecim ordinibus sedendi.“ Coerciti igitur hac lege ii, qui equestri censu (de quo v. ad Caes. 33.) destituti in spectaculis in quatuordecim ordines se intrusissent, eamque legem in mente habere videtur auctor infra c. 44., ubi *spectandi confusissimum ac solutissimum morem correxisse et ordinavisse* Augustum, dicit.

quibus — equester census nunquam fuisset] Omnes edd., quas vidi, dant *unquam* sine ulla animadversione, praeter Bremianam, quae exhibet *nunquam*, verissime. Scilicet eos exemit poena, qui non profusione sua aliave causa inhonesta patrimonium contrivissent, eos adeo, quibus per bellorum civilium calamitates ipsis parentibusve equester census *nunquam* fuisset. Ita secundum *Dion.* 57, 10. Tiberius *διέγραψε τοὺς μὲν ὑπὸ ἀσελγείας, τοὺς δὲ καὶ ὑπὸ πτωχείας, ὅσοι μηδένα αὐτῆς λογισμὸν εἰκότα ἀποδοῦναι ἐδύναντο.*

populi recensum] ut Caesar c. 41. ubi vide. Non magis hoc loco quam illo de censu totius populi Rom. cogitandum.

sui cujusque mensis] Injuria Bremius haec verba vel non Latina, vel durissima judicat, suadens: *suum cujusque mensis*. Sed male interpretatur vulgatum ita: *sui* sc. *frumenti tesseras cujusque mensis*, quae sane contorta esset constructio. Imo genitivus pendet ab omisso: *tesseras* vel *frumentum*. *Suus quisque mensis* dicitur ut *suum quodque tempus*, atque est i. q. singuli menses. Nos: allemal auf seinen Monat i. e. monatlich.

mensis acciperet. Comitiorum quoque pristinum jus reduxit: ac multiplici poena coërcito ambitu, Fabianis et Scaptiensibus, tribulibus suis, die comitiorum, ne quid a quoquam candidato desiderarent, singula millia nummûm a se dividebat. Magni praeterea existimans, sincerum atque ab omni colluvione peregrini ac servilis sanguinis incorruptum servare populum, et civitatem Romanam parcissime dedit, et manumittendi modum terminavit. Tiberio, pro cliente Graeco petenti, rescripsit, *Non aliter se daturum, quam si praesens sibi persuasisset, quam justas petendi*

Ita bene quis diceret: pecuniam non in annum, sed suo quoque mense accipio.

comitiorum — reduxit] i. e. qualis comitiorum species sub Caesare fuerat. v. Caes. 41. *Dio* 53, 21. ὅ τε δῆμος ἐς τὰς ἀρχαιρεσίας καὶ τὸ πλῆθος αὖ συνελέγετο. οὐ μέντοι καὶ ἐπράττετό τι, ὃ μὴ καὶ ἐκείνῳ ἤρεσκε. τοὺς γοῦν ἄρξοντας τοὺς μὲν αὐτος ἐκλεγόμενος προεβάλλετο, τοὺς δὲ καὶ ἐπὶ τῷ δήμῳ τῷ τε ὁμίλῳ κατὰ το ἀρχαῖον ποιούμενος, ἐπεμελεῖτο ὅπως μήτ' ἀνεπιτήδειοι, μήτ' ἐκ παρακελεύσεως, ἢ καὶ δεκασμοῦ, ἀποδεικνύωνται.

Fabianis et Scaptiensibus] Ad *Scaptiam* tribum pertinebat ob gentem Octaviam, ad *Fabiam* ob Iuliam, in quam per adoptionem venerat. Postea pro *a se* i. e. de suo al. corrupte *asse*.

et manumittendi modum terminavit] per leges *Fusiam Caniniam*, cujus latae tempus incertum, et *Aeliam Sentiam*, latam A. U. 757. Sex. Aelio Cato et C. Sentio Saturnino Css., de quibus copiosissime egit *Heinecc.* Ant. Rom. l. 1. tit. 6 et 7. pag. 110. sequ. *Dio* 55, 13. πολλῶν τε πολλοὺς ἀκριβῶς (quod Fabr. interpretatur: *plena et justa libertate*, Casaub ad h. l. emendat ἀκρίτως) ἐλευθερούντων, διέταξε τήν τε ἡλικίαν, ἣν τόν τε ἐλευθερώσοντά τινα καὶ τὸν ἀφεθησόμενον ὑπ' αὐτοῦ ἔχειν δεήσοι· καὶ τὰ δικαιώματα, οἷς οἵ τε ἄλλοι πρὸς τοὺς ἐλευθερουμένους, καὶ αὐτοὶ οἱ δεσπόται σφῶν γενόμενοι, χρήσοιντο. Auctore eodem 56, 33. quartum volumen eorum, quae mortuus Augustus reliquit, continuit ἐντολὰς καὶ ἐπισκήψεις τῷ Τιβερίῳ καὶ τῷ κοινῷ, ἄλλας τε, καὶ ὅπως μήτ' ἀπελευθερῶσι πολλούς, ἵνα μη παντοδαποῦ ὄχλου τὴν πόλιν πληρώσωσι· μητ' αὖ ἐς τὴν πολιτείαν συχνους ἐσγράφωσιν, ἵνα πολὺ τὸ διάφορον αὐτοῖς πρὸς τοὺς ὑπηκόους ᾖ. De tota manumittendi ratione apud Romanos et de summo, qui suo tempore invaluerat, hujus moris abusu, multis agit *Dionys.* Ant. 4, 24.

causas haberet. Et Liviae, pro quodam tributario Gallo roganti, civitatem negavit, immunitatem obtulit, affirmans, *Se facilius passurum, fisco detrahi aliquid, quam civitatis Romanae vulgari honorem.* Servos, non contentus, multis difficultatibus a libertate, et multo pluribus a libertate justa removisse; quum et de numero et de conditione ac differentia eorum, qui manumitterentur, curiose cavisset, hoc quoque adjecit, ne vinctus unquam tortusve quis ullo libertatis genere civitatem adipisceretur. Etiam habitum vestitumque pristinum reducere studuit. Ac visa quondam pro concione pullatorum turba, indignabundus et clamitans, *En,*

---

a libertate justa] Hac manumissi *cives Romani* fiebant. Cavit igitur de *differentia* eorum, qui manumitterentur, lege Aelia Sentia ita, ut, qui propter flagitia facinorave ignominiosa poena fuissent notati, accepta libertate ad *dediticiorum* tantum conditionem redigerentur h. e. eodem loco essent, quo homines, qui bello in deditionem venissent. Caput hoc legis Heinecc. l. c. ex Ulpiano ita exhibet: „qui servus, quaeve ancilla poenae causa a domino *vinctus vinctave*, aut in custodiam datus datave, quibusve vestigia scripta, itemque qui quaeve propter noxam *tortus tortave* nocens inventus inventave, item qui quaeve, ut ferro aut cum bestiis depugnaret, damnatus damnatave, aliove supplicio affectus affectave fuit: is eave quoquo modo manumissus manumissave, *justam libertatem non consequitor, sed dediticiorum numero esto.*" De dediticiorum conditione *Heinecc.* p. 107. sequ. Postea tertium genus accessit libertinorum, qui *Latini Juniani* dicti a lege Junia Norbana, lata A. 771., quae manumissis per modos minus solemnes non civitatis, sed Latinorum tantum jura concessit, de quibus v. *Heinecc.* p. 106. sequ. De *justa libertate* v. etiam Lips. ad *Tac.* 13, 27.

ullo libertatis genere] i. e. nullo manumissionis modo, neque solemni, neque minus solemni.

habitum vestitumque] *Vestitus* est pars *habitus*, qui ad totum corpus pertinet, et modum significat, illud habendi, non vestibus modo, earumque colore vel forma conspicuum. Nos etiam: Tracht und Kleidung.

pullatorum turba] *Pullati s. atrati* pr. rei dicebantur, toga sordida (ἐν ἐσθῆτι φαιᾷ) s. in sordibus incedentes. H. l. plebs

Romanos, rerum dominos, gentemque togatam!
negotium Aedilibus dedit, ne quem posthac paterentur in Foro circave, nisi positis lacernis, togatum consistere. [41] Liberalitatem omnibus ordinibus per occasiones frequenter exhibuit. Nam et, invecta Urbi Alexandrino triumpho regia gaza, tantam copiam nummariae rei effecit, ut, fenore deminuto, plurimum agrorum pretiis accesserit, et postea, quoties ex damnatorum bonis pecunia superflueret, usum ejus gratuitum iis, qui cavere in duplum possent, ad certum tempus indulsit. Senatorum censum ampliavit, ac pro octingentorum millium summa duodecies sestertio taxavit,

---

intelligitur Romana, quae, toga fere deposita, tunicas sordidas atque *lacernas*, quod pallii genus reliquis vestibus superinduebatur, gerere solebat, unde *Plin.* epist. 7, 17. *sordidos pullatosque*, *Quinctil.* Inst. 2, 12. *pullatum circulum* et 6, 4. *pullatam turbam* dicunt.

clamitans: *En*] Ejeci eum Gronov., Oudend., Wolf., quod sequebatur in vulg. *ait*, conjunxique, quod novum ibi comma incipiebat, *negotium Aed. dedit*, cum superiori *clamitans*. Versum esse *Virgilii* Aen. 1, 282, nemo nescit. Post *in Foro circave* cum Oudend. dedi pro *Circove*, auctoribus optimis codd. et *Perizon.* ad Sanct. Min. 4, 15. Sermo de concione tantum est, quod docet ipsum voc. *consistere*. Ad spectacula admisit quidem pullatos, sed *media cavea sedere* vetuit, ut tradit Noster c. 44.

tantam copiam — effecit] *Dio* 51, 21. τοσοῦτον τὸ πλῆθος τῶν χρημάτων διὰ πάσης ὁμοίως τῆς πόλεως ἐχώρησαν, ὥστε τὰ μὲν κτήματα ἐπιτιμηθῆναι, τὰ δὲ δανείσματα, ἀγαπητῶς ἐπὶ δραχμῇ πρότερον ὄντα, τότε ἐπὶ τῷ τριτημορίῳ αὐτῆς γενέσθαι. *Oros.* 6, 19. „Roma in tantum opibus (Alexandriae urbis) aucta est, ut propter abundantiam pecuniarum, duplicia quam usque ad id fuerant, possessionum aliarumque rerum venalium pretia statuerentur.“ Pro *deminuto* in ipsa ed. Wolf. vitiose *diminuto*.

qui cavere in duplum possent] i. e. praedibus vel pignoribus datis de summa duplo majore cautionem interponere possent.

pro octing. — taxavit] *Dio* 54, 17. τὰς ἀρχὰς ἅπασι τοῖς δέκα μυριάδων (sc. δραχμῶν i. e. quadringentorum millium HS) οὐσίαν ἔχουσι, καὶ ἄρχειν ἐκ τῶν νόμων δυναμένοις, ἐπαγγέλλειν ἐπέτρεψε. τοσούτων (an τοσοῦτον) γὰρ τὸ βουλευτικὸν τίμημα τὴν

suppletvitque non habentibus. Congiaria populo frequenter dedit, sed diversae fere summae: modo

---

πρώτην εἶναι ἔταξεν, ἔπειτα καὶ ἐς πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας (i. e. millena millia s. decies HS., ut *Plutarch.* Anton. 4. τοῦτο, sc. μυριάδας πέντε καὶ εἴκοσι, Ῥωμαῖοι δέκιες καλοῦσι) προήγαγε. Id. c. 26. το μὲν πρῶτον δέκα μυριάδων τὸ τίμημα αὐτοῖς ὥριστο, διὰ τὸ συχνοὺς τῶν πατρῴων ὑπὸ τῶν πολέμων ἐστερῆσθαι, προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, καὶ τῶν ἀνθρώπων περιουσίας κτωμένων, ἐς πέντε καὶ εἴκοσι προήχθη. Jam contra eos, qui hunc Suetonii et Dionis de censu senatorio dissensum alterius utrius errori tribuerunt, vel n. l. pro *duodecies* legendum *decies* censuerunt, *Perizon.* in dissert. *de lege Voconia* ostendit, ante Augustum hunc censum *octingentorum millium* fuisse, ob bellorum civilium calamitates ortamque inde hominum pauperiem redactum quidem ad tempus ad *quad. ingenta millia* s. δέκα μυριάδας δραχμῶν, auctum tamen postea ad *decies* HS. s πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας, tandem novo incremento ad *duodecies* HS., quam summam, quoniam post mortem Augusti duravit, indicat Suetonius, ac nonnullis etiam suppletam fuisse ab Imperatore, ad A. 757. narrat ipse *Dio* 55, 13. ubi: ἐπειδὴ συχνοὶ τῶν νεανίσκων ἔκ τε τοῦ βουλευτικοῦ γένους καὶ τῶν ἄλλων ἱππέων ἐπένοντο, μηδὲν ἐπαίτιον ἔχοντες, τοῖς μὲν πλείοσι τὸ τεταγμένον τίμημα ἀνεπλήρωσεν, ὀγδοήκοντα δέ τισι καὶ ἐς τριάκοντα μυριάδας (i. e. duodecies HS.) ἐπηύξησε, qua liberalitate ad censum Senatorum ad eam summam augendum viam sibi parasse Augustus videtur. Haec igitur sunt *tertia quadringenta* apud *Iuvenal.* Sat. 14, 326., quae censum senatorium significare, patet. v. *Ruperti* ad h. l. et ad Ej. 7, 118. ubi verba e *Dodwell.* Annal. Quinctil. huc facientia transscripsit.

supplevitque non habentibus] Saepius id factum, memorat *Dio*, ut 53, 2. βουλευταῖς τέ τισι χρήματα ἐχαρίσατο. 54, 17. καί τισι τῶν εὖ βιούντων, ἔλαττω τότε μὲν τῶν δέκα, αὖθις δὲ τῶν πέντε καὶ εἴκοσι κεκτημένων, ἐχαρίσατο ὅσον ἐνέδει, et 55, 13. quem locum proxime reddidimus.

Congiaria — dedit] Horum etiam frequens mentio apud *Dionem* 51, 21. ad A. 725. τῷ δήμῳ καθ᾽ ἑκατὸν δραχμάς (*quadringenos numos*), προτέροις μὲν τοῖς ἐς ἄνδρας τελοῦσιν, ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς παισί, (*ne minores quidem pueros praeteriit*) διὰ τὸν Μάρκελλον τὸν ἀδελφιδοῦν, διένειμε. 53, 28. ad A. 730. καὶ τῷ δήμῳ καθ᾽ ἑκατὸν δραχμὰς δώσειν ὑπέσχετο, τό τε γράμμα τὸ περὶ αὐτῶν ἀπηγόρευσε μὴ πρότερον ἐκτεθῆναι, πρὶν ἂν καὶ ἐκείνῃ (τῇ βουλῇ) συνδόξῃ. 55, 10. ad A. 752. καὶ καθ᾽ ἑξήκοντα δραχμὰς ἔδωκε, ex quo loco mallem nostro legere: *ducenos quadragenosque*, nisi in *Monum. Ancyr.*, ubi singula congiaria et frumentationes recensentur, diserte Augustus, se nunquam minus *quinquagin-*

quadringenos, modo trecenos, nonnunquam ducenos quinquagenosque nummos: ac ne minores quidem pueros praeteriit, quamvis non nisi ab undecimo aetatis anno accipere consuessent. Frumentum quoque in annonae difficultatibus saepe levissimo, interdum nullo pretio, viritim admensus est, tesserasque nummarias duplicavit. [42] Sed ut salubrem magis quam ambitiosum Principem scires, querentem de inopia et caritate vini populum severissima coërcuit voce: *Satis provisum a genero suo Agrippa, perductis pluribus aquis, ne homines sitirent.* Eidem populo, promissum quidem congiarium reposcenti, *Bonae se fidei esse*, respondit: non promis-

---

ta et ducentis numis dedisse, diceret. Numero igitur rotundo Dio usus esse videtur.

frumentum — admensus est] De frumento, populo ex publico singulis mensibus diviso, v. quae dixi ad Caes. 41. H. l. sermo de extraordinariis frumentationibus. *Mon. Ancyr.* „duodecim frumentationes frumento privatim coempto emensus sum." *Dio* 53, 2. καὶ τῷ πλήθει τετραπλάσιον τὸν σῖτον ἔνειμε, (A. 726.) et 55, 26. ad A. 759. quo dira fame Romam vexatam narraverat: ἐπέδωκε μὲν γὰρ καὶ προῖκα ὁ Αὔγουστος τοῖς σιτοδοτουμένοις τοσοῦτον ἕτερον ὅσον ἀεὶ ἐλάμβανον. v. Vinc. *Contaren.* de frumentaria Principum largitione c. 3. quod agit de frumentariis Principum largitionibus (Thes. Graev. Tom. VIII. p. 951. sequ.).

salubrem mag. qu. ambit.] i. e. qui vera Reip. commoda praestare, multisque morbis laboranti mederi, quam nimiis beneficiis multitudinis animos conciliare sibi mallet. v. Ern. ad *Tac.* H. 1, 83. *ambitiosum imperium* interpretantem, et eundem *Tac.* H. 2, 12. „Suedius Clemens *ambitioso imperio* regebat — adversus modestiam disciplinae corruptus."

Satis provisum] *Dio* 54, 11. Ἀγρίππας τὸ ὕδωρ τὸ Παρθένιον καλούμενον τοῖς ἰδίοις τέλεσιν ἐσαγαγών, Αὔγουστον προσηγόρευσε. καὶ οὕτω γε ἐκεῖνος ἐπ' αὐτῷ ἔχαιρεν, ὥστε σπανιότητός ποτε οἴνου γενομένης, καὶ τῶν ἀνθρώπων δεινὰ διαβοώντων, ἱκανώτατα ἔφη τὸν Ἀγρίππαν προνενοηκέναι, ὥστε μὴ δίψῃ ποτὲ αὐτοὺς ἀπολέσθαι.

reposcenti] Vera sine dubio est sententia Reizii, qui, Burmanno particulae *re* vehementiae notam tribuente, Ernestio ex argenteï seculi usu simplex pro composito dictum putante, h. l. potius *re* debitum spectare censet, quod, ut potius *reddi* di-

sum autem flagitanti, turpitudinem et impudentiam edicto exprobravit, affirmavitque, non daturum se, quamvis dare destinarat. Nec minore gravitate atque constantia, quum, proposito congiario, multos manumissos insertosque civium numero comperisset, negavit accepturos, quibus promissum non esset: ceterisque minus, quam promiserat, dedit, ut destinata summa sufficeret. Magna vero quondam sterilitate, ac difficili remedio, quum venalicias et lanistarum familias, peregrinosque omnes, exceptis medicis et praeceptoribus, partemque servitiorum, Urbe expulisset; ut tandem annona convaluit, *impetum se ce-*

---

catur, quam *dari*, ita et *repeti* et *reposci* potius quam *peti* v. *posci*, coll. *Virgil.* Aen. 12, 2. „sua nunc promissa *reposci.*"

destinarat] Bene se habet indicativus; nam verba sunt auctoris, non Augusti. Jungi autem *quamvis* indicativo, docuere *Perizon.* ad Sanctii Minerv. p. 484., *Cort.* ad Plin. Ep. 2, 5., *van Staveren* ad Cornel. Milt. 2., Burmann. ad *Ovid.* Heroid. 7, 29. et 13, 119. Al. *destinaret.* Reitzius mallet *destinarit.* At, si vel maxime esset oratio obliqua, esse deberet *destinasset*, ob praecedens *affirmavit.*

quum — comperisset] *Dionys.* 4, 24. quo loco de abusu manumissionis loquitur (v. ad c. 40.) *οἱ δὲ (τυγχάνουσι τῆς ἐλευθερίας), ἵνα τὸν δημοσίως διδόμενον σῖτον λαμβάνοντες κατὰ μῆνα, καὶ εἴ τις ἄλλη παρὰ τῶν ἡγουμένων γίγνοιτο τοῖς ἀπόροις τῶν πολιτῶν φιλανθρωπία, φέρωσι τοῖς δεδωκόσι τὴν ἐλευθερίαν.* Ita in Pompejana frumenti divisione (A. U. 698.) *πολλοὺς πρὸς τὰς ἀπ' αὐτοῦ ἐλπίδας ἐλευθερωθῆναι*, e *Dion.* 39, 24. notavit jam ad h. l. Casaubonus.

quum venalicias — Urbe expulisset] *Dio* 55, 26. *Ῥωμαίους ἐλύπει — λιμὸς ἰσχυρός·* (A. 759.) *ὥσθ' ὑπ' αὐτοῦ τούς τε μονομαχοῦντας (lanistarum familias), καὶ τὰ ἀνδράποδα τὰ ὤνια (venalicias familias), ὑπὲρ πεντήκοντα καὶ ἑπτακοσίους σταδίους ἐξωσθῆναι ἔκ τε τῆς θεραπείας καὶ τὸν Αὔγουστον καὶ τοὺς ἄλλους τὸ πλεῖον (partemque servitiorum) ἀποπέμψασθαι.* *Orosius* 7, 3. contemto templo Hierosolymitano eam calamitatem tribuit, additque e Nostro: „Itaque anno imperii Caesaris quadragesimo octavo, adeo dira Romanos fames consecuta est, ut Caesar lanistarum familias, omnesque peregrinos, servorumque maximas copias, exceptis medicis et praeceptoribus, trudi urbe praeceperit." *Praeceptores* intellige Graecos *γραμμάτων διδασκάλους.*

pisse, scribit, frumentationes publicas in perpetuum abolendi, quod earum fiducia cultura agrorum cessaret: neque tamen perseverasse, quia certum haberet, posse per ambitionem quandoque restitui. Atque ita posthac rem temperavit, ut non minorem aratorum ac negotiantium, quam populi, rationem duceret. [43] Spectaculorum et assiduitate,

---

impetum se cepisse] Subjectum est *se.* v. ind. nostr. sub v. *impetus.*

posse — quandoque restitui] Quibus non placuit, *certum haberet, posse* (quod enim certum habemus, id non *posse fieri* credimus, sed *fore*) reposuerunt e cod. Vindob. *post se.* At id exprimi jam videtur sequenti *quandoque* i. e. aliquando post se, atque fateor, non adeo me offendi illo *posse.* Certum enim v. persuasum mihi habere possum, forsan fore, ut aliquid fiat, i. e. posse fieri (ich bin von der Möglichkeit einer künftigen Sache überzeugt). Fortasse etiam *posse* inservit periphrasi futuri verbi *restitui.* Ceterum, quum constet, infinitivum praesentis saepe poni pro infin. futuri, de qua re v. Oudend. ad h. l., malim omittere illud *posse* cum Juntina et Aldina, additum forte ab eo, quem vexavit infin. *restitui*, vel ortum ex *post se*, quod glossema erat vocis *quandoque.*

posthac] Ita e codd. dederat Rob. Stephanus, reddidit Wolf. Vulg. *post hanc rem*, quod confundere poterat lectorem voc. *post* i. e. *postea* capientem pro praepositione. Burm. conj. *potius.*

rem temperavit — duceret] *Duceret* edidi cum Wolfio, postquam idem jusserant ex edd. antiquis Ernest. et Oudend. Vulg. *deduceret.* Dicitur quidem subinde *deducere* pro *ducere*, ut c. 43. *tensas deducere*, etiam *deducere carmen*, *rationem*, ubi est: fortführen, ducere de uno loco in alium, sed *alicujus rationem deducere* ferri nequit, neque, si Suetonius dixisset, Romanis auribus placuisset. — Quod ad sententiam attinet, non possum, quin discedam a Casaub., qui putat, Augustum, ut vulgi socordiam excitaret, ad frumentationem non minus eos admisisse, qui agros colerent et mercimonia exercerent, (eos enim *negotiantes* intelligit) quam pauperes illos urbicos, qui soli ante Augustum publico frumento ali soliti. At ita socordiam non excitasset, sed auxisset et ad plura hominum genera propagasset. Potius: frumentationes ita *temperavit* i. e. moderatus est, imminuit, ut *aratorum ac negotiantium* i. e. Equitum, qui vectigalia agrosque publicos conduxissent, multisque manibus opus haberent ad exercenda negotia colendosque agros, *non minus rationem duceret* s. haberet, multis scilicet pauperi-

et varietate atque magnificentia, omnes antecessit. Fecisse ludos se, ait, suo nomine quater: pro aliis magistratibus, qui aut abessent, aut non sufficerent, ter et vicies. Fecitque nonnunquam etiam vicatim, ac pluribus scenis, per omnium linguarum histriones. Munera non in Foro modo, nec Amphitheatro, sed in Circo et in Septis, et aliquando nihil praeter

bus temperata frumentatione ad laborem illis ministrandum revocatis (alias enim *agrorum cultura prorsus cessasset*) quam *populi* i. e. plebis ipsius, quae tales largitiones perpetuo exspectaret atque postularet.

ait, suo nomine quater] In *Monum. Ancyr.*, ubi: „*ludos feci meo nomine quater, aliorum autem magistratuum absentium ter et viciens,*" unde patet, non addendum esse n. l. *et vicies* post *quater*, vel legendum *quadragies*, quae *Lipsii* fuit sententia Elect. 2, 17. An vero repetendum sit *vicies* ex sequenti *ter et vicies*, quomodo Casaub. statuit, probante Wolfio, ambigo adhuc. Exempla mihi desunt, aeque ac Burmanno, praemissi ita minoris, subjectique majoris numeralis, neque probanda esset in auctore tam ambigua scribendi ratio.

vicatim — histriones] Ita Caes. 39. „edidit etiam ludos regionatim Urbe tota, et quidem per omnium linguarum histriones."

Munera] Hoc vocab., quod insertum emendationi Ernestii debemus, occupatae tamen a Perizonio, et comprobatae ingenio Oudendorp., (cf. Ruhnken. epist. ad Ernest., collect. Tittmann. prima) reliqui, Wolfium secutus, qui tamen gravius ulcus hic sedere putat. Quid, si nihil inseras, et suppleas ex sequentibus *venationes*, ut sensus sit: Venationes non in Foro modo sequ. et interdum (id enim est *aliquando*) solam venationem sine alio munere edidit. Post *sed* supple *etiam* vel *et*, ut saepe (v. ind. in *etiam*), quamvis h. l. multi addant *et*. Ceterum cf. quae de h. l. disputat *Walther*. Observ. p. 15. sequ. qui ab initio capitis voc. *spectacula* huc referendum, non inserendum, existimat.

in Septis] *Septa* erant in campo Martio, circumdata porticibus satis amplis, in quibus etiam comitia nonnunquam habebantur. *Dio* 53. 23. ὁ Ἀγρίππας τὰ Σεπτὰ ὠνομασμένα καθιέρωσεν (A. 728.). ταῦτα δὲ ἐν τῷ Ἀρείῳ πεδίῳ στοαῖς πέριξ ὑπὸ τοῦ Λεπίδου πρὸς τὰς φυλετικὰς ἀρχαιρεσίας συνῳκοδομημένα, καὶ πλαξὶ λιθίναις καὶ ζωγραφήμασιν ἐπεκόσμησεν, Ἰούλια αὐτὰ ἀπὸ τοῦ Αὐγούστου προσαγορεύσας. Saepe ibi exhibita munera. v. Calig. 18. et 21. Claud. 21. cf. *Fabr.* ad *Dion.* l. c. et Alex. *Donatus* de Urbe

venationem edidit: athletas quoque, exstructis in campo Martio sedilibus ligneis: item navale proelium, circa Tiberim cavato solo, in quo nunc Caesarum nemus est. Quibus diebus custodes in Urbe disposuit, ne raritate remanentium grassatoribus obnoxia esset. In Circo aurigas cursoresque et confectores ferarum, et nonnunquam ex nobilissima juventute, produxit. Sed et Trojae lusum edidit frequentissime, majorum

---

Roma 3, 16. (Thes. Tom. III. p. 746. sequ.) De *venationibus* et *athletis* v. ad Caes. 10. et 39.

athletas — sedilibus ligneis] *Dio* 53. 1. ad A. 726. quo Augustus sextum Consul, καὶ γυμνικὸς τότε ἀγὼν, σταδίου τινὸς ἐν τῷ Ἀρείῳ πεδίῳ ξυλίνου κατασκευασθέντος, ἐποιήθη.

cavato solo] A. 752. *Dio* 55, 10. θέας τε ποιῶν, ἐς τὸν Φλαμίνιον ἱππόδρομον ὕδωρ ἐσήγαγε, καὶ ἐν αὐτῷ ἓξ καὶ τριάκοντα κροκόδειλοι κατεκόπησαν. *Mon. Ancyr.* „Navalis proelii spectaculum populo dedi trans Tiberim, *in quo loco nunc nemus est Caesarum, cavato solo*, in longitudinem mille et octingentos pedes, in latitudine mille erant et ducenti, in quo triginta rostratae naves, triremes et quadriremes, plures autem minores inter se conflixerunt, Atticis et Persicis classibus pugnaverunt, praeter remiges, millia hominum triginta circiter," ut suppletum nunc legitur. cf. *Vell.* 2, 100. *Ovid.* de arte am. 1, 171. sequ. *Tac.* Ann. 12, 56. et 14, 15. ubi v. Lips., et Reimar. ad *Xiphilin.* 61, 20. et 66, 25. ubi: ἐν τῷ ἄλσει τῷ τοῦ Γαΐου τοῦ τε Λουκίου, ὅ ποτε ὁ Αὔγουστος ἐπ' αὐτὸ τοῦτ' ὠρύξατο. *Caesarum nemus* dictum a Cajo et Lucio, Agrippae e Julia filiis.

aurigas cursoresque] De *aurigis* v. Onuphr. *Panvin.* de ludis Circensibus 1, 11. *Bulenger.* de Circo Rom. ludisque Circ. c. 50., de *cursoribus Panvin.* l. 2. (Thes. Tom. VIIII. p. 310. sequ.) et *Bulenger.* c. 31., de *confectoribus ferarum*, ἀναιρέταις, *Bulenger.* de venatione Circi var. loc. (Thes. Tom. eodem.)

Trojae lusum] Ita optimi codd., et scribendum sic esse, non *ludum*, probat Oudend., excitans *Senec.* Troad. 778. et *Serv.* ad *Virgil.* Aen. 5, 602. Saepius ab Augusto editum memorat *Dio*, ut 48, 20. ad A. 714. τῇ Τροίᾳ καλουμένῃ διὰ τῶν εὐγενῶν παίδων ἐγαυρώθη. 49, 43. ad A. 721. πανηγύρεις πολλὰς καὶ παντοδαπὰς ἐποίησεν, ὥστε καὶ τοὺς τῶν βουλευτῶν παῖδας τὴν Τροίαν ἱππεῦσαι. 51, 22. ad A. 725. καὶ τὴν Τροίαν εὐπατρίδαι παῖδες ἵππευσαν. 53, 1. ad A. 726. τὴν ἱπποδρομίαν διά τε τῶν παίδων καὶ διὰ τῶν ἀνδρῶν τῶν εὐγενῶν ἐποίησε. et 54, 26. ad A. 741. τήν τε Τροίαν οἱ παῖδες οἱ εὐπατρίδαι οἵ τε ἄλλοι καὶ ὁ ἔγγονος αὐτοῦ ὁ Γάϊος ἵππευσαν. Ceterum v. ad Caes. 39. Pro *majorum* al. *magnorum*.

minorumve puerorum dilectu; prisci decorique moris existimans, clarae stirpis indolem sic notescere. In hoc ludicro C. Nonium Asprenatem, lapsu debilitatum, aureo torque donavit; passusque est, ipsum posterosque Torquati ferre cognomen. Mox finem fecit talia edendi, Asinio Pollione oratore graviter invidioseque in Curia questo Aesernini nepotis sui casum, qui et ipse crus fregerat. Ad scenicas quoque et gladiatorias operas etiam Equitibus Romanis ali-

---

Postea dedi cum Oudend. *dilectu* pro *delectu*. Denique pro *notescere* probat Torrent. *enitescere*. Burm. mallet *enotescere* vel *innotescere*.

lapsu debilitatum] Hoc quid sit, intellige e sequ. „qui *et ipse* crus fregerat." Ita Calig. 26. „insignes *debilitate aliqua* corporis." *Cicero* pro Flacc. 30. „membra, quae *debilitavit* lapidibus, fustibus, ferro, manus, quas *contudit*, digitos, quos *confregit*, nervos, quos *concidit*, restituere non potest." pro Sext. 37. „vulneribus acceptis, ac *debilitato corpore et contrucidato*." *Tac.* Ann. 4, 63. „quinquaginta hominum millia eo casu *debilitata vel obtrita sunt*." *Senec.* de provid. c. 3. et c. 5. ubi *debilitari* et *integris corporibus incedere* opponuntur.

Aesernini] Marcelli, de quo v. Ern. ad *Tac.* A. 3, 11. Mox *fregerat* cum Ern. et Oudend. dedi pro *effregerat*.

Equitibus Rom.] Saepius hoc antea factum in tanta morum corruptela, ut Senatores et Equites in scenam prodirent, vel gladio depugnarent. v. Caes. 39. *Dio* 43, 23. Ad Augusti tempora pertinet, quod Id. 48, 33. ἐν τῷ πρὸ τούτου ἔτει (A. 713.) ἐν τῇ τῶν Ἀπολλωνείων ἱπποδρομίᾳ ἄνδρες ἐς τὴν ἱππάδα τελοῦντες θηρία κατέβαλον, 51, 22. Κύϊντός τις Οὐιντέλιος βουλευτὴς ἐμονομάχησε, (A. 725.) et 53, 31. dicitur in aedilitate Marcelli ὀρχηστήν τινα ἱππέα, γυναῖκά τε ἐπιφανῆ ἐς τὴν ὀρχήστραν ἐςαγαγεῖν. Senatusconsultum, quo id interdictum est, dicere *Dio* videtur 48, 43. προςκατηγορεύθη μὴ βουλευτὴν μονομαχεῖν (A. 716.), quod confirmatum ab Augusto legitur 54, 2. ἐπειδήπερ καὶ ἱππεῖς καὶ γυναῖκες ἐπιφανεῖς ἐν τῇ ὀρχήστρᾳ καὶ τότε γε ἐπεδείξαντο, ἀπηγόρευσεν οὐχ ὅτι τοῖς παισὶ τῶν βουλευτῶν, (ὅπερ που καὶ πρὶν ἐκεκώλυτο) ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐγγόνοις. τοῖς τε ἐν τῇ ἱππάδι δηλονότι ἐξεταζομένοις, μηδὲν ἔτι τοιοῦτον δρᾷν. (A. 732.) Tamen 56, 25. (A. 764.), pudenda illa res, quam ipsa Imperatoris voluntas prohibere haud potuisse videtur, rediisse traditur. Ibi enim: καὶ τοῖς ἱππεῦσιν (ὃ καὶ θαυμάσειεν ἄν τις) μονομαχεῖν ἐπετράπη, atque usos esse

quando usus est; verum prius, quam Senatusconsulto interdiceretur. Postea nihil sane, praeterquam adolescentulum Lucium, honeste natum, exhibuit; tantum ut ostenderet, quod erat bipedali minor, librarum septemdecim, ac vocis immensae. Quodam autem muneris die Parthorum obsides, tunc primum missos, per mediam arenam ad spectaculum induxit, superque se subsellio secundo collocavit. Solebat etiam citra spectaculorum dies, si quando quid invisitatum dignumque cognitu advectum esset, id extra ordinem quolibet loco publicare: ut rhinocerotem apud Septa, tigrim in scena, anguem quinquaginta

---

hac venia Equites sub sequentibus Imperatoribus, docent loca *Dion.* 57, 14. et 60, 7. ubi v. Fabric.

Lucium] Al. *Licium*, *Litium* al. Torrent. scribendum censet *L. Itium*, cui adstipulantur Oudend. et Wolf. — Casaub. rectum putat *Lycium*, nomen ἐθνικόν, ideo minus probandum, quod de Romanis exhibitis sermo, et diserte *honeste natus* dicitur. Fortasse stare potest *Lucium*, appellatumque vulgo monstrum illud a praenomine.

Parthorum obsides] de quibus dixi ad c. 21.

superque se subsellio secundo] i. e. in altero ordine subselliorum in orchestra, quum in primo, scenae proximo, Princeps ipse et magistratus sederent. *super se* dixit, quod, ut in omnibus theatris, posteriora subsellia altiora erant prioribus.

invisitatum] i. e. nondum visum. Al. *inusitatum*, solenni horum vocab. confusione. Ita permiscentur *Liv.* 5, 17. „gentem *invisitatam* etc." ubi Gronov. etiam edidit *inusitatam*, et 5, 35. „quum formas hominum *invisitatas* cernerent," ubi Gronov. item *inusitatas*. v. ibi Drakenb. et ad h. l. Oudend., Ern. ad *Tac.* H. 2, 50. *Visitare* esse i. q. *videre* (aller voir), nemo negabit, qui vel e Sallustii lectione, frequentativa promiscue pro primitivis dici, didicerit.

rhinocerotem] A. 725. *Dio* 51, 22. καὶ θηρία καὶ βοτὰ ἄλλα τε παμπληθῆ, καὶ ῥινόκερως, ἵππος τε ποτάμιος, πρῶτον τότε ἐν τῇ Ῥώμῃ ὀφθέντα, ἐσφάγη, ubi v. Fabric.

tigrim] *Dio* 54, 9. a legatis Indis A. 734. inter alia dona datas Augusto dicit καὶ τίγρεις, πρῶτον τότε τοῖς Ῥωμαίοις, νομίζω δ' ὅτι καὶ τοῖς Ἕλλησιν, ὀφθείσας, atque *Plin.* 8, 17. „Divus Augustus Q. Tuberone, Fabio Maximo Coss., IIII. Nonas Majas, theatri Marcelli dedicatione, tigrin primus omnium Romae

cubitorum pro Comitio. Accidit votivis Circensibus, ut correptus valetudine, lectica cubans, tensas deduceret: rursus commissione ludorum, quibus theatrum Marcelli dedicabat, evenit, ut, laxatis sellae curulis compagibus, caderet supinus. Nepotum quoque suorum munere, quum consternatum ruinae metu populum retinere et confirmare nullo modo posset, transiis e loco suo, atque in ea parte consedit, quae suspecta maxime erat. [44] Spectandi confusissimum ac solutissimum morem correxit ordinavitque, motus injuria Senatoris, quem Puteolis per celeberrimos ludos consessu frequenti nemo receperat. Facto igitur decreto Patrum, ut, quoties quid spectaculi usquam publice ederetur, primus subselliorum ordo vacaret

---

ostendit in cavea mansuefactum; Divus vero Claudius simul quatuor."

pro Comitio] *Comitium* locus erat in Foro, juxta Curiam, coitioni curiarum maxime destinatus. *Varro* de L. L. „Comitium ab eo, quod coibant eo comitiis curiatis, et litium causa." De eo v. *Nardin.* Roma vetus 5, 3. (Thes. Tom. IIII. p. 1139. sequ.)

tensas] v. ad Caes. 76. ubi edit. Wolf. recte dat *tensam.* H. l. minus accurate *thensas.* — Ceterum insolitum id maxime fuit, quod lectica cubans Augustus tensas deduxit, quum curru triumphali summi magistratus facere id solerent. v. *Ruben.* de re vestiar. 1, 21. (Thes. Tom. VI. pag. 997.) — *Deducere tensam* legitur etiam Vespas. 5. quo loco aeque ac nostro Ernest. corrigendum censet *ducere.* Rectius Wolf. *deducere* vocabulum hac in re proprium judicat. Id confirmare videtur, quod solennis pompa de Capitolio per Forum in Circum *deducta* est.

theatrum Marcelli] v. supra ad c. 29.

Nepotum] Caji et Lucii, filiorum Agrippae e Iulia.

correxit ordinavitque] Confusissimum ordinavit, solutissimum correxit. Saepissime ita Suetonius. v. c. 46. fin. Mox in verbis: *per celeberrimos ludos consessu frequenti* nullum esse pleonasmum, contra Ernest. docuit Wolf. *Celeberrimi* ludi dicuntur, ad quos maxima hominum multitudo confluxit. Additur autem *consessu frequenti*, quod plenum jam erat theatrum, quum Senator intraret, ita ut ejus injuria esset conspectior.

Senatoribus; Romae legatos liberarum sociarumque gentium vetuit in orchestra considere, quum, quosdam etiam libertini generis mitti, deprehendisset. Militem secrevit a populo. Maritis e plebe proprios ordines assignavit: praetextatis cuneum suum, et proximum paedagogis: sanxitque, ne quis pullatorum media cavea sederet. Feminis ne gladiatores quidem, quos promiscue spectari sollemne olim erat, nisi ex superiore loco spectare concessit solis. Virginibus Vestalibus locum in theatro separatim, et contra Praetoris tribunal dedit. Athletarum vero spectaculo muliebre

---

Romae] Opponitur praecedenti *usquam*. In *orchestra* sedem fuisse Senatorum, saepius monui.

Militem secrevit] vel honoris causa, ut distingueret homines, prae reliquis de se et de Rep. meritos, vel ut occasionem seditionum theatralium tolleret. Hoc suadere videtur, quod exponit auctor de correcto solutissimo spectandi more, illud locus *Tac.* Ann. 6, 3., a Casaub. jam excitatus, ubi Junius Gallio censuisse dicitur, *ut Praetoriani, actis stipendiis, jus apiscerentur, in quatuordecim ordinibus sedendi*, cui increpans Tiberius: *reperisse prorsus, quod D. Augustus non providerit.*

Maritis e plebe — assignavit] ex lege Papia Poppaea, ad quam refert honorem hunc theatralem etiam Lips. in excurs. ad *Tac.* Ann. 3, 25. coll. *Martial.* 5, 42. — *Proprii ordines* sunt subsellia a reliquis distincta. Inutilis conjectura est Ern. *propiores*, in vulgato aliquid inesse honoris, temere negantis. Postea: „Virg. Vestal. locum in theatro *separatim* — dedit."

praetextatis] v. ad Caes. 1.

cuneum] *Cunei* scamna erant in theatris, propter scalas juxta assurgentes in cunei formam directa. Copiose de iis agit *Lips.* de Amphitheatro c. 13.

ne quis pull. — sederet] De *pullatis* dixi ad c. 40. Longissime removit sordidam plebem, et in *summa cavea* vel contemtissimo loco spectare jussit, unde *Calpurn.* Ecl. 7, 26. „Venimus ad sedes; ubi pulla sordida veste Inter femineas spectabat turba cathedras."

ex superiore loco — solis] i. e. item e summa cavea, et *solis*, non *promiscue* cum viris. Al. vitiosa interpunctione: *Solis virg. Vest.*

contra Praet. trib.] i. e. e regione tribunalis Praetoris, qui ludis praeerat. Hoc fuisse ad *Podium*, probat *Lips.* de Amphith. c. 11.

secus omnes adeo summovit, ut Pontificalibus ludis pugilum par postulatum distulerit in sequentis diei matutinum tempus, edixeritque, *Mulieres ante horam quintam venire in theatrum, non placere.* [45] Ipse Circenses ex amicorum fere libertorumque coenaculis spectabat, interdum e pulvinari, et quidem cum conjuge ac liberis, sedens. Spectaculo plurimas horas, aliquando totos dies aberat, petita venia, commendatisque, qui suam vicem praesidendo fungerentur. Verum quoties adesset, nihil praeterea agebat: seu vitandi rumoris causa, quo patrem Caesarem vulgo reprehensum commemorabat, quod inter spectandum epistolis libellisque legendis ac rescribendis vacaret; seu studio spectandi ac voluptate, qua teneri se ne-

---

muliebre secus omnes] i. e. omnes ad mul. secus pertinentes, usu accusativi Graeco. *Liv.* 47, 26. „liberorum capitum *virile secus* ad decem millia capta" ubi v. interpr. *Tac.* Ann. 4, 62. „*virile ac muliebre secus* omnis aetas." Hist. 5, 13. „multitudinem obsessorum omnis aetatis, virile ac muliebre secus, sexcenta millia fuisse accepimus." N. l. alii *muliebre sexus omne*, ut *sexus* neutrum sit, ut *penus*, al. *muliebrem sexum omnem*, quae varietas reliquis etiam locis reperitur. Ernest. dedit *muliebre secus omne.* v. Oudend. ad *Frontin.* 1, 2, 6- et ad h. l., qui tamen in nota probavit *omnes* contra Ernest., in textu reliquit *omne*.

Pontificalibus ludis] quos, ut videtur, edidit pontificatu maximo suscepto. Casaub. Mox idem jam monuit, ipsa edicti verba ab auctore reddi.

ex amicorum — coenaculis] i. e. ex aedibus proxime adjacentibus, unde prospectus erat in Circum. Coenacula autem in summis aedibus esse solebant. Idem narrat *Dio* 57, 11. de Tiberio: τοὺς τῶν ἵππων ἀγῶνας ἐξ οἰκίας καὶ αὐτὸς (ut Augustus, de quo tamen ab illo auctore id non proditum, vel, quod prodidit, perditum) τῶν ἀπελευθέρων τινὸς πολλάκις ἑώρα.

e pulvinari] *Pulvinar* jam Caesari fuerat datum, ut Noster Caes. 76. Talis lectus Augusto etiam sequentibusque Imperatoribus pro sede fuit, ne quis cum aliis de pulvinari Deorum in spina cogitet. v. Claud. 4.

aberat] In libris fere omnibus contra sensum: *aderat*.

seu studio spectandi] *Tac.* A. 1, 54. „indulserat ei ludicro (ludis Augustalibus) Augustus, dum Maecenati obtemperat, ef-

que dissimulavit unquam, et saepe ingenue professus est. Itaque corollaria et praemia alienis quoque muneribus ac ludis et crebra et grandia de suo offerebat: nullique Graeco certamini interfuit, quo non pro merito certantium quemque honorarit. Spectavit autem studiosissime pugiles, et maxime Latinos: non legitimos atque ordinarios modo, quos etiam committere cum Graecis solebat; sed et catervarios oppidanos, inter angustias vicorum pugnantes temere ac sine arte. Universum denique genus operas aliquas publico spectaculo praebentium etiam cura sua dignatus est. Athletis et conservavit privilegia, et ampliavit. Gladiatores sine missione edi prohibuit. Coërcitionem in histriones, magistratibus in omni tempore et loco lege vetere permissam, ademit, praeterquam ludis et scena. Nec tamen eo

---

fuso in amorem Bathylli; neque ipse abhorrebat talibus studiis, et civile rebatur, misceri voluptatibus vulgi."

corollaria] i. e. coronas, quas *Plin.* 21, 2. auctor est, initio dictas *corollas* propter gracilitatem, mox et *corollaria, postquam e lamina aerea tenui inaurata aut inargentata dabantur. Varro* de L. L. „Corollarium, si additur praeterquam quod debitum; vocabulum fictum a corollis, quod hae, quum placuerant actores, in scena dari solitae." De his aliisque praemiis victoribus in ludis diversi generis datis v. *Panvin.* de ludis Circ. I, 16. et *Bulenger.* de Theatro I, 58.

Graeco certamini] i. e. Romae lingua, more, et habitu Graeco edito. Alii certamina in Graecia edita intelligunt.

quo non — honorarit] v. ind. in *qui*. Pro *honorarit* al. *honoraret*. In edit. Bremiana est, nescio an typothetae errore, *honoravit*.

pugiles] qui pugnis et caestibus pugnabant, de quibus v. *Panvin.* de ludis Circ. (Thes. Tom. VIIII. p. 316. sequ.)

ordinarios] Erant lecti homines, qui legitimo tempore, loco et apparatu inducebantur; ita infra Calig. 26. *ordinarius* est *apparatus*. *Catervarii* non singuli cum singulis, sed confusi mixtique pugnabant et per catervas. Ita eos describit *Lipsius* Saturn. 2, 16.

sine missione] i. e. ita, ut ad mortem pugnare cogerentur.

praeterquam ludis et scena] i. e. ut ea tantum punirentur a magistratibus, quae ludorum tempore et in scena peccassent,

minus aut xysticorum certationes, aut gladiatorum pugnas, severissime semper exegit. Nam histrionum licentiam adeo compescuit, ut Stephanionem togatarium, cui in puerilem habitum circumtonsam matronam ministrasse compererat, per trina theatra virgis caesum relegaverit; Hylan pantomimum,

---

neglecta vel violata publica oblectatione. Ac *verberum* etiam *immunes* fecerat histriones Augustus, ut *Tac.* Ann. I, 77. ubi v. Lips., qui n. l. ita emendandum ibi censuit, ut legitur, pro: *praeterquam ludos et scenam*, favente cod. Ursini, assentientibus Torrentio, Casaubono, Grutero, et plerisque. Casaub. suasit etiam: *praeter ludos et sc.*, Burm. *praeterquam per ludos et sc.*, Oudend. *praeterquam in ludos et sc.*, ut est in cod. Vindobon. et in uno libro reperisse se, affirmaverat jam Torrent.

xysticorum] qui in *xystis* i. e. porticibus tectis hiberno tempore pugnabant. v. *Panvin.* l. c. pag. 301. Commemorantur etiam Galb. 15.

exegit] i. e. disciplinae adstrinxit, *exacta de sontibus poena*, ut Caes. 69. Ita Tiber. 19. „disciplinam acerrime *exegit*." Caes. 65. „*exactor* gravissimus disciplinae." Claud. 34. „poenas *exigebat*." Interpretatur etiam auctor ipse proxime insequenti: *licentiam adeo compescuit*.

togatarium] i. e. actorem fabularum togatarum, de quibus *Bulenger*. de Theatro 1, 6. Vera autem videtur emendatio *togatarum* sc. actorem, exhibita jam ab Egnatio et Torrentio, et a plerisque editoribus probata, sed ob codd. silentium in textum nondum recepta. Stephanionem primum togatas saltare instituisse, tradit etiam *Plin.* 7, 48. (49.)

circumtonsam] Circumtonderi, περικείρεσθαι, puerorum fuisse delicatorum, ἁπαλῶν, multis ad h. l. ostendit Casaub.

Hylan] Multa de Hyla et Pylade histrionibus *Macrob.* Saturn. 2, 7. ubi: „nec Pylades histrio nobis omittendus est, qui clarus in opere suo fuit temporibus Augusti, et Hylam discipulum usque ad aequalitatis contentionem eruditione provexit. populus deinde inter utriusque suffragia divisus est." Pyladen Urbe summotum atque revocatum ab Augusto, memorat etiam *Dio* 54, 17. Πυλάδην τινὰ ὀρχηστὴν διὰ στάσιν ἐξεληλαμένον κατήγαγεν. Ibidem Pyladis cum Bathyllo, Maecenatis amasio, contentiones scenicas refert, quas etiam *Macrobius* l. c., quamquam Hyla pro Bathyllo nominato. Copiose de his artificibus agit *Bulenger*. l. c. 1, 51. *Pantomimorum* artem circa Augusti primum tempora prodiisse, appellatosque eos, quod unus saltator tot personas susti-

querente Praetore, in atrio domus suae, nemine exclnso, flagellis verberarit: et Pyladen Urbe atque Italia summoverit, quod spectatorem, a quo exsibilabatur, demonstrasset digito, conspicuumque fecisset. [46] Ad hunc modum Urbe urbanisque rebus administratis, Italiam duodetriginta coloniarum numero, deductarum ab se, frequentavit, operibusque ac vectigalibus publicis plurifariam instruxit: etiam jure ac dignatione Urbi quodammodo pro parte aliqua adaequavit, excogitato genere suffragiorum, quae de magistratibus urbicis Decuriones colonici in

---

neret, quot partibus fabula constaret, docet *Mariscottus* de personis et larvis c. 2. (Thes. Tom. VIIII. p. 1118.)

Italiam—frequentavit] *Monum. Ancyr.* „Colonias in Africa, Sicilia, Macedonia, utraque Hispania, in Gallia Comata et Gallia Narbonensi praeter praesidia militum deduxi. Italia autem colonias, quae vivo me celeberrimae et frequentissimae fuerunt, IIXXX. deductas habet," ubi tamen numerus e nostro demum loco suppletus. Colonias ab Augusto deductas recensent *Panvin.* in Imper. Romano (Thes. Tom. I. p. 383. sequ.) et *Sigon.* de ant. jure Italiae 3, 4. qui, quum deductas ab Augusto post victoriam Actiacam acquisitumque summum imperium solummodo intelligendas h. l. existimet, quae Casauboni etiam est sententia, et *Fontanin.* de Antiqu. Hortae 1, 2, 3., numerum Suetonii non efficit. Oudend. igitur illas quoque octodecim comprehendendas hoc numero censet, quas Aug. Triumvir suo et collegarum, Antonii inprimis, nomine deduxit, de quibus v. supra ad c. 15., quod sane est verisimilius.

quodammodo pro parte aliqua] Hunc pleonasmum ab omnibus libris confirmatum defendit Oudend. ad Caes. 4. ubi: „*non distulit, quin e vestigio sequ.*" Aug. 66. „excegit *invicem* benevolentiam *mutuam*" Tiber. 59. „*vera* plane *certaque*" et c. 68. „*paene prope.*" Galb. 10. „*repente ex inopinato.*" Non otiosa autem esse in ejusmodi dictionibus, quae pleonastice addita videntur, vocabula, sed accuratum scriptorem singulis suum sensum tribuisse, singulis fere locis potest demonstrari, ut h. l. *pars* et *modus* sane differunt. Non tacenda tamen conjectura, quam mecum communicavit Cel. *Mullerus*: „*quamquam modo pro parte aliqua*" (*nur in einigen Stücken*).

quae de magistratibus—ferrent] Locum maxime impeditum varie interpretantur. Ex Suet. verbis soli *Decuriones* coloniarum, non omnes coloni, jus suffragii de magistratibus *urbicis* i. e. Ur-

sua quisque colonia ferrent, et sub diem comitiorum obsignata Romam mitterent. Ac necubi aut honestorum deficeret copia, aut multitudinis soboles, equestrem militiam petentes etiam ex commendatione publica cujusque oppidi ordinabat; at iis, qui e plebe regiones sibi revisenti filios filiasve approbarent, singula nummorum millia pro singulis dividebat. [47] Provincias validiores, et quas annuis ma-

---

bis Romae habuisse videntur, quod repugnat juri, quod coloniae habebant, civitatis. *Noris.* ad Cenotaph. Pis. ad novas tantum colonias ab Augusto conditas novum id institutum pertinere existimat. Burm. trajectione loco mederi conatur, legens: *excogitato genere suffragiorum, quae de mag. urb. in sua quisque colonia ferrent, et Decuriones colonici sub diem comitiorum obsignata Romam mitterent*, probantibus Oudend., Wolfio et Reitzio. Oudend. tamen *ferrent* intelligi etiam posse existimat pro *acciperent*, *referrent*, *obtinerent*, ut Caes. 13. „ut plura ipse — suffragia *tulerit*,“ ubi sensus esset, Decuriones colonicos ab Augusto etiam admissos esse ad honorum et magistratuum urbicorum petitionem, remissa Romam veniendi ibique profitendi necessitate; quae ratio mihi maxime arridet. Sed quid, si singularis quaedam significatio est in verbo *ferrent*, intelligendo pro *ferenda curarent* s. *ferri juberent*, ut Decurionibus comitia in coloniis habentibus, auctoribus adeo suffragiorum ibi ferendorum atque praesidibus, suffragia ipsa tribuantur. *Ferrent* interpretari etiam aliquis possit *referrent* i. e. libris inferrent (*in ein Register eintragen*), ut relata ita obsignataque Romam mitterentur suffragia. Ita *latae rationes* secundum nonnullos apud *Cic.* ad Div. 5, 20, 8. Post viros doctissimos de sensu loci incertum me profiteri, non pudori est.

Ac necubi — dividebat] Protasi *necubi honestorum deficeret copia*, respondet apodosis: *equestrem militiam* i. e. tribunatus et praefecturas *petentes* (s. forma antiqua *petentis*) *etiam ex comm.* — *ordinabat* i. e. muneribus petitis ornabat (nos: *anstellen*). Ita Claud. 25. „equestres militias ita ordinavit, ut post cohortem alam, post alam tribunatum legionis daret.“ Alteri membro: *aut multitudinis soboles* junge: *iis — dividebat*, ubi ejiciendum puto *at* cum Casaub., vel legendum *atque* vel *et*, uti judicavit etiam *Muller.* Observ. p. 14. *Regiones* noli intelligere Urbis Romae, sed XI. Italiae.

Provincias — suscepit] *Dio* 53, 12. οὔτε πάντων αὐτὸς τῶν ἐθνῶν ἄρχειν, οὔθ' ὅσων ἂν ἄρξῃ, διαπαντὸς τοῦτο ποιήσειν ἔφη·

gistratuum imperiis regi, nec facile nec tutum erat, ipse suscepit: ceteras Proconsulibus sortito permisit: et tamen nonnullas commutavit interdum: atque ex utroque genere plerasque saepius adiit. Urbium quasdam foederatas, sed ad exitium licentia praecipites, libertate privavit: alias, aut aere alieno labo-

ἀλλὰ τὰ μὲν ἀσθενέστερα, ὡς καὶ εἰρηναῖα καὶ ἀπόλεμα, ἀπέδωκε τῇ βουλῇ· τὰ δ' ἰσχυρότερα, ὡς καὶ σφαλερὰ καὶ ἐπικίνδυνα, καὶ ἤτοι πολεμίους τινὰς προσοίκους ἔχοντα, ἢ καὶ αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ μέγα τι νεωτερίσαι δυνάμενα, κατέσχε· λόγῳ μὲν, ὅπως ἡ μὲν γερουσία ἀδεῶς τὰ κάλλιστα τῆς ἀρχῆς καρπῷτο, αὐτὸς δὲ τούς τε πόνους καὶ τοὺς κινδύνους ἔχοι· ἔργῳ δὲ, ἵνα ἐπὶ τῇ προφάσει ταύτῃ ἐκεῖνοι μὲν καὶ ἄοπλοι καὶ ἄμαχοι ὦσιν, αὐτὸς δὲ δὴ μόνος καὶ ὅπλα ἔχῃ, καὶ στρατιώτας τρέφῃ. Postea recenset provincias et Senatorias s. populares, et Imperatorias v. Caesareas, cf. *Strabo* 17, 3, 25. et Fabric. ad Dion. l. c., qui utrumque scriptorem accurate comparat.

Proconsulibus sortito permisit] Insignis de tota hac re locus est *Dion*. l. c. c. 13. cujus partem tantum hic reddam: ἀνθυπάτους καλεῖσθαι μὴ ὅτι τοὺς δύο τοὺς ὑπατευκότας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους, τῶν ἐστρατηγηκότων, ἢ δοκούντων γε ἐστρατηγηκέναι, μόνον ὄντας, (i. e. Proconsulum nomen viris etiam praetoriis et ornamentis praetoriis insignitis imposuit) ῥαβδούχοις τε σφᾶς ἑκατέρους, ὅσοισπερ, καὶ ἐν τῷ ἄστει νενόμισται, χρῆσθαι, καὶ τὰ τῆς ἀρχῆς ἐπίσημα καὶ παραχρῆμα ἅμα τῷ ἔξω τοῦ πωμηρίου γενέσθαι, προστίθεσθαι, καὶ διαπαντὸς, μέχρι ἂν ἀνακομισθῶσιν, ἔχειν ἐκέλευσε. τοὺς δὲ ἑτέρους ὑπό τε ἑαυτοῦ (*non sortito*) αἱρεῖσθαι, καὶ πρεσβευτὰς αὐτοῦ ἀντιστρατήγους τε ὀνομάζεσθαι, κἂν ἐκ τῶν ὑπατευκότων ὦσι, διέταξε. *Strabo* autem l. c. καὶ εἰς μὲν τὰς Καίσαρος ἡγεμονίας καὶ διοικητὰς Καῖσαρ πέμπει, διαιρῶν ἄλλοτε ἄλλως τὰς χώρας, καὶ πρὸς τοὺς καιροὺς πολιτευόμενος· εἰς δὲ τὰς δημοσίας ὁ δῆμος στρατηγοὺς ἢ ὑπάτους, et recensitis provinciis consularibus et praetoriis, sub finem libri addit: τὰς δὲ ἄλλας ἐπαρχίας ἔχει Καῖσαρ· ὧν εἰς ἃς μὲν πέμπει τοὺς ἐπιμελησομένους ὑπατικοὺς ἄνδρας, εἰς ἃς δὲ στρατηγικοὺς, εἰς ἃς δὲ καὶ ἱππικούς.

nonnullas commutavit interdum] *Dio* 53, 12. ὕστερον τὴν μὲν Κύπρον καὶ τὴν Γαλατίαν τὴν περὶ Νάρβωνα τῷ δήμῳ ἀπέδωκεν, αὐτὸς δὲ τὴν Δαλματίαν ἀντέλαβε. καὶ τοῦτο μὲν καὶ ἐπ' ἄλλων ἐθνῶν μετὰ ταῦτα ἐπράχθη.

plerasque saepius adiit] v. ad fin. cap.

Urbium — libertate privavit] *Dio* 54, 7. τοὺς Κυζικηνοὺς, ὅτι Ῥωμαίους τινὰς ἐν στάσει μαστιγώσαντες ἀπέκτειναν, ἐδουλώσατο·

rantes levavit, aut terrae motu subversas denuo condidit, aut merita erga populum Romanum allegantes, Latinitate vel civitate donavit. Nec est, ut opinor, provincia, excepta duntaxat Africa et Sardinia, quam non adierit. In has, fugato Sexto Pompejo, trajicere ex Sicilia apparantem continuae et immodicae tempestates inhibuerunt, nec mox occasio aut causa trajiciendi fuit. [48] Regnorum,

---

καὶ τοῦτο καὶ τοὺς Τυρίους, τούς τε Σιδωνίους διὰ τὰς στάσεις ἐποίησεν, ἐν τῇ Συρίᾳ γενόμενος. (A. 734.) v. Tiber. 37.

terrae motu — condidit] *Dio* 54, 23. Παφίοις σεισμῷ πονήσασι καὶ χρήματα ἐχαρίσατο, καὶ τὴν πόλιν Αὔγουσταν καλεῖν, κατὰ δόγμα ἐπέτρεψε, additque: ταῦτα δὲ ἔγραψα, οὐχ ὅτι καὶ ἄλλαις πόλεσι πολλαῖς καὶ πρότερον καὶ μετὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ Αὔγουστος, ἐφ' ὁμοίαις συμφοραῖς, καὶ οἱ βουλευταὶ ἐπεκούρησαν· ὧν εἴ τις ἁπάντων μνημονεύοι, ἀπέραντον ἂν τὸ ἔργον τῆς συγγραφῆς γένοιτο· ἀλλ' ὅτι καὶ τὰς ἐπωνυμίας ταῖς πόλεσιν ἡ γερουσία ἐν μέρει τιμῆς ἔνεμε. et c. 30. ἐπειδὴ ἡ Ἀσία τὸ ἔθνος ἐπικουρίας τινὸς διὰ σεισμοὺς μάλιστα ἐδέετο, τὸν φόρον αὐτῆς τὸν ἐτήσιον ἐκ τῶν ἑαυτοῦ χρημάτων τῷ κοινῷ ἐσήνεγκε. Ab eodem c. 25. dicitur Romam rediisse a. 740., ἐπειδὴ πάντα τά τε ἐν ταῖς Γαλατίαις καὶ τὰ ἐν ταῖς Γερμανίαις ταῖς τ' Ἰβηρίαις, πολλὰ μὲν ἀναλώσας ὡς ἑκάστοις, πολλὰ δὲ καὶ παρ' ἑτέρων λαβών, τήν τε ἐλευθερίαν καὶ τὴν πολιτείαν τοῖς μὲν δούς, τοὺς δ' ἀφελόμενος, διῳκήσατο.

Nec est, ut op., provincia] Praeter bellorum occasionem et civilium, et eorum, de quibus dictum ad c. 20. et 21. saepius adiisse provincias dicitur a Dione, e. g. 53, 22. Gallias Hispaniasque a. 727. et denuo Gallias 54, 19. a. 738. Maximum autem ejus iter fuit a. 732. et sequentibus, de quo *Dio* 54, 6. sequ., ubi in Siciliam profectus omnes inde provincias ad Syriam usque peragravit, diutissime in Graecia commoratus, transactaque Sami hieme. cf. *Tac.* Ann. 3, 34. „quotiens D. Augustum in Occidentem atque Orientem meavisse, comite Livia?“ — Pro *nec est* al. *non est*. Omnino auctor ordinem narrationis haud bene interrumpit. Nam haec pertinent ad superiora verba: *atque — plerasque saepius adiit*, quo transponenda, judicavit etiam Müllerus in sched. Mss.

In has — temp. inhibuerunt] *Dio* 49, 34. Καῖσαρ δὲ ἐν τούτῳ, ἐπειδὴ ὅ τε Σέξτος ἀπολώλει, καὶ τὰ ἐν τῇ Λιβύῃ καταστάσεως ἐδεῖτο, ἦλθε μὲν ἐς τὴν Σικελίαν, ὡς καὶ ἐκεῖσε πλευσούμενος· ἐγχρονίσας δὲ ἐνταῦθα ὑπὸ τοῦ χειμῶνος, οὐκέτι ἐπεραιώθη. (A. 719.)

Regnorum] Ita optimi codd., et ediderunt Gronov. et Ou-

quibus belli jure potitus est, praeter pauca, aut iisdem, quibus ademerat, reddidit, aut alienigenis contribuit. Reges socios etiam inter semetipsos necessitudinibus mutuis junxit, promtissimus affinitatis cujusque atque amicitiae conciliator et fautor; nec aliter universos, quam membra partesque imperii, curae habuit, rectorem quoque solitus apponere aetate parvis ac mente lapsis, donec adolescerent aut resipiscerent: ac plurimorum liberos et educavit simul cum suis et instituit. [49] Ex militaribus copiis legiones et auxilia provinciatim distribuit: classem

---

dend. Alii comprobarunt. Similis usus genitivi occurrit infra c. 93. *peregrinarum cerimoniarum* sequ. Vulg. *regna*, quod ortum ab eo, qui illum usum ignorabat. — Potitum autem Augustum belli jure regnis fere omnibus, docent *Plutarch.* Anton. 61. et *Dio* 50, 6. ubi auxilia Antonii recensent. Ille: βασιλεῖς δ' ὑπήκοοι συνεμάχουν, Βόκχος, ὁ Λιβύων, καὶ Ταρκόνδημος, ὁ τῆς ἄνω Κιλικίας, καὶ Καππαδοκίας μὲν Ἀρχέλαος, Παφλαγονίας δὲ Φιλάδελφος, Κομμαγηνῆς δὲ Μιθριδάτης, Ἀδάλλας δὲ Θράκης. οὗτοι μὲν αὐτῷ παρῆσαν· ἐκ δὲ Πόντου Πολέμων στρατὸν ἔπεμπε, καὶ Μάλχος ἐξ Ἀραβίας, καὶ Ἡρώδης ὁ Ἰουδαῖος· ἔτι δ' Ἀμύντας, ὁ Λυκαόνων καὶ Γαλατῶν βασιλεύς· ἦν δὲ καὶ παρὰ τοῦ Μήδων βασιλέως ἀπεσταλμένη βοήθεια. Hic Antonio adfuisse dicit τούς τε βασιλεῖς καὶ τοὺς δυνάστας πάντας, ὡς εἰπεῖν, τοὺς τῇ τῶν Ῥωμαίων ἀρχῇ τότε ὑπ' ἐκεῖνον οὔσῃ γειτνιῶντας, τοὺς μὲν αὐτούς, τοὺς δὲ δι' ἑτέρων.

conciliator et fautor] Lips. conjecit *auctor*. Sed hoc jam est *conciliator*.

educavit simul cum suis] ut Agrippam, Herodis ex filio Aristobulo nepotem, cui Romae educato magnam cum Druso, Tiberii filio, fuisse amicitiam, narrat Joseph. 18, 6, 1. (ed. Havercamp. p. 886.)

legiones] Accurate de legionibus Romanis earumque stativis agit *Dio* 55, 23. ubi v. Fabric. et Reimar. Idem c. 24. νῦν μὲν δὴ τοσαῦτα τείχη (XVIIII. legiones) τῶν ἐκ τοῦ καταλόγου στρατευομένων, ἔξω τοῦ τε ἀστικοῦ καὶ τοῦ δορυφορικοῦ, ἐστί. τότε δὴ ἐπὶ τοῦ Αὐγούστου ταῦτά τε, εἴτ' οὖν τρία εἴτε πέντε καὶ εἴκοσιν ὄντα, ἐτρέφετο, καὶ συμμαχικὰ καὶ πεζῶν καὶ ἱππέων καὶ ναυτῶν ὁπόσα δήποτε ἦν. οὐ γὰρ ἔχω τὸ ἀκριβὲς εἰπεῖν.

Miseni, et alteram Ravennae, ad tutelam superi et inferi maris collocavit. Certum numerum partim in Urbis, partim in sui custodiam allegit, dimissa Calagurritanorum manu, quam usque ad devictum Antonium, item Germanorum, quam usque ad cladem Varianam, inter armigeros circa se habuerat. Neque tamen unquam plures quam tres cohortes in Urbe esse passus est, easque sine castris: reliquas in hiberna et aestiva circa finitima oppida dimittere assuerat. Quicquid autem ubique militum esset, ad

---

classem — collocavit] v. *Tac.* Ann. 4, 5. et *Lips.* de magn. Imp. Rom. 1, 5.

Certum numerum — allegit] Pro *certum* al. *ceterum*. *Dio* l. c. οἵ τε σωματοφύλακες, μύριοι ὄντες, καὶ δεκαχῇ τεταγμένοι, καὶ οἱ τῆς πόλεως φρουροὶ ἑξακισχίλιοί τε ὄντες, καὶ τετραχῇ νενεμημένοι, ξένοι τε ἱππεῖς ἐπίλεκτοι, οἷς τὸ τῶν Βαταούων ἀπὸ τῆς Βαταούας τῆς ἐν τῷ Ῥήνῳ νήσου ὄνομα, ὅτι δὴ κράτιστοι ἱππεύειν εἰσί, κεῖται. οὐ μέντοι ἀριθμὸν αὐτῶν ἀκριβῆ, ὥσπερ οὐδὲ τῶν ἀνακλήτων (Evocatorum), εἰπεῖν δύναμαι. καὶ γὰρ τούτοις ἤρξατο μὲν νομίζειν ἀφ' οὗ τοὺς συστρατευσαμένους τῷ πατρὶ πρὸς τὰ ὅπλα αὖθις ἐπὶ τὸν Ἀντώνιον ἀνεκάλεσεν, ἐτήρησε δέ· καὶ εἰσὶ καὶ νῦν σύστημα ἴδιον, ῥάβδους φέροντες, ὥσπερ οἱ ἑκατόνταρχοι. cf. *Lips.* de magn. Rom. Imp. I, c. 4 et 6. *Ferguson* Hist. Rom. l. 6. c. 2. p. 338 sequ. vers. Germ., notasque docti interpretis.

Calagurritanorum] Hispanorum, quorum custodias Caesarum etiam habuisse, legimus Caes. 86.

usque ad cladem Varianam] post quam rerum novarum suspectos dimisit. *Dio* 56, 23. ἐπειδή τε συχνοὶ ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ Γαλάται καὶ Κελτοί, οἱ μὲν ἄλλως ἐπιδημοῦντες, οἱ δὲ καὶ ἐν τῷ δορυφορικῷ στρατευόμενοι ἦσαν, ἐφοβήθη μή τι νεοχμώσωσι· καὶ τούτους μὲν ἐς νήσους τινὰς ἀπέστειλε, τοῖς δ' ἀόπλοις ἐκχωρῆσαι τῆς πόλεως προσέταξε.

Neque — plures qu. tres cohortes] *Dio* l. c. σωματοφύλακας δεκαχῇ τεταγμένους i. e. in decem divisos cohortes dicit. *Tac.* Ann. 4, 5. „tres urbanas, *novem* praetorias cohortes, Etruria ferme Umbriaque delectas, aut vetere Latio, et coloniis antiquitus Romanis" memorat. v. de hoc auctorum dissensu *Lips.* l. c. et *Fabric.* ad *Dion.* l. c.

reliquas — assuerat] *Gibbon* Hist. c. 5. ubi de militibus praetorianis copiose agit, haec addit, locum nostrum illustrantia: „but, as their formidable aspect would at once have alarmed and irritated the Roman people, three cohorts only were statio-

certam stipendiorum praemiorumque formulam astrinxit, definitis pro gradu cujusque et temporibus militiae, et commodis missionum, ne aut aetate aut inopia post missionem sollicitari ad res novas possent. Utque perpetuo ac sine difficultate sumtus ad tuendos eos prosequendosque suppeteret, aerarium militare

---

ned in the capital, whilst the remainder was dispersed in the adjacent towns of Italy."

ad certam stip. praem. formulam astrinxit] *Dio* 54, 25. narrat, Augustum a. 741. Romam reversum libellum per Quaestorem recitari coram Senatu jussisse, in quo διέταξε τά τε ἔτη (stipendia) ὅσα οἱ πολῖται στρατεύσοιντο, καὶ τὰ χρήματα (praemia) ὅσα παυσάμενοι τῆς στρατείας, ἀντὶ τῆς χώρας ἣν ἀεί ποτε ᾔτρυν, λήψοιντο· ὅπως ἐπὶ ῥητοῖς (h. e. ad certam formulam adstricti) ἐκεῖθεν ἤδη καταλεγόμενοι, μηδὲν τούτων γε ἕνεκα νεωτερίζωσιν. ἦν δὲ ὅ τε ἀριθμὸς τῶν ἐτῶν, τοῖς μὲν δορυφόροις δώδεκα, τοῖς δ' ἄλλοις ἑκκαίδεκα, καὶ τὸ μὲν ἀργύριον, τοῖς μὲν ἔλαττον, τοῖς δὲ πλεῖον. De stipendiis militum Rom. omnino cf. *Lipsii* excurs. ad *Tac*. Ann. 1, 17.

definitis — commodis missionum] *Gradus* et discrimen inter milites legionarios, praetorianos aliosque, et inter gregarios eosque, qui honores militares, centurionatum, tribunatum, praefecturam alae gesserant, respicit. *Commoda* autem *missionum* definivit Augustus a. 758. secundum *Dionem*, qui 55, 23. χαλεπῶς δὲ δὴ τῶν στρατιωτῶν πρὸς τὴν τῶν ἄθλων σμικρότητα διὰ τοὺς πολέμους τοὺς τότε ἐνεστηκότας οὐχ ἥκιστα ἐχόντων, καὶ μηδενὸς ἔξω τοῦ τεταγμένου τῆς στρατείας σφίσι χρόνου ὅπλα λαβεῖν ἐθέλοντος, ἐψηφίσθη, τοῖς μὲν ἐκ τοῦ δορυφορικοῦ πεντακισχιλίας δραχμάς, ἐπειδὰν ἑκκαίδεκα ἔτη, τοῖς δὲ ἑτέροις, τρισχιλίας, ἐπειδὰν εἴκοσι στρατεύσωνται, δίδοσθαι. cf. Calig. 44.

tuendos eos prosequendosque] i. e. alendos et honorandos. v. ind.

aerarium militare] *Dio* ταμεῖον στρατιωτικόν dicit 55, 25. ubi constitutum illud narrat a. 759. partim ex pecuniis, ab Imperatore ipso, regibus privatisque collatis, partim, quum illae ad sumtus non sufficerent, ex *novis vectigalibus*. Nimirum τὴν εἰκοστὴν τῶν τε κλήρων καὶ τῶν δωρεῶν, ἃς ἂν οἱ τελευτῶντες τισὶ (πλὴν τῶν πάνυ συγγενῶν, ἢ καὶ πενήτων) καταλείπωσι, κατεστήσατο, ὡς καὶ ἐν τοῖς τοῦ Καίσαρος ὑπομνήμασι τὸ τέλος τοῦτο γεγραμμένον εὑρών. ἐσῆκτο μὲν γὰρ καὶ πρότερόν ποτε, καταλυθὲν δὲ μετὰ ταῦτα, αὖθις τότε ἐπανήχθη. *Centesimam rerum venalium* ut aliud subsidium aerarii militaris nominat *Tac*. Ann. 1, 78. ubi v. Lips. De reliquis cf. *Burmann*. de vectigalibus Rom. c. 11. Ceterum, quod

cum vectigalibus novis instituit. Et quo celerius ac sub manum annunciari cognoscique posset, quid in provincia quaque gereretur, juvenes primo modicis intervallis per militares vias, dehinc vehicula, disposuit. Commodius id visum est, ut, qui a loco perferunt literas, iidem interrogari quoque, si quid res exigant, possint. [50] In diplomatibus, libel-

---

ad curam hujus aerarii attinet, *Dio* l. c. τὸ ταμεῖον στρατ. τισὶ τῶν ἐστρατηγηκότων, τοῖς λαχοῦσιν, ἐπὶ τρία ἔτη διοικεῖν προςέταξε, ῥαβδούχοις τε ἀνὰ δύο καὶ τῇ ἄλλῃ ὑπηρεσίᾳ τῇ προςηκούσῃ χρωμένοις. Lapidem, in quo nomen *praefecti aerarii militaris*, memorat *Lips.* l. c.

sub manum] Al. *sub manu*. Eadem varietas apud *Hirt*. Bell. Afric. 36. „dilectus quotidie libertinorum — habere atque *sub manum* Scipionis in castra *summittere* non intermittit." At *Cic.* ad Div. 10, 23. „Vocontii *sub manu* ut essent," recte ob verbum *esse*, quamquam, hoc sumto pro γενέσθαι, stare etiam posset accusativus. „*Succedit sub manus negotium*" *Plautus* bis Mil. glorios. 3, 2, 59. et 4, 4, 7. Ubique inest significatio: *facile*, *promte*, *celeriter*. Ita Graeci ὑπὸ χεῖρα, de quo v. Wyttenbach. ad *Plut*. de sera num. vind. p. 15. et ἐκ χειρός, de quo Schweigh. in Lex. Polyb., et ὑπογυίως, ἐξ ὑπογυίου. Ita denique εἰ εἰσὶν ὑπὸ τὴν χεῖρά σου πέντε ἄρτοι, et οὐκ εἰσὶν ἄρτοι ὑπὸ τὴν χεῖρά μου (*ad manum*, *in promtu*) dederunt 1 Sam. 21, 3 et 4. interpretes Graeci Hebraicum תַּחַת־יָדְךָ et אֶל־תַּחַת יָדִי.

ut, qui a loco — possint] Dedi cum Oudendorp., quod cum optimis codd. et ant. edd. maxime convenit. Ita Sueton. sua adhuc aetate id institutum servari docet, neque referenda verba ad consilium Augusti. Graev. locum ita constituit: „*ut qui alicunde perferrent litteras, iidem interrogari quoque, siquidem id res exigerent, possent*," atque ita edidit Ernest., nisi quod servavit *a loco*, (pro quo *alicunde* conjecerat jam Casaub.) et interpretatus est cum Burm. *a loco rei gestae*, cujus nuntiandae causa missi cum litteris essent, posteaque dedit *si quid res exigeret*. Wolfio totum comma insititium videtur. Quod ad sensum loci attinet, id modo moneo, *si* h. l. esse i. q. *an*, et pendere a verbo *interrogari*, ut saepe. Summa autem commodi in novo vehiculorum invento fuit in eo, quod *iidem*, qui *a loco* missi fuerant, ipsi etiam ad Principem perveniebant, quod fieri non potuerat dispositis per intervalla cursoribus. Plane igitur inepta lectio, quam Pitiscus exhibuit: ut, qui a loco *eidem* perferrent literas sequ.

lisque et epistolis signandis, initio Sphinge usus est: mox imagine Magni Alexandri: novissime sua, Dioscoridis manu sculpta, qua signare insecuti quoque Principes perseverarunt. Ad epistolas omnes horarum quoque momenta, nec diei modo, sed et noctis, quibus datae significarentur, addebat. [51] Clementiae civilitatisque ejus multa et magna documenta sunt. Ne enumerem, quot et quos diversarum partium, venia et incolumitate donatos, principem et-

---

Ceterum initium id fuit cursus publici apud Romanos, quum apud Persas idem institutum sub *angarorum* nomine diu ante viguisset, de quibus v. *Herodot.* 8, 98. *Xenoph.* Cyrop. 8, 6, 17.

Sphinge usus est] *Plin.* 37, 1. „Divus Augustus inter initia Sphinge signavit. Duas in matris annulis jam indiscretae similitudinis invenerat. (Altera ipse usus; haec supplet Fabr. ad Dion. l. mox cit.) Altera per bella civilia, absente eo, amici signavere epistolas et edicta, quae ratio temporum nomine ejus reddi postulabat, non infaceto lepore accipientium, aenigmata afferre eam Sphingem. Quin etiam Maecenatis rana, per collationem pecuniarum, in magno terrore erat. Augustus postea ad evitanda convicia Sphingis, Alexandri Magni imagine signavit.“ *Dio* 51, 3 *διπλῆν σφραγῖδα, ᾗ μάλιστα τότε ἐχρῆτο, ἐπεποίητο, Σφίγγα ἐν ἑκατέρᾳ ὁμοίαν ἐκτυπώσας. ὕστερον γὰρ τὴν εἰκόνα τὴν ἑαυτοῦ ἐγγλύψας, ἐκείνῃ τὰ πάντα ἐσημαίνετο. καὶ αὐτῇ καὶ οἱ μετὰ ταῦτα αὐτοκράτορες, πλὴν Γάλβου, ἐχρήσαντο.*

Dioscoridis] *Plin.* l. c. „Post eum (Pyrgotelem, a quo uno in gemma scalpi se, Alexander Magnus permiserat) Apollonides et Cronius in gloria fuere, quique Divi Augusti imaginem similem expressit, qua postea principes signabant, Dioscorides.“

sculpta] Ern. reposuit *scalpta*, quod cum aliis, gemmis *scalpturam*, lapidibus *sculpturam* tribui, existimat. Sed omnes libri conspirant in *sculpta*, et discrimen inter utrumque verbum, quod re vera unum idemque est, fictum videtur. v. *Schelleri* Lexicon in *sculpo*.

horarum quoque momenta] Opponi *momenta hor.* longiori tempori i. e. diebus, qui sub epistolis significari vulgo solebant, et esse ipsas horas, illud spatium, quo hora definitur, recte monuit Burm. contra Pitiscum, inepte *horarum* explicantem *dierum*.

Clementiae civilitatisque] De illa hoc capite exponit auctor, de *civilitate* i. e. de ea virtute, qua civem se esse, et civibus, non servis, imperare se, nunquam est oblitus, c. 52. usque ad fin. c. 56.

iam in civitate locum tenere passus sit; Junium Novatum, et Cassium Patavinum, e plebe homines, alterum pecunia, alterum levi exsilio punire satis habuit: quum ille Agrippae juvenis nomine asperrimam de se epistolam in vulgus edidisset; hic convivio pleno proclamasset, *Neque votum sibi neque animum deesse, confodiendi eum.* Quadam vero cognitione, quum Aemilio Aeliano Cordubensi inter cetera crimina vel maxime objiceretur, quod male opinari de Caesare soleret; conversus ad accusatorem, commotoque similis, *Velim*, inquit, *hoc mihi probes: faciam, sciat Aelianus, et me linguam habere; plura enim de eo loquar.* Nec quicquam ultra, aut statim aut postea, inquisivit. Tiberio quoque de eadem re, sed violentius, apud se per epistolam conquerenti, ita rescripsit: *Aetati tuae, mi Tiberi, noli in hac re indulgere, et nimium indignari, quemquam esse, qui de me male loquatur. Satis est enim, si hoc habemus, ne quis nobis male facere possit.* [52] Templa, quamvis sciret, etiam

---

quot et quos — passus sit] *Senec.* de clement. 1, 10. „Ignovit abavus tuus (Neroni scribit) victis. nam si non ignovisset, quibus imperasset? Sallustium, et Coccejos, et Duillios, et totam cohortem primae admissionis, ex adversariorum castris conscripsit. Jam Domitios, Messalas, Asinios, Cicerones, et quicquid floris in civitate erat, clementiae suae debebat. — Haec eum clementia ad salutem securitatemque perduxit; haec gratum ac favorabilem reddidit sequ." v. etiam, quae Maecenas ei suadet apud *Dion.* 52, 31.

Agrippae juvenis] de quo v. cap. 65.

male opinari] i. e. prodere dictis, male se sentire de aliquo, λοιδορεῖν. v. ind. Maecenas l. c. τὸ γάρ, ὅτι τις ἐλοιδόρησέ σε, ἢ καὶ ἕτερόν τι ἀνεπιτήδειον εἶπε, μήτε ἀκούσῃς ποτὲ κατηγοροῦντός τινος, μήτε ἐπεξέλθῃς. αἰσχρὸν μὲν γὰρ τὸ πιστεύειν, ὅτι τις μήτ' ἀδικοῦντά σε, καὶ εὐεργετοῦντα πάντας προπηλάκισε. καὶ μόνοι τοῦτο ποιοῦσιν οἱ κακῶς ἄρχοντες κ. τ. λ.

sed violentius] Id corruptum fuerat in plerisque libris in *sedulo lentius*, vel mixta vitiosa et vera lectione, *sedulo violentius.*

Templa] *Dio* 51, 20. Καῖσαρ δὲ ἐν τούτῳ τά τε ἄλλα ἐχρημά-

Proconsulibus decerni solere, in nulla tamen provincia, nisi communi suo Romaeque nomine, recepit. Nam in Urbe quidem pertinacissime abstinuit hoc honore. Atque etiam argenteas statuas, olim sibi positas, conflavit omnes, ex quîs aureas cor-

---

τιζε, καὶ τεμένη τῇ τε Ῥώμῃ, καὶ τῷ πατρὶ τῷ Καίσαρι, ἥρωα αὐτὸν Ἰούλιον ὀνομάσας, ἔν τε Ἐφέσῳ καὶ ἐν Νικαίᾳ γενέσθαι ἐφῆκεν. — τοῖς δὲ δὴ ξένοις (Ἕλληνας σφᾶς ἐπικαλέσας) ἑαυτῷ τινα, τοῖς μὲν Ἀσιανοῖς ἐν Περγάμῳ, τοῖς δὲ Βιθυνοῖς ἐν Νικομηδείᾳ τεμενίσαι ἐπέτρεψε. καὶ τοῦτ᾽ ἐκεῖθεν ἀρξάμενον, καὶ ἐπ᾽ ἄλλων αὐτοκρατόρων οὐ μόνον ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς ἔθνεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις, ὅσα τῶν Ῥωμαίων ἀκούει, ἐγένετο. ἐν γάρ τοι τῷ ἄστει αὐτῷ, τῇ τε ἄλλῃ Ἰταλίᾳ, οὐκ ἔστιν ὅςτις τῶν καὶ ἐφ᾽ ὁποσονοῦν λόγου τινὸς ἀξίων ἐτόλμησε τοῦτο ποιῆσαι· μεταλλάξασι μέντοι κἀνταῦθα τοῖς ὀρθῶς αὐταρχήσασιν ἄλλαι τε ἰσόθεοι τιμαὶ δίδονται, καὶ δὴ καὶ ἡρῷα ποιεῖται. Quo loco cum nostro comparato, patet, templa in provinciis Augusto condita communia ei fuisse cum Urbe Roma, cujus simulacrum simul ibi constituebatur, appellata tamen plerumque ab ipso, qui potior illo tempore erat Republica, Augusto, alia, quae Romae et in Italia fuisse legimus, post mortem demum exstructa esse. v. *Lips.* ad *Tac.* Ann. 4, 37. *Fabric.* et *Reimar.* ad *Dion.* l. c. De *Proconsulum templis* v. interpr. ad *Cic.* ad Qu. fr. 1, 1. et ad Att. 5, 21.

argenteas statuas — conflavit] Maecenas apud *Dion.* 52, 35. καὶ εἰκόνας σου χρυσᾶς μὲν ἢ ἀργυρᾶς μηδέποτε ἐπιτρέψῃς γενέσθαι· οὐ γὰρ μόνον δαπανηραί, ἀλλὰ καὶ ἐπιβούλευτοι καὶ ὀλιγοχρόνιοι εἰσίν· ἄλλας δὲ ἐν αὐταῖς ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς καὶ ἀκηράτους καὶ ἀθανάτους ἐξ εὐεργεσιῶν δημιούργει· μὴ μέντοι μηδὲ ναόν ποτε περιΐδῃς σαυτῷ γενόμενον κ. τ. λ. Unde rerum potitus, quae priori tempore positae ei fuerant, statuas conflavit, auctore eodem *Dione* 53, 22. ὁ Αὔγουστος καὶ ἀνδριάντας τινὰς ἑαυτοῦ ἀργυροῦς, πρός τε τῶν φίλων καὶ πρὸς δήμων τινῶν γεγονότας, ἐς νόμισμα κατέκοψε, τοῦ δὴ καὶ οἴκοθεν πάνθ᾽ ὅσα γε καὶ ἔλεγε δαπανᾶν δοκεῖν (a. 727.), vel pecunias, ad statuarum honorem collatas, in alium usum convertit, quod *Dio* 54, 35. ἐπειδή τε ἀργύριον αὖθις ἐς εἰκόνας ἑαυτοῦ καὶ ἐκείνη (ἡ βουλή) καὶ ὁ δῆμος συνεσήνεγκαν, ἑαυτοῦ μὲν οὐδεμίαν, Ὑγιείας δὲ δημοσίας καὶ προσέτι καὶ Ὁμονοίας, Εἰρήνης τε, ἔστησεν (a. 743.). v. Harduin. ad *Plin.* 33, 12. (54.)

ex quîs] Ita Oudend. cum optimis libris. Vulg. *exque lis.* Est autem: *ex quarum venditarum pretio. Monum. Ancyr.* diserte: „Meae statuae pedestres et equestres et in quadrigeis argenteae steterunt in Urbe XXC circiter, quas ipse sustuli, *exque ea pe-*

tinas Apollini Palatino dedicavit. Dictaturam magna vi offerente populo, genu nixus, dejecta ab humeris toga, nudo pectore deprecatus est. [53] Domini appellationem, ut maledictum et opprobrium,

---

cunia dona aurea in aede Apollinis meo nomine et illorum, qui mihi statuarum honorem habueram, posui."

cortinas] i. e. tripodes. v. Casaub. ad h. l.

Dictaturam] *Vell.* 2, 89. „Dictaturam, quam pertinaciter ei deferebat populus, tam constanter repulit." Parum igitur accurate, nisi erravit, *Florus* 4, 12, 66. „Ob haec tot facta ingentia Dictator perpetuus et Pater patriae dictus." Illud enim nomen recusavit, hoc suscepit. v. ad c. 58. *Dio* 54, 1. τὴν δικτατωρίαν οὐ προσήκατο, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐσθῆτα προσκατεῤῥήξατο, ἐπειδὴ μηδένα τρόπον ἄλλως σφᾶς ἐπισχεῖν, μήτε διαλεγόμενος, μήτε δεόμενος, ἠδυνήθη. τήν τε γὰρ ἐξουσίαν καὶ τὴν τιμὴν καὶ ὑπὲρ τοὺς δικτάτωρας ἔχων, ὀρθῶς τό τε ἐπίφθονον καὶ τὸ μισητὸν τῆς ἐπικλήσεως αὐτῶν ἐφυλάξατο. Factum illud a. 732. Dictaturam autem prorsus aboleri jusserat Antonius Consul a. 710. lege, cujus verba dat *Appian.* Civ. 3, 25. μὴ ἐξεῖναί τῳ κατὰ μηδεμίαν αἰτίαν περὶ δικτάτωρος ἀρχῆς μήτε ἐπιψηφίζειν, μήτε λαβεῖν διδομένην· ἢ τὸν ἐκ τῶνδέ τινος ὑπεριδόντα νηποινεὶ πρὸς τῶν ἐντυχόντων ἀναιρεῖσθαι. cf. *Cicero* Phil. 1, 1. et 2, 36. *Dio* 44, 51.

Domini appellationem] *Dio* 55, 12. δεσπότης τότε (a. 7[illegible]6.) ὁ Αὔγουστος ὑπὸ τοῦ δήμου ὀνομασθεὶς, οὐχ ὅπως ἀπεῖπε μηδένα τούτῳ πρὸς ἑαυτὸν τῷ προσρήματι χρήσασθαι, ἀλλὰ καὶ πάνυ διὰ φυλακῆς αὐτὸ ἐποιήσατο. *Oros.* 6, 22. „Domini appellationem ut homo declinavit. Nam quum sequ." Verba enim Suetonii usque ad: *passus est* verbo tenus transscripsit. Idem dat: *a quodam mimo*, quod commovit me ad praeferendam lectionem: *a mimo* alteri: *in mimo*, quam probarunt Burm. Oudend. Ernest. Illam meliorem etiam censet Cel. *Müllerus* in schedis, quod *spectante eo ludos* jam continet verba: *in mimo*, neque simpliciter dicitur: *pronunciatum est* sine persona addita, de quo tamen dubito. Ceterum, quod Orosius, Augustum Domini appellationem *ut hominem* declinasse, dicit, Christiano magis, quam Romano sensu illam cepit. A Romanis enim *Dominus* non *homini*, sed *servo* opponitur, et *civilitatis* Augusti documentum fuit, quod servilem adulationem recusavit. Apte *Reitzius* in Dictatis comparat *Sallust.* Jug. 85. §. 35. „exercitum supplicio cogere, id est *dominum*, non Imperatorem esse," et *Plin.* Panegyr. c. 2. „non enim de tyranno, sed de cive, non de *domino*, sed de parente loquimur" ubi absurde in nonnullis est: *de homine.* Postea, accurate distinguere Suetonium *blanditias* ab *adulationibus*, quum illae inter

semper exhorruit. Quum, spectante eo ludos, pronunciatum esset a mimo, *O dominum aequum et bonum!* et universi, quasi de ipso dictum, exsultantes comprobassent; et statim manu vultuque indecoras adulationes repressit, et insequenti die gravissimo corripuit edicto, dominumque se posthac appellari, ne a liberis quidem aut nepotibus suis, vel serio vel joco, passus est: atque hujusmodi blanditias etiam inter ipsos prohibuit. Non temere Urbe oppidove ullo egressus, aut quoquam ingressus est, nisi vespera aut noctu, ne quem officii causa inquietaret. In consulatu pedibus fere, extra consulatum saepe adaperta sella, per publicum incessit. Promiscuis salutationibus admittebat et plebem, tanta

---

fratres sint, hac adversum potestates, monuit jam Casaubonus ad h. l.

aut noctu] Narrat hoc *Dio* 54, 10. ad a. 735. ἐπεὶ δὲ καὶ ὥς αἵ τε ἀρχαὶ καὶ οἱ ἄλλοι προαπαντῆσαί οἱ προπαρεσκευάσαντο, νύκτωρ ἐς τὴν πόλιν ἐσεκομίσθη. et ad a. 741. c. 25. τὴν ἀπάντησιν τοῦ δήμου καὶ τότε ἐξέστη. νυκτὸς γὰρ ἐς τὴν πόλιν ἐσεκομίσθη· ὅπερ που καὶ ἀεὶ (ὡς εἰπεῖν) εἴτε ἐς τὰ προάστεια, εἴτε καὶ ἄλλοσέ ποι ἐκδημοίη, καὶ ἀφορμώμενος καὶ ἐπανιών, ὁμοίως ἐποίει, ἵνα μηδενὶ αὐτῶν ὀχληρὸς εἴη. Ob haec loca scripsi *Urbe* i. e. Roma, non *urbe*. Omnia erant *oppida*, comparata cum *Urbe Roma*.

inquietaret] Recte *sollicitaret*, quod est in uno Torrent., Oudend. glossema judicat. v. ind. nostr. Antea idem ex optimis libris edidit *vespera*. Vulg. *vespere*. Secutus sum ejus Wolfiique auctoritatem.

adaperta sella] i. e. ex omni parte aperta, ut omnes videre eum et accedere possent, in quo maxima est civilitas. Al. *adoperta*, quae esset φορεῖον κατάστεγον, ut *Dio* 47, 10. vel δίφρος κατάστεγος, ut Id. 47, 23. v. Oudend. ad h. l. et *Scheffer*. de re vehic. 2, 4.

Promiscuis — et plebem] *Dio* 56, 26. τὸ πλεῖστον, ἄλλως τε καὶ ὁσάκις ἕδρα αὐτῶν ἐγίγνετο, ἔν τε τῇ ἀγορᾷ, καὶ ἐν αὐτῷ γε ἔστιν ὅτε τῷ συνεδρίῳ, καὶ ἐσιόντα αὐτὸν καὶ ἀπιόντα αὖθις ἠσπάζοντο. ἤδη δὲ καὶ ἐν τῷ παλατίῳ, καὶ καθήμενόν γε, ἔστι δ' ὅτε καὶ κατακείμενον, οὐχ ὅτι ἡ γερουσία, ἀλλὰ καὶ οἱ ἱππεῖς, τοῦ δὲ δήμου πολλοί, unde dicitur Tiberio in oratione funebri apud Eund. 56, 41. ἐν μὲν ταῖς ἑορταῖς καὶ τὸν δῆμον οἴκαδε προς-

comitate adeuntium desideria excipiens, ut quendam joco corripuerit, quod *sic sibi libellum porrigere dubitaret, quasi elephanto stipem.* Die Senatus nunquam Patres nisi in Curia salutavit, et quidem sedentes, ac nominatim singulos, nullo summonente: et discedens eodem modo sedentibus valere dicebat. Officia cum multis mutuo exercuit: nec prius dies

---

δεξάμενος, ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις ἡμέραις καὶ τὴν γερουσίαν ἐν αὐτῷ τῷ βουλευτηρίῳ ἀσπασάμενος.

ut quendam — stipem] *Quinctilian.* Inst. 6, 3, 59. „Adhibetur autem similitudo interim palam, interim inseri solet parabolae, cujus est generis id Augusti, qui militi libellum timide porrigenti, *Noli*, inquit, *dubitare, tanquam assem elephanto des.*" *Macrob.* Saturn. 2, 4. „Augustus, quum ei quidam libellum trepidus offerret, et modo proferret manum, modo retraheret, *Putas*, inquit, *te assem elephanto dare?*"

nisi in Curia] v. *Dionis* locum proxime citatum. Non ad se domum venire passus est Senatum ad salutationem, nisi in extrema aetate, sed ipse Curiam adiit. v. Casaub. ad c. 35.

sedentes] non ut intrante Augusto non surrexerint, (hic enim semper, etiam Consulibus, honor habebatur) sed ut mox, salutato ab illis Imperatore, jusserit sedere, quum eos resalutaret, et verba ad eos faceret. Burmann.

nullo summonente] i. e. nullo nomina singulorum Senatorum subjiciente, quo, omnes penitus sibi notos, ut amicissimos, ostenderet. Docet historia, duces etiam regesque hac arte militum animos sibi conciliasse.

eodem modo sedentibus valere dicebat] Omisi cum Oudend., quod sequebatur voc. *sedentibus*, *singulis*, inepte e superiori repetitum, dedique *eodem m.* pro *eo*, et *valere dicebat* pro *vale dic.*, optimis codd. auctoribus.

Officia — mutuo exercuit] i. e. interfuit solemnibus, quae in amicorum aedibus per nuptiarum, tirocinii, funeris aliasve occasiones celebrabantur, eosque vicissim ad se invitavit. v. ind. *Mutuo* servavi cum Oudend. ob librorum consensum. Al. corrigunt *mutua*. Postea *grandior jam natu* dederant etiam Oudend. et Wolf. Al. *grandi jam natu*, quod defenditur *magno natu* apud Cornelium Liviumque. *Vexatus* est: quum male se habuisset in turba hominum, quae ad celebranda sponsalia convenerat, huc atque illuc pulsus tractusque. „Nam qui fertur et raptatur atque huc atque illuc distrahitur, is *vexari* proprie dicitur" ut *Gellius* 2, 6.

cujusque sollemnes frequentare desiit, quam grandior jam natu, et in turba quondam sponsaliorum die vexatus. Gallum Terrinium Senatorem, minus sibi familiarem, sed captum repente oculis, et ob id inedia mori destinantem, praesens consolando revocavit ad vitam. [54] In Senatu verba facienti dictum est, *Non intellexi:* et ab alio, *Contradicerem tibi, si locum haberem.* Interdum ob immodicas altercationes disceptantium e Curia per iram se proripienti quidam ingesserunt, *Licere oportere Senatoribus de Republica loqui.* Antistius Labeo Senatus lectione, quum Triumvirum legeret M. Lepidum, hostem olim ejus, et tunc exsulantem, [legit;] interroga-

---

inedia mori dest.] ex disciplina Stoica. *Senec.* epist. 58. ubi: „si coeperit senectus concutere mentem, si partes ejus convellere, si mihi non vitam reliquerit, sed animam; prosiliam ex aedificio putrido ac ruenti.“ cf. epist. 70. Notum etiam exemplum Attici e Cornelio.

Contradicerem tibi] Ernest. delendum putat *tibi*, ut minus Latinum. Sed Suetonium jungere dativum huic verbo, quum prior aetas *contra dicere* disjunctim scripsisset, vel *contra aliquem dicere*, docet index. Postea *si locum haberem* int. si mihi ullus locus esset in Republica, si quid valerem (*wenn ich noch eine Stimme hätte*).

Antistius Labeo] Dicitur *Tac.* A. 3, 75. „*incorrupta libertate et ob id fama celebratior.*“ Memoratur a Pomponio de orig. juris inter principes Jurisconsultos veteres, quadraginta voluminum auctor. *Horatius* tamen, Augusti irae blandiens, Sat. 1, 3, 82. „*Labeone insanior*, inter sanos dicatur.“ Patris ejus simulque filii laudem *Appian.* Civ. 4, 135. celebrat verbis: Λαβεών, ἐπὶ σοφίᾳ γνώριμος, ὁ πατὴρ Λαβεῶνος (nostri) τοῦ κατ' ἐμπειρίαν νόμων ἔτι νῦν περιωνύμου. De utroque v. *Glandorp.* Onomast. p. 63. cf. interpr. ad *Horat.* l. c.

quum Triumvirum legeret M. Lepidum] *Triumvirum*, quod omnes codd. exhibent, auctore Torrentio, editores mutarunt in: *vir virum*, ex cap. 35. ubi prima lectione vir virum legisse dicitur. Sed eam lectionem h. l. intelligendam esse, inde jam patet, quod Labeoni legendi potestas fuit. Addito autem *Triumv.*, scriptor distinguit patrem Lepidum a filio, quem conspirasse contra Augustum narraverat c. 19. Contra uncinis inclusi *legit* et postea *que* subjunctum voci *interrogatus*, quod utrumque in uno libro

tus[que] ab eo, an essent alii digniores, *Suum quemque judicium habere*, respondit. Nec ideo libertas aut contumacia fraudi cuiquam fuit. [55] Etiam sparsos de se in Curia famosos libellos nec expavit, nec magna cura redarguit, ne requisitis quidem auctoribus, id modo censuit, cognoscendum posthac de iis, qui libellos aut carmina ad infamiam

---

omitti, testatur Scheffer., quocum prorsus consentio, nisi quod ille delendum censet *Triumvirum*.

an essent] Ernest. post alios probavit *annon* editionis Steph., et Reitzius conjecit *anne*, particulam *ne* absorptam existimans a sequenti vocali. Sed *an* saepe dici pro *annon*, ut ἄρα pro ἆρ' οὐ, et encliticon *ne* pro *nonne*, probarunt Heusingeri ad *Cic.* de Off. 1, 15, 5. et 3, 17, 2. cf. quae ad utrumque locum addidit Gernhard.

Suum — respondit]. Totam rem ita narrat *Dio* 54, 15. „ἐπειδὴ Ἀντίστιος Λαβεὼν ἐς τοὺς βουλεύσοντας αὐτὸν (Λέπιδον), ὅτι ἰδίᾳ γνώμῃ ἐκείνῃ ἐγίγνετο (ubi puto scrib. ἑκάστου pro ἐκείνῃ, ut reddantur verba Nostri: *suum quemque judicium habere*) ἐσεγράψατο, πρῶτον μὲν ἐπιωρκηκέναι τε αὐτὸν ἔφη, καὶ τιμωρήσεσθαι ἠπείλησεν· ἔπειτα δὲ εἰπόντος αὐτοῦ· Καὶ τί δεινὸν πεποίηκα, κατασχὼν ἐν τῷ συνεδρίῳ ἄνδρα, ὃν σὺ ἀρχιέρεων ἔτι καὶ νῦν περιορᾷς ὄντα; οὐκέτι οὐδεμίαν ὀργὴν ἐποιήσατο.

libertas aut contumacia] *Libertas* fuit in dicto, *contumacia* in pertinacia, qua hostem Augusti legerat, monitusque ab Imperatore in sententia perseveravit. *Contumaciam*, cui Germ. *Trotz* optime respondet, cum *inani jactione libertatis* conjungit *Tac.* Agric. 42. *libertati* opponit Ann. 3, 75. *obsequium*, quo sensu dicitur a *Terent.* Andr. 1, 1, 41.

sparsos de se in Curia] sine dubio post Senatus lectionem, qua multi offensi et conviciis eum proscindebant, et mortem minabantur, unde *nec expavit* i. e. contemsit vanas sine viribus iras. *Müller.* in sched. jungit: *de se in Curia* sc. verba faciente, (*über sein Benehmen auf der Curie*) quae tamen ratio durior mihi videtur, quamquam auctor supra c. 39. *traditio coram pugillarium.*

cognoscendum posthac de iis] Jam lex XII. tabularum: „Si quis occentassit malum carmen, sive condidisset, quod infamiam faxit flagitiumque alteri, capitale esto." v. *Rosin.* Ant. Rom. 8, 6. p. 580. sequ. Sulla eam cognitionem ad majestatis crimen retulerat. *Cic.* ad Div. 3, 11. „Verumtamen est majestas, (ut Sulla voluit) ne in quemvis impune declamare liceret." Unde *Tac.* Ann. 1, 72. „primus Augustus cognitionem de famosis libellis,

cujuspiam sub alieno nomine edant. Jocis quoque quorundam invidiosis aut petulantibus lacessitus, contradixit edicto. Et tamen de inhibenda testamentorum licentia ne quicquam constitueretur, intercessit. [56] Quoties magistratuum comitiis interesset, tribus cum candidatis suis circumibat, supplicabatque more sollemni. Ferebat et ipse suffragium in tribubus, ut unus e populo. Testem se in judiciis et interrogari, et refelli, aequissimo animo patiebatur. Forum angustius fecit, non ausus extorquere possessoribus proximas domos. Nunquam filios suos populo commendavit, ut non adjiceret, *Si merebuntur.* Eisdem, praetextatis adhuc, assurrectum ab universis in theatro, et a stantibus plausum, gravissime questus est. Amicos ita magnos et potentes in

---

specie legis ejus (majestatis) tractavit, commotus Cassii Severi libidine, qua viros feminasque illustres procacibus scriptis diffamaverat." Etiam *Dio* 56, 27. ad a. 755. καὶ μαθών, ὅτι βιβλία ἄττα ἐφ' ὕβρει τινῶν συγγράφοιτο, ζήτησιν αὐτῶν ἐποιήσατο· καὶ ἐκεῖνά τε τὰ μὲν ἐν τῇ πόλει εὑρεθέντα πρὸς τῶν ἀγορανόμων, τὰ δὲ ἔξω πρὸς τῶν ἑκασταχόθι ἀρχόντων, κατέφλεξε, καὶ τῶν συνθέντων αὐτὰ ἐκόλασε τινάς.

edant] Al. *ederent.* Illud recte defenderunt Oudend. et Ern. quod pendet a *cognoscendum.*

Jocis quoque] Haec usque ad *intercessit* cum superiori capite conjunxi, quo pertinere ea, ipsum argumentum docet. Nam insequentia inde a verbis: *Quoties magistratuum* prorsus diversa civilitatis documenta continent. Ceterum *Müllerus*, ut omnia melius cohaereant, conjicit: *Jocis quamquam — ittamen* etc.

de inhib. testam. licentia] in quibus testatores convicia erga Imperatores saepe effundebant. v. *Lips.* ad *Tac.* Ann. 6, 38. ubi: „Fulcinius Trio — supremis tabulis multa et atrocia in Macronem ac praecipuos libertorum Caesaris composuit." Pro *testamentorum* perperam *Sigon.* Disput. Patav. 1. reponendum censuit *scommatorum.* Postea *ne quicquam constitueretur* cum Gronov. et Oudend., Mss. auctoritate, dedi pro: *ne Senatus quicquam constitueret,* quod glossae propius videtur.

in tribubus] duabus, Scaptia et Fabia. v. ad c. 40.

Testem se] v. *Dionis* locos infra excitandos.

Forum angustius fecit] quam facere destinaverat. v. ad c. 29.

Eisdem — gravissime questus est] *Dio* 54, 27. τῷ Τιβερίῳ ἐπι-

civitate esse voluit, ut tamen pari jure essent, quo ceteri, legibusque judiciariis aeque tenerentur. Quum Asprenas Nonius, artius ei junctus, causam veneficii, accusante Cassio Severo, diceret; consuluit Senatum, quid officii sui putaret: *Cunctari enim se, ne, si superesset, eriperet legibus reum: sin deesset, destituere ac praedamnare amicum existimaretur.* Et consentientibus universis, sedit in subselliis per aliquot horas; verum tacitus, ac ne laudatione qui-

---

τίμησεν, ὅτι τὸν Γάϊον ἐν τῇ πανηγύρει τῇ εὐκταίᾳ, ἣν ἐπὶ τῇ ἐπανόδῳ αὐτοῦ διετέλει, (a. 741.) παρεκαθίσατο· καὶ τῷ δήμῳ καὶ ὅτι καὶ κρότοις καὶ ἐπαίνοις αὐτὸν ἐτίμησαν.

legibusque jud. aeque ten.] i. e. non exemti essent judiciis s. ob crimina aeque atque alii ad jus possent vocari. Alias enim *leges judiciariae* dicuntur, quibus ordo modusque judiciorum, ordinesque, a quibus haberentur, erant constituti. v. *Ern.* Cl. Cic. ind. leg.

Asprenas Nonius] Eundem puto, qui c. 43. lapsu debilitatus dicebatur, cum Dalechamp. ad *Plin.* 35, 12. (c. 46. ed. Franz.) ubi: (unius patinae) „veneno Asprenati reo Cassius Severus accusator objiciebat, interiisse CXXX. convivas." Filius fortasse fuit vel nepos Asprenatis Proconsulis, quem memorat auctor Bell. Afric. 80. Nostrum Pliniique locum omisit *Glandorp.* ubi de Noniis agit p. 626., uberior de *Cassio Severo*, celebri aetate Augusti oratore, p. 209. Hoc autem judicium respicit *Dio* 55. 4. Φίλῳ τινὶ δίκην φεύγοντι συνεξητάσθη, προσκοινώσας αὐτὸ τοῦτο τῇ γερουσίᾳ· καὶ ἐκεῖνόν τε ἔσωσε, καὶ τὸν κατήγορον αὐτοῦ οὐχ ὅπως δι' ὀργῆς ἔσχε, καίπερ πάνυ πολλῇ παῤῥησίᾳ χρησάμενον, ἀλλὰ καὶ εὐθυνόμενον ἐπὶ τοῖς τρόποις, ἀφῆκεν, εἰπών, ὅτι ἀναγκαία σφίσιν ἡ παῤῥησία αὐτοῦ, διὰ τὴν ἄντικρυς τῶν πολλῶν πονηρίαν, εἴη. Postea *superesset*, cui opponitur *deesset*, est i. q. adesset, adjuvaret, causam defenderet, quam tamen falsam atque alienam verbi significationem judicat *Gellius* 1, 22.

in subselliis] ubi patroni et advocati rei sedebant.

laudatione qu. judiciali] Defendendi reos per laudationes judiciales morem lege jam prohibuerat Pompejus Consul III. a. 702. auctore *Dion.* 40, 52. τινὰς ἐπαινέτας ὑπὸ τῶν κρινομένων δίδοσθαι (πάμπολλοι γὰρ ὑπὸ τῶν ἀξιοπίστων ἐπαινούμενοι ἐξηρπάζοντο) ἐπανώρθωσε, νομοθετήσας μηδένα ἔτι τοπαράπαν ἐξεῖναι ἐν τοῖς τοιούτοις γίγνεσθαι, quamquam ipse eodem anno contra legem suam peccavit in causa Planci, cui ita συνεσπούδασε (c. 55.), ὥστε καὶ βιβλίον, ἔπαινόν τε ἅμα αὐτοῦ καὶ ἱκετείαν ἔχον,

dem judiciali data. Affuit et clientibus: sicut Scutario cuidam, evocato quondam suo, qui postulabatur injuriarum. Unum omnino e reorum numero, ac ne eum quidem, nisi precibus, eripuit, exorato coram judicibus accusatore, Castricium, per quem de conjuratione Murenae cognoverat. [57] Pro quibus meritis quanto opere dilectus sit, facile est existimare. Omitto Senatusconsulta, quia possunt videri vel necessitate expressa, vel verecundia. Equites Romani natalem ejus sponte atque consensu, bi-

---

ἐς τὸ δικαστήριον ἔπεμψεν. *Plutarch.* Pomp. 55. et ipse τοὺς γινομένους περὶ τῶν κρινομένων ἐπαίνους dicit.

Affuit et clientibus] *Dio* 54, 3. ἐν τοῖς ἄλλοις ἐμετρίαζεν, ὥςτε καὶ Φίλοις τισὶν εὐθυνομένοις παραγίγνεσθαι.

Scutario cuid., evocato qu. suo] *Scutarium* nomen proprium esse, quum alii de militum vel artificum genere intellexerint, alii *scrutario* praetulerint, quod *scrutorum venditorem*, γρυτοπώλην, significat, et omnis loci ratio docet, et ex Inscriptionibus docuit Burm., assentientibus Oudend. et Ern. Rem *Dio* 55, 4. ita narrat: οὕτω δημοκρατικὸς ἠξίου εἶναι, ὥςτε τινὸς τῶν συστρατευσαμένων ποτὲ αὐτῷ συνηγορήματος παρ᾽ αὐτοῦ δεηθέντος, τὸ μὲν πρῶτον τῶν Φίλων τινά, ὡς καὶ ἐν ἀσχολίᾳ ὤν, συνειπεῖν αὐτῷ κελεῦσαι, ἔπειτ᾽ ἐπειδὴ ἐκεῖνος ὀργισθεὶς ἔφη, „ἐγὼ μέντοι, ὁσάκις ἐπικουρίας χρείαν ἔσχες, οὐκ ἄλλον τινὰ ἀντ᾽ ἐμαυτοῦ σοι ἔπεμψα, ἀλλ᾽ αὐτὸς πανταχοῦ προεκινδύνευσά σου," ἔς τε τὸ δικαστήριον ἐςελθεῖν, καὶ συνηγορῆσαί οἱ. cf. *Macrob.* Saturn. 2, 4.

Castricium] De hoc Castricio nihil constat. De reliquis v. *Glandorp.* Onomast. p. 210. sequ. De conjuratione Murenae v. ad cap. 19.

existimare] Ita ed. cum Ern. et Wolf. pro *aestimare.* Postea *quia* dedi cum optimis codd., jubentibus etiam Wolf. et Müllero, pro *quae.* Hic monet etiam, ita scripsisse Suetonium *quae possint* pro *quum ea possint*, quod tamen ita modo valet, si ad verbum *omitto* ut causa refertur, non si mera est ἐπεξήγησις vocis *Senatusconsulta.*

natalem ejus] *Dio* 54, 34. καὶ τὰ γενέθλια τὰ τοῦ Αὐγούστου καὶ ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ πόλει πολλαχόθι θηρίων σφαγαῖς ἐτιμήθη· καὶ τοῦτο μέν, καίτοι μὴ ψηφισθέν, ἐν πᾶσιν ὡς εἰπεῖν τοῖς ἔτεσι πρός τινος τῶν ἀεὶ στρατηγούντων ἐγίγνετο, facta tamen nulla Equitum mentione. Id. 51, 19. decretam ἱερομηνίαν ἐν τοῖς γενεθλίοις αὐτοῦ, Circenses habitos 54, 26. et 30. et Augustalia, eodem die celebrata, 56, 29. aliisque locis commemorat.

duo semper celebrarunt. Omnes ordines in lacum Curtii quotannis ex voto pro salute ejus stipem jaciebant; item Kalendis Januariis strenam in Capitolio, etiam absenti: ex qua summa pretiosissima Deorum simulacra mercatus, vicatim dedicabat: ut Apollinem Sandaliarium, et Jovem Tragoedum, aliaque. In restitutionem Palatinae domus, incendio absum-

---

in lacum Curtii] Originem hujus loci morisque narrat *Liv.* 7, 6. ubi „dona ac fruges super Curtium, qui in specum se immiserat, a multitudine virorum ac mulierum congestas" memorat. Digreditur a Livio *Dionys.* 2, 42. ubi τὸν Κούρτιον λάκκον ἐν μέσῳ μάλιστα τῆς Ῥωμαίων ἀγορᾶς fuisse, nomen autem ad Metium Curtium bellumque cum Sabinis refert. Morem aliorum populorum exemplis illustrat Casaub. ad h. l. Ceterum *Dio* 54, 35. postquam pecunias ad statuas Augusti a Senatu populoque collatas atque ad pium usum ab eo adhibitas narravit, addit: ἀεί τε γάρ, ὡς εἰπεῖν, καὶ ἐπὶ πάσῃ προφάσει τοῦτ' ἐποίουν· καὶ τέλος καὶ ἐν αὐτῇ τῇ πρώτῃ τοῦ ἔτους ἡμέρᾳ (*Kal. Jan. strenam*) οὐκέτι ἰδίᾳ τινὲς κατέβαλλον αὐτό, ἀλλ' αὐτῷ ἐκείνῳ προσιόντες, οἱ μὲν πλεῖον, οἱ δὲ ἔλαττον ἐδίδοσαν. καὶ ὅς, προσθεὶς ἂν ἕτερον τοσοῦτον ἢ καὶ πλέον, ἀντεδίδου, οὐχ ὅπως τοῖς βουλευταῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις. Has strenas ab Imperatore Tiberio improbatas et edicto prohibitas, narrat *Dio* 57, 8. et 17. restitutas a Caligula Noster Calig. 42. edicto denuo sublatas a Claudio *Dio* 60, 6.

etiam absenti] Duker. ad *Flor.* 2, 7, 8. supplet *conferebant*, quod voc. est in inscriptione a Torrentio laudata: „*Imp. Divi F. Augustus, Pontifex Maximus, Imp. XIII. Cos. XI. Trib. Potest. XV. ex stipe, quam Populus Romanus anno novo absenti contulit.*" Omnino alterum verbum, huic commati necessarium, latet in priori *jaciebant*, per notissimam figuram, quam Zeugma appellant.

ex qua summa] Burm. *summa* e glossa profectum censet, ut inconcinne junctum sequ. *pretiosissima*.

Apollinem Sandaliarium] Nomen accepit a *vico Sandaliario*, ubi *sandaliarii* i. e. sandaliorum artifices habitabant, regionis Urbis quartae, ut Jupiter a *vico Tragoedo* in regione Esquilina. Ita Diana Aventina, Jupiter Tarpejus, Capitolinus, al. Sic judicat etiam *Panciroll.* in descript. Urbis Romae (Thes. Tom. III, p. 337.). — Ernest. praefert lectionem: *Sandaliatum* i. e. sandaliis indutum.

In restit. Palatinae domus] *Dio* 55, 12. ad a. 756. ἐμπρησμοῦ δέ ποτε τὸ Παλάτιον διαφθείραντος, καὶ πολλῶν αὐτῷ πολλὰ διδόντων,

tae, veterani, decuriae, tribus, atque etiam singillatim e cetero genere hominum, libentes ac pro facultate quisque pecunias contulerant; delibante tantummodo eo summarum acervos, neque ex quoquam plus denario auferente. Revertentem ex provincia non solum faustis ominibus, sed et modulatis carminibus prosequebantur. Observatum etiam est, ne, quoties introiret Urbem, supplicium de quoquam sumeretur. [58] Patris patriae cognomen universi repentino maximoque consensu detulerunt ei. Prima plebs, legatione Antium missa: dein, quia non re-

---

οὐδὲν ἔλαβεν, ἢ μόνον παρὰ μὲν τῶν δήμων (recte, puto, Fabric. corrigit τῶν δημοσίων i. e. personis publicis) χρυσοῦν, παρὰ δὲ τῶν ἰδιωτῶν δραχμήν.

decuriae] „*Decuriae* hic sunt operae magistratuum s. collegia, in quibus scribae, lictores, viatores, nomenclatores et accensi magistratuum censebantur, ut multis docet *Valesius* ad Amm. Marcell. 28, 6." *Graevius*. v. etiam Lips. et Ern. ad *Tac.* 13, 27. *Tribus* pro plebe s. infimo ordine civium Rom. dicuntur, uti docet Duker. ad *Flor.* 2, 6, 25. citatus jam a Wolfio.

ne — sumeretur] quoniam dies illa festa s. sacra habebatur, qua supplicia sumi nefas. v. Fabric. ad *Dion.* 51, 20. ubi inter reliquos honores Augusto constitutum narrat, τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ ἂν ἐς τὴν πόλιν ἐσέλθῃ, θυσίαις τε πανδημεὶ ἀγαλθῆναι, καὶ ἱερὰν ἀεὶ ἄγεσθαι.

Patris patriae] *Flor.* 4, 12, 66. „Ob haec tot facta ingentia Dictator perpetuus et Pater patriae dictus," ubi Duker. citavit, qui de anno ac die dati Augusto hujus cognominis disputaverunt, *Spanhem.* de usu et praestantia numism. p. 446., *Noris.* Cenotaph. Pis. Dissert. 2. c. 8. et *Perizon.* Animadv. c. 7. cf. interpr. ad *Ovid.* Fast. 2, 127. „Sancte Pater patriae, tibi Plebs, tibi Curia nomen Hoc dedit; hoc dedimus nos tibi nomen Eques." et ad Trist. 2, 39. et 181. Maxime probabilis est sententia eorum, qui Non. Februar. A. U. 752. quo XIII. Consul fuit Augustus, datum existimant. Valerius Messala anno superiori s. 751. consulatum gesserat. Alii rem ad consulatum Messalae a. 758. referunt. v. *Ern.* excurs. ad h. l. Provocat ad hoc cognomen suum Augustus in oratione apud *Dion.* 56, 8. et memorat Tiberius in oratione funebri ibid. c. 41. διὰ ταῦτα εἰκότως καὶ προστάτην αὐτὸν καὶ πατέρα δημόσιον ἐποιήσασθε.

Prima plebs] Non puto cum Bremio, *prima* accusativum

cipiebat, ineunti Romae spectacula frequens et laureata: mox in Curia Senatus, neque decreto, neque acclamatione, sed per Valerium Messalam. Is, mandantibus cunctis, *Quod bonum*, inquit, *faustumque sit tibi, domuique tuae, Caesar Auguste: sic enim nos perpetuam felicitatem Reipublicae et laeta huic precari existimamus: Senatus te, consentiens cum populo Romano, consalutat PATRIAE PATREM.* Cui lacrimans respondit Augustus his verbis: (ipsa enim, sicut Messalae, posui) *Compos factus votorum meorum, Patres Conscripti, quod habeo aliud Deos immortales precari, quam ut hunc consensum vestrum ad ultimum vitae finem mihi perferre liceat?* [59] Medico Antonio Musae, cujus opera ex ancipiti morbo convaluerat, statuam aere collato juxta signum Aesculapii statuerunt. Nonnulli patrum familiarum testamento caverunt, ut ab heredibus suis, praelato victimae titulo, in Capi-

---

esse plur.; ut Gr. τὰ πρῶτα, sed dictum pro *prior*, quia sequitur „*mox in Curia Senatus.*" Ita Tiber. 7. „*primum* in Foro, secundum in Amphiteatro." Postea al. *per Valerium Messalam id mand. cunctis.* Secutus sum Oudendorpium.

et laeta huic] Possis *huic* referre ad *Reipublicae* per trajectionem, quamquam duriorem. Alii alia supplent, ut Torrent. *ordini*, Oudend. *Urbi.* Perizon. *laeta huic* mutavit in *Senatui.* Lipsius *imprecari* suasit, in meliorem sensum dictum pro *apprecari.* Alii acquiescunt in deleto *huic.*

Medico Antonio Musae] Narrat hunc morbum Augusti, qui incidit in a. 731., *Dio* 53, 30. ubi: καὶ αὐτὸν μηδὲν (ὅ, τι) μηδὲ τῶν πάνυ ἀναγκαίων ποιεῖν δυνάμενον Ἀντώνιός τις Μούσας καὶ ψυχρολουσίαις καὶ ψυχροποσίαις ἀνέσωσε· καὶ διὰ τοῦτο καὶ χρήματα παρά τε τοῦ Αὐγούστου καὶ παρὰ τῆς βουλῆς πολλὰ, καὶ τὸ χρυσοῖς δακτυλίοις (ἀπελεύθερος γὰρ ἦν) χρῆσθαι, τήν τε ἀτέλειαν καὶ αὐτῷ καὶ τοῖς ὁμοτέχνοις, οὐχ ὅτι τοῖς τότε οὖσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔπειτα ἐσομένοις, ἔλαβεν. cf. c. 81. De Antonio Musa dixerunt interpretes ad *Plin.* 19, 8. (38. ed. Franz.) 29, 1. (5.) et 30, 13. (39.) et Joh. Frid. *Crell* in singulari disputatione: Antonius Musa, Augusti medicus, observationibus varii generis illustratus. Lips. 1725. v. etiam Fabric. et Reimar. ad Dion. l. c.

tolium ducerentur, votumque pro se solveretur, QUOD SUPERSTITEM AUGUSTUM RELIQUISSENT. Quaedam Italiae civitates diem, quo primum ad se venisset, initium anni fecerunt. Provinciarum pleraeque super templa et aras, ludos quoque quinquennales paene oppidatim constituerunt. [60] Reges amici atque socii, et singuli in suo quisque regno Caesareas urbes condiderunt, et cuncti simul aedem Jovis Olympii, Athenis antiquitus inchoatam, perficere communi sumtu destinaverunt, Genioque ejus dedicare: ac saepe regnis relictis, non Romae modo, sed provincias peragranti, quotidiana officia togati, ac sine regio insigni, more clientium praestiterunt. [61] Quoniam, qualis in imperiis ac

---

votumque — solveretur] quod nemini, nisi Pompejo periculoso morbo conflictanti a. 705., antea contigisse, testatur *Dio* 41, 6. ubi v. Fabric, *pro se* est i. q. nomine suo.

ludos qu. quinquennales] Decretam Augusto Romae post victoriam Actiacam πανήγυριν πεντετηρίδα, auctor *Dio* 51, 19. Id. c. 20. Pergamenis concessum narrat, τὸν ἀγῶνα τὸν ἱερὸν ὠνομασμένον ἐπὶ τῇ τοῦ ναοῦ αὐτοῦ τιμῇ ποιεῖν. Herodem Magnum hoc ludicrum in honorem Augusti Hierosolymis et Caesareae instituisse, prodit *Josephus* 15, 8. et 16, 5. (ed. Haverkamp. p. 766. et 797.) De ludis quinquennalibus, et omnino de ludis votivis, v. *Rosin.* Ant. Rom. 5, 22. p. 345.

Caesareas] Urbes, quibus *Caesarea* s. *Sebaste* nomen, Mauritaniae, Palaestinae, Galatiae, Cappadociae, Ciliciae, Pisidiae, Armeniae, recenset *Plinius* l. 5 et 6. Consule, qui de geographia antiqua exposuerunt.

aedem Jovis Olympii] De hoc templo v. *Meursius* (Thes. Gronov. Tom. IIII. p. 849. sequ.) et Fabric. ad *Dion.* 69, 16. ubi perfectum illud dicitur ab Hadriano, consentiente *Spartiano* c. 13. cf. *Pausan.* 1, 18. et 5, 12.

saepe regnis relictis] Totum locum nostrum ita reddidit *Eutrop.* 7, 5. „Tanto autem amore etiam apud barbaros fuit, ut reges, populi Romani amici, in honorem ejus conderent civitates, quas Caesareas nominarent, sicut in Mauritania a rege Juba, et in Palaestina, (ab Herode condita) quae nunc urbs est clarissima. Multi autem regnis suis venerunt, ut ei obsequerentur; et habitu Romano, togati scilicet, ad vehiculum vel equum ipsius cucurrerunt."

magistratibus, regendaque per terrarum orbem pace belloque Republica fuerit, exposui; referam nunc interiorem ac familiarem ejus vitam, quibusque moribus atque fortuna domi et inter suos egerit a juventa usque ad supremum vitae diem. Matrem amisit in primo consulatu, sororem Octaviam quinquagesimum et quartum agens aetatis annum. Utrique quum praecipua officia vivae praestitisset, etiam defunctae honores maximos tribuit. [62] Sponsam habuerat adolescens P. Servilii Isaurici filiam: sed reconciliatus post primam discordiam Antonino, expostulantibus utriusque militibus, ut et necessitudine aliqua jungerentur, privignam ejus Claudiam, Fulviae ex

---

Matrem] Atiam. v. c. 4. Mortuam δημοσίᾳ ταφῇ fuisse honoratam, memorat *Dio* 47, 17. ad A. U. 712.

sororem Octaviam] minorem, ex eadem matre Atia, nuptam prius Marcello, postea M. Antonio. Hanc enim, non majorem Octaviam, C. Octavii ex Ancharia filiam, et duplici conjugio illo et generosa indole nobilem feminam esse, contra Plutarchum et plerosque stemmatis Augusti auctores ostendit *Glandorp.* Onomast. p. 86. sequ. et 433., et h. l. intelligendam esse, inde apparet, quod simpliciter *soror Augusti*, uterina adeo, dicitur. De ejus morte *Dio* 54, 35. ἐν δὲ τῷ ἔτει ἐκείνῳ (a. 743. Q. Aelio Tuberone, Paullo Fabio Maximo Coss.) τὴν Ὀκταουΐαν τὴν ἀδελφὴν ἀποθανοῦσαν προέθετο ἐπὶ τοῦ Ἰουλίου ἡρῴου, παραπετάσματι καὶ τότε (ut in Agrippae funere, de quo *Dio* 54, 28.) ἐπὶ τοῦ νεκροῦ χρησάμενος. καὶ αὐτός τε ἐκεῖ τὸν ἐπιτάφιον εἶπε, καὶ ὁ Δροῦσος ἀπὸ τοῦ βήματος (δημόσιον γὰρ τὸ πένθος) ἀλλαξάμενος τὴν ἐσθῆτα τῶν βουλευτῶν, ἐγένετο. καὶ τὸ μὲν σῶμα αὐτῆς οἱ γαμβροὶ ἐξήνεγκαν· τὰ δὲ δὴ ψηφισθέντα αὐτῇ οὐ πάντα ὁ Αὔγουστος ἐδέξατο. *Atiae filiam* etiam Fabricius ad h. l. intelligit.

P. Servilii Isaurici] sine dubio illius, qui cum Caesare Consul fuit A. U. 706. v. ad Caes. 35.

privignam ejus Claudiam] *Dio* 46, 56. κἀν τούτῳ οἱ τοῦ Ἀντωνίου στρατιῶται τὴν θυγατέρα τὴν τῆς Φαουλουΐας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ἣν ἐκ τοῦ Κλωδίου εἶχε, τῷ Καίσαρι, καίτοι ἑτέραν ἐγγεγυημένῳ, προεξένησαν, τοῦ Ἀντωνίου δηλονότι τοῦτο κατασκευάσαντος· καὶ ὃς οὐκ ἀπηρνήσατο. οὐδὲ γὰρ ἐμποδισθήσεσθαί τι ἐκ τῆς ἐπιγαμίας πρὸς ἃ κατὰ τοῦ Ἀντωνίου πράξειν ἤμελλεν, ἐνόμισε. τά τε γὰρ ἄλλα, καὶ τὸν πατέρα τὸν Καίσαρα οὐδέν τι ἧττον ἐκ τῆς πρὸς τὸν Πομπήϊον συγγενείας πάνθ᾽ ὅσα ἠθέλησε κατ᾽ αὐτοῦ πράξαντα ἑώ-

P. Clodio filiam, duxit uxorem, vixdum nubilem; ac simultate cum Fulvia socru exorta, dimisit intactam adhuc et virginem. Mox Scriboniam in matrimonium accepit, nuptam ante duobus consularibus, et ex altero etiam matrem. Cum hac etiam divortium fecit, pertaesus, ut scribit, morum perversitatem ejus: ac statim Liviam Drusillam matri-

---

στατο. *Plutarch.* Anton. 20. ἐπὶ δ' οὖν ταῖς διαλλαγαῖς ταύταις οἱ στρατιῶται περιστάντες ἠξίουν καὶ γάμῳ τινὶ τὴν φιλίαν συνάψαι Καίσαρα, λαβόντα τὴν Φουλβίας, τῆς Ἀντωνίου γυναικός, θυγατέρα Κλωδίαν. Factum id a. 711.

simultate — virginem] illa simultate, ex qua bellum Perusinum exortum, de quo v. c. 14. *Dio* 48, 5. Καῖσαρ τὴν χαλεπότητα τῆς πενθερᾶς μὴ φέρων (ἐκείνῃ γὰρ μᾶλλον ἢ τῷ Ἀντωνίῳ διαφέρεσθαι δοκεῖν ἐβούλετο) τὴν θυγατέρα αὐτῆς, ὡς καὶ παρθένον ἔτι οὖσαν, (ὃ καὶ ὅρκῳ ἐπιστώσατο) ἀπεπέμψατο, οὐκ ὀκνήσας οὔτε εἰ πιστεύσειεν ἄλλως ἡ γυνὴ πεπαρθενεῦσθαι παρ' αὐτῷ χρόνον νομισθείη· οὔτε πρὸς τὴν παρασκευὴν τῶν ἐσομένων, εἰ ἐκ πολλοῦ δόξειεν αὐτὸ προβεβουλευκέναι. Dimisit a. 713.

Scriboniam] sororem L. Scribonii Libonis, soceri Sexti Pompeji, quocum pacem inire optabat a. 714. *Appian.* 5, 3. ἐπέστελλε Μαικήνᾳ, συνθέσθαι Σκριβωνίᾳ τῇ Λίβωνος ἀδελφῇ, τοῦ κηδεύοντος Πομπηΐῳ, ἵν' ἔχοι καὶ τήνδε ἀφορμὴν ἐς διαλύσεις, εἰ δεήσειε. καὶ πυθόμενος ὁ Λίβων, ἐπέστελλε τοῖς οἰκείοις, ἐγγυᾶν αὐτὴν τῷ Καίσαρι προθύμως. *Dio* 48, 16, τὸν Σέξτον, ὡς καὶ πιστότερον ἢ καὶ ἰσχυρότερον τοῦ Ἀντωνίου προτιμήσας, τήν τε μητέρα αὐτῷ Μουκίαν ἔπεμψε, καὶ τὴν τοῦ πενθεροῦ αὐτοῦ, Λουκίου Σκριβωνίου Λίβωνος ἀδελφὴν ἔγημεν· εἴ πως ἐκ τῆς εὐεργεσίας καὶ ἐκ τῆς συγγενείας φίλον αὐτὸν ποιήσαιτο.

nuptam ante duob. consul.] Qui illi fuerint, non constat. Primum autem fuisse P. Cornelium Scipionem Nasicam, patrem Corneliae, cujus mortem luget *Propert.* Eleg. 4, 11. censent Casaub. et Beroald. ad h. l., *Glandorp.* p. 261.

divortium fecit] A. 715. *Dio* 48, 34. ἤδη τῆς Λιουίας ἐρᾷν ἤρχετο, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν Σκριβωνίαν τεκοῦσάν οἱ θυγάτριον (Juliam) ἀπεπέμψατο αὐθημερόν.

Liviam Drusillam] A. 716. secundum *Dion.* 48, 43 et 44. καὶ ὁ Καῖσαρ τὴν Λιουίαν ἔγημεν. Ἦν δὲ θυγάτηρ μὲν Λιουίου Δρούσου, ὃς ἔν τε τοῖς ἐκτεθεῖσιν ἐν λευκώματι ἐγεγόνει, καὶ ἑαυτὸν μετὰ τὴν ἐν Μακεδονίᾳ ἧτταν κατεχρήσατο· γυνὴ δὲ τοῦ Νέρωνος, μεθ' οὗ συνδιέφυγεν (post captum Perusium, v. Tiber. 4.), καὶ ἐκύει γε ἐξ αὐτοῦ μῆνα ἕκτον. v. Claud. 1. *Vell.* 2, 94. *Tac.* Ann. 5, 1.

monio Tiberii Neronis, et quidem praegnantem, abduxit, dilexitque et probavit unice ac perseveranter. [63] Ex Scribonia Juliam, ex Livia nihil liberorum tulit, quum maxime cuperet. Infans, qui conceptus erat, immaturus est editus. Juliam primum Marcello, Octaviae sororis suae filio, tantum quod pueritiam egresso, deinde, ut is obiit, M. Agrippae nuptum dedit, exorata sorore, ut sibi genero cederet. Nam tunc Agrippa alteram Marcellarum habebat, et ex ea liberos. Hoc quoque defuncto, multis, ac diu, etiam ex equestri ordine, circumspectis conditionibus, Tiberium privignum suum legit: coëgitque praegnantem uxorem, et ex qua jam pater erat, dimittere. M. Antonius scri-

---

primum Marcello] *Plutarch*. Anton. 87. ἐκ δὲ Μαρκέλλου δυοῖν. Ὀκταβίᾳ θυγατέρων οὐσῶν, ἑνὸς δ' υἱοῦ Μαρκέλλου, τοῦτον μὲν ἅμα παῖδα καὶ γαμβρὸν ἐποιήσατο Καῖσαρ, τῶν δὲ θυγατέρων Ἀγρίππᾳ τὴν ἑτέραν ἔδωκεν. ἐπεὶ δὲ Μάρκελλος ἐτελεύτησε νεόγαμος κομιδῇ, καὶ Καίσαρι γαμβρὸν ἔχοντα πίστιν οὐκ εὔπορον ἦν ἐκ τῶν ἄλλων φίλων ἑλέσθαι, λόγον ἡ Ὀκταβία προςήνεγκεν, ὡς χρὴ τὴν Καίσαρος θυγατέρα λαβεῖν Ἀγρίππαν, ἀφέντα τὴν ἑαυτῆς. πεισθέντος δὲ Καίσαρος πρῶτον, εἶτ' Ἀγρίππου, τὴν μὲν αὐτῆς ἀπολαβοῦσα, συνῴκισεν Ἀντωνίῳ (juveni, de quo v. ad c. 17. fin.), τὴν δὲ Καίσαρος Ἀγρίππας ἔγημεν. In hoc uno igitur discrepat a Nostro Plutarchus, quod illam conjugum permutationem Octaviae consilio tribuit. Marcellum A. U. 731. mortuum, narrat *Dio* 53, 30. ejusque viduam, Juliam, datam Agrippae 733. (l. 54, 6.) suadente Maecenate, cujus haec verba affert: τηλικοῦτον αὐτὸν πεποίηκας, ὥςτε ἢ γαμβρόν σου γενέσθαι, ἢ φονευθῆναι.

etiam ex equestri ordine] v. *Tac*. A. 4, 39. ubi Sejanus, audivisse se, scribit in codicillis ad Tiberium, „Augustum in collocanda filia nonnihil etiam de Equitibus Romanis consultavisse." C. Proculejum et quosdam alios eos fuisse, *insigni tranquillitate vitae, nullis Reip. negotiis permixtos*, a quibus scilicet ad tantum honorem evectis nihil periculi immineret, docent, quae respondet Tiberius c. 40.

Tiberium — elegit] *Dio* 54, 31. ad a. 742. τὸν Τιβέριον καὶ ἄκων προςείλετο. — καὶ προαποσπάσας καὶ ἐκείνου τὴν γυναῖκα, καίτοι τοῦ τε Ἀγρίππου θυγατέρα ἐξ ἄλλης τινὸς γαμετῆς οὖσαν (e Caecilia Attici filia), καὶ τέκνον τὸ μὲν ἤδη τρέφουσαν, τὸ δὲ ἐν γαστρὶ ἔχουσαν, τὴν Ἰουλίαν οἱ ἐγγύησε. v. Tiber. 7.

bit; *Primum eum Antonio filio suo despondisse Juliam; dein Cotisoni, Getarum regi: quo tempore sibi quoque invicem filiam regis in matrimonium petisset.* [64] Nepotes ex Agrippa et Julia tres habuit, Cajum, Lucium, et Agrippam: neptes duas, Juliam, et Agrippinam. Juliam L. Paulo, Censoris filio, Agrippinam Germanico, sororis suae nepoti, collocavit. Cajum et Lucium adoptavit, domi per assem et libram emtos a patre Agrippa:

Antonio filio suo] Antyllo, e Fulvia. *Dio* 48, 54. ad a. 717. ὁ Καῖσαρ Ἀντύλλῳ τῷ τοῦ Ἀντωνίου υἱεῖ τὴν θυγατέρα, καὶ ἐκεῖνος τῷ Δομιτίῳ, καίτοι τοῦ Καίσαρος σφαγεῖ τε γενομένῳ, καὶ ἐν τοῖς ἀπολουμένοις ἐκτεθέντι, τὴν ἑαυτοῦ τὴν ἐκ τῆς Ὀκταουΐας οἱ γεννηθεῖσαν ἐνηγγύησε, factumque dicit suasu Octaviae, pluribus necessitudinis vinculis eos conjuncturae. Idem 51, 15. interfectum Antyllum narrat ab Octaviano, καίτοι τὴν τοῦ Καίσαρος θυγατέρα ἐγγεγυημένον.

petisset] nempe Augustus, quod si vel maxime falsum fuit ac fictum, ab Antonio tamen per convicia ei objectum est. Casaub. ad Antonium refert, probata lectione *petiisse.* Ferri hanc quoque posse, (modo ne eum, quem Casaubonus, sensum subjicias), quod non semel post relativa adhibeatur infinitivus, ut Caes. 52. „quae scire C. Matium sequ.", recte monet Reitzius in dictatis.

L. Paulo, Censoris filio] qui ideo *progener Augusti* dicitur c. 19. conjurationis contra eum postea reus. Pater Censor fuerat a. 732.) cum L. Munatio Planco (*Dio* 54, 2.). Ex Pauli atque Juliae matrimonio prodierunt M. Aemilius Lepidus, commemoratus Calig. 24. et *Dion.* 59, 11. et Aemilia Lepida, sponsa Claudii Caesaris. v. Claud. 26. ubi *Augusti proneptis* dicitur.

Germ. sororis suae nepoti] Filius erat Drusi ex Antonia minore, Octaviae et Antonii Triumviri filia. Al. monente Torrentio *uxoris* pro *sororis,* quod et ipsum rectum. Drusus enim Liviae erat filius.

domi per assem et libram emtos] quod vulg. *per aes et libram,* formula solemni: „*hunc ego hominem ex jure Quiritium meum esse ajo, isque mihi emtus est hoc aere aeneaque libra,*" unde Lipsius ad *Tac.* Ann. 1, 3. taxat, quam perperam n. l. inolevisse dicit, lectionem *per assem,* sequiturque Torrentius, haud nominato Lipsio, more suo (v. Burmanni praefat.). Promiscua est utraque lectio. Ceterum *domi* emit, quum sub potestate adhuc essent patris Agrippae, ejusque solo consensu (ita Torrentius) per man-

teneros que adhuc ad curam Reipublicae admovit: et Consules designatos circum provincias exercitusque dimisit. Filiam et neptes ita instituit, ut etiam lanificio assuefaceret, vetaretque loqui, aut agere quicquam, nisi propalam, et quod in diurnos commentarios referretur. Extraneorum quidem coetu adeo prohibuit, ut L. Vinicio, claro decoroque juveni,

---

cipationem rite factam Augusto tradi posset, non *lege curiata* adoptavit s. arrogavit in Foro, uti Tiberium cap. sequ. Rem narrat *Dio* 54. 18. ἐπὶ δὲ δὴ τοῦ Γαΐου τε Φουρνίου καὶ Γαΐου Σιλανοῦ ὑπάτων (a. 737.). υἱὸν αὖθις ὁ Ἀγρίππας ἀνείλετο τὸν Λούκιον ὀνομασθέντα, καὶ αὐτὸν εὐθὺς ὁ Αὔγουστος μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ Γαΐου ἐποιήσατο, μὴ ἀναμείνας σφᾶς ἀνδρωθῆναι, ἀλλ' αὐτόθεν διαδόχους τῆς ἀρχῆς ἀποδείξας, ἵν' ἧττον ἐπιβουλεύηται. *Tac.* l. c. „genitos Agrippa, Cajum ac Lucium, in familiam Caesarum induxerat; nec dum posita puerili praetexta, Principes Juventutis appellari, destinari Consules, specie recusantis flagrantissime cupiverat." *Vell.* 2, 96.

tenerosque adhuc] i. e., ut Tacitus, nondum posita puerili praetexta. v. Graev. ad *Flor.* 4, 4, 2.

ad curam] al. *curae*, ut postea: „*ut etiam lanificio adsuefaceret*," ubi al. *ad lanificium*, promiscuo compositorum cum praepos. *ad* usu. v. Oudend. ad h. l.

Consules designatos] *Monum. Ancyr.* „Cajum et Lucium Caesares honoris mei causa Senatus Populusque Rom., annum quintum et decimum agentis Consules designavit, ut eum magistratum inirent post quinquennium, et ex eo die, quo deducti sunt in Forum, ut interessent consiliis publicis, decrevit Senatus. Equites autem Romani universi Principem Juventutis utrumque eorum parmis et hastis argenteis donatum appellaverunt." Consentiunt lapides atque nummi, dissentit *Dio* 55, 9. qui, quum Lucius consulatum Cajo, μηδὲ ἐς ἐφήβους τελοῦντι, a populo expetivisset a. 748., ἀγανακτῆσαι dicit Augustum, καὶ προσεπεύξασθαι μηδεμίαν τοιαύτην καιρῶν ἀνάγκην, ὁποία ποτὲ αὐτὸν κατέλαβε, γενέσθαι, ὥστε τινὰ νεώτερον εἰκοσιετοῦς ὑπατεῦσαι, ubi de conciliandis scriptoribus desperat etiam Reimarus.

referretur] i. e. referri posset.

Extraneorum qu. coetu] i. e. consuetudine eorum, qui non ad domum suam pertinerent.

L. Vinicio] Tres apud Vellejum occurrunt Vinicii, pater, filius, et nepos, cui historiarum libros inscripsit. N. l. maxima in exarando nomine librorum varietas. v. Burm. et Oudend.

scripserit quondam, *Parum modeste fecisse eum, quod filiam suam Bajas salutatum venisset.* Nepotes et literas, et notare, aliaque rudimenta, per se plerumque docuit: ac nihil aeque elaboravit, quam ut imitarentur chirographum suum. Neque coenavit una, nisi ut in imo lecto assiderent: neque iter fecit, nisi ut vehiculo anteirent, aut circa adequitarent. [65] Sed laetum eum, atque fidentem et sobole et disciplina domus, Fortuna destituit. Julias, filiam et neptem, omnibus probris contaminatas, relegavit.

---

notare] Recepi Lipsii emendationem, secutus Burm. Oudend. Ern. et Wolfium, quamvis *notare* ita simpliciter dictum pro *scribere* vel etiam pro *certis notis scribere* paullum me offendat. Locus saltem Galb. 5. huc non facit, quoniam ibi est *summa notata*. Aptior est *Quinctilian.* procem. 7. „quantum *notando* consequi poterant.“ Id constat, *notare* magis convenire *literis aliisque rudimentis*, quae docuisse Augustus dicitur, quam vulg. *natare*, quod damnant ut alienum a corporis ejus imbecillitate, de qua v. c. 80., et imperii dignitate. De orthographia Augusti v. c. 88.

elaboravit] Ita optime libri. Vulg. *laboravit.*

in imo lecto] Infra Claud. 32. „*ad fulcra lectorum sedentes*“ Lips. ad *Tac.* 15, 16. suadet: *nisi ut imo* sequi.

et sobole et disciplina domus] Inde poeta de morte et de dedecore prolis Augusti exponit. *Laetus erat sobole, fidens disciplina domus.*

Julias — relegavit] *Dio* 55, 10. τὴν Ἰουλίαν τὴν θυγατέρα ἀσελγαίνουσαν οὕτως, ὥστε καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ καὶ ἐπ' αὐτοῦ γε τοῦ βήματος καὶ κωμάζειν νύκτωρ καὶ συμπίνειν, ὀψὲ δή ποτε φωράσας ὑπερωργίσθη. — τότε οὖν τοσούτῳ θυμῷ ἐχρήσατο, ὥστε μηδ' οἴκοι αὐτὸν κατασχεῖν, ἀλλὰ καὶ τῇ γερουσίᾳ κοινῶσαι. κἀκ τούτου ἐκείνη μὲν ἐς Πανδατερίαν τὴν πρὸς Καμπανίᾳ νῆσον ὑπερωρίσθη, καὶ αὐτῇ καὶ ἡ Σκριβωνία ἡ μήτηρ ἑκοῦσα συνεξέπλευσε. (a. 752.) Plura vide infra. De *nepte* Julia, Agrippae e Julia filia, *Tac.* Ann. 4, 71. „per idem tempus (a. 781.) Julia mortem obiit, quam neptem Augustus, convictam adulterii, (cum D. Silano, *Tac.* Ann. 3, 25.) damnaverat, projeceratque in insulam Trimerum, haud procul Apulis litoribus. illic viginti annis exilium toleravit, Augustae ope sustentata, quae, florentes privignos quum per occultum subvertisset, misericordiam erga afflictos palam ostentabat.“

Cajum et Lucium in duodeviginti mensium spatio amisit ambos, Cajo in Lycia, Lucio Massiliae, defunctis. Tertium nepotem, Agrippam, simulque privignum, Tiberium, adoptavit in Foro lege Cu-

---

Cajum et Lucium — defunctis] *Vell.* 2, 102. „Armeniam Cajus ingressus, prima parte introitus prospere rem gessit; mox in colloquio, cui se temere crediderat, circa Artageram graviter a quodam, nomine Adduo, vulneratus, ex eo, ut corpus minus habile, ita animum minus utilem Reip. habere coepit. Nec defuit conversatio hominum, vitia ejus assentatione alentium. Etenim semper magnae fortunae comes adest adulatio. Per quae eo ductus erat, ut in ultimo ac remotissimo terrarum orbis angulo consenescere, quam Romam regredi mallet. Diu deinde reluctatus, invitusque revertens in Italiam, *in urbe Lyciae* (Limyra nominant) morbo obiit." (a. d. VIIII. Kal. Mart. 757. v. *Noris.* ad Cenotaph. Pisan. p. 548.) cf. *Flor.* 4, 12, 44. cui loco adhuc corruptissimo lux et medela fortasse afferenda e *Sext. Rufi* breviar. c. 15., ex parte inde transscripto. *Tac.* A. 1, 3. „L. Caesarem, euntem ad Hispanienses exercitus, Cajum, remeantem Armenia et vulnere invalidum, mors fato propera vel novercae Liviae dolus abstulit." Hoc etiam *Zonaras* p. 539. ὁ Γάϊος ἐς Λυκίαν ἐν ὁλκάδι παρέπλευσεν, ἔνθα δὴ καὶ μετήλλαξεν. ὁ δὲ Λούκιος ἀδελφὸς αὐτοῦ προαπέσβη, ἐξαίφνης νόσῳ ἀποθανών. ἥ τε οὖν Λιβία ἐπὶ τῷ θανάτῳ τούτων ὑπωπτεύθη, καὶ ὁ Τιβέριος οὐ πολλῷ πρότερον ἐκ τῆς Ῥόδου πρὸς τὴν Ῥώμην ὑπονοστήσας. Ceterum accuratissime Suetonius: *in duodeviginti mensium spatio.* Obierat enim Lucius a. d. XII. Kal. Sept. a. 755. *Vell.* l. c. „quum *ante annum ferme* L. Caesar, frater ejus, Hispanias petens, Massiliae decessisset" ubi *ferme* significare *aliquanto plus*, notat ad n. l. Oudendorp. *Massiliae* Lucium morbo solutum, auctor etiam *Florus* 4, 12, 43.

Agrippam] Posthumum, de quo v. infra.

Tiberium] *Vell.* 2, 103. „quod post Lucii mortem adhuc Cajo vivo facere voluerat, atque, vehementer repugnante Nerone, erat inhibitus, post utriusque adolescentium obitum facere perseveravit, ut et tribuniciae potestatis consortionem Neroni constitueret, multum quidem eo cum domi, tum in Senatu recusante, et eum, Aelio Cato, Sentio Consulibus, V. Kal. Jul., post Urbem cond. annis DCCLVII." (ita recte emendavit numerum Krausius post Grunerum et Burmannum) „abhinc annis XXVII. adoptaret" sequ. Piget enim, transscribere turpem Vellejí adulationem. cf. *Dion.* 55, 13. et Reimar. ad h. l., Nostrum infra Tiber. 15. De *adoptione* hac legitima in Foro lege curiata,

riata. Ex quibus Agrippam brevi ob ingenium sordidum ac ferox abdicavit, seposuitque Surrentum. Aliquanto autem patientius mortem, quam dedecora suorum, tulit. Nam Caji Luciique casu non adeo fractus, de filia absens ac libello, per Quaestorem recitato, notum Senatui fecit; abstinuitque congressu

---

a. *arrogatione* v. *Heinecc.* Ant. Rom. 1, 11. §. 5. sequ. et *Sigon.* de de jure ant. civ. Rom. 1, 10. Locus classicus est apud *Gell.* 5, 19.

Agrippam — seposuitque Surrentum] *Dio* 55, 32. δουλοπρεπής τε Ἀγρίππας ἦν, καὶ τὰ πλεῖστα ἡλιεύετο· ὅθενπερ καὶ Ποσειδῶνα ἑαυτὸν ἐπωνόμαζε. τῇ τε ὀργῇ προπετεῖ ἐχρῆτο, καὶ τὴν Λιουΐαν ὡς μητρυιὰν διέβαλλεν, αὐτῷ τε τῷ Αὐγούστῳ πολλάκις ὑπὲρ τῶν πατρῴων ἐπεκάλει· καὶ (οὐ γὰρ ἐσωφρονίζετο) ἀπεκηρύχθη, καὶ ἥ τε οὐσία αὐτοῦ τῷ στρατιωτικῷ ταμιείῳ ἐδόθη, καὶ αὐτὸς ἐς Πλαναδίαν τὴν πρὸς Κύρνῳ νῆσον ἐνεβλήθη. Hujus loci non meminisse videntur, qui in nostro *sordidum* corrigendum censuerunt in *horridum*, vel *scordalum*, quae Salmasii conjectura tautologiam etiam infert, quum *scordalus* sit i. q. *ferox*. Verum *sordidus* dicitur Suetonio, qui Dioni, ejus interpreti, δουλοπρεπής, rebus inhonestis et generis nobilitate indignis, ut piscaturae, unice intentus, quo sensu *sordidum ad famam* est apud *Cicer.* de Offic. 2, 14. Ingenium *ferox* describit Dio verbis: τῇ ὀργῇ προπετεῖ ἐχρῆτο, sequ. Ceterum *Tac.* Ann. 1, 3. „Senem Augustum devinxerat adeo (Livia), uti nepotem unicum, Agrippam Posthumum, in insulam Planasiam projiceret, *rudem* sane *bonarum artium* (id ipsum est *sordidum*, servilis ingenii hominem), et *robore corporis stolide ferocem*, nullius tamen flagitii compertum." *Vell.* 2, 112. „Hoc fere tempore (a. 710.) Agrippa, qui eodem die, quo Tiberius, adoptatus ab avo suo naturali erat, et jam ante biennium, qualis esset, apparere coeperat, mira pravitate animi atque ingenii in praecipitia conversus, patris atque ejusdem avi sui animum alienavit sibi, moxque, crescentibus in dies vitiis, dignum furore suo habuit exitum." v. ad Tiber. 22. *Abdicavit* opponitur adoptioni, quam irritam fecit Augustus, adoptatum ejiciens e familia. Ita Reitz. in Dict. ad h. l., *abdicationem* distinguens ab *exheredatione*, quod illa vivo, haec fit mortuo.

dedecora] i. e. stupra, adulteria, ut *Horat.* Carm. 3, 6, 32. „*dedecorum* pretiosus emtor." v. c. 68.

notum Senatui fecit] *Dio* 55, 10. ὥστε — καὶ τῇ γερουσίᾳ κοινῶσαι. *Senec.* de benefic. 6, 32. „flagitia principalis domus in publicum emisit." Dictionis *notum facere* exempla affert Reitz. *Plin.* epist. 2, 11. ubi item: *notum Senatui facere*, et 4, 26., et comparat *notificare Ovidii* Ep. ex Pont. 1, 2, 12. — *Quaestorum*

hominum diu prae pudore, etiam de necanda deliberavit. Certe quum sub idem tempus una ex consciis liberta, Phoebe nomine, suspendio vitam finisset, *Maluisse se*, ait, *Phoebes patrem fuisse*. Relegatae usum vini, omnemque delicatiorem cultum ademit: neque adiri a quopiam libero servove, nisi se consulto, permisit, et ita, ut certior fieret, qua is aetate, qua statura, quo colore esset, etiam quibus corporis notis, vel cicatricibus. Post quinquennium demum ex insula in continentem, lenioribusque paulo conditionibus, transtulit eam. Nam, ut omnino revocaret, exorari nullo modo potuit; deprecanti saepe populo Romano, et pertinacius instanti, *tales filias talesque conjuges* pro concione imprecatus. Ex nepte Julia post damnationem editum infantem agnosci alique vetuit. Agrippam nihilo tractabiliorem, immo in dies amentiorem, in insulam transportavit,

---

sub Imperatoribus officium fuisse, recitare eorum orationes in Senatu, docent loca Ner. 15. Tit. 6. *Tac.* A. 16, 27. v. Fabric. ad *Dion.* 54, 25. et quos ille laudat.

Phoebe nomine] *Dio* c. c. ἐπὶ τῆς θυγατρὸς μηδὲν μετριάσας, ἀλλὰ καὶ φήσας, ὅτι Φοίβης πατὴρ μᾶλλον ἢ ἐκείνης γεγονέναι ἤθελε, τῶν ἄλλων ἐφείδετο. ἡ δὲ δὴ Φοίβη, ἐξελευθέρα τε τῆς Ἰουλίας καὶ συνεργὸς οὖσα, προαπέθανεν ἑκουσία, διόπερ καὶ ὁ Αὔγουστος αὐτὴν ἐπῄνεσε.

ita, ut certior fieret — cicatricibus] ut sciret, quibuscum rem haberet filia, an pristini adulteri eam adirent vel novi, minus ob pudicitiam ejus, quam ob conspirationis vitaeque suae periculum. Optime scire debebat Augustus, qui metuendi sibi essent, etiam propter bellorum, quibus interfuerant, odium, unde *cicatrices*. De Juliae adulteriis v. *Vellej.* 2, 100.

ex insula in continentem] v. *Dion.* l. supra cit. *Tac.* Ann. 1, 53. „Eodem anno (a. 767.) Julia supremum diem obiit, ob impudicitiam olim a patre Augusto *Pandateria insula*, mox *oppido Rheginorum*, qui Siculum fretum accolunt, clausa." cf. *Vellej.* l. c.

Ex nepte Julia] de qua dictum supra.

in insulam transportavit] Planasiam. v. supra. Reliqui scriptores hanc modo memorant, silentes de Surrento.

sepsitque insuper custodia militum. Cavit etiam Senatusconsulto, ut eodem loci in perpetuum contineretur: atque ad omnem et ejus et Juliarum mentionem ingemiscens, proclamare etiam solebat,

Αἴθ' ὄφελον ἄγαμός τ' ἔμεναι, ἄγονός τ' ἀπολέσθαι·

nec aliter eos appellare, quam tres vomicas, aut tria carcinomata sua. [66] Amicitias neque facile admisit, et constantissime retinuit; non tantum virtutes ac merita cujusque digne prosecutus, sed vitia quoque et delicta, duntaxat modica, perpessus. Neque enim temere ex omni numero in amicitia ejus afflicti reperientur, praeter Salvidienum Rufum,

---

Senatusconsulto] *Tac.* Ann. 1. 6. „Multa — saevaque Augustus de moribus adolescentis questus, ut exilium ejus Senatusconsulto sanciretur, perfecerat; ceterum in nullius unquam suorum necem duravit."

Αἴθ' ὄφελον] Versus paulum immutatus ex *Homer.* Il. Γ, 40.

vitia quoque — duntaxat modica] *Gell.* 1, 17. „vitia enim flagitiis leviora sunt." De voc. *duntaxat* v. ind., item de v. *affligere.*

Salvidienum Rufum] Legatus hic fuerat Octavii in bello civili, maximamque et utilissimam ei praestiterat operam, memoratus ideo *Dioni* 48, 13, 18. al. *Appian.* Civ. 4, 85. et 5, 20. al. Necatum eum narrant *Dio* 48, 33. *Appian.* 5, 66., qui ab Antonio proditionem ejus patefactam Octavio tradit, consentiente *Liv.* 127. „Q. Salvidienum consilia nefaria contra Caesarem molitum, indicio suo protraxit (M. Antonius), isque damnatus mortem sibi conscivit," in hoc uno discrepante, quod mortem voluntariam contigisse homini dicit. *Vell.* 2, 76. „Per quae tempora Rufi Salvidieni scelesta consilia patefacta sunt. Qui *natus obscurissimis initiis,* (*Dio:* οὗτος ἦν μὲν ἐξ ἀφανεστάτων.) parum habebat, summa accepisse, et proximus a Cn. Pompejo ipsoque Caesare *ex equestri ordine Consul creatus esse* (*Dio:* ἐς τοσοῦτον δὲ ὑπὸ τοῦ Καίσαρος προήχθη, ὥστε αὐτόν τε ὕπατον, μηδὲ βουλεύοντα, ἀποδειχθῆναι, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ προαποθανόντα, διὰ τοῦ Τιβέριδος, γεφύρας ἐπ' αὐτὸ τοῦτο ποιηθείσης, ἐξενεχθῆναι.), nisi in id ascendisset, e quo infra se et Caesarem videret et Rempublicam." Periit a. 714.

quem ad consulatum usque, et Cornelium Gallum, quem ad praefecturam Aegypti, ex infima utrumque fortuna provexerat. Quorum alterum, res novas molientem, damnandum Senatui tradidit: alteri, ob ingratum et malevolum animum, domo et provinciis suis interdixit. Sed Gallo quoque et accusatorum denunciationibus et Senatusconsultis ad necem compulso, laudavit quidem pietatem tanto opere pro se indignantium; ceterum et illacrimavit, et vicem suam conquestus est, *quod sibi soli non liceret, amicis, quatenus vellet, irasci.* Reliqui potentia atque opibus ad finem vitae sui cujusque ordinis principes floruerunt, quamquam et offensis intervenientibus. Desideravit enim nonnunquam, ne de pluribus referam, et M. Agrippae patientiam, et Maecenatis taciturnitatem, quum ille ex levi rigoris suspicione, et

---

ad consulatum usque] ad quem tamen designatus modo est; nunquam enim gessit, prius interemtus. v. Fabr. ad Dion. et interpr. ad Vellejum.

Cornelium Gallum] Hunc praefecerat Aegypto a. 724. post mortem Cleopatrae ejusque prolis. *Dio* 51, 17. Periit a. 728. *Dio* 53, 23. rem ita narrat: ὁ δὲ δὴ Γάλλος Κορνήλιος καὶ ἐξύβρισεν ὑπὸ τῆς τιμῆς. πολλὰ μὲν γὰρ καὶ μάταια ἐς τὸν Αὔγουστον ἀπελήρει, πολλὰ δὲ καὶ ἐπαίτια παρέπραττε. καὶ γὰρ καὶ εἰκόνας ἑαυτοῦ ἐν ὅλῃ, ὡς εἰπεῖν, τῇ Αἰγύπτῳ ἔστησε, καὶ τὰ ἔργα ὅσα ἐπεποιήκει, ἐς τὰς πυραμίδας ἐσέγραψε. κατηγορήθη τε οὖν ἐπ' αὐτοῖς ὑπὸ Οὐαλερίου Λάργου, ἑταίρου τέ οἱ καὶ συμβιωτοῦ ὄντος, καὶ ἠτιμώθη ὑπὸ τοῦ Αὐγούστου, ὥστε καὶ ἐν τοῖς ἔθνεσιν αὐτοῦ κωλυθῆναι διαιτᾶσθαι. γενομένου δὲ τούτου, καὶ ἄλλοι αὐτῷ συχνοὶ ἐπέθεντο, καὶ γραφὰς κατ' αὐτοῦ πολλὰς ἐπήνεγκαν· καὶ ἡ γερουσία ἅπασα ἁλῶναί τε αὐτὸν ἐν τοῖς δικαστηρίοις, καὶ φυγεῖν τῆς οὐσίας στερηθέντα, καὶ ταύτην τὸ τῷ Αὐγούστῳ δοθῆναι, καὶ ἑαυτοὺς βουθυτῆσαι, ἐψηφίσαντο. καὶ ὁ μὲν περιαλγήσας ἐπὶ τούτοις, ἑαυτὸν προκατεχρήσατο. — Pertinet Gallus ad celeberrimos illius aevi poetas. v. de eo Heyn. ad *Virgil.* Ecl. 6, 72. et ad Ecl. 10. et Burm. atque Oudend. ad h. l.

quum ille — contulisset] cf. Tiber. 10. Non sponte abiisse, sed ablegatum ab Augusto, consentiunt reliqui scriptores. *Dio* 53, 32. postquam aegrotantem Augustum imperium Agrippae destinasse narravit: ῥαΐσας δ' οὖν (ὁ Αὔγουστος), καὶ μαθὼν τὸν Μάρκελλον οὐκ ἐπιτηδείως τῷ Ἀγρίππᾳ διὰ τοῦτο ἔχοντα, ἐς τὴν Συρίαν εὐθὺς τὸν Ἀγρίππαν, μὴ καὶ διατριβή τις καὶ ἀψιμαχία αὐτοῖς ἐν

quod Marcellus sibi anteferretur, Mytilenas se, relictis omnibus, contulisset; hic secretum de comperta Murenae conjuratione uxori Terentiae prodidisset. Exegit et ipse invicem ab amicis benevolentiam mutuam, tam a defunctis, quam a vivis. Nam, quamvis minime appeteret hereditates, ut qui nunquam ex ignoti testamento capere quicquam sustinuerit: amicorum tamen suprema judicia morosissime pensitavit; neque dolore dissimulato, si parcius, aut citra honorem verborum, neque gaudio, si grate pie-

---

ταυτῷ οὖσι συμβῇ, ἔστειλε. καὶ ὃς ἐκ μὲν τῆς πόλεως εὐθὺς ἐξώρμησεν, οὐ μέντοι καὶ ἐς τὴν Συρίαν ἀφίκετο, ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον μετριάζων, ἐκεῖσε μὲν τοὺς ὑποστρατήγους ἔπεμψεν, αὐτὸς δὲ ἐν Λέσβῳ διέτριψε. a. 731. Videtur sane Dio in hac narratione amorem Agrippae, quem ubique prodit, citra rei veritatem esse secutus. Nam *Tac.* Ann. 14, 53. *Mytilenense secretum* Agrippae ab Augusto permissum dicit, *Plin.* 7, 45. (46.) *pudendam Agrippae ablegationem* inter Augusti infortunia refert, quo loco pro *ablegatio* legendum *alienatio*, temere Torrentius ad nostrum censet. cf. Fabric. ad *Dion.* l. c.

rigoris] *Lips.* ad Vell. 2, 83. emendavit *frigoris*, idque plerique probarunt, Wolfius etiam recepit. Servavi omnium codd. lectionem, quae et commodum dat sensum; *severiorem solito vultum* Augusti animadvertere sibi visus erat Agrippa; et linguae Latinae usui, quo nomine ab Ernest. impugnatur, non est contraria. Defendit eam Reitzius in Dictatis locis *Plin.* 7, 19., qui tamen minus huc pertinet, quum rigor ibi sit i. q. ἀπάθεια, et c. 50. ubi *rigor* atque *calor* opponuntur. Quamquam vero de corpore ibi sermo est, potest tamen eodem jure ad animum transferri, qui *calere* i. e. amare desiit, quo *frigus* de eo dicitur; oriturque rigor ex diuturno frigore.

hic — prodidisset] Conjurationem *Murenae* Noster memoravit c. 19. De *Terentia* v. c. 69. Amabat eam Augustus, idque amicitiae Maecenatis obfuisse, narrat *Dio* 54, 19. τῷ Μαικήνᾳ διὰ τὴν γυναῖκα οὐκέθ' ὁμοίως ἔχαιρε. Id. 55, 7. ubi de morte Maecenatis loquitur, quae in a. 746. incidit: ἰσχυρῶς αὐτὸν ὁ Αὔγουστος ἐπόθησε, καὶ ὅτι καὶ κληρονόμον αὐτόν, καίπερ ἐπὶ τῇ γυναικὶ δυσκολαίνων, κατέλιπε. Maecenatem *aetate provecta speciem magis in amicitia Principis, quam vim tenuisse*, innuit etiam *Tac.* Ann. 3, 30.

citra honorem verborum] Ut maledictis, quos oderant, tyrannos maxime eorumque amicos, incessere solebant Romani (v. c.

que quis se prosecutus fuisset. Legata, vel partes hereditatum, a quibuscunque parentibus relicta sibi, aut statim liberis eorum concedere, aut, si pupillari aetate essent, die virilis togae, vel nuptiarum, cum incremento restituere consuerat. [67] Patronus dominusque non minus severus, quam facilis et clemens, multos libertorum in honore et usu maximo habuit: ut Licinium Enceladum, aliosque. Cosmum servum, gravissime de se opinantem, non ultra quam compedibus coërcuit. Diomedem dispensatorem, a quo, simul ambulante, incurrenti repente fero apro per metum objectus est, maluit timiditatis arguere, quam noxae: remque non minimi periculi, quia tamen fraus aberat, in jocum vertit. Idem Proculum ex acceptissimis libertis mori coëgit, compertum adulterare matronas: Thallo, a manu, quod pro episto-

---

56.), ita laudibus prosequebantur in testamentis amicos, unde honori sibi duxerunt, inseri aliorum testamentis, etiam viri, neque pecuniae appetentes, neque talis subsidii indigi.

cum incremento restituere] *Dio* 56, 32. ubi de testamento Augusti: καὶ προσέτι καὶ τοῖς παισίν, ὧν μικρῶν ἔτι ὄντων τοὺς πατέρας τῶν οὐσιῶν ἐκεκληρονομήκει, προσέταξε πάντα μετὰ τῶν προσόδων, ἐπειδὰν ἀνδρωθῶσιν, ἀποδοθῆναι· ὅπερ που καὶ ζῶν ἐποίει. Exempli loco memorat Ern. liberos Herodis ex *Joseph*. 17, 11. extrem.

Patronus dominusque] *Patronus* libertos, *dominus* servos spectat. Ita Caes. 27. „*libertos* insuper *servulosque* cujusque, prout *domino patronove* gratus quis esset," (prosequebatur).

Licinium Enceladum] Conjunxi utrumque nomen ut unius hominis, ex sententia Casauboni et Oudend., cui plures codd. favent. De reliqua lectionis varietate et virorum doctorum de hominibus obscuris opinionibus exponere non attinet. Wolfius probat emendationem Oudendropii: *Licinum*, *Eunum*, *Celadum*, inscriptionibus fultam. *Licinius* Augusti libertus memoratur *Macrob*. 2, 4.

dispensatorem] i. e. rei familiari praefectum, qui pecunias maxime collocandas curabat. Graeci διοικητήν, ἐπίτροπον, οἰκονόμον dicunt. *Macrob*. 2, 4. „*dispensatorem* Caesar vocavit, et HS. centum millia numerare Graeculo jussit." v. ind.

Idem] Hactenus facilitatis atque clementiae exempla dedit. Sequuntur jam alia severitatis. v. ad Caes. c. 58.

la prodita denarios quingentos accepisset, crura fregit. Paedagogum ministrosque Caji filii, per occasionem valetudinis mortisque ejus superbe avareque in provincia grassatos, oneratis gravi pondere cervicibus, praecipitavit in flumen. [68] Prima juventa variorum dedecorum infamiam subiit. Sex. Pompejus ut effeminatum insectatus est: M. Antonius adoptionem avunculi stupro meritum: item Lucius, Marci frater, quasi pudicitiam delibatam a Caesare, A. etiam Hirtio in Hispania CCC millibus nummûm substraverit, solitusque sit crura suburere nuce ardenti, quo mollior pilus surgeret. Sed et populus quondam universus ludorum die, et accepit in contumeliam ejus, et assensu maximo comprobavit versum, in scena pronunciatum, de Gallo matris Deûm tympanizante,

Viden', ut cinaedus orbem digito temperat?

[69] Adulteria quidem exercuisse, ne amici quidem

---

cura fregit] Vulg. *effregit*. Gronov. et Oudend. dederunt: *Thallo — crura ei fregit*, pleonasmo non ferendo. Nam Aug. 94. in verbis: „*prandenti* — aquila panem *ei* manu rapuit" *ei* posset quidem omitti, sed non prorsus est supervacuum. Namque est *ei*, *dum prandebat*. Domit. 3. ubi est: „uxorem Domitiam — *eandem* repudiavit" pronomen *eandem* suam habet significationem. Est enim *tamen eam*, uti praecedens *ex qua* i. q. *quamquam ex ea*, quam voc. *idem* vim modo notavi.

praecip. in flumen] Illustrat hoc καταποντισμοῦ supplicium pluribus exemplis Casaub. ad h. l.

M. Antonius] *Cic.* Phil. 3, 6. „Primum in Caesarem ut maledicta congessit, depromta ex recordatione impudicitiae et stuprorum suorum? Quis enim hoc adolescente castior? quis modestior? quod in juventute habemus illustrius exemplum veteris sanctitatis? quis autem illo maledico impurior?"

Viden', ut — temperat] Ita dedi, inserto *ut*, cum Ern. et Oudend., e Mss. Ita in primo pede senarii est anapaestus, in quarto dactylus. Ceterum ambiguitas est in voc. *orbis*, quod tympanum (Tambouret) significabat, a Gallo digito pulsatum, a populo ad orbem terrarum transferebatur, cui alius cinaedus, Augustus, praeerat.

negant; excusantes sane, non libidine, sed ratione commissa, quo facilius consilia adversariorum per cujusque mulieres exquireret. M. Antonius super festinatas Liviae nuptias objecit et feminam consularem e triclinio viri coram in cubiculum abductam, rursus in convivium, rubentibus auriculis, incomtiore capillo, reductam: et dimissam Scriboniam, quia liberius doluisset nimiam potentiam pellicis: et conditiones quaesitas per amicos, qui matresfamilias et adultas aetate virgines denudarent, atque perspicerent, tanquam Toranio mangone vendente. Scribit etiam ad ipsum hoc familiariter adhuc, necdum plane inimicus, aut hostis: *Quid te mutavit? quod reginam ineo? uxor mea est. Nunc coepi, an abhinc annos novem? tu deinde solam Drusillam inis? ita valeas, uti tu, hanc epistolam quum leges, non inieris Tertullam, aut Terentillam, aut Rufillam, aut Salviam Titisceniam, aut omnes. Anne refert, ubi, et in quam arrigas?* [70] Coena quoque ejus

---

sed ratione] sceleztiore ipsa libidine, quam excusabant. Sed probabilis haec ratio est in Augusto, qui ne peccare quidem sine arte atque dolo poterat.

viri coram] Servavi librorum lectionem *viri*, quam mutarunt in *viro* ob usum particulae *coram*. Sed jungenda *e triclinio viri*, et *coram* pertinet ad *abductam*, ut sit adverbii loco positum pro: *omnibus adspicientibus*, more Nostri, de quo v. ind. Ita sentit etiam *Walther*. Observ. p. 18. qui *triclinium* h. l. non locum, ubi coenabatur, sed lectum, in quo ad mensam accumbebant, intelligit.

Toranio] Ita edidi, ut c. 27. Idem enim est nomen, quamquam non idem homo. Mango Toranius commemoratur etiam a *Plin.* 7, 12. *Macrob.* 2, 4. ubi *Toranius* et *Toronius Flaccus* dicitur, et *Solin.* p. 8. ubi v. Salmas.

Tertullam, aut Ter.] Nomina facta e Tertia, Terentia, Rufa, et Titia, si vera est lectio: *Titisceniam*. Alii enim aliter scribunt. Reliquas non moror. *Terentilla* autem, nullus dubito, quin sit Terentia, uxor Maecenatis, quam adamasse Augustum, notavi ad c. 66. v. Fabric. ad *Dion.* 54, 19. et *Meibom.* in vita Maecenat. c. 27.

secretior in fabulis fuit, quae vulgo δωδεκάθεος vocabatur: in qua Deorum Dearumque habitu discubuisse convivas, et ipsum pro Apolline ornatum, non Antonii modo epistolae, singulorum nomina amarissime enumerantis, exprobrant, sed et sine auctore notissimi versus:

Quum primum istorum conduxit mensa choragum,
Sexque Deos vidit Mallia, sexque Deas:

δωδεκάθεος] a duodecim Diis majoribus, quos simpliciter τοὺς δώδεκα θεούς Graeci appellant. Nominantur his distichis:

Δώδεκά εἰσι θεοὶ μεγάλοι, Ζεύς, Ἥρα, Ποσειδῶν,
Δημήτηρ, Ἑρμῆς, Ἑστία, Κυλλοπόδης,
Φοῖβος, Ἐνυάλιός τ' Ἄρης, Παλλάς τ', Ἀφροδίτη,
Ἄρτεμις, εἰσὶ θεοὶ δώδεκα οἱ μεγάλοι.

Quum primum — choragum] Quum nimia sit emendatio Heinsii et Graevii: „*Quum mimum histrorum* (i. e. histrionum) *conduxit mensa choragi*," quam interpretantur: quum mimici hi histriones, qui Deos Deasque ludunt, convenerunt ad hoc Augusti (choragi) convivium; inepta autem hypallage, quam statuit Ernestius, interpretans: *ut primum istorum mensam conduxit choragus;* nihil restat, nisi ut *choragum* cum Casaub. et Oudend. dictum censeas per συνίζησιν pro *choragium*, quod voc. supellectilem scenicam significat, vel, quod Bremio etiam placere video, et quod facillimum est, *mensam istorum* intelligas de istis, qui coenae secretiori interesse solebant, s. de convivis ipsis, *choragum* autem ipsum Augustum, mensae, tanquam choro, praefectum, chori moderatorem, eumque *conductum* a reliquis, μεμισθωμένον, in quo maxima inest contumelia. Optime autem id convenit sequentibus: „*impia dum Phoebi Caesar mendacia ludit.*" Phoebi enim partes agebat Augustus, chori Musarum magistri, ut est in fragm. Callimachi: ἕνεκ' Ἀπόλλων τῷ χορῷ, simulque alluditur ad inanem famam, qua Apollinis filius ferebatur, v. c. 94. *Dio* 45, 1. Ceterum *Malliam* non feminam intelligo, sed domum, in qua iste coetus habebatur. Haec de sensu difficillimi loci mea est sententia. Non potest autem, quin in ejusmodi epigrammate multa insint, ab iis tantum prorsus intelligenda, qui eodem tempore viventes, homines, locos, et quicquid indigitatur levi joco, optime noverant. Prorsus recedit a genuino sensu versio Anglica a. 1689., quae n. l. ita exhibet: „Soon as the vestments for the feast were hir'd, Six Gods, six Goddesses themselves attir'd In Mallia's view sequ."

Impia dum Phoebi Caesar mendacia ludit,
Dum nova Divorum coenat adulteria:
Omnia se a terris tunc numina declinarunt:
Fugit et auratos Juppiter ipse toros.

Auxit coenae rumorem summa tunc in civitate penuria ac fames, acclamatumque est postridie, *omne frumentum Deos comedisse;* et, *Caesarem esse plane Apollinem, sed Tortorem:* quo cognomine is Deus quadam in parte Urbis colebatur. Notatus est et ut pretiosae supellectilis Corinthiorumque praecupidus, et aleae indulgens. Nam et proscriptionis tempore ad statuam ejus ascriptum est,

Pater argentarius, ego Corinthiarius;

quum existimaretur quosdam propter vasa Corinthia inter proscriptos curasse referendos. Et deinde bello Siciliensi epigramma vulgatum est:

Postquam bis classe victus naves perdidit,
Aliquando ut vincat, ludit assidue aleam.

[71] Ex quibus sive criminibus sive maledictis infamiam impudicitiae facillime refutavit, et praesentis et posterae vitae castitate. Item lautitiarum invidiam; quum et Alexandria capta, nihil sibi praeter unum murrhinum calicem ex instrumento regio retinuerit, et mox vasa aurea assiduissimi usus conflaverit omnia. Circa libidines haesit; postea quoque, ut

---

toros] Ita edidi, plerisque interpretibus praeeuntibus, pro *thronos*, quod vocabulum sola Plinii auctoritate nititur. *Tori* etiam loco nostro magis conveniunt. Nimirum adeo indignati dicuntur Dii ipsi hunc Deorum ficticiorum conventum, ut terras prorsus reliquerint, Olympum petituri, et Jupiter lecto, cui incubare solebat in templo, relicto et ipse a Romanis recesserit, quod augurabantur ex insecuta fame.

Tortorem] Marsyae. Laudat Wolfius *Böttigerum* Mus. Att. 1. p. 357. de hoc cognomine exponentem.

infamiam impudicitiae] Denuo *impud.* de marium stupro dicitur, quod objectum Augusto dixerat c. 68. Sequitur enim: *circa libidines haesit*, quod a feminarum commercio non alienum eum fuisse, significat. v. quae notavi ad Caes. c. 49. et in ind.

ferunt, ad vitiandas virgines promtior, quae sibi undique, etiam ab uxore, conquirerentur. Alcae rumorem nullo modo expavit, lusitque simpliciter et palam oblectamenti causa, etiam senex; ac, praeterquam Decembri mense, aliis quoque festis profestisque diebus. Nec id dubium est. Autographa quadam epistola, *Coenavi*, ait, *mi Tiberi, cum iisdem. Accesserunt convivae Vinicius et Silius pater. Inter coenam lusimus* γεροντικῶς, *et heri et hodie. Talis enim jactatis, ut quisque canem aut senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat: quos tollebat universos, qui Venerem jecerat.* Et rursus aliis literis: *Nos, mi Tiberi, Quinquatrus satis jucunde egimus. Lusimus enim per omnes dies, forumque aleatorium calfeci-*

---

simpliciter et palam] i. e. sine omni dissimulatione, ut ostenderet, se tale oblectamentum, infamiae alias obnoxium, non pudori sibi ducere. Ita *Plin.* epist. 1, 13. *dissimulanter et furtim*, atque *simpliciter et libere* opponuntur, et Graeci dicunt ἁπλῶς, ut in phrasi: ἁπλῶς τὴν γνώμην ἀποφαίνεσθαι.

praeterquam Dec. m.] qui praeter aliam morum licentiam ludo etiam aleaeque dari solebat. v. *Martial.* 4, 14, 7. „Dum blanda vagus alea December Incertis sonat hinc et hinc fritillis."

cum iisdem] Nisi nomen aliquod latet in hoc voc. corruptum, est: cum iisdem, quibuscum soleo, et quos nosti. Postea γεροντικῶς Casaub. recte interpretatur: ut faciunt senes otio redditi, oblectamenti causa, non cupiditate lucri.

Talis enim jactatis] *Talos* quatuor ad lusum adhibebant, *tesseras* tres. Illis quatuor erant latera, quibus inscriptae *unio*, *senio*, *ternio*, *quaternio* (ita enim numeri oppositi erant; in tesseris, quibus sex latera, *binio* etiam et *quinio*, ut in nostris). *Venus* s. *jactus Venereus* s. *basilicus* in singulis talis diversos numeros ostendebat, *Canis*, pessimus jactus et damnosissimus, eosdem in singulis.

Quinquatrus] Festum hoc in honorem Minervae post v. Id. Mart. s. d. 19. Mart. per quinque dies celebrabatur. v. *Ovid.* Fast. 3, 809. sequ. *Gell.* 2, 21. *Varro* de L. L. l. 5. cf. interpr. ad *Gellii* l. c. et Calendaria, quae Tom. VIII. Thes. Graev. reperiuntur.

forum aleatorium] i. e. alveum, tabulam aleatoriam, a *forus*, non *forum*, qui error fuit Torrentii et Casauboni.

mus. Frater tuus magnis clamoribus rem gessit. Ad summam tamen perdidit non multum; sed ex magnis detrimentis praeter spem paulatim retractus est. Ego perdidi viginti millia nummum meo nomine; sed quum effuse in lusu liberalis fuissem, ut soleo plerumque. Nam si, quas manus remisi cuique, exegissem, aut retinuissem, quod cuique donavi, vicissem vel quinquaginta millia. Sed hoc malo. Benignitas enim mea me ad coelestem gloriam efferet. Scribit ad filiam: *Misi tibi denarios ducentos quinquaginta, quos singulis convivis dederam, si vellent inter se inter coenam vel talis, vel par impar ludere.* In ceteris partibus vitae continentissimum fuisse constat, ac sine suspicione ullius vitii. [72] Habitavit primo juxta Romanum Forum, supra Scalas anularias, in domo, quae Calvi oratoris fuerat: postea in Palatio; sed nihilominus aedibus

---

manus] Bremi post alios intelligit de damnoso jactu. Imo est pecunia post talem jactum in medium collata. Nos dicimus: *der Satz* vel Gallico vocabulo *la bête*.

par impar] Lusus erat puerilis. *Horat.* Sat. 2, 3, 248. conjungit: „Ludere par impar, equitare in arundine longa."

Romanum Forum] Additur *Romanum* propter duo alia recens exstructa, Julium et Augusti. v. ad c. 29. *Scalas anularias*, quae et quod genus aedificii fuerint, et cui rei inservierint, unde denique nomen acceperint, ignorare se fatetur *Nardin.* Rom. vet. 5. 16., cum Ernestio dictas puto ab aurifabris, qui anulos ibi venderent, uti *vicum sandalarium* a sandaliariis. v. c. 57.

Calvi oratoris] C. Licinii Calvi, de quo v. *Cic.* Brut. 81.

in Palatio] unde domus Caesarum *Palatia* appellari coeperunt. *Dio* 53, 16. καλεῖται δὲ τὰ βασίλεια παλάτιον, οὐχ ὅτι καὶ ἔδοξέ ποτε οὕτως αὐτὰ ὀνομάζεσθαι, ἀλλ᾽ ὅτι ἔν τε τῷ Παλατίῳ ὁ Καῖσαρ ᾤκει, καὶ ἐκεῖ τὸ στρατήγιον εἶχε, καί τινα καὶ πρὸς τὴν τοῦ Ῥωμύλου προενοίκησιν φήμην ἡ οἰκία αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ παντὸς ὄρους ἔλαβε. καὶ διὰ τοῦτο, κἂν ἄλλοθί που ὁ αὐτοκράτωρ καταλύῃ, τὴν τοῦ παλατίου ἐπίκλησιν ἡ καταγωγὴ αὐτοῦ ἴσχει. Hanc Augusti domum palatinam incendio absumtam et restitutam, legimus c. 57. Postea (ita *Dio* 55, 12.) ὁ Αὔγουστος, τὴν οἰκίαν οἰκοδομήσας, ἐδημοσίωσε πᾶσαν, εἴτε δὴ διὰ τὴν συντέλειαν, τὴν παρὰ τοῦ δήμου οἱ γενομένην, εἴτε καὶ ὅτι ἀρχιέρεως ἦν, ἵν᾽ ἐν τοῖς ἰδίοις ἅμα καὶ ἐν τοῖς κοινοῖς οἰκοίη. (v. ad Caes. c. 46.)

modicis Hortensianis, et neque laxitate, neque cultu conspicuis, ut in quibus porticus breves essent Albanarum columnarum, et sine marmore ullo aut insigni pavimento conclavia. Ac per annos amplius quadraginta eodem cubiculo hieme et aestate mansit; quamvis parum salubrem valetudini suae Urbem hieme experiretur, assidueque in Urbe hiemaret. Si quando quid secreto, aut sine interpellatione agere proposuisset, erat illi locus in edito singularis, quem *Syracusas* et τεχνόφυον vocabat: huc transibat, aut in alicujus libertorum suburbanum; aeger autem in domo Maecenatis cubabat. Ex secessibus praecipue frequentavit maritima, insulasque Campaniae, aut proxima Urbi oppida, Lanuvium, Praeneste, Tibur: ubi etiam in porticibus Herculis templi per-

---

Albanarum columnarum] i. e. ex marmore montis Albani, cui ob viciniam exiguum pretium.

hieme et aestate] longe adeo diversus a Lucullo, qui apud *Plutarch.* c. 39. Pompejo dicit: εἶτα σοὶ δοκῶ ἐλάττονα τῶν γεράνων νοῦν ἔχειν καὶ τῶν πελαργῶν, ὥςτε ταῖς ὥραις μὴ συμμεταβάλλειν τὰς διαίτας; Nota Romanorum in multitudine villarum, diversoque pro variis locis annique temporibus apparatu luxuria.

assidueque in Urbe hiemaret] i. e. quamvis omnes hiemes in Urbe transigeret, eaque valetudini suae parum salubri, tamen ne cubiculum quidem mutavit. Alii aliter. Erasmus *hiemaret* explicavit: incommodo hiemis affligeretur, Graev. quamvis assidue in Urbe spurca esset tempestas, (ut *Columell.* 11, 2. *hiemat et pluit*) qua tamen interpretatione postea retractata, locum ita constituit: „quamvis parum salubrem valetudini suae *hiemem* experiretur, assidueque in Urbe hiemaret." Gronov. emendatione, quam nonnisi docta inventio commendaverit, pro *in Urbe* legi maluit *muccide*, probatque Ernesti. Oudend. *hieme* cum cod. Vindob. ejiciendum putat, et pro *in Urbe* legendum *inibi*. Si quid mutandum videretur, quod neque Wolfio placuit, legerem: *et quamvis — experiretur, assidue in U. hiemavit.*

Syracusas] Vel Archimedis diaetam respexisse existimant, vel omnino, quod magis mihi placet, quum nullam Augusti et Archimedis videam similitudinem, morem Syracusanorum, exstruendi in edito loca ejusmodi singularia. v. *Cornel.* Dion. 9.

in portic. Herculis] Tibur enim urbs Herculi sacra. Calig. 8.

saepe jus dixit. Ampla et operosa praetoria gravabatur. Et neptis quidem suae Juliae, profuse ab ea exstructa, etiam diruit ad solum: sua vero, quamvis modica, non tam statuarum tabularumque pictarum ornatu, quam xystis et nemoribus excoluit, rebusque vetustate ac raritate notabilibus: qualia sunt Capreis immanium belluarum ferarumque membra praegrandia, quae dicuntur *Gigantum ossa*, et *arma Heroum*. [73] Instrumenti ejus et supellectilis parsimonia apparet etiam nunc, residuis lectis atque mensis, quorum pleraque vix privatae elegantiae sint. Ne toro quidem cubuisse ajunt, nisi humili et modice instrato. Veste non temere alia quam domestica usus est, ab sorore et uxore et filia neptibusque confecta: togis, neque restrictis, neque fusis: clavo,

---

Strabo 5, 3, 11. Τίβουρα, ἢ τὸ Ἡράκλειον. *Martial.* 1, 13. „*Herculei Tiburis arces*“ dicit.

xystis] i. e. porticibus, ad ambulationem et confabulationem exstructis.

sint] Malim cum Vindob. *sunt*. Alias dixisse opinor *fuerint* pro Gr. εἶεν ἄν.

modice instrato] i. e. nullis pretiosis stragulis, quibus Romani aeque superbiebant, ac toris altioribus.

non temere alia quam domestica] Placet mihi, ut plerisque interpretibus, transpositio verborum, quam primus suasit Torrentius: „*Veste non temere alia domestica usus est, quam ab uxore* sequ.“ Nam quum *domestica vestis* opponatur *togis* et *forensibus* sc. vestimentis, non potest esse *domi confecta*, sed *quam domi gerebat*, ut Vitell 9. „ita ut erat, *in veste domestica* Imperator est consalutatus.“ Fortasse tamen omnino est vestis *vilis*, haud pretiosa (*ein Hauskleid*). Facit huc locus *Senec.* de tranquill. an. c. 1. „Tenet me summus amor parcimoniae, fateor. placet *non in ambitionem cubile compositum, non ex arcula prolata vestis*, non mille ponderibus aut tormentis splendere cogentibus pressa; sed *domestica et vilis*, nec servanda, nec sumenda sollicite.“ Vulgarem verborum ordinem tuentur Wolf. et *Walther*. Observ. p. 19., qui et ipse *domesticam* vestem simpliciorem habitum esse putat, *non temere* h. e. non praeter singularem causam cum splendidiore s. *forensi* mutatum.

togis — fusis] v. ad Caes. c. 45. Clavum autem dum gessit

nec lato, nec angusto: calciamentis altiusculis, ut procerior, quam erat, videretur. Et forensia autem et calceos nunquam non intra cubiculum habuit, ad subitos repentinosque casus parata [74] Convivabatur et assidue, nec unquam nisi recta, non sine magno ordinum hominumque dilectu. Valerius Messala tradit, neminem unquam libertinorum adhibitum ab eo coenae, excepto Mena, sed asserto in ingenuitatem, post proditam Sex. Pompeji classem. Ipse scribit, invitasse se quendam, in cujus villa maneret, qui speculator suus olim fuisset. Convivia nonnunquam et serius inibat, et maturius relinquebat; quum convivae et coenare inciperent, priusquam ille discumberet, et permanerent, digresso eo. Coenam ternis ferculis, aut, quum abundantissime,

---

justae latitudinis, non imitatus est homines elegantiores, qui latiorem purpuram habebant.

calc. altiusculis] uti Caesar, qui auctore *Dion.* 43, 43. τῇ ὑποδέσει ὑψηλῇ ἐχρῆτο.

recta] sc. coena, ubi ordine discumberent convivae. Oppon. *sportulae.* Postea dedi *dilectu* cum Memm. aliisque, uti supra c. 81.

Valer. Messala] cujus consulatus supra c. 58. memoratur.

Mena] s. *Menodoro.* Hic famosus ille est desultor partium in bello inter Sext. Pompejum et Octavium. De nomine Mena ὑποκοριστικῶς facto ex Menodoro v. Fabric. ad *Dion.* 48, 30. ubi dicitur Μηνᾶς ἐξελεύθερος (Πομπηΐου), ᾧ πάνυ προσέκειτο. Gravissimam Pompejo praestitit operam a. 714. vastata Italia, capta Sardinia, cui praefuit usque ad a. 716. quo tradidit se Augusto, et insulam, et classem, et exercitum. *Dio* 48, 45. Inde, saepius afflictis ducibus Pompejanis, rediit ad Sextum a. 718. (*Dio* 48 fin.) Sed eodem anno partes Augusti denuo amplexus (*Dio* 49, 1.) mansit in ejus fide, periitque sequenti anno, interfectus a Pannoniis. (*Dio* 49, 37.) *Appianus* semper integro nomine Μηνόδωρον eum nominat Civ. 5, 66, 70. et sequentibus.

asserto in ingenuitatem] Plura enim erant jura ingenuorum, quam libertinorum. De discrimine utrorumque v. *Heinecc.* Ant. 1, 4, 1. *Natalibus restituti* dicebantur, qui in ingenuitatem erant asserti s. vindicati.

speculator] i. e. satelles. v. ind.

senis praebebat, ut non nimio sumtu, ita summa comitate. Nam et ad communionem sermonis tacentes vel summissim fabulantes provocabat, et aut acroamata et histriones, aut etiam triviales ex Circo ludios interponebat, ac frequentius aretalogos. [75] Festos et sollemnes dies profusissime, nonnunquam tantum jaculariter, celebrabat. Saturnalibus, et si quando alias libuisset, modo munera dividebat, vestem, et aurum, et argentum: modo nummos omnis notae, etiam veteres regios ac peregrinos: interdum nihil praeter cilicia et spongias, et rutabula, et forpices, atque alia id genus, titulis obscuris et ambiguis. So-

---

acroamata] Non de rebus, sed de hominibus hoc voc. dici a scriptoribus Latinis, probavit Ern. in exc. ad h. l. Ita *Cornel.* Att. 14. „Nemo in convivio ejus aliud *acroama* audivit quam anagnosten.“ H. l. intelligendos maxime musicos, docet locus *Macrob.* 1, 4. „delectatus inter coenam erat symphoniacis Toranii Flacci mangonis.“

aretalogos] Intelligit Casaub. miseros philosophos, qui convivia beatorum frequentabant, et Romulidas saturos variis de virtute et vitio disputationibus oblectabant, quos *Philo* Leg. ad Caj. τοὺς ἀπὸ παιδείας dicit, ad Augusti coenam admissos. Sed quum de comitate coenae ejus sermo sit, malim intelligere cum aliis *scurras*, qui magno ore suam aliorumve virtutem praedicantes oblectationem risumque convivarum movebant. Ita etiam doctus interpres *Ferguson* Hist. Rom. l. 6. c. 4. p. 440. cf. *Turneb.* Advers. 10, 12. qui tamen sine justa causa ab ἀρετός, gratus, non ab ἀρετή, deducit vocabulum, atque *Rupert.* ad *Juvenal.* Sat. 15, 16.

profusissime, nonn. tantum joc.] i. e. maximo sumtu, quem tamen nonnunquam in jocularia tantum profundebat. Alii repetendum putant *nonnunquam*, ac si dixisset: *nonnunquam prof., nonn. jocul.*, auctore Gronov. ad *Liv.* 3, 39. Ita *profus.* pertineret ad: *modo munera div. — argentum*, et *jaculariter* ad sequentia, quod Suetonii mori sane convenit.

titulis obsc. et ambig.] i. e. lemmatibus, inscriptionibus, quae obscurum ambiguumque, plerumque obscoenum sensum haberent, unde risus materia, promtis ex involucris muneribus, comparatisque titulis, saepius etiam ex eorum, qui acceperant, vel natura, vel indole.

lebat et inaequalissimarum rerum sortes, et aversas tabularum picturas in convivio venditare, incertoque casu spem mercantium vel frustrari, vel explere; ita ut per singulos lectos licitatio fieret, et seu jactura, seu lucrum communicaretur. [76] Cibi (nam ne haec quidem omiserim) minimi erat, atque vulgaris fere. Secundarium panem, et pisciculos minutos, et caseum bubulum manu pressum, et ficos virides biferas maxime appetebat: vescebaturque et ante coenam quocunque tempore et loco, quo stomachus desiderasset. Verba ipsius ex epistolis sunt: *Nos in essedo panem et palmulas gustavimus.* Et iterum: *Dum lectica ex regia domum redeo, panis unciam cum paucis acinis uvae duracinae comedi.* Et rur-

---

sortes — venditare] Lusum, simillimum ei, quem nos *Lotterie* dicimus, explicat Gesner. ad Fabri Thes. sub v. *sors.*

communicaretur] i. e. ab iis, qui huic mensae accubabant, illius mensae convivis, quid singulis vel lucri vel jacturae accidisset, narraretur, ad joci risusque communionem.

pisciculos minutos] Ita etiam *Terent.* Andr. 2, 2, 32. et *pisciculi parvi Cic.* de nat. D. 2, 48. Exemplorum et Graecorum et Latinorum dedit copiam *Fischer.* ad *Weller.* P. II. p. 37. cf. notata a nobis ad *Xen.* Ages. 1, 21.

manu pressum] Burm. recte intelligit, quos *molles* vocat *Columell.* 2, 11. et distinguit a *veteribus* et *aridis.* Lips. cumque eo Torrentius maluerunt *mane pressum.*

biferas] *Plin.* 16, 27. (50.) „Sunt et biferae in ficubus. In Cea insula caprifici triferae sunt. Primo fetu sequens evocatur, sequenti tertius." *Dio* 56, 30. ubi Liviam mortis Augusti suspectam fuisse narrat, venenatis ficis scelus patratum dicit. Σῦκά τινα ἐπὶ δένδροις ἔτ' ἐπόντα, ἀφ' ὧν ὁ Αὔγουστος αὐτοχειρίᾳ συκάζειν εἰώθει, φαρμάκῳ ἔχρισε. καὶ αὐτή τε ἅμα τὰ ἀνήλειφα ἤσθιε, κἀκείνῳ τὰ πεφαρμαγμένα προσέβαλλεν.

quo stom.] Lips. et Torrent. ejici voluerunt *quo.* Sed uti solere voc. *quicunque* Suetonium etiam praeter nexum cum sequentibus pro *omnis*, docebit index.

ex regia] Dubitant interpretes, utrum intelligenda regia Numae, adjuncta aedi Vestae, cujus atrium postea effecit, an regia regis sacrorum; neutram, puto, sed *basilicam* nescio quam, ubi ambulaverat Augustus. Ita supra c. 31. theatri Pompeji *regia* dicebatur.

sus: *Ne Judaeus quidem, mi Tiberi, tam diligenter sabbatis jejunium servat, quam ego hodie servavi, qui in balineo demum post horam primam noctis duas bucceas manducavi, priusquam ungi inciperem.* Ex hac inobservantia nonnunquam, vel ante initum, vel post dimissum convivium solus coenitabat, quum pleno convivio nihil tangeret. [77] Vini quoque natura parcissimus erat. Non amplius ter bibere eum solitum super coenam in castris apud Mutinam, Cornelius Nepos tradit. Postea, quoties largissime se invitaret, senos sextantes non excessit, aut, si excessisset, rejiciebat. Et maxime

---

sabbatis] Ex ignorantia moris Judaeorum Augustus ita scribit; jejunio enim celebrare illi sabbatum non solebant. Eodem errore *Justin.* 36, 2. „Moses *septimum diem* more gentis Sabbatum appellatum in omne aevum *jejunio sacravit*, quoniam illa dies famem illis erroremque finierat" ubi v. Bernecc. Ern. cum aliis *sabbata* intelligit de *hebdomade*, ut Luc. 18, 12. νηστεύω δὶς τοῦ σαββάτου, quod prorsus contrarium sententiae Augusti, de die loquentis.

inobservantia] sc. temporis et loci in cibo sumendo, qua certae horae nunquam se adstringebat. Casaub. interpretatur *inobservantiam*, indifferentem circa rationem victus animum, quod ad sensum est idem. Al. *observantia* i. e. ἐκ ταύτης τῆς συνηθείας, ut idem Casaub. vertit. Magis hoc placet Oudend.; sed jure monet Wolfius, ipsam insolentiam formae *inobs.* causam erroris librariis fuisse. Tuetur eam etiam Spalding. ad *Quinctil.* 4, 2, 107. ubi pro: „*quae ne fecisse inobservantia quadam videatur*" al. manifesta correctione: *sine observantia*, et comparat Gall. *inadvertence*, et *inconsiderantiam* Nostr. Claud. 39.

Cornelius Nepos] quo libro, incertum. Obiisse Cornelium principatu Divi Augusti, testatur *Plin.* 10, 23. (30.) al.

senos sextantes] *Sextans* duos continebat *cyathos*, cyathus duodecimam partem *sextarii*, ut adeo *seni sextantes* duodecim cyathos vel sextarium efficerent. Ita *triens* tertia pars est sextarii s. quatuor cyathi *Martial.* 8, 51, 24. *quadrans* sextarii quarta pars s. tres cyathi *Martial.* 9, 94, 2. Id. 11, 36, 7. „quincunces, et sex cyathos, bessemque bibamus" nominibus ab assis divisione petitis. *Sextarius* autem sexta pars erat *congii*, congius octava *amphorae.* cf. *Budaeus* de asse l. 5. p. 567. ed. Lugdun.

rejiciebat] vomitu. v. Ern. Cl. Cic. in ἐμετικῇ. De hac Ro-

delectatus est Raetico, neque temere interdiu bibit. Pro potione sumebat perfusum aqua frigida panem, aut cucumeris frustum, vel lactuculae thyrsum, aut recens acidumve pomum succi vinosioris. [78] Post cibum meridianum, ita ut vestitus calciatusque erat, retectis pedibus paulisper conquiescebat, opposita ad oculos manu. A coena lucubratoriam se in lecticulam recipiebat. Ibi, donec residua diurni actus, aut

---

manorum luxuria *Senec.* ad Helv. c. 9. „Vomunt, ut edant, edunt, ut vomant; et epulas, quas toto orbe conquirunt, nec concoquere dignantur."

Raetico] *Plin.* 14, 6, (8.) „In Veronensi item *Raetica* (vina), Falernis tantum posthabita a Virgilio." (Locum dicit Georg. 2, 96. „et quo te carmine dicam, Raetica? nec cellis ideo contende Falernis.") Id. tamen eod. cap. „Divus Augustus Setinum praetulit cunctis," quod nomen habuit ab oppido Setia prope Tarracinam. Idem narrat ib. „Divi Augusti judiciorum ac palati peritissimum e libertis, censuram vini in epulas ejus facientem, dixisse hospiti de indigena vino, novum quidem sibi gustum esse eum, atque non ex nobilibus, sed Caesarem non aliud poturum," quod et ipsum ostendit, Augustum in exquirendis pretiosioribus vinis haud nimis fuisse delicatum. Suetonius h. l. secutus videtur Virgilium, Raeticum ob Augusti palatum laudantem, quo et insecutos principes usos, *Plin.* l. c. testatur.

acidumve] Praeferunt Oudend. et Wolf. *aridumve*, quum arida etiam poma et in hiemem condita succo non careant. Sed retineo *acidum*. *Recens* dicitur de tempore maturitatis, *acidum* de genere pomi; genitivus *succi vinosioris* est ἐπεξηγητικῶς pro: ut quod utrumque pomi genus succi est vinosioris.

retectis] i. e. apertis s. stragula non tectis, qua alias meridiantes uti solebant, neque tamen exutis; accubabat enim, ut vestitus *calciatusque* erat. Ita interpretantur Oudend. et Wolf. Alii, ut Casaub. et Ern., praepositioni *re* vim tribuunt ἐπιτατικὴν, ut *retectis* sit *bene*, *diligenter tectis*, contra solemnem verbi usum, quem adeo negligi non potuisse a scriptore, docta disputatione evincit Bremius. Alii legere vel suasere *rectis*, *retractis*, *rejectis*, quos ridens Wolfius jocose addit: *resectis*. Modo resecti fuissent Augusti pedes, interpretes inani conjiciendi labore supersedissent. Nicol. Heinsii emendationem *praetectis* probavit Burm., reliquit tamen codicum verecundia vulgatam lectionem.

se in lectic. lucubrat.] v. Casaub. ad h. l., qui morem veterum, meditandi et scribendi in lectulis, e *Cicer.* de Orat. 3, 5.

omnia, aut ex maxima parte, conficeret, ad multam noctem permanebat. In lectum inde transgressus, non amplius, quum plurimum, quam septem horas, dormiebat, ac ne eas quidem continuas, sed ut in illo temporis spatio ter aut quater expergisceretur. Si interruptum somnum recuperare, ut evenit, non posset, lectoribus aut fabulatoribus arcessitis resumebat, producebatque ultra primam saepe lucem. Nec in tenebris vigilavit unquam, nisi assidente aliquo. Matutina vigilia offendebatur: ac si vel officii, vel sacri causa maturius evigilandum esset, ne id contra commodum faceret, in proximo cujuscunque domesticorum coenaculo manebat. Sic quoque saepe indigens somni, et, dum per vicos deportaretur, et deposita lectica, inter aliquas moras condormiebat. [79] Forma fuit eximia, et per omnes aetatis gradus venustissima; quamquam et omnis lenocinii negligens, et in capite comendo tam incuriosus, ut raptim compluribus simul tonsoribus operam daret, ac modo tonderet, modo raderet barbam, eoque ipso tempore aut legeret aliquid, aut etiam scriberet. Vultu erat, vel in sermone, vel tacitus, adeo tranquillo serenoque, ut quidam e primoribus Galliarum confessus sit inter suos, eo se inhibitum

---

Senec. epist. 72. *Plin.* ep. 5, 5. *Ovid.* Trist. 1, 10, 57. *Pers.* Sat. 1, 13. aliaque locorum silva illustrat.

evigilandum] i. e. e somno surgendum esset. Vulgatum *vigilandum* i. e. si nox vigilia transigenda, ita emendandum esse, optimus quisque interpres judicavit. Sensus enim illud postulat, quum sermo sit de sacris et officiis amicorum, quae frequentasse eum, legimus c. 53., iisque ante lucem adeundis. Ita non dubito, quae Burm. etiam ad h. l. sententia, *Cicer.* ad Qu. fr. 2, 15. legendum esse: „citius, quam si de multa nocte *evigilassent*" pro *vigilassent*. Respondet enim praecedens: „si serius, quam voluerunt, forte *surrexerint*."

modo tonderet — barbam] *Dio* 48, 34. narrat, barbam eum posuisse a. 715., aetatis quarto et vicesimo, additque: *καὶ ὁ μὲν καὶ ἔπειτα ἐπελειοῦτο τὸ γένειον.* Quomodo differant *tondere* et *radere* barbam, dixi ad Caes. 45.

ac remollitum, quo minus, ut destinarat, in transitu Alpium per simulationem colloquii propius admissus, in praecipitium propelleret. Oculos habuit claros ac nitidos, quibus etiam existimari volebat inesse quiddam divini vigoris; gaudebatque, si quis sibi acrius contuenti, quasi ad fulgorem Solis, vultum summitteret: sed in senecta sinistro minus vidit. Dentes raros, et exiguos, et scabros, capillum leniter inflexum et subflavum, supercilia conjuncta, mediocres aures, nasum et a summo eminentiorem, et ab imo deductiorem, colorem inter aquilum candidumque, staturam brevem, (quam tamen Julius Marathus libertus in memoria ejus quinque pedum et dodrantis fuisse tradit:) sed quae commoditate et aequitate membrorum occuleretur, ut nonnisi ex comparatione adstantis alicujus procerioris intelligi posset. [80] Corpore traditur maculoso, dispersis per pectus atque alvum genitivis notis, in modum et ordinem ac numerum stellarum coelestis Ursae; sed et callis quibusdam, ex prurigine corporis assiduo-

---

Oculos] *Plin.* 11, 32. (54.) „Divo Augusto equorum modo glauci fuere (oculi), supraque hominem albicantis magnitudinis; quam ob causam diligentius spectari eos, iracunde ferebat." *Aurel. Vict.* Epit. 1. „Fuit corpore toto pulcer, sed oculis magis. Quorum aciem clarissimorum siderum modo vibrans; libenter accipiebat cedi ab intendentibus tanquam solis radiis aspectu suo. A cujus facie quum quidam miles oculos averteret, et interrogaretur ab eo, cur ita faceret, respondit: quia fulmen oculorum tuorum ferre non possum."

in memoria ejus] Non dubitavi ita scribere, i. e. in libro de Augusto conscripto, pro vulg. *in memoriam ejus.* Sic Claud. 1. „vitae memoriam prosa oratione composuit." Lips. conjecit: *libertus et a memoria ejus*, quam emendationem commendat Wolfius. Oudend. probat parum probabilem conjecturam Cannegieteri: *sed jam immemor ejus.* Scilicet putat, falsa de Augusti statura scripsisse Marathum, post mortem ejus immemorem. Brevis memoriae homo fuerit necesse est.

maculoso] *Müller.* in sched. interpretatur *leproso*, quod *macula* de lepra dicitur et elephantiasi. Sed id repugnare videtur sequ. *dispersis — genitivis notis.*

que et vehementi strigilis usu plurifariam concretis, ad impetiginis formam. Coxendice et femore et crure sinistro non perinde valebat, ut saepe etiam inde claudicaret: sed remedio habenarum atque arundinum confirmabatur. Dextrae quoque manus digitum salutarem tam imbecillum interdum sentiebat, ut torpentem, contractumque frigore, vix cornei circuli supplemento scripturae admoveret. Questus est et de vesica, cujus dolore, calculis demum per urinam ejectis, levabatur. [81] Graves et periculosas valetudines per omnem vitam aliquot expertus est: praecipue Cantabria domita, quum etiam, destilla-

---

habenarum atque arundinum] Recepi emendationem vulg. *arenarum* s. *harenarum*, quam protulit defenditque duabus acribus quidem, sed doctis dissertationibus Dan. Guil. Trillerus. Crurum femorumque debilitatem putat contraxisse Aug. ex vulneribus atque luxationibus, de quibus supra c. 20. Alligabantur igitur femori crurique luxatis *arundines* i. e. fulcimenta lignea s. arundinea (ῥάβδοι, νάρθηκες, σανίδες, σχίδακες) per lora quaedam longa, lata atque tenacia, quae priscis medicis audiebant *habenae, fasciae, lintea, lora, vincula* et *ligamenta* (ἱμάντες, ταινίαι, ἐπιδέσματα, πέδαι) *Cels.* 8, 10. et c. 15, 16, 20. Lapsum inter *habenas* et *harenas* similem ostendit locus *Manil.* 5, 195. ubi vice versa pro *habenis* legendum *harenis*. Vulgatae lectionis interpretationes v. apud Burmann. Intelligunt plerique fomenta arenae calidae. Equidem et medico credere malui, et obsequi auctoritati *Gellii* 19, 8., qui ex Caesaris libris de analogiae *harenas* in plurali numero vitiose dici contendit, et vituperasse narrat Frontonem hominem quendam ob verbi vitium, qui *aquae intercutis morbo harenarum calentium usu liberatum se* dixerat. De verbis: *non perinde valebat* v. ind. Ita *Tac.* Agr. 10. „perhibent, ne ventis quidem *perinde* attolli“ sc. mare, ubi in vulg. vitiose *proinde*, ut saepe.

Cantabria domita] Duplicem Augusti morbum perhibet *Dio*, priorem ad a. 729., quo in Hispania erat, 53, 25. ubi: ὁ μὲν ἔκ τε τοῦ καμάτου καὶ ἐκ τῶν φροντίδων νοσήσας, ἐς Ταῤῥάκωνα ἀνεχώρησε, καὶ ἐκεῖ ἠῤῥώστει, alterum ad a. 731. c. 30., quem locum attuli ad c. 59. ubi etiam de *Antonio Musa* dictum. Quod *frigidis* curatus dicitur h. l. Augustus, id *Dio* ψυχρολουσίαις καὶ ψυχροποσίαις. *Plin.* 19, 8. (38.) „Divus Augustus lactuca conservatus in aegritudine fertur prudentia Musae medici,“ quod de alio morbo intelligendum; de hoc, quod Id. 29, 1. (5.) „*contraria*

tionibus jecinore vitiato, ad desperationem redactus, contrariam et ancipitem rationem medendi necessario subiit, quia calida fomenta non proderant, frigidis curari coactus, auctore Antonio Musa. Quasdam et anniversarias, ac tempore certo recurrentes, experiebatur. Nam sub natalem suum plerumque languebat: et initio veris praecordiorum inflatione tentabatur, austrinis autem tempestatibus gravedine. Quare quassato corpore, neque frigora neque aestus facile tolerabat. [82] Hieme quaternis cum pingui toga tunicis, et subucula et thorace laneo, et feminalibus, et tibialibus muniebatur: aestate apertis cubiculi foribus, ac saepe in peristylio saliente aqua, atque etiam ventilante aliquo, cubabat. Solis vero ne hiberni quidem patiens, domi quoque non nisi petasatus sub divo spatiabatur. Itinera lectica, et noctibus fere, eaque lenta ac minuta faciebat, ut Praeneste vel Tibur biduo procederet. Ac, si quo pervenire mari posset, potius navigabat. Verum tantam infirmitatem magna cura tuebatur, inprimis lavandi raritate. Ungebatur enim saepius, et sudabat ad flammam: deinde perfundebatur egelida aqua, vel sole multo calefacta. At, quoties nervorum causa

---

medicina gravi periculo exemtum" Augustum ab Ant. narrat. *Destillationibus* edidi cum Oudend., non *distill.* Est enim Gr. κατάῤῥους. *Gravedines destillationesque* conjungit etiam *Cels.* 1, 2.

cum pingui toga] i. e. crassa, παχεῖ ἱματίῳ. *Juvenal.* 9, 28. *pingues lacernas* (ubi v. Rupert.). *Martial.* 4, 19, 1. „Sequanicae *pinguem* textricis *alumnam*" dicit, hic etiam 6, 11, 7. „me *pinguis* Gallia vestit."

subucula et thorace laneo] Hanc veterum edd. lectionem rectam judicavit *Ferrar.* de re vestiar. 3, 5. (Thes. Graev. T. VI. p. 729.), edidit Burmann. Vulg. *subuculae thorace laneo.* Quid si excidit *loco*, ut a prima manu esset: *et subuculae loco thorace laneo.* Vix enim credibile, tot vestimenta superinduisse Augustum.

peristylio] xysto, a columnarum ordinibus ita dicto. v. ad totum hoc caput Casaub.

egelida aqua] v. *Cels.* 4, 24. laudatum a Casaub.

marinis Albulisque calidis utendum esset, contentus hoc erat, ut insidens ligneo solio, quod ipse Hispanico verbo *duretam* vocabat, manus ac pedes alternis jactaret. [83] Exercitationes campestres equorum et armorum statim post civilia bella omisit, et ad pilam primo folliculumque transiit, mox nihil aliud quam vectabatur et deambulabat, ita ut extremis spatiis subsultim decurreret, segestri vel lodicula involutus. Animi laxandi causa modo piscabatur

---

Albulisque] *Plin.* 31, 2. (6.) „Juxta Romam *Albulae aquae* vulneribus medentur, *egelidae* hae, sed Cutiliae in Sabinis gelidissimae," ubi v. Harduin. *Strabo* 5, 3, 11. ἐν δὲ τῷ πεδίῳ τούτῳ (Tiburtino) ὁ Ἀνίων διέξεισι, καὶ τὰ Ἄλβουλα καλούμενα ῥεῖ ὕδατα ψυχρὰ ἐκ πολλῶν πηγῶν, πρὸς ποικίλας νόσους, καὶ πίνουσι καὶ ἐγκαθημένοις ὑγιεινά. *Martial.* 1, 13. „*canaque sulphureis Albula fumat aquis.*" Propter hunc locum, et quod Albulae, ut sulphureae, suapte natura calidae sunt, Torrent. legi vult: *marinis calidis, Albulisque*, assentientibus aliis. Ego, quamquam nihil exploratum habeo de harum aquarum natura et usu, puto tamen, in nonnullis morbis majorem iis arte dari calorem, et eo opus esse, conjicio e Strabonis loco, qui ὕδατα ψυχρά dicit; neque absone Reitzio addere Suetonius *calidis* videtur, ut exceptio eo melius appareat, quoniam superiore capite de *frigidarum* usu dixerat.

ligneo solio] scamno balneari. *Plin.* 33, 12. (54.) „stratas argento mulierum balineas" ut sui temporis luxuriam damnat.

campestres] quae in campo Martio habebantur.

pilam pr. folliculumque] *Follis* s. *folliculus* minoris pilae fuit genus. De variis hujus lusus modis v. *Adam.* Ant. Rom. T. II. p. 215. sequ.

extremis spatiis] Omisi, quod in multis abest, *in*, ob morem auctoris saepius notatum. *Extremis spatiis* est sub finem ambulationis. Ita *Cic.* de Orat. 1, 7. „quum — in ambulationem ventum esset; dicebat tum, Scaevolam, *duobus spatiis tribusve factis*, dixisse." cf. *Nizol.* Observ. in Cicer. sub v. *spatium*. Finita igitur fere ambulatione decurrere solebat Augustus et subsultare, quo corpus fortius motaret, ex praeceptis medicorum.

segestri] vel *segestrio*. Hanc *Cujacii* emendationem, prolatam Observ. 13, 13., interpretes uno ore collaudarunt, illustravit multiplici eruditione Casaubonus. Vulg. *sestertio Turnebus* Advers. 3, 18. explicabat de veste duum in omnem partem pedum et semissis.

hamo, modo talis aut ocellatis nucibusque ludebat cum pueris minutis, quos facie et garrulitate amabiles undique conquirebat, praecipue Mauros et Syros. Nam pumilos, atque distortos, et omnes generis ejusdem, ut ludibria naturae malique ominis abhorrebat. [84] Eloquentiam studiaque liberalia ab aetate prima et cupide et laboriosissime exercuit. Mutinensi bello, in tanta mole rerum, et legisse, et scripsisse, et declamasse quotidie traditur. Nam deinceps neque in Senatu, neque apud populum, neque apud milites, locutus est unquam, nisi meditata et composita oratione, quamvis non deficeretur ad subita

---

ocellatis] *Ocellata* Casaub. interpretatur globulos vel lapideos vel eburneos vel ex alia qua materia, quibus olim puellae ludebant, comparatque *teretes lapillos* Ovid. Metam. 10, 260, *Talos nucesque* ut lusus puerilis instrumenta jungit etiam *Horat.* Sat. 2, 3, 171. et finitis Saturnalibus *Martial.* 5, 84. „Jam tristis *nucibus* puer *relictis* Clamaso revocatur a magistro.“ *Persius* denique de senili aetate 1, 10. „*nucibus* facimus quaecunque *relictis.*“

cum pueris minutis] *Dio* 48. 44. παιδίον τι τῶν ψιθύρων (*garrulitate amabiles* Noster dicit), οἷα αἱ γυναῖκες γυμνὰ ὡς πλήθει ἀθύρουσαι τρέφουσιν. et ex eodem *Xiphil.* 67, 15. παιδίον τι τῶν γυμνῶν τῶν ψιθύρων, ubi v. Reimar. Copiosissimus h. l. etiam Casaubonus.

pumilos] pumiliones, nanos. v. *Gell.* 19, 13.

malique ominis] Reitzius ad h. l.: Si quis homo monstrosus obviam veniret mane egredienti vel in itinere, infelix habebatur, uti et de Aethiope *Florus* 4, 7, 7. „obvius Aethiops nimis aperte feralе signum fuit,“ unde *distorti* vocantur *monstra* ac *prodigia* apud *Senecam* epist. 50. et *Quinctil.* Inst. 1, 1.

non deficeretur] Edidi, quod dat cod. Memm., aliique jam interpretes receperunt. Vulg. *quamvis non deficeret*, quod, etsi illud probabilius ob ipsam dictionis insolentiam, quae fraudem facere potuit librario, defendi tamen posse puto, non, ut Burm. placuit, subaudito e praecedentibus *oratio*, sed ut interpungatur post *subita*, hoc sensu: quamvis non deficeret (Augustus) ad subita, quum extemporalis etiam ei esset facultas, s. ob ext. facultatem, subjunctis, ut saepe, ablativis absolutis. Sed illud, ut dixi, praefero. Noster de Ill. Gram. 3. „quum jam non gressu modo *deficeretur*, sed et visu.“ v. interpr. ad *Phaedr.* 1 Fab. 21.

extemporali facultate. Ac ne periculum memoriae adiret, aut in ediscendo tempus absumeret, instituit recitare omnia. Sermones quoque cum singulis, atque etiam cum Livia sua graviores, nonnisi scriptos, et e libello habebat, ne plus minusve loqueretur ex tempore. Pronunciabat dulci et proprio quodam oris sono, dabatque assidue phonasco operam: sed nonnunquam, infirmatis faucibus, praeconis voce ad populum concionatus est. [85] Multa varii generis prosa oratione composuit, ex quibus nonnulla in coetu familiarium, velut in auditorio, recitavit: sicut *Rescripta Bruto de Catone:* quae volumina quum jam senior ex magna parte legisset, fatigatus Tiberio tradidit perlegenda. Item *Hortationes ad philosophiam:* et aliqua *de vita sua*, quam tredecim libris, Cantabrico tenus bello, nec ultra, exposuit. Poëticam summatim attigit. Unus liber exstat, scriptus ab eo hexametris versibus, cujus et argumentum et titulus est *Sicilia*. Exstat alter aeque modicus *Epigrammatum*, quae fere tempore balnei meditabatur. Nam tragoediam magno impetu exorsus, non succe-

---

ubi est *defectus annis*. Ceterum in ed. Bremiana insigni typothetae errore deest *nisi* ante *meditata*.

scriptos] Dedi cum Oudend. conjecturam Burmanni, probatam etiam Ernestio. Vulg. *in scriptis* v. simpliciter *scriptis*. Longum cum Livia sermonem de clementia erga eos, qui insidias Principi struxissent, exhibet *Dio* 55, 14. sequ.

phonasco] qui peroranti sonum praeiret instrumento musico, et omnino tollendae vel summittendae vocis regulas edoceret. *Quinctil.* 1, 10, 27. „ut uno interim contenti simus exemplo C. Gracchi, praecipui suorum temporum oratoris, cui concionanti consistens post eum musicus, fistula, quam τονάριον vocant, modos, quibus deberet intendi, ministrabat," ubi v. *Spaldingium*, nostri tamen loci immemorem. *Gell.* 1, 11. „ecce autem, per tibicinia Laconica, *tibiae* quoque illius *concionatoriae* in mentem venit, quam C. Graccho cum populo agenti praeisse ac praemonstrasse modulos ferunt."

de vita sua] Haec sunt ὑπομνήματα Augusti, *commentarii*, citata a *Plutarch.* Anton. 22. et *Appian.* Illyr. 14. et Civ. 4, 110.

dente stilo, abolevit: quaerentibusque amicis, *quidnam Ajax ageret*, respondit, *Ajacem suum in spongiam incubuisse*. [86] Genus eloquendi secutus est elegans et temperatum, vitatis sententiarum ineptiis atque inconcinnitate, et *reconditorum verborum*, ut ipse dicit, *foetoribus*. Praecipuamque curam duxit, sensum animi quam apertissime exprimere: quod quo facilius efficeret, aut necubi lectorem vel auditorem obturbaret ac moraretur, neque praepositiones verbis addere, neque conjunctiones saepius iterare

---

Ajacem — incubuisse] *Macrob.* 2, 4. „Ajacem tragoediam scripserat, eandemque, quod sibi displicuisset, deleverat. postea Lucius gravis tragoediarum scriptor interrogabat eum, quid ageret Ajax suus. et ille, *in spongiam*, inquit, *incubuit*." Nimirum jocose, ut verum Ajacem in gladium, ita suum in spongiam, qua deleverat scripta, incubuisse i. e. ad mortem decidisse, dicebat.

elegans et temperatum] *Elegans* est, in quo dilectus verborum, *temperatum* inter rusticam inconcinnitatem et nimiam affectationem. Ob hanc oppositorum rationem non recepi lectionem *concinnitate*, probatam ab Oudend., Ern. Wolfio, et intellectam de quaesito sententiarum ornatu ex antithetis, similitudine membrorum, verborum al. Ceterum laudant dicendi genus Augusti *Tac.* Ann. 13, 3. „Augusto *promta ac profluens*, quae deceret Principem, *eloquentia* fuit" et *Gell.* 10, 24. ubi „Divus Augustus *linguae Latinae non nescius*, *munditiarum* patris sui in sermonibus *sectator*" et 15, 7. ubi epistolis D. Augusti, quas ad Cajum nepotem suum scripsit, tribuitur „*elegantia orationis neque morosa neque anxia, sed facilis et simplex*." Exemplum improbatae formae insolentioris dat *Quinctilian.* 1, 6, 19. „Augustus quoque in epistolis ad C. Caesarem scriptis emendat, quod is *caldum* dicere, quam *calidum* malit, (Spald. contra dedit: „*calidum* dicere, quam *caldum*," quod vix probandum) non quia illud non sit Latinum, sed quia sit odiosum, et, ut ipse Graeco verbo significavit, περίεργον."

praepos. verbis addere] Graev. et Gronov. ediderunt *urbibus* pro *verbis*, secutusque est Ernest. Genuinum esse *verbis*, docet Wolf., et affert exempli loco *adire ad aliquem*, *propugnare pro aliquo*, *inscribere aliquid in loco*, in hoc uno errans, quod de genere eloquendi tantum, non de scriptura Suetonium loqui contendit. Is enim diserte: „necubi *lectorem* vel *auditorem* obtur-

dubitavit, quae detractae afferunt aliquid obscuritatis, etsi gratiam augent. Cacozelos et antiquarios, ut diverso genere vitiosos, pari fastidio sprevit, exagitabatque nonnunquam: in primis Maecenatem suum, cujus μυροβρεχεῖς, ut ait, *cincinnos* usquequaque persequitur, et imitando per jocum irridet. Sed nec Tiberio parcit, et exsoletas interdum et reconditas voces aucupanti. M. quidem Antonium ut insanum increpat, quasi ea scribentem, quae mirentur potius homines, quam intelligant. Deinde ludens malum et inconstans in eligendo genere dicendi

---

baret." Ceterum fragmenta Augusti nimis pauca sunt atque exigua, quum ut argumenta ex iis contra hanc loci interpretationem peti queant. Bremius in textu dedit *urbibus*, in nota defendit *verbis*.

Cacozelos] *Quinctil.* 8, 3, 56. „κακόζηλον id est mala affectatio per omne dicendi genus peccat. Nam et tumida, et exilia, et praedulcia, et abundantia, et arcessita, et exultantia, sub idem nomen cadunt. Denique κακόζηλον vocatur quicquid est ultra virtutem, quoties ingenium judicio caret, et specie boni fallitur; omnium in eloquentia vitiorum pessimum." *Antiquarii* sunt, qui verba formasque antiquas et obsoletas in sermone sectantur.

Maecenatem] quem *Senec.* ep. 92. „ingenium et grande et virile habuisse dicit, nisi illud secum discinxisset," et ep. 114. „non oratio ejus aeque soluta est, quam ipse discinctus? non tam insignita illius verba sunt, quam cultus, quam comitatus, quam domus, quam uxor? Magni ingenii vir fuerat, si illud egisset via rectiore, si non vitasset intelligi, si non etiam in oratione difflueret. Videbis itaque eloquentiam ebrii hominis involutam, et errantem, et licentiae plenam." Affert deinde verba nonnulla Maecenatis, quae optime docent, qui sint illi μυροβρεχεῖς *cincinni*, eadem metaphora ab Augusto dicti, quâ Cicero *calamistris inurere* scribebat Caes. c. 50.

et imitando — irridet] v. *Macrob.* 2, 4.

quasi ea scribentem — intelligant] *Plutarch.* Anton. 2. ἐχρῆτο δὲ τῷ καλουμένῳ μὲν Ἀσιανῷ ζήλῳ τῶν λόγων, ἀνθοῦντι μάλιστα κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον, ἔχοντι δὲ πολλὴν ὁμοιότητα πρὸς τὸν βίον αὐτοῦ, κομπώδη καὶ φρυαγματίαν ὄντα, καὶ κενοῦ γαυριάματος καὶ φιλοτιμίας ἀνωμάλου μεστόν.

ingenium ejus, addit haec: *Tuque dubitas, Cimberne Annius, an Veranius Flaccus imitandi sint tibi? ita ut verbis, quae Crispus Sallustius excerpsit ex Originibus Catonis, utaris? an potius Asiaticorum oratorum, inanibus sententiis, verborum volubilitas in nostrum sermonem transferenda?* Et quadam epistola Agrippinae neptis ingenium collaudans, *Sed opus est*, inquit, *dare te operam, ne moleste scribas, aut loquaris.* [87] Quotidiano sermone quaedam frequentius et notabiliter usurpasse eum, literae ipsius autographae ostentant. In quibus identidem, quum aliquos nunquam soluturos significare vult, *Ad Kalendas Graecas soluturos* ait; et quum hortatur, ferenda esse praesentia, qualiacunque sint, *Contenti simus hoc Catone*; et ad ex-

---

Cimberne Annius] De hoc v. Heyn. ad *Virgil.* Catalect. 2. et Spalding. ad *Quinctil.* 8, 3. 28. Postea utrum *Veranius Flaccus* idem sit, qui *Macrob.* Saturn. 3, 2. commemoratur, an scribendum *Verrius Flaccus* cum aliis, qui celeber et ipse fuit grammaticus, memoratus a *Sueton.* de ill. Gram. 17., fastorum Praenestinorum, ut creditur, auctor, et a *Gellio* 16, 14. et 17, 6. ubi liber ejus *de obscuris Catonis* citatur, post multas virorum doctorum disputationes aeque incertum. Id modo patet, opponi hos grammaticos ut cacozelos et antiquarios oratorum Asiaticorum splendori verborum et magnificentiae, qua Antonius delectabatur, unde iis assentior, qui pro *an* legendum censent *aut*, ne disjungantur duo homines, qui ex ipsius sententiae ratione ad idem genus pertinent.

inanibus sententiis] Plerique interpr. receperunt Gronov. emendationem: *inanis sententiis*, facillimum verborum nexum praestantem, vulg. *inanibus* cum reliquis jungi posse negant. Servavi, ablativos absolutos esse existimans, eo sensu: *ita ut inanes insint sententiae* v. *in maxima sententiarum inanitate*, quo modo tales ablativos inseri sententiae, tritissimum. Si scripsisset Augustus: *inanis sent.*, posuisset hoc, credo, post *verborum volubilitas*. Gaudeo, idem fere sentientem invenisse *Walther.* Observ. p. 29.

Agrippinae neptis] quae nupsit Germanico.

Cont. sim. hoc Catone] i. e. quum verum Catonem non habeamus amplius, hic nobis pro Catone sit, hoc simus contenti, id quod de hominibus aetatis suae dictum postea ad res etiam trans-

primendam festinatae rei velocitatem, *Celerius, quam asparagi coquuntur.* Ponit assidue et pro stulto *baceolum:* et pro pullo *pullejaceum;* et pro cerrito *vacerrosum;* et *vapide se habere,* pro male; et *betizare,* pro languere, quod vulgo *lachanizare* dicitur; item *simus,* pro sumus; et *domos* genitivo casu singulari, pro *domus;* nec unquam aliter haec duo, ne quis mendam magis, quam consuetudinem putet. Notavi et in chirographo ejus illa praecipue: non dividit verba, nec ab extrema parte versuum abundantes literas in alterum transfert, sed ibidem statim subjicit circumducitque. [88] Orthographiam,

---

ferre potuit. Interpretatur dictum auctor ipse verbis: *quum hortatur — qualiacunque sint.* Nos ita dicere possemus: „*Wir wollen mit diesem Herrmann, mit diesem Luther, mit diesem Friedrich zufrieden seyn.*" Hi enim homines ob diversas virtutes aeque in proverbia apud nos abierunt, atque Cato apud Romanos, teste *Valer. Max.* 2, 10, 8.

baceolum] Vel cum Beroaldo leg. *blaceolum*, ut sit a Graeco βλάξ, vel cum aliis *bacelum* a βάκηλος, quod Hesychio est ὁ μέγας καὶ ἀνόητος, nisi *baceolus* liberius formatum est ab ipso Augusto e βάκηλος. v. Casaub.

pro pullo] Intelligo cum aliis de colore pullo. Alii suaserunt: *pro pulejo pulejacium.* Sed recte objicit Ernesti: quomodo tam frequens *pulegii* s. *puleji* mentio?

cerrito] i. e. *cererito*, Δημητρολήπτῳ i. q. *insano.* v. *Horat.* Sat. 2, 3, 278., qui locus *cerritus* scribendum esse per duplex r ob metri rationem, ostendit. *Vacerra* est i. q. *stipes,* unde Augustus novam formam fecit *vacerrosus.*

vapide] a *vapore* i. e. vel morbo ardentiori, vel aestu tempestatis. Al. deducunt a *vappa*, quoniam *Horat.* Sat. 1, 1, 104. conjungit *vappam* ac *nebulonem.* *Vapidum pectus* dicit etiam *Persius* Sat. 5, 117.

betizare] fortasse inductus obscoeno versu *Catull.* 65, 21. Verba: *quod vulgo lach. dicitur,* impugnata ab Ern., quod nulla hujus usus vestigia reperiuntur, jure defendit Bremius ex nostra linguae communis Romanorum ignorantia. Ceterum al. scribi maluerunt *betissare* et *lachanissare,* quoniam literam z pro ss inde ab Augusti demum temporibus a Romanis receptam, e grammaticis constat.

id est, formulam rationemque scribendi a grammaticis institutam, non adeo custodiit: ac videtur eorum potius sequi opinionem, qui perinde scribendum, ac loquamur, existiment. Nam quod saepe non literas modo, sed syllabas, aut permutat aut praeterit, communis hominum error est. Nec ego id notarem, nisi mihi mirum videretur, tradidisse aliquos, legato eum consulari successorem dedisse, ut rudi et indocto, cujus manu *ixi* pro *ipsi* scriptum animadverterit. Quoties autem per notas scribit, *b* pro *a*, *c* pro *b*, ac deinceps eadem ratione, sequentes literas ponit; pro *x* autem duplex *a*. [89] Ne Graecarum quidem disciplinarum leviore studio tenebatur: in quibus et ipsis praestabat largiter, magistro dicendi usus Apollodoro Pergameno, quem jam grandem

---

id est — institutam] Hoc additamentum, glossatori a Burm. tributum, vindicat Ernest., ob majorem, quam quae glossatoris videatur, elegantiam, deinde quod non quamvis, sed a grammaticis demum constitutam orthographiam interpretatur, adeoque non pro communi aliqua definitione, quales e margine nonnunquam in textum irrepserunt, habendum est, denique quod mori Suetonii, tales explicationes addendi, convenit. Idem cum Oudend. *custodit* e cod. Memm. edidit pro *custodiit*, quod per totum caput praesenti utitur auctor. Vulg. bene defendit *Walther*. Obs. p. 19. quod c. 84. est *exercuit*, c. 85. *composuit*, c. 86. *secutus est*, sequentia a verbis: *ac videtur*, auctor ex autographis refert, quare commode tempore praesenti utitur. Ante oculos enim illa habebat in scribendo. Ita c. 87. „literae ipsius autographae *ostentant*."

Quoties a. per notas scribit] v. Caes. 56. *Dio* 51, 3. ἐπέστελλε δὲ καὶ ἐκείνοις (Agrippae et Maecenati) καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς πάνυ φίλοις, ὁπότε τι δέοιτο δι᾽ ἀποῤῥήτων σφίσι δηλῶσαι, τὸ δεύτερον ἀεὶ στοιχεῖον τοῦ τῷ ῥήματι προσήκοντος ἀντ᾽ ἐκείνου ἀντεγγράφων, ubi v. Fabric. — Postea restitui *pro x*, quod omnes libri habent, temere mutatum a Casaubono in *pro z*. Literas enim y et z non esse Latinas, et in Graecis solummodo adhibitas vocabulis inde a tempore Augusti, recte monuerunt Graevius et Oudendorp., qui a genuina lectione non recesserunt.

Apollodoro] A *Strabone* 13, 4, 3. inter celebres Pergamenos memoratur Ἀπολλόδωρος ὁ ῥήτωρ, ὁ τὰς τέχνας συγγράψας, καὶ τὴν Ἀπολλοδώρειον αἵρεσιν παραγαγών. — Μάλιστα δὲ ἐξῆρε τὸν Ἀπολλόδωρον ἡ τοῦ Καίσαρος φιλία τοῦ Σεβαστοῦ, διδάσκαλον τῶν

natu Apolloniam quoque secum ab Urbe juvenis adhuc eduxerat. Deinde eruditione etiam varia repletus est per Arei philosophi, filiorumque ejus Dionysii et Nicanoris, contubernium: non tamen ut aut loqueretur expedite, aut componere aliquid auderet. Nam et, si quid res exigeret, Latine formabat, vertendumque alii dabat. Sed plane poëmatum quoque non imperitus, delectabatur etiam comoedia veteri, et saepe eam exhibuit publicis spectaculis. In evolvendis utriusque linguae auctoribus nihil aeque sectabatur, quam praecepta et exempla publice vel privatim salubria: eaque ad verbum excerpta, aut ad domesticos, aut ad exercituum provinciarumque rectores, aut ad urbis magistratus plerumque mittebat, prout quique monitione indigerent. Etiam libros totos et Senatui recitavit, et populo notos per

---

λόγων γενόμενον, uti ibidem pergit, consentiente *Quinctil.* 3, 1, 17. ubi: „Praecipue tamen in se converterunt studia Apollodorus Pergamenus, qui praeceptor Apolloniae Caesaris Augusti fuit; et Theodorus Gadareus sequ.“ Studiis vacasse Augustum juvenem Apolloniae, legimus c. 8.

per Arei philos. — contubernium] Hanc corruptissimi antea loci, quam Salmasius dedit, emendationem reddidi post Gronovium, Oudend., Wolfium. Varias lectiones, quae nullum fere sensum praebent, vide apud Burm. et Oudendorpium. Ille ita edidit: *Deinde et. er. var. repletus, Sphaeri, Arei phil., filiorumque ej. Dion. et Nic. contub. iniit.* Sed *Sphaeri* nomen et ipsum ex emendatione demum in textum venit, *iniit* a multis Mss. omittitur. De *Areo philosopho* v. Fabric. ad *Dion.* 51, 16. ubi pepercisse dicitur Augustus Alexandrinis ob deum Serapin, Alexandrum conditorem, et Ἄρειον τὸν πολίτην, ᾧ που φιλοσοφοῦντί τε καὶ συνόντι οἱ ἐχρῆτο. cf. *Plutarch.* Anton. 80. — *Sphaerum*, qui prorsus huc non pertinet, memorat *Dio* 48, 33. Σφαῖρον ὁ Καῖσαρ παιδαγωγόν τε καὶ ἐξελεύθερον αὐτοῦ γενόμενον, δημοσίᾳ ἔθαψε, ubi Fabr. a Sphaero Borysthenite, philosopho Stoico, quem *Cic.* Tuscul. 4, 24. laudat, hunc differre, post Torrentium ad h. l. docet.

si quid res exigeret] *Dio* 51, 16. καὶ τόν γε λόγον, δι᾽ οὗ συνέγνω σφίσιν (Alexandrinis), ἑλληνιστί, ὅπως συνῶσιν αὐτοῦ, εἶπε, quam orationem ab Ario s. Areo Graece redditam videri, monuit ibi Fabric.

edictum saepe fecit: ut orationes Q. Metelli *de prole augenda*, et Rutilii *de modo aedificiorum*: quo magis persuaderet, utramque rem non a se primo animadversam, sed antiquis jam tunc curae fuisse. Ingenia seculi sui omnibus modis fovit. Recitantes et benigne et patienter audivit: nec tantum carmina et historias, sed et orationes et dialogos. Componi tamen aliquid de se, nisi et serio, et a praestantissimis, offendebatur; admonebatque Praetores, ne paterentur nomen suum commissionibus obsolefieri. [90] Circa religiones talem accepimus. Tonitrua et fulgura paulo infirmius expavescebat; ut semper et ubique pellem vituli marini circumferret pro remedio,

---

Q. Metelli] Macedonicum intelligendum esse, Censorem primum ex plebe factum cum Q. Pompejo, (a. 623.) patet e *Liv.* Epit. 59. „Q. Metellus Censor censuit, ut omnes cogerentur ducere uxores liberorum creandorum causa. exstat oratio ejus, quam Augustus Caesar, quum de maritandis ordinibus ageret, velut in haec tempora scriptam, in Senatu recitavit.“ *Gell.* 1, 6. ubi Metelli orationem de ducendis uxoribus commemorat, *Numidicum* dicit (Censorem a. 652.) vel ex errore, vel quia idem argumentum sermone tractavit. Sequuntur eum Torrent. ad c. 34., Casaubon. ad h. l. et Fabric. ad *Dion.* 56, 6. Sed vide Duker. ad Liv. l. c. et Oudend. ad h. l. Eundem *Fergusoni* errorem Hist. Rom. 6, 3. corrigit doctissimus interpres p. 376.

Rutilii] Intelligendus videtur P. Rutilius Rufus, de quo v. Clav. Ciceron. Fortasse oratione modum praescripsit, ultra quem aedificare non liceret. Curae hanc rem Augusto fuisse, narrat *Strabo* 5, 3, 7. ἐπεμελήθη μὲν οὖν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ τῶν τοιούτων ἐλαττωμάτων τῆς πόλεως, πρὸς μὲν τὰς ἐμπρήσεις συντάξας στρατιωτικὸν ἐκ τῶν ἀπελευθέρων τὸ βοηθῆσον· πρὸς δὲ τὰς συμπτώσεις τὰ ὕψη τῶν καινῶν οἰκοδομημάτων καθελὼν, καὶ κωλύσας ἐξαίρειν ποδῶν ο' τὸ πρὸς ταῖς ὁδοῖς ταῖς δημοσίαις.

commissionibus] i. e. oratorum poetarumve certaminibus, in Theatro vel Amphitheatro habitis, unde eorum cura ad Praetoris, qui ludis praeerat, munus pertinebat.

pellem vituli marini] *Plin.* 2, 55. (56.) „ex iis, quae terra gignuntur, lauri fruticem non icit (fulmen), nec unquam quinque altius pedibus descendit in terram. Ideo pavidi altiores specus tutissimos putant, aut tabernacula *e pellibus belluarum, quas vitulos appellant*: quoniam hoc solum animal ex marinis non per-

atque ad omnem majoris tempestatis suspicionem in abditum et concameratum locum se reciperet; consternatus olim per nocturnum iter transcursu fulguris, ut praediximus. [91] Somnia neque sua, neque aliena de se, negligebat. Philippensi acie, quamvis statuisset non egredi tabernaculo propter valetudinem, egressus est tamen amici somnio monitus: cessitque res prospere, quando captis castris lectica ejus, quasi ibi cubans remansisset, concursu hostium confossa atque lacerata est. Ipse per omne ver plurima, et formidolosissima, et vana, et irrita videbat: reliquo tempore rariora, et minus vana. Quum dedicatam in Capitolio aedem Tonanti Jovi assidue frequentaret, somniavit, queri Capitolinum Jovem,

---

cutiat; sicut nec e voluc̄ribus aquilam, quae ob hoc armigera hujus teli fingitur."

transcursu fulguris] v. c. 29. Pro *praediximus* al. e glossemate *supra diximus*, nisi utrumque additicium est.

Philippensi acie — monitus] *Vell.* 2, 70. „ipse Caesar, etiamsi infirmissimus valetudine erat, obibat munia ducis, *oratus etiam ab Artorio medico*, ne in castris remaneret, manifesta denunciatione quietis territo." *Plutarch.* Anton. 22. ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς ὑπομνήμασι γέγραφε, τῶν φίλων τινὸς ὄναρ ἰδόντος, ἀνεχώρησε πρὸ τῆς μάχης, et Brut. 41. Καῖσαρ μέν, ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν ἱστορεῖ, τῶν φίλων τινός, Ἀρτωρίου Μάρκου, καθ' ὕπνον ἰδόντος ὄψιν κελεύουσαν ἐκστῆναι Καίσαρα, καὶ μετελθεῖν ἐκ τοῦ χάρακος, ἔφθασε μικρὸν ὑπεκκομισθείς, ἔδοξέ τε τεθνάναι. τὸ γὰρ φορεῖον κενὸν ἀκοντίοις καὶ ὑσσοῖς βάλλοντες διήλασαν. cf. *Appian.* 4, 110. *Dio* 47, 41. ὁ δ' ἰατρὸς ὁ συνὼν τῷ Καίσαρι ἐνόμισέν οἱ τὴν Ἀθηνᾶν προςτάσσειν, ἔκ τε τῆς σκηνῆς αὐτόν, καίτοι καὶ τότε ἔτι κακῶς ἀῤῥωστοῦντα, ἐξαγαγεῖν, καὶ ἐς τὴν παράταξιν καταστῆσαι. ὑφ' οὗπερ καὶ ἐσώθη κ. τ. λ. cf. *Flor.* 4, 7, 9. *Valer. M.* 1, 7, 1. *Lactant.* Inst. 2, 7, 22. *Tertullian.* de anima c. 46. N. l. alii *medici* pro *amici*. Utrumque verum, ut patet e locis citatis. *Amici* tamen praeferendum, quod Plutarchus habet τῶν φίλων τινός utroque loco, et *medici* substitutum videtur e serioribus scriptoribus. Eadem confusio erat Caes. c. 4.

per omne ver — videbat] Causam medicorum filii quaerant in eo, quod c. 81. „*initio veris praecordiorum inflatione tentabatur.*" Valetudinis diversam conditionem diversa somnia gignere, quis non est expertus?

cultores sibi abduci: seque respondisse, Tonantem pro janitore ei appositum: ideoque mox tintinnabulis fastigium aedis redimiit, quod ea fere januis dependebant. Ex nocturno visu etiam stipem quotannis die certo emendicabat a populo, cavam manum asses porrigentibus praebens. [92] Auspicia et omina quaedam pro certissimis observabat. Si mane sibi calceus perperam, ac sinister pro dextero induceretur, ut dirum: si, terra marive ingrediente se longinquam profectionem, forte rorasset, ut laetum, maturique et prosperi reditus. Sed et ostentis praecipue movebatur. Enatam inter juncturas lapidum ante domum suam palmam in compluvium Deorum

---

Quum dedicatam — dependebant] De aede *Jovis Tonantis* v. c. 29. Somnium narrat *Dio* 54, 4. μετὰ ταῦτα ὄναρ τῷ Αὐγούστῳ τοιόνδε ἐπέστη. τῶν γὰρ ἀνθρώπων, τὸ μέν τι, πρὸς τὸ ξένον καὶ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ καὶ τοῦ εἴδους, τὸ δὲ καί, ὅτι ὑπὸ τοῦ Αὐγούστου ἵδρυτο, μέγιστον δέ, ὅτι πρώτῳ οἱ ἀνιόντες ἐς τὸ Καπιτώλιον ἐνετύγχανον, προσερχομένων τε αὐτῷ καὶ σεβόντων, (ex quo loco legendum fere nostro puto *frequentarent*) ἔδοξε τὸν Δία τὸν ἐν τῷ μεγάλῳ ναῷ ὄντα, ὀργὴν ὡς καὶ τὰ δεύτερα αὐτοῦ φερόμενον ποιεῖσθαι, καὶ ἐκ τούτου ἐκείνῳ τε εἰπεῖν, (ὡς ἔλεγεν) ὅτι προφύλακα τὸν Βροντῶντα ἔχοι. καὶ ἐπειδὴ ἡμέρα ἐγένετο, κώδωνα αὐτῷ περιῆψε, βεβαιῶν τὴν ὀνείρωξιν. οἱ γὰρ τὰς συνοικίας νύκτωρ φυλάσσοντες κωδωνοφοροῦσιν, ὅπως σημαίνειν σφίσιν, ὁπόταν βουληθῶσι, δύνωνται. Imperfectum *dependebant*, pro quo Oudend. suaserat *dependeant*, bene se habere, ut actionem Augusti respiciens, neque tamen Suetonii aetate hunc morem omissum significans, docet Wolfius.

Ex nocturno visu — praebens] *Dio* 54, 35. ἤδη δὲ καὶ ἐκεῖνο ἤκουσα, ὅτι καὶ ἄλλο τι ἀργύριον, ἐκ λογίου τινὸς ἢ καὶ ὀνείρατος, παρὰ τῶν προστυχόντων οἱ, ὡς καὶ προσαιτῶν, ἐν μιᾷ τοῦ ἔτους ἡμέρᾳ ἐλάμβανε. καὶ τοῦτο μέν, εἴ γέ τῳ πιστόν, οὕτω παραδέδοται. Illustrat rem Casaubonus ex more veterum, quo rerum felicitatem contrariae conditionis mentione temperabant, Nemesin ut rerum laetarum comitem exoraturi.

calceus — induceretur] *Plin.* 2, 7. (5.) „Divus Augustus laevum prodidit sibi calceum praepostere inductum, quo die seditione militari prope afflictus est."

compluvium] *Compluvium* s. *impluvium* aperta erat area in mediis aedibus, ad lumen immittendum excipiendamque pluviam. Ara ibi erat Deorum Penatium. v. Clav. Cicer. sub v.

Penatium transtulit; utque coalesceret, magno opere curavit. Apud insulam Capreas, veterrimae ilicis demissos jam ad terram languentesque ramos convaluisse adventu suo, adeo laetatus est, ut eas cum republica Neapolitanorum permutaverit, Aenaria data. Observabat et dies quosdam, ne aut postridie nundinas quoquam proficisceretur, aut Nonis quicquam rei seriae inchoaret; nihil in hoc quidem aliud devitans, ut ad Tiberium scribit, quam δυσφημίαν nominis. [93] Peregrinarum cerimoniarum sicut veteres ac praeceptas reverentissime coluit, ita ceteras contemtui habuit. Namque Athenis initiatus, quum postea Romae pro tribunali de privilegio sacerdotum Atticae Cereris cognosceret, et quaedam secretiora

---

Penates. Contra Lares colebantur in foco, qui erat in atrio. v. ibid. *Lares.*

ut eas — permutaverit, Aen. data] *Dio* 52, 43. ad a. 725. καὶ τὴν Καπρίαν παρὰ τῶν Νεαπολιτῶν, ὧνπερ τὸ ἀρχαῖον ἦν, ἀντιδόσει χώρας ἠλλάξατο. κεῖται δὲ οὐ πόῤῥω τῆς κατὰ Συῤῥεντὸν ἠπείρου, κ. τ. λ. *Strabo* 5, 4, 9. αἱ δὲ Κάπρεαι δύο πολίχνας εἶχον τὸ παλαιόν, ὕστερον δὲ μίαν. Νεαπολῖται δὲ καὶ ταύτην κατέσχον, πολέμῳ δὲ ἀποβαλόντες τὰς Πιθηκούσας, (quae postea *Aenariae* nomen acceperunt) ἀπέλαβον πάλιν, δόντος αὐτοῖς Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ, τὰς δὲ Καπρέας ἴδιον ποιησαμένου κτίσμα (v. κτῆμα), καὶ κατοικοδομήσαντος.

postridie nundinas] Fortasse ob *novendiales*, mortuis sacros. *Macrob.* Saturn. 1, 13. „quoties incipiente anno dies coepit, qui addictus est nundinis, omnis ille annus infaustis casibus luctuosus fuit; maximeque Lepidiano tumultu opinio ista firmata est." v. Casaub. ad h. l. et Fabric. ad *Dion.* 40, 47. et 48, 33. — In *Nonis* δυςφημία *nominis* (patet enim, hanc, non *ominis*, veram esse lectionem) quaerenda est in dissecta voce, ubi oritur *non is*, quo ire et omnino agere aliquid vetabantur.

Peregr. cerimoniarum] Genitivo generis praeposito subjunguntur species. v. supra c. 48. *regnorum.* Pro *praeceptas* i. e. antea captas, usitatas (*früher angenommene*) al. *receptas*, quod interpretationem sapit.

Athenis initiatus] quum devicto Antonio a. 723. eo venisset. *Dio* 51, 4. καὶ τῶν τοῖν θεοῖν (Cereris et Proserpinae) μυστηρίων μετέλαβεν.

proponerentur, dimisso consilio et corona circumstantium, solus audiit disceptantes. At contra, non modo in peragranda Aegypto paulo deflectere ad visendum Apin supersedit; sed et Cajum nepotem, quod Judaeam praetervehens apud Hierosolymam non supplicasset, collaudavit. [94] Et quoniam ad haec ventum est, non ab re fuerit, subtexere, quae ei prius, quam nasceretur, et ipso natali die, ac deinceps evenerint, quibus futura magnitudo ejus et perpetua felicitas sperari animadvertique posset. Velitris antiquitus tacta de coelo parte muri, responsum est, ejus oppidi civem quandoque rerum potiturum: qua fiducia Veliterni, et tunc statim, et postea saepius, paene ad exitium sui, cum populo Romano belligeraverunt. Sero tandem documentis apparuit, ostentum illud Augusti potentiam portendisse. Auctor est Julius Marathus, ante paucos, quam nasceretur, menses, prodigium Romae factum publice, quo denunciabatur, regem populo Romano naturam parturire: Senatum exterritum censuisse, ne quis illo anno genitus educaretur: eos, qui gravidas uxores haberent, quod ad se quisque spem traheret, curas-

---

consilio] Ita optimi interpretes dederunt pro *concilio.* Consilium est judicum, quod opponitur vulgi circumstantis coronae. Postea *paulo* ex plerisque codd. restituit Oudend. Parum interest, sive *ein wenig*, sive *um ein wenig* dixeris.

Hierosolymam] Burm. et Oudend. praeferunt *Hierosolyma* ob usum scriptoris Ner. 40. Tit. 5. v. Ern. ad *Tac.* Hist. 5, 2. Sed saepius scriptores eidem formae se non adstringunt, quando variae frequentabantur. *Supplicare* est i. q. *sacrificare.* v. ind.

belligeraverunt] Sic dedi cum Medio. et duobus Vindobon. pro *belligeraverant.*

Julius Marathus] libertus Augusti, qui memoriam ejus scripsit. v. supra c. 79.

publice] i. e. loco publico, unde apparebat, ad totam Rempublicam prodigium pertinere.

populo Romano] Recepi dativum cum Gronov. Burm. Oudend., ut *parturire* sit i. q. parturientem destinare. Al. *populi Rom.* Postea in ed. Burm. vitiose est *a se* pro *ad se.*

se, ne Senatusconsultum ad aerarium deferretur. In Asclepiadis Mendetis Θεολογουμένων libris lego, Atiam, quum ad sollemne Apollinis sacrum media nocte venisset, posita in templo lectica, dum ceterae matronae dormirent, obdormisse; draconem repente irrepsisse ad eam, pauloque post egressum; illamque expergefactam, quasi a concubitu mariti, purificasse se: et statim in corpore ejus exstitisse maculam, velut depicti draconis, nec potuisse unquam exigi, adeo ut mox publicis balineis perpetuo abstinuerit: Augustum natum mense decimo, et ob hoc Apollinis filium existimatum. Eadem Atia prius, quam pareret, somniavit, intestina sua ferri ad sidera, explicarique per omnem terrarum et coeli ambitum. Somniavit et pater Octavius, utero Atiae jubar solis exortum. Quo natus est die, quum de Catilinae conjuratione ageretur in Curia, et Octavius ob uxoris puerperium serius affuisset, nota ac vulgata res est, P. Nigidium, comperta morae causa,

---

Asclepiadis Mendetis] De hoc *Asclepiade* Aegyptio (*Mendes* enim a nomo Mendesio dicitur) nihil constat. Rem narrat *Dio* 45, 1. ἡ Ἀττία δεινῶς ἰσχυρίζετο ἐκ τοῦ Ἀπόλλωνος αὐτὸν κεκυηκέναι, ὅτι καταδαρθεῖσά ποτε ἐν ναῷ αὐτοῦ, δράκοντί τινι μίγνυσθαι ἐνόμισε, καὶ διὰ τοῦτο τῷ ἱκνουμένῳ χρόνῳ ἔτεκε. Ceterum vitiosam esse lectionem: *dum cet. matr. dormirent*, nemo non vidit. *Dum* enim h. l. esse debet Germ. *bis*, quod docet et modus subjunctivus, et quod causam significat, cur Atia lecticam in templo posuerit. Nisi quis igitur totum comma resecandum censet cum Torrentio, probanda est emendatio vel Graevii: *dum cet. matr. domum irent*, quae placuit Oudendorpio et Fabricio ad *Dionis* l. c., vel Ernestii: *dum — venirent* v. *convenirent*, quae sane praecedentibus: *posita in t. lectica*, optime convenit, laudata etiam a Wolfio. Alias conjecturas v. apud Burmannum.

purificasse] ne sacra pollurerentur.

Eadem Atia — ambitum] *Dio* l. c. πρίν τε ἢ εἰς φῶς ἐξιέναι, ἔδοξεν ὄναρ τὰ σπλάγχνα ἑαυτῆς ἐς τὸν οὐρανὸν ἀναφέρεσθαι, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἐπεκτείνεσθαι.

pa er Octavius] *Dio* l. c. καὶ τῇ αὐτῇ νυκτὶ καὶ ὁ Ὀκταούϊος ἐκ τοῦ αἰδοίου αὐτῆς τὸν ἥλιον ἀνατέλλειν ἐνόμισεν.

P. Nigidium] *Dio*: ἄρτι τε ὁ παῖς ἐγεγέννητο, καὶ Νιγίδιος

ut horam quoque partus acceperit, affirmasse, dominum terrarum orbi natum. Octavio postea, quum per secreta Thraciae exercitum duceret, in Liberi patris luco barbara cerimonia de filio consulenti, idem affirmatum est a sacerdotibus: quod, infuso super altaria mero, tantum flammae emicuisset, ut supergressa fastigium templi ad coelum usque ferretur; unique [olim] omnino Magno Alexandro, apud easdem aras sacrificanti, simile provenisset ostentum. Atque etiam insequenti statim nocte videre visus est filium mortali specie ampliorem, cum fulmine et sceptro, exuviisque Jovis Optimi Maximi, ac radiata corona, super laureatum currum, bis senis

---

Φίγουλος βουλευτὴς παραχρῆμα αὐτῷ τὴν αὐταρχίαν ἐμαντεύσατο. ἄριστα γὰρ τῶν καθ' ἑαυτὸν τήν τε τοῦ πόλου διακόσμησιν, καὶ τὰς τῶν ἀστέρων διαφοράς, ὅσα τε καθ' ἑαυτοὺς γιγνόμενοι, καὶ ὅσα συμμιγνύντες ἀλλήλοις ἔν τε ταῖς ὁμιλίαις καὶ ἐν ταῖς διαστάσεσιν ἀποτελοῦσι, διέγνω· καὶ κατὰ τοῦτο καὶ αἰτίαν, ὥς τινας ἀποῤῥήτους διατριβὰς ποιούμενος, ἔσχεν. οὗτος οὖν τότε τὸν Ὀκταούϊον βραδύτερον ἐς τὸ συνέδριον, διὰ τὸν τοῦ παιδὸς τόκον, (ἔτυχε γὰρ βουλὴ οὖσα) ἀπαντήσαντα ἀνήρετο, διὰ τί ἐβράδυνε· καὶ μαθὼν τὴν αἰτίαν, ἀνεβόησεν ὅτι, Δεσπότην ἡμῖν ἐγέννησας. καὶ αὐτὸν ἐκταραχθέντα ἐπὶ τούτῳ, καὶ διαφθεῖραι τὸ παιδίον ἐθελήσαντα, ἐπέσχεν, εἰπών, ὅτι Ἀδύνατόν ἐστι τοιοῦτόν τι αὐτὸν παθεῖν. τότε μὲν δὴ ταῦτ' ἐλέχθη.

in Liberi patris luco] Attulit Ernest. ad hunc locum illustrandum *Macrob.* Saturn. 1, 18. „Item in Thracia eundem haberi Solem atque Liberum accipimus; quem illi Sebazium nuncupantes magnifica religione celebrant, ut Alexander scribit; eique Deo in colle Zilmisso aedes dicata est specie rotunda, cujus medium interpatet tectum. rotunditas aedis monstrat hujusce sideris speciem, summoque tecto lumen admittitur sequ."

unique [olim] omnino] *Olim* uncis inclusi cum Oudend. Deest enim in pluribus, et minime necessarium est h. l. et inconcinnum. Postea dedi *insequenti statim nocte* pro *sequenti nocte statim*, ob frequentem usum illius verbi apud Suet. et ordinem verborum concinniorem. Favent codd.

laureatum currum] Variae super h. l. fuere virorum doctorum conjecturae, quas vide apud Burm. et Oudend. Optima emendatio esset, quae codice Ursini nititur *super deauratum currum*, probata ab Ern., Ruhnken., Wolfio, nisi bene se haberet

equis candore eximio trahentibus. Infans adhuc, ut scriptum apud C. Drusum exstat, repositus vespere in cunas a nutricula, loco plano, postera luce non comparuit: diuque quaesitus, tandem in altissima turri repertus est, jacens contra solis exortum. Quum primum fari coepisset, in avito suburbano obstrepentes forte ranas silere jussit: atque ex eo negantur ibi ranae coaxare. Ad quartum lapidem Campanae viae, in nemore prandenti ex improviso aquila panem ei e manu rapuit: et, quum altissime evolasset, rursus ex improviso leniter delapsa, reddidit. Q. Catulus

---

vulgata. Apud *Xenophontem* Cyrop. 8, 3, 12. in pompa Cyri erat ἅρμα λευκόν, χρυσόζυγον, ἐστεμμένον, Διὸς ἱερόν, et Ἡλίου ἅρμα λευκόν, καὶ τοῦτο ἐστεμμένον. In triumphis autem non currus modo, sed fores etiam arasque lauris redimitas fuisse, nota res est. Ceterum non opus est, ut *super*, quod pendet a *videre*, cum Bremio accipiamus pro *insuper*, *praeterea*, quamquam saepius a Nostro ita usurpatum. Ablativi autem *bis senis — trahentibus* bene subjunguntur descriptioni, ut Graecorum genitivi. Quod ad *equos candore eximios* attinet, v. interpr. ad *Curt.* 3, 3, 11. ubi: „*currum* deinde Jovi sacratum *albentes* vehebant equi" et ad *Flor.* 1, 5, 6., Oudend. ad h. l.

apud C. Drusum] Jure *Müller.* in sched. legendum censet: *Caesarem Drusum.* Idem *locum planum* imum esse docet conclave (*Zimmer par terre*) opp. turri, quae in eadem domo erat.

ranas] Ob hanc rem Maecenatem putant ranam sigillo insculptam habuisse, quod narrat *Plin.* 37, 1. v. *Meibom.* Maecen. c. 25. de ea opinione disserentem.

Ad quartum lapidem] *Dio* 45, 2. τρεφομένου δὲ ἐν ἀγρῷ αὐτοῦ, ἀετὸς ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ ἐξαρπάσας ἄρτον, ἐμετεωρίσθη (i. e. *evolare*; n. enim l. vulgo *volasset*, absorpta litera *e* a praecedente *altissime*, ut recte monuerunt Burm. aliique) καὶ μετὰ τοῦτο καταπτάμενος, ἀπέδωκεν αὐτόν. Idem narrat Zonaras. *Campanam viam Fabrett.* Inscript. p. 481. mediam dicit inter Ostiensem et Appiam, cum qua ab aliis confunditur.

Q. Catulus] *Dio* l. c. ὅ τε Κατοῦλος, οὐδ' αὐτός που ἑωρακὼς τὸν Ὀκταούιον, ἐνόμισε τοὺς παῖδας ἐν τοῖς ὕπνοις τοὺς εὐγενεῖς πάντας ἐν τῷ Καπιτωλίῳ πρόσοδον πρὸς τὸν Δία πεποιῆσθαι, καὶ ἐν αὐτῇ τὸν θεὸν εἰκόνα τινὰ τῆς Ῥώμης ἐς τὸν ἐκείνου κόλπον ἐμβεβληκέναι. ἐκπλαγεὶς δὲ ἐπὶ τούτῳ, ἀνῆλθεν ἐς τὸ Καπιτώλιον προσευξόμενος τῷ θεῷ· καὶ ἐκεῖ τὸν Ὀκταούιον εὑρὼν ἄλλως ἀναβεβηκότα, τό τε εἶδος

post dedicatum Capitolium duabus continuis noctibus somniavit: prima, Jovem Optimum Maximum e praetextatis compluribus, circum aram ludentibus, unum secrevisse, atque in ejus sinum signum Reipublicae, quod manu gestaret, reposuisse. At insequenti, animadvertisse se in gremio Capitolini Jovis eundem puerum: quem quum detrahi jussisset, prohibitum monitu Dei, tanquam is ad tutelam Reipublicae educaretur. Ac die proximo obvium sibi Augustum, quum incognitum alias haberet, non sine admiratione contuitus, simillimum dixit puero, de quo somniasset. Quidam prius somnium Catuli aliter exponunt, quasi Jupiter compluribus praetextatis, tutorem a se poscentibus, unum ex eis demonstrasset, ad quem omnia desideria sua referrent: ejusque osculum delibatum digitis ad os suum

---

αὐτοῦ πρὸς τὸ ἐνύπνιον προςήρμοσε, καὶ τὴν ἀλήθειαν τῆς ὄψεως ἐβεβαιώσατο.

signum Reip.] *Dio* vertit: εἰκόνα τινὰ τῆς Ῥώμης, ut inepta adeo appareat interpretatio Casauboni, quam sequuntur Reitz. et Bremius, de δημοσίᾳ σφραγῖδι, cui insculptam fuisse putant urbis Romae imaginem.

insequenti] Junctim scribendum sic esse, non *in sequenti*, docet praecedens *prima* sine praepositione, et usus scriptoris, de quo consule ind. in *insequi*.

tutorem] Simile somnium Ciceroni tribuit *Plutarch.* Cic. 44., in quo, postquam Senatorum filii ad Jovem accesserant omnes, Octavio etiam propinquante, videbatur Deus ἐκτεῖναι τὴν δεξιάν, καὶ εἰπεῖν· ὦ Ῥωμαῖοι, πέρας ὑμῖν ἐμφυλίων πολέμων οὗτος ἡγεμὼν γενόμενος. Diversum enim id est ab eo, quod proxime Noster narrat.

ejusque osculum — retulisset] Intelligo cum Ern. de digitis, pueri labellis impositis, deinde ad sua admotis, quo osculum ab illo ad se revera referebatur. Hic osculandi pueros maxime modus apud nos adhuc est usitatus. Burm. putat, Jovem prius digitis osculum, i. e. parvi pueri os, leviter tetigisse, simulque eum levasse, et ori suo admovisse pueri os; eumque sequuntur Oudend. et Wolf. Argutantur, ut mihi videtur, in primitiva significatione voc. *osculum*, quod ex asse respondet nostro *Mäulchen*.

retulisset. M. Cicero, C. Caesarem in Capitolium prosecutus, somnium pristinae noctis familiaribus forte narrabat: puerum, facie liberali, demissum coelo catena aurea, ad fores Capitolii constitisse, eique Jovem flagellum tradidisse; deinde, repente Augusto viso, quem ignotum adhuc plerisque avunculus Caesar ad sacrificandum acciverat, affirmavit ipsum esse, cujus imago secundum quietem sibi obversata sit. Sumenti virilem togam tunica lati clavi, resuta ex utraque parte, ad pedes decidit. Fuerunt, qui interpretarentur, non aliud significare, quam ut is ordo, cujus insigne id esset, quandoque ei subjiceretur. Apud Mundam D. Julius castris locum

---

Ita *Tac.* H. 1, 36. *jacere oscula*, quod *Xiphil.* 64, 8. φιλήματα διὰ τῶν δακτύλων πέμπειν.

M. Cicero] *Dio* l. c. παιδίσκου τε αὐτοῦ ὄντος, καὶ τὴν διατριβὴν ἐν τῇ Ῥώμῃ ποιουμένου, ἔδοξέ ποτε ὁ Κικέρων ὄναρ, ἁλύσει τέ αὐτον χρυσαῖς ἐς τὸ Καπιτώλιον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καθιμῆσθαι, καὶ μάστιγα παρὰ τοῦ Διὸς εἰληφέναι· καὶ (οὐ γὰρ ἠπίστατο ὅστις ἦν) περιέτυχέ τε αὐτῷ τῆς ὑστεραίας ἐν αὐτῷ τῷ Καπιτωλίῳ, καὶ γνωρίσας αὐτόν, διηγήσατο τοῖς παροῦσι τὴν ὄψιν, ad qu. l. notat Fabric., *flagellum* symbolum fuisse eripiendae Romanis libertatis, quum flagris servos tantum coercerent.

Sumenti vir. togam] *Dio* l. c. μειρακιωθέντος δὲ μετὰ τοῦτο αὐτοῦ, καὶ ἐς τοὺς ἐφήβους ἐσιόντος, τήν τε ἐσθῆτα τὴν ἀνδρικὴν ἐνδύντος, ὁ χιτὼν περιεῤῥάγη τε ἑκατέρωθεν ἀπὸ τῶν ἐπωμίδων, καὶ μέχρι τῶν ποδῶν κατεῤῥύη. τοῦτο αὐτὸ μὲν καθ᾽ ἑαυτὸ οὐχ ὅπως τέκμαρσίν τινα, ὡς καὶ ἀγαθόν τι προσημαίνει, ἔφερεν, ἀλλὰ καὶ ἠνίασε τοὺς παρόντας, ὅτι ἐν τῇ πρώτῃ τοῦ ἀνδρικοῦ χιτῶνος ἐνδύσει συνεβεβήκει· ἐπελθὸν δὲ τῷ Ὀκταουΐῳ εἰπεῖν, ὅτι Τὸ ἀξίωμα τὸ βουλευτικὸν πᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας μου σχήσω· ἔκβασιν πρὸς τὸ λεχθὲν ἔλαβεν. *Latum clavum* simul cum toga virili singulari Caesaris beneficio adolescentulo Octavio datum videri, quum vetere more ab iis demum sumeretur, qui post gestos honores in Senatum admitterentur, monuimus ad c. 38. Aliam minus probabilem rationem dat *Ferrarius* de re vest. 3, 13. De *suturis* tunicarum agit Id. 3, 16. — Postea injuria Ern. scribendum duxit *significari*. Suppl. *id.*

Apud Mundam] *Dio* 43, 41. Caesarem post hoc proelium maximarum rerum spem concepisse narrat, διά τε τἆλλα, καὶ οὐχ ἥκιστα ὅτι βλαστός τις ἐκ φοίνικος, ἐν τῷ τῆς μάχης χωρίῳ

capiens, quum silvam caederet, arborem palmae repertam conservari, ut omen victoriae, jussit: ex ea continuo enata soboles adeo in paucis diebus adolevit, ut non aequipararet modo matricem, verum et obtegeret, frequentareturque columbarum nidis; quamvis id avium genus duram et asperam frondem maxime vitet. Illo et praecipue ostento motum Caesarem ferunt, ne quem alium sibi succedere, quam sororis nepotem, vellet. In secessu Apolloniae Theogenis mathematici pergulam comite Agrippa ascenderat: quum Agrippae, qui prior consulebat, magna et paene incredibilia praedicerentur, reticere ipse genituram suam, nec velle edere perseverabat, metu ac pudore, ne minor inveniretur. Qua tamen post multas adhortationes vix et cunctanter edita, exsiluit Theogenes, adoravitque eum. Tantam mox fiduciam fati Augustus habuit, ut thema suum vulgaverit, nummumque argenteum nota sideris Capricorni, quo natus est, percusserit. [95] Post necem Caesaris, reverso ab Apollonia et ingrediente eo Urbem, repente liquido ac puro sereno, circulus ad

---

ὄντος, εὐθὺς ἐπὶ τῇ νίκῃ ἐξέφυ, additque: καὶ οὐ λέγω μέν, ὅτι συνέφερέ τῃ τούτῳ (Casaub. ad h. l. corrigit: ὅτι οὐκ ἔφερέ τῃ τοῦτο, ut φέρειν sit i. q. σημαίνειν), ἀλλ' οὐκ ἐκείνῳ γε ἔτι, ἀλλὰ τῷ τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ ἐγγόνῳ τῷ Ὀκταουΐῳ. συνεστρατεύετό τε γὰρ αὐτῷ, καὶ ἐκ τῶν πόνων τῶν τε κινδύνων αὐτοῦ ἐκλάμψειν ἔμελλεν.

pergulam] Ern. interpretatur ὑπερῷον, diaetam in loco edito. Docuit in *pergula* Crassitius Grammaticus, auctore Nostro de illustr. Gr. 18. — Agrippam cum Augusto Apolloniae fuisse, docet etiam *Vell.* 2, 59.

ut thema suum vulgaverit] *Dio* 56, 25. οὕτως οὐδὲν τῷ Αὐγούστῳ τῶν καθ' ἑαυτὸν ἔμελεν, ὥστε καὶ ἐκ προγραφῆς πᾶσι τὴν τῶν ἀστέρων διάταξιν, ὑφ' ὧν ἐγεγέννητο, φανερῶσαι.

nummumque argenteum] Plures nummos diversae materiae, quibus insculpta Capricorni nota, Augusti s. Σεβαστοῦ nomen prae se ferentes, dedit *Patinus* ad h. l. tabula XIII. no. 2. cf. Fabric. ad *Dion.* l. c.

liquido ac puro sereno] *Serenum* substantive dictum, ut saepius, nec audiendus Reitz., qui adjectivorum alterum ex interpretatione ortum existimat. Saepius praeter necessitatem plura

speciem coelestis arcus orbem solis ambiit: ac subinde Juliae, Caesaris filiae, monumentum fulmine ictum est. Primo autem consulatu ei augurium capienti duodecim se vultures, ut Romulo, ostenderunt: et immolanti omnium victimarum jocinera replicata intrinsecus ab ima fibra parue-

---

ejusdem potestatis vocabula jungit Noster. Nos etiam: *bei hellem, heiterm Himmel.*

circulus — ambiit] *Vell.* 2, 59. „quum intraret Urbem, Solis orbis (super caput ejus) curvatus aequaliter rotundatusque, in colorem arcus, velut coronam tanti mox viri capiti imponens, conspectus est.“ *Senec.* Nat. Quaest. 1, 2. „circa Solem visum coloris varii circulum, qualis esse in arcu solet“ narrat. *Versicolorem circulum* dicit *Plin.* 2, 28. cf. *Oros.* 6, 28. *Dio* 45, 4. ἐς τὴν Ῥώμην ἐσιόντος αὐτοῦ, ἶρις πάντα τὸν ἥλιον πολλὴ καὶ ποικίλη περιέσχεν, cui compares *Zonar.* 10, 13.

Primo a. consulatu] *Dio* 46, 46. τῇ πρώτῃ τῶν ἀρχαιρεσιῶν ἐς τὸ πεδίον τὸ ἄρειον ἐσελθών, γῦπας ἕξ, καὶ μετὰ ταῦτα δημηγορῶν τι πρὸς τοὺς στρατιώτας, ἄλλους δώδεκα εἶδε, quod confirmare videtur opinionem Casauboni, candidato consulatus Octaviano hoc augurium contigisse existimantis. Sed praeterquam, quod Octavianus consulatum rapuit, non legitime professus est, magistratibus tantum, non candidatis, auguria capere licuisse, constat, atque *Appian.* 3. 94. diserte: αἱρεθεὶς δὲ αὐτός — πόλιν ὡς ὕπατος ἐσῄει καὶ ἔθυε, δώδεκά οἱ γυπῶν φανέντων, ὅσους φασὶ καὶ Ῥωμύλῳ τὴν πόλιν οἰκίζοντι ὀφθῆναι.

immolanti] Subjungit hoc Suetonius per ὕστερον πρότερον, ut monuere Casaub. ad h. l. et Wesseling. Observ. 2, 18. p. 218. Accidit enim hoc Octaviano ante consulatum, ut docet *Dio*, qui suo loco rem narrat 46, 35. θύοντι αὐτῷ, ὅτε τὸν κόσμον καὶ τὴν ἐξουσίαν τοῦ στρατηγοῦ ἔλαβε, διττὰ τὰ ἥπατα ἐν πᾶσι τοῖς ἱερείοις, δώδεκα οὖσιν, εὑρέθη. *Plin.* 11, 37. (73.) „Divo Augusto Spoleti sacrificanti primo potestatis suae die sex victimarum jecinora replicata intrinsecus ab ima fibra reperta sunt; responsumque duplicaturum intra annum imperium.“

replicata] Docta est super h. l. disputatio *Jo. Christ. Forwerckii*, qua ostendit, *jecinora replicata*, διττά, s. *duplicia*, *duplicata* (ut *Valer. Max.* 1, 6, 9. *caput jecinoris duplex* dicit) esse praegrandia, solitam magnitudinem excedentia. Comparat *Cic.* de Divin. 1, 14. „tenebrae *conduplicantur*“ i. e. augentur; ad Herenn. 3, 4. „*duplicatur* voluntas“ i. e. augetur; *Virgil.* Ecl. 2, 67. „sol *duplicat* umbras,“ cui respondet: *majores cadunt um-*

runt; nemine peritorum aliter conjectante, quam laeta per haec et magna portendi. [96] Quin et bellorum omnium eventus ante praesensit. Contractis ad Bononiam Triumvirorum copiis, aquila tentorio ejus supersedens duos corvos hinc et inde infestantes afflixit, et ad terram dedit; notante omni exercitu, futuram quandoque inter collegas discordiam talem, qualis secuta est, atque exitum praesagiente. In Philippis, Thessalus quidam de futura victoria nunciavit, auctore D. Caesare, cujus sibi species itinere avio occurrisset. Circa Perusiam sacrificio non litante, quum augeri hostias imperasset, ac subita eruptione hostes omnem rei divinae apparatum abstulissent, constitit inter haruspices, quae periculosa et adversa sacrificanti denunciata essent, cuncta in illos recasura, qui exta haberent. Neque aliter evenit. Pridie, quam Siciliensem pugnam classe committeret,

---

brae al. quae legisse, neminem poenitebit. Nimirum ob nimiam magnitudinem ita se replicuerant exta, ut duplicia viderentur.

paruerunt] *Dio* εὑρέθη, *Plin.* reperta sunt. Inepte in vulg. *patuerunt*. v. Oudend. ad h. l.

ad Bononiam] *Dio* 47, 1. Καίσαρι τότε εὐθὺς ἐπὶ ταῖς συνθήκαις ἀετὸς, ὑπέρ τε τῆς σκηνῆς αὐτοῦ ἱδρυθεὶς, καὶ δύο κόρακας προςπεσόντας οἱ, τίλλειν τε τῶν πτερῶν πειρωμένους, ἀποκτείνας, τὴν νίκην κατ᾽ ἀμφοτέρων αὐτῶν ἔδωκε. cf. *Zonar.* 10, 16.

In Philippis] *Dio* 47, 41. ἀνὴρ Θεσσαλὸς ἔδοξέν οἱ τὸν Καίσαρα τὸν πρότερον κεκελευκέναι εἰπεῖν τῷ Καίσαρι, ὅτι τε ἐς ἕνης ἡ μάχη γενήσοιτο (quomodo emendavit locum Reimarus), καὶ ἵνα ἀναλάβῃ τι ὧν δικτατορείων αὐτὸς ἐφόρει. καὶ διὰ τοῦτο τὸν δακτύλιον αὐτοῦ τότε τε εὐθὺς περιέθετο, καὶ ἔπειτα πολλάκις ἔφερεν.

sacrificio non litante] Ita Graecis victima ipsa dicitur καλλιερεῖν. *Herodot.* 9, 19. καλλιερησάντων τῶν ἱρῶν, et 7, 134. τοῖσι Σπαρτιήτῃσι καλλιερῆσαι θυομένοισι οὐκ ἐδύνατο sc. τὰ ἱρά. v. *Wesseling.* ad 9, 19. et *Schafer.* ad Lamb. Bos p. 213. de Lat. *litare Oudend.* ad *Lucan.* 6, 523. et ad h. l., *Heyn.* ad *Virgil.* Aen. 4, 50.

Pridie, quam Sic. p.] *Dio* 49, 5. post rem apud Siciliam male gestam id accidisse Augusto narrat. Ibi enim: καὶ αὐτὸς μὲν ἐν ἀσφαλεῖ ἦν· ὁρῶν δὲ τὸ στράτευμα ἐν τῇ νήσῳ ἀπειλημμένον, δεινῶς ἤχθετο· καὶ οὐ πρότερον ἀνεθάρσησε, πρὶν ἰχθύν τινα, ἐκ τῆς θαλάσσης αὐτόματον ἀναθορόντα, πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ προςπεσεῖν

deambulanti in litore piscis e mari exsiluit, et ad pedes jacuit. Apud Actium descendenti in aciem asellus cum asinario occurrit: homini Eutychus, bestiae Nicon erat nomen. Utriusque simulacrum aeneum victor posuit in templo, in quod castrorum suorum locum vertit. [97] Mors quoque ejus, de qua dehinc dicam, divinitasque post mortem, evidentissimis ostentis praecognita est. Quum lustrum in campo Martio magna populi frequentia conderet, aquila eum saepius circumvolavit: transgressaque in vicinam aedem, super nomen Agrippae ad primam literam sedit: quo animadverso, vota, quae in proximum lustrum suscipi mos est, collegam suum Tiberium nuncupare jussit: nam se, quamquam conscriptis paratisque jam tabulis, negavit suscepturum, quae non esset soluturus. Sub idem tempus ictu ful-

---

ἐκ γὰρ τούτου πιστεύσας τοῖς μάντεσιν, εἰπουσίν οἱ ὅτι δουλώσεται αὐτήν, ἀνεῤῥώσθη. *Plin.* 9, 16. (22.) „Siculo bello ambulante in litore Augusto, piscis e mari ad pedes ejus exsiliit; quo argumento vates respondere, Neptunum patrem adoptante tum sibi Sexto Pompejo, (tanta erat navalis rei gloria) sub pedibus Caesaris futuros, qui maria tempore illo tenerent.“ Ceterum dat. *deambulanti* pendet ab *ad pedes jacuit*, a quo durius sejunctus est, inserto *pisc. e. m. exsiluit*, nisi leg. *deambulante* sc. eo, Graeco more.

Apud Actium] *Plutarch.* Anton. 65. Καίσαρι λέγεται μὲν ἔτι σκότους ἀπὸ τῆς σκηνῆς κύκλῳ περιϊόντι πρὸς τὰς ναῦς ἄνθρωπος ἐλαύνων ὄνον ἀπαντῆσαι. πυθομένῳ δὲ τοὔνομα γνωρίσας αὐτὸν εἰπεῖν· Ἐμοὶ μὲν Εὔτυχος ὄνομα, τῷ δ' ὄνῳ Νίκων. διὸ καὶ τοῖς ἐμβόλοις τὸν τόπον κοσμῶν ὕστερον, ἔστησε χαλκοῦν ὄνον καὶ ἄνθρωπον. cf. *Zonar.* 10, 30. De *templo* ibi condito v. ad c. 18.

super nomen Agrippae] cujus monumentum in campo Martio memorat *Dio* 54, 28.

collegam s. Tiber.] v. ad c. 27.

Sub idem tempus] *Dio* 56, 29. καὶ κεραυνὸς ἐς εἰκόνα αὐτοῦ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ ἑστῶσαν ἐμπεσών, τὸ γράμμα τὸ πρῶτον τοῦ ὀνόματος τοῦ Καίσαρος ἠφάνισεν. ὅθεν οἱ μάντεις τῇ ἑκατοστῇ μετὰ τοῦτο αὐτὸν ἡμέρᾳ θείας τινὸς μοίρας μεταλήψεσθαι ἔφασαν· τεκμαιρόμενοι, ὅτι τό τε στοιχεῖον ἐκεῖνο τὸν τῶν ἑκατὸν ἀριθμὸν παρὰ τοῖς Λατίνοις, καὶ τὸ λοιπὸν πᾶν ὄνομα θεὸν παρὰ τοῖς Τυρσηνοῖς νοεῖ, quae ultima verba ostendere videntur, comma: *id est reliqua pars e Caesaris*

minis ex inscriptione statuae ejus prima nominis litera effluxit. Responsum est, centum solos dies posthac victurum, quem numerum C litera notaret: futurumque, ut inter Deos referretur, quod AESAR, id est, reliqua pars e Caesaris nomine, Etrusca lingua Deus vocaretur. Tiberium igitur in Illyricum dimissurus, et Beneventum usque prosecuturus, quum interpellatores aliis atque aliis causis in jure dicendo detinerent, exclamavit, (quod et ipsum mox inter omina relatum est,) *Non, si omnia morarentur, amplius se posthac Romae futurum.* Atque itinere inchoato, Asturam perrexit: et inde praeter consuetudinem de nocte ad occasionem aurae evectus, causam valetudinis contraxit ex profluvio alvi. [98] Tunc Campaniae ora proximisque insulis circuitis, Caprearum quoque secessui quatriduum impendit, remississimo ad otium et ad omnem comitatem animo. Forte Puteolanum sinum praetervehenti, vectores nautaeque de navi Alexandrina, quae tantum quod appulerat, candidati coronatique et thura libantes fausta omina et eximias laudes congesserant: *Per illum se vivere: per illum navigare: libertate atque fortunis per illum frui.* Qua re admodum exhilaratus quadragenos aureos comitibus divisit: jusque jurandum et cautionem exegit a singulis, non alio datam summam quam in emtionem Ale-

---

nomine non esse insiticium, ut Oudendorpio placuit. *Aesar* Casaubonus deducit ab *αἶσα* fatum i. e. Deus.

Tiberium — dimissurus] *Vell.* 2, 123. „Caesar Augustus, quum Germanicum nepotem suum, reliqua belli patraturum, misisset in Germaniam, Tiberium autem filium missurus esset in Illyricum, ad firmanda pace, quae bello subegerat, prosequens eum, simulque interfuturus athletarum certamini ludicro, quod ejus honori sacratum a Neapolitanis est, processit in Campaniam.“

Asturam] Insula fuit in ejusdem nominis flumine in Volscis, ubi Ciceroni villa, unde factum postea videtur oppidum. v. *Cellar.* Geogr. Ant. 2, 9. p. 809.

xandrinarum mercium absumturos. Sed et ceteros continuos dies inter varia munuscula togas insuper ac pallia distribuit, lege proposita, ut Romani Graeco, Graeci Romano habitu et sermone uterentur. Spectavit assidue et exercentes ephebos, quorum aliqua adhuc copia ex vetere instituto Capreis erat. Iisdem etiam epulum in conspectu suo praebuit, permissa, immo exacta, jocandi licentia, diripiendique pomorum et obsoniorum rerumque missilium. Nullo denique genere hilaritatis abstinuit. Vicinam Capreis insulam Ἀπραγόπολιν appellabat, a desidia secedentium illuc e comitatu suo. Sed ex dilectis unum, Masgaban nomine, quasi conditorem insulae, κτιστὴν vocare consuerat: hujus Masgabae, ante annum defuncti, tumulum quum e triclinio animadvertisset magna turba multisque luminibus frequentari, versum compositum e tempore clare pronunciavit:

Κτίστου δὲ τύμβον εἰσορῶ πυρούμενον.

Conversusque ad Thrasyllum, Tiberii comitem, contra accubantem, et ignarum rei, interrogavit, cujusnam poëtae putaret esse: quo haesitante, subjecit alium:

Ὁρᾷς φάεσσι Μασγάβαν τιμώμενον;

ac de hoc quoque consuluit. Quum ille nihil aliud responderet, quam, cujuscunque essent, optimos esse; cachinnum sustulit, atque in jocos effusus est. Mox Neapolim trajecit, quamquam etiam tum infir-

---

ex vetere instituto] Graeco; nam Graeci Capreas incoluerant.

diripiendique pomorum] De hoc loquendi modo v. Gronov. ad *Gell.* 16, 8. *Sanctii* Minerv. 3, 8. Ipse *Cicero* Phil. 5, 3. „agrorum suis latronibus condonandi." N. I. tamen al. *rerumque missilia*. De *missilibus* v. Neron. 11. cf. *Bulenger*. de venat. Circi c. 23. (Thes. T. VIIII. p. 794.)

κτιστὴν vocare] Videtur hic Masgabas ejus jussu colonos deduxisse Capreas, a Neapolitanis permutatione acceptas. v. c. 92. De *Thrasyllo* v. Tiber. c. 14.

mis intestinis morbo variante: tamen et quinquennale certamen gymnicum, honori suo institutum, perspectavit; et cum Tiberio ad destinatum locum contendit. Sed in redeundo, aggravata valetudine, tandem Nolae succubuit: revocatumque ex itinere Tiberium diu secreto sermone detinuit, neque post ulli majori negotio animum accommodavit. [99] Supremo die identidem exquirens, an jam de se tumultus foris esset, petito speculo, capillum sibi comi, ac malas labentes corrigi, praecepit. Et admissos

---

quinquennale certamen] *Dio* 56, 29. τῷ ἐχομένῳ ἔτει, (a. 767.) ἐν ᾧ Σέξτος τε Ἀπουλήϊος καὶ Σέξτος Πομπήϊος ὑπάτευσαν, ἐξωρμήθη τε ἐς τὴν Καμπανίαν ὁ Αὔγουστος, καὶ τὸν ἀγῶνα τὸν ἐν τῇ Νεαπόλει διαθείς, ἔπειτα ἐν Νώλῃ μετήλλαξε. v. *Vell.* l. c. Oppidatim fere in Augusti honorem a provinciis ludos quinquennales fuisse constitutos, legimus c. 59.

Nolae succubuit] *Vell.* l. c. „Quamquam jam motus imbecillitatis inclinataeque in deterius principia valetudinis senserat; tamen obnitente vi animi, prosecutus filium, digressusque ab eo Beneventi, *ipse Nolam petiit;* et ingravescente in dies valetudine, quum sciret, quis, volenti omnia post se salva remanere, arcessendus foret, festinanter revocavit filium. Ille ad patrem [patriae] exspectato revolavit maturius sequ." *Tac.* A. 1, 5. „vixdum ingressus Illyricum Tiberius, properis matris litteris accitur; neque satis compertum est, spirantem adhuc Augustum *apud urbem Nolam*, an exanimem repererit." Ita etiam *Aurel. Victor* Caes. 1. Unus *Eutrop.* 7, 5. „obiit — in oppido Campaniae *Atella*" quocum consentit *Eusebius* in Chronico.

secreto sermone detinuit] cf. Tiber. 21. Idem narrat *Vell.* l. c. *Dio* 56, 31. ut incertum tradit. Is enim ita: οὐ μέντοι καὶ ἐκφανὴς εὐθὺς ὁ θάνατος αὐτοῦ ἐγένετο. ἡ γὰρ Λιουΐα, φοβηθεῖσα μὴ τοῦ Τιβερίου ἐν τῇ Δαλματίᾳ ἔτ' ὄντος νεωτερισθῇ τι, συνέκρυψεν αὐτὸν μέχρι οὗ ἐκεῖνος ἀφίκετο. ταῦτα γὰρ οὕτω τοῖς τε πλείοσι καὶ ἀξιοπιστοτέροις γέγραπται. εἰσὶ γάρ τινες, οἳ καὶ παραγενέσθαι τὸν Τιβέριον τῇ νόσῳ αὐτοῦ, καὶ ἐπισκήψεις τινὰς παρ' αὐτοῦ λαβεῖν ἔφασαν. Dubitat etiam *Tacitus* l. c.

malas labentes] Apte Casaub. comparat *Eurip.* Hippol. 1456. λαβοῦ, πάτερ μου, καὶ κατόρθωσον δέμας. — Pro *labentes* al. *labantes*, quod probavit Casaub. Illud exemplis defendit Oudendorp.

amicos percontatus, *Ecquid iis videretur mimum vitae commode transegisse*, adjecit et clausulam:

Εἰ δὲ πᾶν ἔχει καλῶς, τῷ παιγνίῳ
Δότε κρότον, καὶ πάντες ὑμεῖς μετὰ χαρᾶς κτυπήσατε.

Omnibus deinde dimissis, dum advenientes ab Urbe de Drusi filia aegra interrogat, repente in osculis Liviae, et in hac voce defecit: *Livia, nostri conjugii memor vive, ac vale;* sortitus exitum facilem, et qualem semper optaverat. Nam fere, quoties audisset, cito ac nullo cruciatu defunctum quempiam, sibi et suis εὐθανασίαν similem (hoc enim et verbo uti solebat) precabatur. Unum omnino ante efflatam animam signum alienatae mentis ostendit, quod subito pavefactus, a quadraginta se juvenibus abripi, questus est. Id quoque magis praesagium, quam mentis deminutio, fuit: siquidem totidem milites Praetoriani extulerunt eum in publicum. [100] Obiit in cubiculo eodem, quo pater Octavius, duobus Sextis, Pompejo et Appulejo, Consulibus, decimo quarto Kalendas Septembris, hora diei nona, septu-

---

Et admissos amicos] *Dio* 56, 30. κρότον δὲ δή τινα παρ' αὐτῶν ὁμοίως τοῖς γελωτοποιοῖς, ὡς καὶ ἐπὶ μίμου τινὸς τελευτῇ, αἰτήσας, καὶ πάμπανυ πάντα τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον διέσκωψε.

de Drusi filia] Livilla, ex Antonia minore. v. Claud. 1. Post dedi *interrogat* pro *interrogabat* cum Burm. et Oudend.

hoc enim et verbo] Interpretatur Wolfius: nam etiam verbo hoc uti solebat, non tantum sententia et voto. Alii *enim et* dictum putant pro *etenim*, ut Gr. γὰρ καί.

in cubiculo eodem] *Tac.* A. 1, 9. „Multus hinc ipso de Augusto sermo, plerisque vana mirantibus; quod idem dies accepti quondam imperii princeps et vitae supremus; quod Nolae in domo et cubiculo, in quo pater ejus Octavius, vitam finivisset;" ubi v. Lipsius.

duobus Sextis] A. U. 767. v. *Dio* 56, 29.

XIIII. Kal. Sept.] *Dio* 56, 30. καὶ ὁ μὲν οὕτω τῇ ἐννεακαιδεκάτῃ τοῦ Αὐγούστου, ἐν ᾗ ποτε τὸ πρῶτον ὑπάτευσε, μετήλλαξε, ζήσας μὲν πέντε καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη, καὶ μῆνας δέκα, καὶ ἡμέρας ἓξ καὶ εἴκοσι (τῇ γὰρ τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ τοῦ Σεπτεμβρίου (a. 91.) ἐγεγέννητο) μοναρχήσας δέ, ἀφ' οὗ πρὸς τῷ Ἀκτίῳ ἐνίκησε, τέσσαρα

agesimo et sexto aetatis anno, diebus quinque et triginta minus. Corpus Decuriones municipiorum et coloniarum a Nola Bovillas usque deportarunt; noctibus, propter anni tempus, quum interdiu in basilica cujusque oppidi, vel in aedium sacrarum maxima, reponeretur. A Bovillis equester ordo suscepit, Urbique intulit, atque in vestibulo domus collocavit. Senatus et in funere ornando, et in memoria honoranda, eo studio certatim progressus est, ut inter alia complura censuerint quidam, funus triumphali porta ducendum, praecedente Victoria, quae est in Curia, canentibus naeniam principum liberis utriusque sexus: alii, exsequiarum die ponendos anulos aureos, ferreosque sumendos: nonnulli, le-

---

καὶ τεσσαράκοντα ἔτη, δεκατριῶν ἡμερῶν δέοντα, ubi v. Fabric. cf. Oudend. ad h. l.

Corpus — deportarunt]. *Dio* c. 31. τὸ δ' οὖν σῶμα τὸ τοῦ Αὐγούστου ἐκ μὲν τῆς Νώλης οἱ πρῶτοι καθ' ἑκάστην πόλιν ἐκ διαδοχῆς ἐβάστασαν· πρὸς δὲ δὴ τῇ Ῥώμῃ γενόμενον οἱ ἱππεῖς παραλαβόντες νύκτος ἐς τὸ ἄστυ ἐσεκόμισαν.

equester ordo] qui impetraverat id a Consulibus per Claudium, quem perferendae legationis patronum elegerat. v. Claud. 6.

in funere ornando] *Tac.* A. 1, 8. „nihil primo Senatus die agi passus (Tiberius) nisi de supremis Augusti." cf. *Dio* l. c.

funus tri. porta ducendum] *Tac.* A. 1, 8. „tum consultatum de honoribus; ex quis maxime insignes visi: ut porta triumphali duceretur funus, Gallus Asinius; ut legum latarum tituli, victarum ab eo gentium vocabula anteferrentur, L. Arruntius censuere." Illud vere factum, narrat *Dio* 56, 42. μετὰ τοῦτο τὴν κλίνην οἱ αὐτοὶ οἵπερ καὶ πρότερον ἀράμενοι, διὰ τῶν ἐπινικίων πυλῶν, κατὰ τὰ τῇ βουλῇ δόξαντα, διεκόμισαν, cujus loci immemor fuit Lipsius, ad Tac. l. c. temere pugnans cum Casaubono, qui idem ad h. l. notaverat.

praec. Victoria] quam in curia Julia constituerat Augustus. *Dio* 51, 22. καὶ τὸ βουλευτήριον τὸ Ἰουλίειον, τὰ ἐπὶ τῇ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τιμῇ γενόμενον, καθιέρωσεν· ἐνέστησε δὲ ἐς αὐτὸ τὸ ἄγαλμα τὸ τῆς Νίκης, καὶ τὸ νῦν ὄν· δηλῶν, ὡς ἔοικεν, ὅτι παρ' αὐτῆς τὴν ἀρχὴν ἐκτήσατο. ἦν δὲ δὴ τῶν Ταραντίνων, καὶ ἐκεῖθεν ἐς τὴν Ῥώμην κομισθέν, ἔν τε τῷ συνεδρίῳ ἱδρύθη, καὶ Αἰγυπτίοις λαφύροις ἐκοσμήθη, ubi plura de hoc signo dat Fabricius.

pon. anulos aureos] a Senatoribus Equitibusque. v. *Kirch-*

genda ossa per sacerdotes summorum collegiorum. Fuit et, qui suaderet, appellationem mensis Augusti in Septembrem transferendam: quod hoc genitus Augustus, illo defunctus esset; alius, ut omne tempus a primo die natali ad exitum ejus, seculum Augustum appellaretur, et ita in fastos referretur. Verum, adhibito honoribus modo, bifariam laudatus est: pro aede D. Julii a Tiberio, et pro Rostris veteribus a Druso, Tiberii filio; ac Senatorum humeris delatus in Campum, crematusque. Nec defuit vir praetorius, qui se effigiem cremati euntem in coelum vidisse juraret. Reliquias legerunt primores

---

mann. de anulis c. 15. De mutatis in luctu anulis agit Id. de funeribus Roman. 2, 17.

per sacerd. summorum collegiorum] quae quatuor fuerunt, (τὰς τέσσαρας ἱερωσύνας appellat *Dio* 53, 1.) Pontifices, Augures, Septemviri Epulonum, Quindecimviri, ad quos postea accesserunt Sodales Augustales. v. Casaub. ad h. l., Lips. ad *Tac. A.* 3, 64. et Fabric. ad *Dion.* 53, 1.

bifariam laudatus est] *Dio* 56, 34. προτεθείσης τῆς κλίνης ἐπὶ τοῦ δημηγορικοῦ βήματος, ἀπὸ μὲν ἐκείνου ὁ Δροῦσός τι ἀνέγνω· ἀπὸ δὲ τῶν ἑτέρων ἐμβόλων τῶν Ἰουλίων ὁ Τιβέριος δημόσιον δή τινα κατὰ δόγμα λόγον ἐπ' αὐτῷ ἐπελέξατο. De *Rostris Juliis* v. Fabric. ad *Dion.* 43, 49. Ab his distinguuntur *Rostra vetera*, τὸ δημηγορικὸν βῆμα. Alii h. l. legunt: *pro Rostris, sub veteribus*, quod ferri non posse, docuere Ern. et Oudend.

Senatorum humeris] *Dio* 56, 42. παρῆν δὲ καὶ συνεξέφερεν αὐτὸν ἥ τε γερουσία καὶ ἡ ἱππάς, αἵ τε γυναῖκες αὐτῶν, καὶ τὸ δορυφορικόν· οἵ τε λοιποὶ πάντες, ὡς εἰπεῖν, οἱ ἐν τῇ πόλει τότε ὄντες κ. τ. λ.

vir praetorius] Rem explicat *Dio* 56, 46. ἐκείνη (Livia) δὲ δὴ Νουμερίῳ τινὶ Ἀττικῷ, βουλευτῇ ἐστρατηγηκότι, πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας ἐχαρίσατο, ὅτι τὸν Αὔγουστον ἐς τὸν οὐρανόν, κατὰ τὰ περί τε τοῦ Πρόκλου καὶ περὶ τοῦ Ῥωμύλου λεγόμενα, ἀνιόντα ἑωρακέναι ὤμοσε. Pro *juraret* al. *jurasset*.

Reliquias legerunt] *Dio* 56, 42. nominat etiam Liviam, cujus jussu sine dubio fecerunt Equites. Ita enim claudit funeris descriptionem: πραχθέντων δὲ τούτων, οἱ μὲν ἄλλοι ἀπηλλάγησαν· ἡ δὲ δὴ Λιουΐα κατὰ χώραν πέντε ἡμέρας μετὰ τῶν πρώτων ἱππέων μείνασα, τά τε ὀστᾶ αὐτοῦ συνελέξατο, καὶ ἐς τὸ μνημεῖον κατέθετο. Idem narrat, aquilam ex rogo aquilam ad coelum evolasse, ani-

equestris ordinis, tunicati et discincti, pedibusque nudis, ac Mausoleo condiderunt. Id opus inter Flaminiam viam ripamque Tiberis sexto suo consulatu exstruxerat: circumjectasque silvas et ambulationes in usum populi jam tum publicarat. [101] Testamentum, L. Planco, C. Silio Consulibus, tertio Nonas Aprilis, ante annum et quatuor menses, quam decederet, factum ab eo, ac duobus codicibus, partim ipsius, partim libertorum Polybii et Hilarionis manu scriptum, depositumque apud se, virgines Vestales cum tribus signatis aeque voluminibus protulerunt. Quae omnia in Senatu aperta atque recitata sunt. Heredes instituit primos, Tiberium ex

---

mum defuncti eo' portaturam, quod illustrat significationem ostenti, quod Noster c. 97. primo loco inter mortis praesagia retulit.

Mausoleo] De hoc μνημείῳ v. *Bartolii* veterum sepulcra (Thes. Gronov. T. XII. p. 57.) et *Donat.* de Urbe Roma 3, 16. (Thes. Graev. T. III. p. 746.). Describit illud *Strabo* 5, 3, 8. (T. II. p. 169. ed. Siebenkees.)

L. Planco, C. Silio Css.] A. U. 766.

duobus codicibus] i. e. ita, ut idem testamentum duobus voluminibus contineretur; quorum alterum ipse, alterum liberti conscripserant, quibus se vivo omnia nota esse, noluit. Alii de duobus exemplis interpretantur. Sed ita diversis locis deposita fuisse, recte monuerunt Ern., Oudend., Bremius. *Tac.* A. 1, 8. „testamentum, *illatum per Virgines Vestae*, Tiberium et Liviam heredes habuit sequ." *Dio* 56, 32. καὶ μετὰ τοῦτο τὰς διαθήκας αὐτοῦ Πολύβιός τις Καισάρειος ἀνέγνω, ὡς μὴ πρέπον βουλευτῇ τοιοῦτόν τι ἀναλέγεσθαι. *Zonaras* p. 543. τὰς διαθήκας αὐτοῦ ὁ Δροῦσος, ἐκ τῶν ἀειπαρθένων τῶν τῆς Ἑστίας ἱερειῶν, αἷς παρετέθειντο, εἰληφὼς εἰς τὸ συνέδριον εἰσήνεγκε, καὶ τὰς σφραγῖδας οἱ κατασημηνάμενοι ἐπεσκέψαντο, καὶ ἀνεγνώσθησαν ἐν ἐπηκόῳ τοῦ συνεδρίου, cf. Tiber. c. 23. De Vestalibus, testamentorum custodibus, v. quos citavimus ad Caes. 83.

Heredes instituit] *Tac.* l. c. „Tiberium et Liviam heredes habuit. Livia in familiam Juliam nomenque Augustae assumebatur: in spem secundam nepotes pronepotesque; tertio gradu primores civitatis scripserat, plerosque invisos sibi, sed jactantia gloriaque ad posteros." *Dio* l. c. κατελέλειπτο δὲ ἐν αὐταῖς τὰ μὲν δύο μέρη τοῦ κλήρου τῷ Τιβερίῳ, τὸ δὲ λοιπὸν τῇ Λιουΐᾳ, ὥς τινες

parte dimidia et sextante, Liviam ex parte tertia, quos et ferre nomen suum jussit: secundos, Drusum, Tiberii filium, ex triente, ex partibus reliquis Germanicum liberosque ejus tres sexus virilis: tertio gradu, propinquos amicosque complures. Legavit populo Romano quadringenties, tribubus tricies quinquies sestertium: Praetorianis militibus singula millia nummorum, cohortibus urbanis quingenos, legionariis trecenos nummos: quam summam repraesentari jussit: nam et confiscatam semper repositamque habuerat. Reliqua legata varie dedit: produxitque quaedam ad vicies sestertium, quibus solvendis

---

λέγουσιν. ἵνα γάρ τι καὶ ἐκείνη τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἀπόνηται, παρὰ τῆς βουλῆς ᾐτήσατο, τοσοῦτον αὐτῇ καὶ παρὰ τὸν νόμον καταλιπεῖν δυνηθῆναι. Lex, qua solvi Liviam oportebat, ut trientem acciperet, Voconiane fuerit, an Papia Poppaea, disputant Jurisconsulti. v. Reimar. ad *Dion.* l. c. De *heredibus secundis* v. ad Caes. 83.

ferre nomen suum] Tiber. 26. *Augusti* nomen hereditarium Tiberio, sed epistolis tantum ad reges ac dynastas additum ab eo dicitur. Livia *Juliae Augustae*, Ἰουλίας Σεβαστῆς, nomen tulit.

liberosque ejus tres] Neronem, Drusum et C. Caesarem. Calig. 7.

Legavit pop. Rom.] *Tacitus* l. c. utramque summam conjunctim effert: „Legata non ultra civilem modum, nisi quod populo et plebi CCCCXXXV, praetoriarum cohortium militibus singula numum millia, legionariis CCC, cohortibus civium Romanorum CCCCC numos viritim dedit," uti locus nunc restitutus legitur. *Dio* l. c. κτήματα δὲ καὶ χρήματα πολλὰ πολλοῖς καὶ τῶν προσηκόντων οἱ καὶ τῶν ἀλλοτρίων, οὐχ ὅπως βουλευταῖς καὶ ἱππεῦσιν, ἀλλὰ καὶ βασιλεῦσι, τῷ τε δήμῳ χιλίας μυριάδας (*quadringenties HS.*), καὶ τοῖς στρατιώταις, τοῖς μὲν δορυφόροις κατὰ πεντήκοντα καὶ διακοσίας δραχμάς, τοῖς δ' ἀστικοῖς τὴν ἡμίσειαν, τῷ τε λοιπῷ τῷ πολιτικῷ πλήθει (i. e. legionibus e civibus tantum conscriptis) πέντε καὶ ἑβδομήκοντα δοθῆναι ἐκέλευσε, prorsus convenienter cum Nostro, nisi quod XXXV HS. tribubus datum omisit. Nimirum quod *populo Romano* legatum erat, in aerarium publicum condebatur; quod *tribubus s. plebi*, viritim vel vicatim distribuebatur.

ad vicies sestertium] Recepi cum Wolfio emendationem Perizonii, quam Casaubonus in quibusdam reperisse testatur. Vulg.

annuum diem finiit, excusata rei familiaris mediocritate: nec plus perventurum ad heredes suos, quam millies et quingenties, professus: quamvis viginti proximis annis quaterdecies millies ex testamentis amicorum percepisset: quod paene omne cum duobus paternis patrimoniis, ceterisque hereditatibus, in Rempublicam absumsisset. Julias, filiam neptemque, si quid his accidisset, vetuit sepulcro suo inferri. De tribus voluminibus uno mandata de funere suo complexus est: altero indicem rerum a se gestarum, quem vellet incidi in aeneis tabulis, quae ante

---

ad vicena sestertia, quae exigua summa fuisset neque conveniens verbo *produxit*, quod valet *extendit*, *auxit*.

Julias — inferri] *Dio* l. c. τοιοῦτος μέντοι περὶ τοὺς ἀλλοτρίους παῖδας ὢν (narraverat proxime benignitatem Augusti erga liberos eorum, qui legata sibi testamentis reliquerant, de qua v. c. 66.) τὴν θυγατέρα οὔτε κατήγαγε, καίπερ καὶ δωρεῶν ἀξιώσας, καὶ ταφῆναι ἐν τῷ αὐτοῦ μνημείῳ ἀπηγόρευσε.

De tribus voluminibus] *Dio* quatuor memorat 56, 33. ἐσεκομίσθη δὲ καὶ βιβλία τέσσαρα· καὶ αὐτὰ ὁ Δροῦσος ἀνέγνω· ἐγέγραπτο δὲ ἐν μὲν τῷ πρώτῳ, ὅσα τῆς ταφῆς εἴχετο· ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ, τὰ ἔργα ἃ ἔπραξε πάντα, ἃ καὶ ἐς χαλκᾶς στήλας πρὸς τῷ ἡρῴῳ αὐτοῦ σταθείσας ἀναγραφῆναι ἐκέλευσε· τὸ τρίτον, τά τε τῶν στρατιωτῶν, καὶ τὰ τῶν προσόδων, τῶν τε ἀναλωμάτων τῶν δημοσίων, τό τε πλῆθος τῶν ἐν τοῖς θησαυροῖς χρημάτων, καὶ ὅσα ἄλλα τοιουτότροπα ἐς τὴν ἡγεμονείαν φέροντα ἦν, εἶχε· καὶ τὸ τέταρτον, ἐντολὰς καὶ ἐπισκήψεις τῷ Τιβερίῳ καὶ τῷ κοινῷ, ἄλλας τε, καὶ ὅπως μήτ' ἀπελευθερῶσι πολλούς, ἵνα μὴ παντοδαποῦ ὄχλου τὴν πόλιν πληρώσωσι· μήτ' αὖ ἐς τὴν πολιτείαν συχνοὺς ἐσγράφωσιν, ἵνα πολὺ τὸ διάφορον αὐτοῖς πρὸς τοὺς ὑπηκόους ᾖ· τά τε κοινὰ πᾶσι τοῖς δυναμένοις καὶ εἰδέναι καὶ πράττειν ἐπιτρέπειν, καὶ ἐς μηδένα ἀναρτᾷν αὐτὰ παρῄνεσε σφίσιν, ὅπως μήτε τυραννίδος τις ἐπιθυμήσῃ, μήτ' αὖ πταίσαντος ἐκείνου, τὸ δημόσιον σφαλῇ. γνώμην τε αὐτοῖς ἔδωκε, τοῖς τε παροῦσιν ἀρεσθῆναι, καὶ μηδαμῶς ἐπὶ πλεῖον τὴν ἀρχὴν ἐπαυξῆσαι ἐθελῆσαι. δυσφύλακτόν τε γὰρ αὐτὴν ἔσεσθαι, καὶ κινδυνεύσειν ἐκ τούτου καὶ τὰ ὄντα ἀπολέσαι ἔφη· τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὸς ὄντως ἀεί ποτε οὐ λόγῳ μόνον ἀλλὰ καὶ ἔργῳ ἐτήρησε· παρὸν γοῦν αὐτῷ πολλὰ ἐκ τοῦ βαρβαρικοῦ προσκτήσασθαι, οὐκ ἠθέλησε. ταῦτα μὲν αἱ ἐντολαὶ εἶχον. Quartum cum tertio Suetonius conjunxit.

indicem rerum a se gestarum] Hujus pars servata nobis est

Mausoleum statuerentur: tertio breviarium totius imperii, quantum militum sub signis ubique essent, quantum pecuniae in aerario et fiscis et vectigaliorum residuis. Adjecit et libertorum servorumque nomina, a quibus ratio exigi posset.

---

in monumento Ancyrano, quod hunc prae se fert titulum: „*Rerum gestarum Divi Augusti*, quibus orbem terrarum imperio populi Rom. subjecit, *et impensarum*, quas in Rempublicam populumque Rom. fecit, incisarum *in duabus aheneis pilis*, quae sunt Romae positae, exemplar subjectum," ex quo collegit Lipsius ad *Tac.* A. 1, 11., n. l. legendum *in aeneis pilis* pro *tabulis*. Sed quum eodem redeat, nihil mutandum sine codd., uti judicavit jam Casaubonus.

breviarium tot. imperii] Supra c. 28. *rationarium imperii* appellabat. Argumentum dat etiam *Tacitus* 1, 11. „Opes publicae continebantur: quantum civium sociorumque in armis: quot classes, regna, provinciae, tributa, aut vectigalia, et necessitates ac largitiones. quae cuncta sua manu perscripserat Augustus, addideratque consilium coercendi intra terminos imperii, incertum metu, an per invidiam."

TIBERIUS NERO CAESAR.

[1] PATRICIA gens Claudia (fuit enim et alia plebeja, nec potentia minor, nec dignitate) orta est ex Regillis, oppido Sabinorum. Inde Romam recens conditam cum magna clientium manu commigravit, auctore Tito Tatio, consorte Romuli, vel, quod magis constat, Atta Claudio, gentis principe, post reges exactos sexto fere anno, a Patribus in patricias cooptata. Agrum insuper trans Anienem clientibus,

---

gens Claudia] V. de Claudiis *Glandorp.* Onomast. p. 222. seqq. Plebeji fuere Claudii Marcelli.

ex Regillis] Sedes hujus urbis, quam reliqui scriptores *Regillum* dicunt, incerta. v. *Cellar.* Geogr. Ant. 2, 9. p. 776. Cognomen inde accepit Claudius *Regillensis* v. *Regillani.*

cooptata] Pertinet ad *gentem*, ut *accepit* et *adepta est.* Maluerunt enim al. *in patricios cooptato.* Cooptata est illa auctore T. Tatio, vel, quod magis constat, Atta Claudio v. *Clauso*, ne haec jungas cum *commigravit* praeferasque ideo aliorum lectionem: „*atque* a Patribus in patr. cooptata, agrum — accepit.“ Consentiunt autem *Liv.* 2, 16. „Seditio inter belli pacisque auctores orta in Sabinis, aliquantum inde virium transtulit ad Romanos. namque Atta Clausus, cui postea Appio Claudio fuit Romae nomen, quum pacis ipse auctor a turbatoribus belli premeretur, nec par factioni esset, ab Regillo, magna clientium comitatus manu, Romam transfugit. His civitas data, agerque trans Anienem, vetus Claudia tribus, additis postea novis tribulibus, qui ex eo venerant agro, appellata,“ et *Dionys.* 5, 40., qui ad annum 250. U. C. aerae Cat. (exactos reges dicit anno 244., adeoque *sexto fere anno post*) ἀνήρ τις ἐκ τοῦ Σαβίνων ἔθνους, πόλιν οἰκῶν Ῥήγιλλον, εὐγενὴς καὶ χρήμασι δυνατός, [Τίτος] Κλαύδιος,

locumque sibi ad sepulturam sub Capitolio publice accepit. Deinceps, procedente tempore, duodetriginta consulatus, dictaturas quinque, censuras septem, triumphos septem, duas ovationes, adepta est. Quum praenominibus cognominibusque variis distingueretur, Lucii praenomen consensu repudiavit, postquam e duobus gentilibus, praeditis eo, alter latrocinii, caedis alter convictus est. Inter cognomina autem et Neronis assumsit, quo significatur lingua Sabina fortis ac strenuus. [2] Multa multorum Claudiorum egregia merita, multa etiam secus admissa in Rempublicam exstant. Sed ut praecipua commemorem, Appius Caecus societatem cum rege

---

αὐτομολεῖ πρὸς αὐτούς, συγγένειάν τε μεγάλην ἐπαγόμενος, καὶ φίλους καὶ πελάτας συχνοὺς αὐτοῖς μεταναστάντας ἐφεστίοις, οὐκ ἐλάττους πεντακισχιλίων τοὺς ὅπλα φέρειν δυναμένους, relatisque hujus consilii causis ortisque inde rei Rom. commodis, addit: αὐθ᾽ ὧν ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος εἴς τε τοὺς πατρικίους αὐτὸν ἐνέγραψε, καὶ τῆς πόλεως μοῖραν εἴασεν ὅσην ἐβούλετο εἰς κατασκευὴν οἰκιῶν· χώραν τ᾽ αὐτῷ προσέθηκεν ἐκ τῆς δημοσίας τὴν μεταξὺ Φιδήνης καὶ Πικεντίας, ὡς ἔχοι διανεῖμαι κλήρους ἅπασι τοῖς περὶ αὐτόν, ἀφ᾽ ὧν καὶ φυλή τις ἐγένετο σὺν χρόνῳ, Κλαυδία καλουμένη. Eodem spectat locus in oratione Canuleji apud *Liv.* 4, 4. „nobilitatem istam vestram — plerique oriundi ex Albanis et Sabinis, non genere nec sanguine, sed *per cooptationem in Patres* habetis, aut ab regibus lecti, aut *post reges exactos jussu populi.*" cf. etiam *Tac.* A. 11, 24.

sub Capitolio] Singularis erat honos sepultura intra Urbem, praeter Virgines Vestales tributus viris clarissimis, de qua re copiose agit *Kirchmann.* de funer. Rom. 2, 26. Pro *locumque* al. *lucumque.*

quo sign. — strenuus] *Gell.* 13, 22. „id autem sive *Nerio* sive *Nerienes* est, Sabinum verbum est, eoque significatur virtus et fortitudo. Itaque ex Claudiis, quos a Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregia atque praestanti fortitudine, Nero appellatus est. Sed id Sabini accepisse a Graecis videntur, qui vincula et firmamenta membrorum νεῦρα dicunt, unde nos quoque Latine *nervos* appellamus. *Nero* igitur *Martis* vis et potentia et majestas quaedam esse Martis demonstratur."

Appius Caecus] *Liv.* Epit. 13. „Cineas legatus a Pyrrho ad Senatum missus petiit, ut componendae pacis causa rex in Urbem reciperetur. de qua re quum ad frequentiorem Senatum

Pyrrho, ut parum salubrem, iniri dissuasit. Claudius Caudex primus, freto classe trajecto, Poenos Sicilia expulit. Claudius Nero advenientem ex Hispania cum ingentibus copiis Hasdrubalem, priusquam Hannibali fratri conjungeretur, oppressit. Contra Claudius Appius Regillanus, Decemvir legibus scribendis, virginem ingenuam per vim, libidinis gratia, in servitutem asserere conatus, causa plebi fuit secedendi rursus a Patribus. Claudius Drusus, statua sibi cum diademate ad Appii Forum posita, Italiam per clientelas occupare tentavit. Claudius Pulcer apud Siciliam, non pascentibus in auspicando

---

referri placuisset, App. Claudius, qui propter valetudinem oculorum jam diu consiliis publicis se abstinuerat, venit in Curiam, et sententia sua tenuit, ut id Pyrrho negaretur." cf. *Plutarch.* Pyrrh. 18 et 19.

Claud. Caudex] A. U. 490. *Vell.* 2, 38. „Primus in Siciliam trajecit exercitum Consul Claudius." cf. *Flor.* 2, 2, 5. *Polyb.* 1, 11. *Diodor.* fragm. l. 23, 2. Cognomen interpretatur *Senec.* de brev. v. 13. „Quis Romanis primus persuasit navem conscendere? Claudius is fuit, *Caudex* ob hoc ipsum appellatus, quia plurium tabularum contextus *caudex* apud antiquos vocabatur; unde publicae tabulae *codices* dicuntur, et naves nunc quoque, quae ex antiqua consuetudine per Tiberim commeatus subvehunt, *caudicariae* vocantur."

Claud. Nero] *Liv.* 27. fin. *Polyb.* fragm. l. 11. init. A. U. 547.

Claud. Appius Reg. Decemvir] *Liv.* 3, 44. sequ. *Dionys.* 11, 28. sequ. A. U. 307. Instituerat M. Claudium clientem, qui Virginiam in servitutem assertam libidini suae traderet, unde ipse dicitur *asserere conatus.* Nomen *Virginiam* ante *virginem ingenuam* excidisse, *Müllerus* existimat in schedis.

Claudius Drusus] Hominem et rem cum reliquis interpretibus ignoro. Insertum jam fuisse in Liviorum gentem per adoptionem, docet cognomen Drusi.

Claud. Pulcer] *Liv.* Epit. 19. „Claudius Pulcher Consul contra auspicia profectus, jussis immergi pullis, qui cibari nolebant, infeliciter adversus Carthaginienses classe pugnavit, et revocatus a Senatu jussusque Dictatorem dicere, Claudium Gliciam dixit, sortis ultimae hominem, qui coactus abdicare se magistratu, postea ludos praetextatus spectavit," ex quo loco *Gliciam*

pullis, ac per contemtum religionis mari demersis, quasi ut biberent, quando esse nollent, proelium navale iniit: superatusque, quum Dictatorem dicere a Senatu juberetur, velut iterum illudens discrimini publico, Gliciam viatorem suum dixit. Exstant et feminarum exempla, diversa aeque: siquidem gentis ejusdem utraque Claudia fuit, et quae navem cum sacris matris Deûm Idaeae obhaerentem Tiberino vado extraxit, precata propalam, *ut ita demum se sequeretur, si sibi pudicitia constaret*; et quae novo more judicium majestatis apud populum mulier subiit, quod in conferta multitudine aegre procedente carpento palam optaverat, *ut frater suus Pulcer reviVisceret, atque iterum classem amitteret, quo minor turba Romae foret.* Praeterea notissimum est, Claudios omnes, excepto duntaxat P. Clodio, qui, ob expellendum Urbe Ciceronem, plebejo homini, atque etiam natu minori, in adoptionem se dedit, optimates assertoresque unicos dignitatis ac potentiae

---

restituendum n. l., ubi corrupte legebatur *Iliciam* v. *Ilyciam*, dudum viri docti monuerunt. De re cf. *Flor.* 2, 2, 29. *Cic.* de nat. Deor. 2, 3. *Valer. M.* 1, 4, 3. v. *Pighii* Ann. T. II. p. 50.

quae navem — extraxit] *Liv.* 29, 14. *Claudiam Quintam* dicit. Ita etiam *Cic.* de harusp. resp. 13. et *Ovid.* Fast. 4, 305. De matre Deum *Idaea*, (non *Idea*, ut est in Burm. aliisque) i. e. Cybele v. *Virgil.* Aen. 3, 111. et 10, 252. ubi aeque: „alma *parens Idaea Deûm.*"

novo more] quod femina tale crimen subiit, quod in sexum vulgo non cadit, unde *Valer. M.* 8. 1, 4. damnat. „insontem crimine votum impium subvertit." Rem narrant *Liv.* Epit. 19. „Claudia, soror P. Claudii, qui contemtis auspiciis male pugnaverat, a ludis revertens, quum turba premeretur, dixit: Utinam frater meus viveret iterumque classem duceret! ob eam causam mulcta ei dicta est" et *Gell.* 10, 6. qui Appii Caeci filiam dicit, multamque dictam a C. Fundanio et Tiber. Sempronio Aedilibus Pl. aeris gravis viginti quinque millia, aliique.

plebejo homini — minori] P. Fontejo. *Cic.* pro domo c. 14. „factus es ejus filius contra fas, cujus per aetatem pater esse potuisti."

in adoptionem] Sensu latiori pro *arrogatione*. v. ad Aug. 65.

patriciorum semper fuisse, atque adversus plebem adeo violentos et contumaces, ut ne capitis quidem quisquam reus apud populum mutare vestem aut deprecari sustinuerit; nonnulli in altercatione et jurgio Tribunos plebis pulsaverint. Etiam virgo Vestalis fratrem, injussu populi triumphantem, ascenso simul curru, usque in Capitolium prosecuta est, ne vetare aut intercedere fas cuiquam Tribunorum esset. [3] Ex hac stirpe Tiberius Caesar genus trahit, et quidem utrumque: paternum, a Tiberio Nerone; maternum, ab Appio Pulcro: qui ambo Appii Caeci filii fuerunt. Insertus est et Liviorum familiae, adoptato in eam materno avo. Quae familia, quam-

---

atque adv. plebem] *Familia superbissima ac crudelissima in plebem Romanam* dicitur *Liv.* 2, 56. De contumacia autem Appii rei lege Eund. c. 61. ubi inter alia: „illum non minae plebis, non Senatus preces perpellere unquam potuere, *non modo ut vestem mutaret, aut supplex prensaret* homines; sed ne ut ex consueta quidem asperitate orationis, quum ad populum agenda causa esset, aliquid leniret atque summitteret.“

virgo Vestalis] *Valer. M.* 5, 4, 6. „Claudia Vestalis virgo quum *patrem* suum triumphantem e curru violenta Tribuni pl. manu detrahi animadvertisset, mira celeritate utrisque se interponendo, amplissimam potestatem inimicitiis accensam depulit.“ *Patrem* dicit etiam *Cic.* pro Coel. c. 14., ut vel librarii, vel scriptoris nostri error, vel diversa, quam secutus hic est, sententia *fratrem* h. l. produxisse videatur. Librario culpam imputat *Pighius* Ann. T. II. p. 473. ad a. 610.

materno avo] cui nomen fuit L. Livio Druso Claudiano ex adoptione. Memoratur *Vell.* 2, 71. „Drusus Livius, Juliae Augustae pater“ et c. 75. „Livia, nobilissimi et fortissimi viri, Drusi Claudiani filia.“ *Dio* 48, 44. ἦν δὲ θυγάτηρ (Livia) Λιουΐου Δρούσου, ὃς ἔν τε τοῖς ἐκτεθεῖσιν ἐν τῷ λευκώματι ἐγεγόνει, καὶ ἑαυτὸν μετὰ τὴν ἐν Μακεδονίᾳ ἧτταν κατεχρήσατο. Atque de patris Liviae in Liviam gentem, et filiorum in Juliam adoptione, intelligendus etiam *Tac.* A. 5, 1. ubi Julia Augusta i. e. Livia dicitur „nobilitatis per Claudiam familiam, et adoptione Liviorum Juliorumque, clarissimae“ et 6, 51. ubi: „pater Tiberio Nero, et utrimque origo gentis Claudiae, quamquam mater in Liviam et mox Juliam familiam adoptionibus transierit.“ v. Lips. ad Tac. 5, 1. et Oudend. ad h. l.

quam plebeja, tamen et ipsa admodum floruit, octo consulatibus, censuris duabus, triumphis tribus, dictatura etiam ac magisterio equitum honorata; clara et insignibus viris, ac maxime Salinatore, Drusisque. Salinator universas tribus in censura notavit levitatis nomine, quod, quum se post priorem consulatum multa irrogata condemnassent, Consulem iterum Censoremque fecissent. Drusus, hostium duce Drauso cominus trucidato, sibi posterisque suis cognomen invenit. Traditur etiam Propraetore ex provincia Gallia retulisse aurum, Senonibus olim in obsidione Capitolii datum, nec, ut fama est, extortum a Camillo. Ejus abnepos, ob eximiam adversus Gracchos operam *patronus Senatus* dictus, filium reliquit, quem in simili dissensione multa varie molientem diversa factio per fraudem interemit. [4] Pater Tiberii, Quaestor C. Caesaris, Alexandrino bello classi praepositus, plurimum ad victoriam contulit.

Salinator] qui Consul fuit a. U. 534. et 546. Dictator a. 547. et Censor a. 549. v. *Liv.* passim libris 27, 28 et 29. De censura agit 29, 37. ubi Salinatori Livio inditum cognomen dicitur ob inventum novum vectigal *ex salaria annona*, populo gravissimum. Postea: „M. Livius — praeter Maeciam tribum, quae se nec condemnasset, neque condemnatum aut Consulem aut Censorem fecisset, populum Romanum omnem, quatuor et triginta tribus, aerarios reliquit, quod et innocentem se condemnassent, et condemnatum Consulem et Censorem fecissent, neque infitiari possent, aut judicio semel, aut comitiis bis a se peccatum esse." v. *Glandorp.* Onom. p. 542.

Ejus abnepos] qui Consul fuit a. 641. et Proconsul Macedoniae Scordiscos Thraciae populum devicit. *Flor.* 3. 4, 5. v. de eo *Ern.* Clav. Cicer. ad Brut. 28. et Off. 1, 30.

filium reliquit] Nobilis hic est M. Liv. Drusus, avunculus M. Catonis, acerrimus inimicus Q. Caepionis, civitatis Italiae dandae auctor, interfectus tandem a Q. Vario. v. *Vell.* 2, 13. sequ. et quos alios laudat *Ruperti* tabul. genealog. p. 121. cf. Clav. Cic.

classi praepositus] Bell. Alex. 25. „Caesar classem jubet expediri atque instrui. Praeficit huic Tiberium Neronem." *Dio* 42, 40. Τιβέριος Κλαύδιος ὁ Νέρων ἐς αὐτὸν τότε τὸν ποταμὸν ἀνα-

Quare et Pontifex in locum P. Scipionis substitutus, et ad deducendas in Galliam colonias, in quîs Narbo et Arelate erant, missus est. Tamen Caesare occiso, cunctis turbarum metu abolitionem facti decernentibus, etiam de praemiis tyrannicidarum referendum censuit. Praetura deinde functus, quum exitu anni discordia inter Triumviros exorta esset; retentis ultra justum tempus insignibus, L. Antonium Consulem, Triumviri fratrem, ad Perusiam secutus, deditione a ceteris facta, solus permansit in partibus, ac primo Praeneste, inde Neapolin evasit; servisque ad pileum frustra vocatis, in Siciliam profugit. Sed in-

---

πλεύσας, ἐκείνους τε μάχῃ ἐκράτησε, καὶ τοῖς σφετέροις ἀδεέστερον τὸν πρόσπλουν ἐποίησε. Petiit matrimonium Tulliae Ciceronis filiae hic Nero, sed occupavit eam Dolabella, Cicerone illi magis favente. v. Manut. ad *Cic.* ad Div. 13, 64. et ad Attic. 6, 6.

P. Scipionis] soceri Pompeji, qui in bello Africano victus sua manu perierat.

abolitionem facti] i. e. ἀμνηστίαν, quam Cicero suaserat. Torrent. *facti* adulterinum suspicatur, Lips. emendat *oblivionem*, ut est Claud. 11. et apud *Cornel.* Thrasyb. 3. Sane quidem factum ita aboleri nequit, ut infectum reddatur; sed *abolere* saepissime est tantum *memoriam al. rei abolere*, ut ipsa phrasis: *abolere dedecus* aliaque exempla docent, in quovis lexico reperiunda.

de praemiis tyrannicidarum] Primus, auctore *Appian.* Civ. 2, 121., Praetor Cinna prodiit, qui τὸν Καίσαρα τύραννον ἐκάλει, καὶ τοὺς ἀνελόντας τυραννοκτόνους, καὶ τὸ πεπραγμένον ἐσέμνυνεν, ὡς ὁμοιότατον μάλιστα τῷ προγονικῷ· καὶ τοὺς ἄνδρας, ὡς εὐεργέτας, καλεῖν ἐκέλευεν ἐκ τοῦ Καπιτωλίου καὶ γεραίρειν. Videtur accessisse ad ejus sententiam Nero.

Neapolin evasit] *Dio* 48, 15. μετὰ τούτων τῶν τότε πρὸς τὸν Ἀντώνιον ἐκ τῆς Ἰταλίας ἐκχωρησάντων καὶ Κλαύδιος Τιβέριος Νέρων ἔφυγε. Φρουρὰν γάρ τινα ἐν τῇ Καμπανίᾳ εἶχε, καὶ ἐπειδὴ καθυπέρτερα τὰ τοῦ Καίσαρος ἐγένετο, ἀπῆρε σύν τε τῇ γυναικὶ Λιουΐᾳ Δρουσίλλῃ, καὶ σὺν τῷ υἱεῖ Τιβερίῳ Κλαυδίῳ Νέρωνι. *Vell.* 2, 75.

ad pileum] i. e. ad arma, promissa libertate. Pileus enim signum libertatis. Ita, auctore *Appian.* Civ. 2, 119., interfecto Caesare, πῖλόν τις ἐπὶ δόρατος ἔφερε, σύμβολον ἐλευθερώσεως. Nonnunquam extremis rebus servis arma cum libertate data. v. Freinsh. ad *Flor.* 2, 6, 30.

digne ferens, nec statim se in conspectum Sex. Pompeji admissum, et fascium usu prohibitum, ad M. Antonium trajecit in Achajam. Cum quo, brevi reconciliata inter omnes pace, Romam rediit, uxoremque Liviam Drusillam, et tunc gravidam, et ante jam apud se filium enixam, petenti Augusto concessit. Nec multo post diem obiit, utroque liberorum superstite, Tiberio Drusoque Neronibus. [5] Tiberium quidam Fundis natum existimaverunt, secuti levem conjecturam, quod materna ejus avia Fundana fuerit, et quod mox simulacrum Felicitatis ex Senatusconsulto publicatum ibi sit. Sed ut plures certioresque tradunt, natus est Romae in Palatio, sextodecimo Kalendas Decembris, M. Aemilio Lepido iterum, L. Munatio Planco, Consulibus, post bellum Philippense. Sic enim in fastos actaque publica relatum est. Nec tamen desunt, qui partim antecedente anno, Hirtii ac Pansae, partim insequente, Servilii Isaurici Antoniique consulatu, genitum eum scribant. [6] Infantiam pueritiamque habuit laboriosam et exercitam, comes usquequaque parentum fu-

---

Augusto concessit] v. Aug. c. 62.

Felicitatis] Temere Torrent. mallet *Fecunditatis*. Postea *publicatum* est auctoritate locoque publico positum.

XVI. Kal. Dec.] *Dio* 57, 18. τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα mensis Novembris.

M. Aemilio Lep. — Planco Css.] A. U. 712. Pro *post bellum Phil.* alii dant *per*, probantque Burm. et Oudend.

in fastos actaque publica] vetere instituto, quo parentes natos sibi liberos apud acta profitebantur, ut Broukhus. videtur, an serius per adulationem, uti Reitzio, incertum. De instituti illius origine et usu v. Lips. exc. ad *Tac.* A. 5, 4.

laboriosam et exercitam] Ita emendarunt viri docti ineptum *luxuriosam*, quod libri exhibent, et *exercitatam*, quod voluntariam magis actionem partamque ea peritiam, quam miserias et pericula, a sorte humana objecta, significat. Ita *Plin.* ep. 6, 15. „unquamne vidisti quemquam *tam laboriosum, tam exercitum*" et Panegyr. c. 86. „pro *laboriosa* ista statione *et exercita*." *Cicer.* pro Milon. 2. „quid enim nobis duobus *laboriosius*? quid magis sollicitum, magis *exercitum*, dici aut fingi potest?"

gae: quos quidem apud Neapolin, sub irruptionem hostis navigium clam petentes, vagitu suo paene bis prodidit; semel, quum a nutricis ubere, iterum, quum a sinu matris raptim auferretur ab iis, qui pro necessitate temporis mulierculas levare onere tentabant. Per Siciliam quoque et per Achajam circumductus, ac Lacedaemoniis publice, quod in tutela Claudiorum erant, demandatus, digrediens inde itinere nocturno, discrimen vitae adiit, flamma repente e silvis undique exorta, adeoque omnem comitatum circumplexa, ut Liviae pars vestis et capilli amburerentur. Munera, quibus a Pompeja, Sext. Pompeji sorore, in Sicilia donatus est, chlamys et fibula, item bullae aureae, durant, ostenduntur que adhuc Bajis. Post reditum in Urbem a M. Gallio Senatore testamento adoptatus, hereditate adita, mox nomine abstinuit; quod Gallius adversarum Augusto partium fuerat. Novem natus annos defunctum pa-

---

iterum] Ita leg. censuerat Ursin. pro *item*, receperunt Oudend. et Wolf. ob antecedens *bis*, cui subjungunt Latini *semel*, *iterum*. v. ind.

Laced. publice] i. e. non hominibus quibusdam privatis Lacedaemoniis, amicitia vel hospitio cum Tiberio patre conjunctis, sed toti civitati, *quod* (al. *qui*) in tutela i. e. clientela Claudiorum erat. Nota res est, totas civitates gentes Romanas nobiles elegisse, quarum patrocinio uterentur.

chlamys] „Sic Andromache apud *Virgil.* Aen. 3, 484. *Phrygiam Ascanio chlamydem* donat.“ Torrent. Addit Oudend. *Longum* Pastor. p. 4. ubi inter infantis expositi γνωρίσματα etiam χλαμύδιον ἁλουργὲς καὶ πόρπη χρυσῆ.

M. Gallio] Nihil constat de hoc Gallio, neque magni refert. Eo tamen pendeo, ut cum *Glandorp.* p. 377. multisque interpr. eundem putem, qui commemoratur a *Cicer.* Phil. 13, 12. ad Att. 10, 15. et 11, 20. Quae enim Ernest. ad h. l. regessit, nihil refellunt. Fortasse frater Marci est *Quintus Gallius*, memoratus Aug. 27., ut placuit etiam Torrent.

Novem natus annos] Anno igitur U. 721. *Dio* 48, 44. ubi concessam Augusto Liviam a marito narravit, addit: καὶ ἐκεῖνος (Tiberius Nero) τελευτῶν οὐ πολλῷ ὕστερον ἐπίτροπον καὶ τούτῳ (puero recens nato, Druso) καὶ τῷ Τιβερίῳ αὐτὸν τὸν Καίσαρα κα-

trem pro Rostris laudavit. Dehinc pubescens Actiaco triumpho currum Augusti comitatus est, sinisteriore funali equo, quum Marcellus Octaviae filius dexteriore veheretur. Praesedit et Actiacis ludis, et Trojanis Circensibus, ductor turmae puerorum majorum. [7] Virili toga sumta, adolescentiam omnem, spatiumque insequentis aetatis usque ad principatus initia, per haec fere transegit: Munus gladiatorium in memoriam patris, et alterum in avi Drusi, dedit, diversis temporibus ac locis: primum in Foro, secundum in Amphitheatro; rudiariis quoque quibusdam

---

τέλεσεν. Duxerat Augustus Liviam a. 716., dixit igitur Dio οὐ πολλῷ ὕστερον δὲ plurium annorum intervallo, ut saepe. Multi ad h. Dionis l. errores sunt Fabricii in supputandis annis, contrarii iis, quae ad 57, 2. et 18. recte annotavit.

Actiaco triumpho] A. U. 725. v. Aug. c. 22.

funali equo] *Appian.* Libyc. c. 66. ἐπιβαίνουσι δ' αὐτῷ (cum Imperatore triumphante) ἐπὶ τὸ ἅρμα παῖδές τε καὶ παρθένοι, καὶ ἐπὶ τῶν παρηόρων ἑκατέρωθεν ἠΐθεοι συγγενεῖς, ad qu. l. Tollius: „Erant in quadriga quatuor equi, quorum duo *jugales* erant, dexter et sinister, duo *funales*, itidem dexter et sinister, omnesque ita juncti, ut aequata fronte currerent. *Jugales* intra jugum ibant, ac ζύγιοι dicebantur; *funales* utrimque ad latera jugalium loro annexi, quos σειραφόρους et σειραίους, παρηόρους et παρασείρους idcirco Graeci vocabant, quod funibus scilicet alligati forent ad latus jugalium. Sed et ἀορτῆρες iidem *funales* nominabantur sequ." cf. *Salmas.* Exerc. Plin. p. 898., *Turneb.* Advers. 14, 17. et *Casaub.* ad *Dionys.* 7, 73. De comparativis *sinisteriore* et *dexteriore* pro positivis v. ind. sub utraque voce.

Actiacis ludis] quos egit Augustus a. 726. *Dio* 53, 1. καὶ τὴν πανήγυριν τὴν ἐπὶ τῇ νίκῃ, τῇ πρὸς τῷ Ἀκτίῳ γενομένῃ, ψηφισθεῖσαν ἤγαγε μετὰ τοῦ Ἀγρίππου, καὶ ἐν αὐτῇ τὴν ἱπποδρομίαν διά τε τῶν παίδων καὶ διὰ τῶν ἀνδρῶν τῶν εὐγενῶν ἐποίησε. v. Aug. 18. et *Dio* 51, 1. et ibi Fabric. Difficultati, quae n. l. oritur ex eo, quod praesedisse Tiberius ludis dicitur, idemque turmam duxisse, cui succurrit Casaub. suppleto *fuit* post *majorum*, facilius medearis resecto *et*, ut ita legatur: *praesedit et Act. ludis, Troj. Circensibus ductor turmae puerorum majorum.* Praesedit cum vitrico et Agrippa; quum ad Trojam ventum esset, ad certamen descendit.

rudiariis] *Lips.* Saturn. 2, 23. „*Rudem* indulgebant gladiatoribus veteranis, quasi magisterii signum, aut etiam novis, in

revocatis, auctoramento centenûm millium. Dedit et ludos, sed absens: cuncta magnifice, impensa matris ac vitrici. Agrippinam, M. Agrippa genitam, neptem Caecilii Attici Equitis Romani, ad quem sunt Ciceronis epistolae, duxit uxorem: sublatoque ex ea filio Druso, quamquam bene convenientem, rursusque gravidam, dimittere, ac Juliam, Augusti filiam, confestim coactus est ducere: non sine magno angore animi, quum et Agrippinae consuetudine teneretur, et Juliae mores improbaret; ut quam sensisset sui quoque sub priore marito appetentem, quod

---

novo aliquo et strenuo facto. — Quidam gladiatores liberi erant sive *auctorati*, qui arenae operam pretio locabant. Ii donati rude, redibant in veterem prorsus libertatem, nullo ultra vinculo servitutis. — Alii e gladiatoribus conditione servi. Hi donati rude non libertatem accipiebant, sed vacationem duntaxat a pugna. Lanistae deinceps prove lanistis erant, doctores tironum, et batuebant, non pugnabant. — Qui donati rude, *rudiarii* dicti." *Auctoramentum* est obligatio ad serviendum pacta mercede contracta, ut interpretatur Heusinger. ad verba *Cicer.* de Offic. 1, 42, 3. „Illiberales autem et sordidi quaestus mercenariorum omnium, quorum operae, non quorum artes emuntur. Est enim in illis ipsa merces *auctoramentum servitutis*," unde merces, pro qua rudiarii sponte ad pugnas gladiatorias redibant.

sed absens] v. Aug. 43.

neptem Caecilii Attici] *Cornel.* Att. 12. „His rebus effecit (Atticus), ut M. Vipsanius Agrippa, intima familiaritate conjunctus adolescenti Caesari, quum propter suam gratiam et Caesaris potentiam nullius conditionis non haberet potestatem, potissimum ejus deligeret affinitatem, praeoptaretque Equitis Rom. filiam generosarum nuptiis." *Tac.* A. 2, 43. Drusi, Tiberii filii, proavum Pomponium Atticum dicit. *Caecilii* nomen Pomponius acceperat ab avunculo per testamentum adoptatus. *Cornel.* Attic. 5. Verba *ad quem sunt Ciceronis epistolae* e glossemate profecta mihi videntur.

sublatoque — dimittere] *Dio* 54, 31. προαποσπάσας (Augustus) καὶ ἐκείνου (Tiberii) τὴν γυναῖκα, καίτοι τοῦ τε Ἀγρίππου θυγατέρα ἐξ ἄλλης τινὸς γαμετῆς οὖσαν, καὶ τέκνον τὸ μὲν ἤδη τρέφουσαν, τὸ δὲ ἐν γαστρὶ ἔχουσαν.

sub priore marito] Agrippa. v. Aug. 63. Porro *existimabatur* est i. q. ferebatur. v. ind.

sane etiam vulgo existimabatur. Sed Agrippinam et abegisse post divortium doluit; et semel omnino ex occursu visam adeo contentis et tumentibus oculis prosecutus est, ut custoditum sit, ne unquam in conspectum ejus posthac veniret. Cum Julia primo concorditer et amore mutuo vixit: mox dissedit, et aliquanto gravius, ut etiam perpetuo secubaret; intercepto communis filii pignore, qui Aquilejae natus infans exstinctus est. Drusum fratrem in Germania amisit, cujus corpus, pedibus toto itinere praegrediens, Romam usque pervexit. [8] Civilium officiorum rudimentis regem Archelaum, Trallianos, et Thessalos, varia quosque de causa, Augusto cognoscente, defendit. Pro Laodicenis, Thyatirenis, Chiis, terrae motu afflictis, opemque implorantibus,

---

Agrippinam] Duxit abactam Asinius Gallus, Asinii Pollionis filius, qui dicitur *Tac.* A. 1, 12. „pridem invisus (Tiberio), tanquam ducta in matrimonium Vipsania, M. Agrippae filia, quae quondam Tiberii uxor fuerat, plus quam civilia agitaret, Pollionisque Asinii patris ferociam retineret.“ v. *Dio* 57, 2. et 58, 3.

contentis] Mallem *intentis*, quamquam eodem redit. *Tumentibus* sc. obortis lacrimis, sed nondum effusis, ut recte Burm. Nam Casaub. contento intuitu tumentes explicat, comparans κοιλοδιᾶν e *Theocrit*. 1, 37. Nicol. Heinsius *uventibus* v. *humentibus* conjiciebat.

dissedit] Valde hoc differt a *discidio*. Illud dissensionem animorum significat, hoc matrimonii solutionem. Nos in *Trennung* et *Scheidung* distinguimus. Postea pro *communis filii pign.* mallem *communi*.

Drusum fratrem] A. 745. v. Claud. 1. et *Dion.* 55. 2. Τιβέριος ἀποθανόντα ἐς Ῥώμην ἐκόμισε, τὰ μὲν πρῶτα μέχρι τοῦ χειμαδίου τοῦ στρατοῦ, διά τε τῶν ἑκατοντάρχων καὶ διὰ τῶν χιλιάρχων, ἐκεῖθεν δὲ διὰ τῶν καθ᾽ ἑκάστην πόλιν πρώτων βαστάσας. *Valer. Max.* 5, 5, 3.

Archelaum] Cappadociae regem, cujus regnum postea in provinciae formam redegit. v. c. 37. Hunc, non Judaeum Archelaum h. l. intelligendum esse, patet ex *Dion.* 57, 17. ubi dicitur Cappadox τῷ Τιβερίῳ ὑποπεπτωκώς, ὥστε καὶ συνηγόρῳ, ὅτε ἐπὶ τοῦ Αὐγούστου ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων κατηγορήθη, χρήσασθαι.

Senatum deprecatus est. Fannium Caepionem, qui cum Varrone Murena in Augustum conspiraverat, reum majestatis apud judices fecit, et condemnavit. Interque haec duplicem curam administravit, annonae, quae artior inciderat, et repurgandorum tota Italia ergastulorum, quorum domini in invidiam venerant, quasi exceptos supprimerent, non solum viatores, sed et quos sacramenti metus ad hujusmodi latebras compulisset. [9] Stipendia prima expeditione Cantabrica Tribunus militum fecit: dein, ducto ad Orientem exercitu, regnum Armeniae Tigrani restituit, ac pro tribunali diadema imposuit. Recepit et signa, quae M. Crasso ademerant Parthi. Post haec Comatam Galliam anno fere rexit, et bar-

---

Fannium Caepionem] v. Aug. c. 19. — *condemnavit* i. e. fecit, ut condemnaretur. v. Ernest. ad h. l. et in Clav. Cicer. cf. Vitell. 2.

curam. adm. annonae] *Vell.* 2, 94. „Quaestor, undevicesimum annum agens, capessere coepit Remp., maximamque difficultatem annonae ac rei frumentariae inopiam ita Ostiae atque in Urbe mandato vitrici moderatus est, ut per id, quod agebat, quantus evasurus esset, eluceret.“ A. U. 732. v. Kraus. ad *Vell.* l. c.

repurgandorum — ergastulorum] v. Aug. 32.

exped. Cantabrica] v. Aug. 20.

ducto ad Or. exercitu] v. Aug. 21. *Vell.* 2, 94. „Nec multo post (A. U. 734.) missus ab eodem vitrico cum exercitu ad visendas ordinandasque, quae sub Oriente sunt, provincias, praecipuis omnium virtutum experimentis in eo tractu editis, cum legionibus ingressus Armeniam, redacta ea in potestatem populi Rom. regnum ejus Artavasdi dedit“ ubi vel lapsu memoriae *Artavasden* pro *Tigrane* dixit Vellejus, quod vix credibile in re tam recenti, vel lacuna in libris. v. Kraus. ad h. l. et Oudend. ad n. Historiam pete ex *Tac.* 2, 3. ubi: „occiso Artaxia per dolum propinquorum, datus a Caesare Armeniis Tigranes, *deductusque in regnum a Tiberio Nerone*“ et *Dion.* 54, 9. De *receptis* a Parthis *signis* v. quae notavi ad Aug. 21.

Com. Galliam — rexit] Pertinere hoc videtur ad a. 738., quo Praetor Tiberius simul cum Augusto Urbe dicitur profectus *Dion.* 54, 19. ubi v. Fabric. Omittit rem Vellejus.

barorum incursionibus, et principum discordia inquietam. Exin Raeticum Vindelicumque bellum, inde Pannonicum, inde Germanicum gessit. Raetico atque Vindelico gentes Alpinas; Pannonico Breucos et Dalmatas subegit; Germanico quadraginta millia dediticiorum trajecit in Galliam, juxtaque ripam Rheni sedibus assignatis collocavit. Quas ob res, et ovans, et curru Urbem ingressus est, primus, ut quidam putant, triumphalibus ornamentis honoratus,

---

Raetico atque Vindelico] v. Aug. 21. *Dion.* 54, 22. Gestum hoc bellum est a. 739. conjunctis Drusi Tiberiique viribus. *Vell.* 2, 95. „uterque, divisis partibus, Raetos Vindelicosque aggressi, multis urbium et castellorum oppugnationibus, nec non directa quoque acie feliciter functi, gentes locis tutissimas, aditu difficillimas, numero frequentes, feritate truces, majore cum periculo quam damno Romani exercitus, plurimo cum earum sanguine, perdomuerunt."

Pannonico] A. 742. Missus est Tiberius in Pannoniam post mortem Agrippae. *Vell.* 2, 96. „Subinde bellum Pannonicum, quod inchoatum ab Agrippa — magnum atroxque et perquam vicinum imminebat Italiae, per Neronem gestum est." *Dio* 54, 31, 34. *Breucos* inter Pannoniae gentes referunt *Strabo* 7, 5, 3. *Plin.* 3, 25. (28.) qui Savum fluere dicit per Colapianos Breucosque, et *Dio* 55, 34.

Germanico — collocavit] v. Aug. 21.

et ovans, et curru] *Ovavit* a. 745. *Dio* 55, 2. ὁ Τιβέριος τῶν τε Δαλματῶν καὶ τῶν Παννονίων ὑποκινησάντων τι αὖθις — κρατήσας τὰ ἐπὶ τοῦ κέλητος ἐπινίκια ἔπεμψε. *Vell.* 2, 96. „Hujus victoriae compos Nero *ovans triumphavit.*" Scilicet turpis adulator dicere noluit simpliciter, ovasse Tiberium. *Curru* justum triumphum egit a. 747. de Germanis. *Dio* 55, 8. Τιβέριος ἐν τῇ νουμηνίᾳ, ἐν ᾗ ὑπατεύειν μετὰ Γναίου Πείσωνος ἤρξατο, — τὰ νικητήρια ἤγαγε. *Vell.* 2, 97. „Tum alter triumphus cum altero consulatu ei oblatus est." Sibi enim constans, ovationem illam priorem triumphum dicit. De alio triumpho post reditum ex insula Rhodo v. ad c. 17.

primus — tri. orn. honoratus] A. U. 742. *Dio* 54, 31. καὶ αὐτῷ διὰ ταῦτα ἡ μὲν βουλὴ τά γε ἐπινίκια ἐψηφίσατο· ὁ δ' Αὔγουστος ταῦτα μὲν οὐκ ἐπέτρεψεν ἑορτάσαι, τὰς δὲ τιμὰς τὰς ἐπινικίους ἀντέδωκε. Addidit autem auctor *primus, ut quidam putant,* quoniam alii putabant, primo Agrippae hunc honorem fuisse tributum, quibus accedit *Dio* 54, 24., quem locum ad Aug. 38. dedi-

novo nec antea cuiquam tributo genere honoris. Magistratus et maturius inchoavit, et paene junctim percucurrit quaesturam, praeturam, consulatum: interpositoque tempore Consul iterum etiam tribuniciam potestatem in quinquennium accepit. [10] Tot prosperis confluentibus, integra aetate ac valetudine, statuit repente secedere, seque e medio quam longissime amovere: dubium, uxorisne taedio, quam neque criminari aut dimittere auderet, neque ultra perferre posset; an ut, vitato assiduitatis fastidio, auctoritatem absentia tueretur, atque etiam augeret, si quando indiguisset sui Respublica. Quidam existimant, adultis jam Augusti liberis, loco et quasi possessione usurpati a se diu secundi gradus sponte cessisse, exemplo M. Agrippae, qui, M. Marcello ad munera publica admoto, Mytilenas abierit; ne aut

---

mus, ubi de *ornamentis triumph.* vide. N. l. pro *primus* al. *prius*, quod verum quidem; nam tulit Tiberius haec ornamenta tertio anno ante ovationem; sed ferri non potest ob additum *ut quidam putant.* Vidit hoc Burmannus, et neglexisse miror Wolfium. Pro *honoratus* al. *ornatus.* Illud Nostro in usu esse, docet index.

Magistratus] *Dio* 53, 28. ad a. 730. τῷ τε Μαρκέλλῳ βουλεύειν τε ἐν τοῖς ἐστρατηγηκόσι, καὶ τὴν ὑπατείαν δέκα θᾶττον ἔτεσιν ἤπερ ἐνενόμιστο, αἰτῆσαι, καὶ τῷ Τιβερίῳ πέντε πρὸ ἑκάστης ἀρχῆς ἔτεσι τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιῆσαι ἐδόθη. καὶ παραχρῆμά γε οὗτος μὲν ταμίας, ἐκεῖνος δὲ ἀγορανόμος ἀπεδείχθησαν. 54, 10. ad a. 735. τῷ τε Τιβερίῳ τὰς τῶν ἐστρατηγηκότων τιμὰς ἔδωκεν (Augustus), et c. 19. ad a. 738. ἐστρατήγησε (Tiberius), καίπερ τὰς στρατηγικὰς τιμὰς ἔχων. Consul autem primum fuit a. 741. cum Quintilio Varo. 54, 25. unde *junctim* non nimis est urgendum, sed intelligendum de neglecto vetere ordine annali, quo et certa aetas singulis magistratibus ineundis, et certum intervallum, post quod nova petitio liceret, erat constitutum.

Consul iterum] i. e. ex solenni auctoris brevitate: *quum Consul iterum fuisset.* v. ad Caes. 1. „*Flamen Dialis destinatus.*" Iterum Consul fuit Tiberius a. 747. *Dio* 55, 8. tribuniciam potestatem in quinquennium accepit a. 748. (Ibid. c. 9.) v. ad Aug. c. 27.

statuit repente secedere] A. 748. annos natus 36.

exemplo M. Agrippae] v. Aug. 66.

obstare, aut obtrectare praesens videretur. Quam causam et ipse, sed postea, reddidit. Tunc autem honorum satietatem ac requiem laborum praetendens, commeatum petiit. Neque aut matri suppliciter precanti, aut vitrico, deseri se etiam in Senatu conquerenti, veniam dedit. Quin et pertinacius retinentibus, cibo per quatriduum abstinuit. Facta tandem abeundi potestate, relictis Romae uxore et filio, confestim Ostiam descendit; ne verbo quidem cuiquam prosequentium reddito, paucosque admodum in digressu exosculatus. [11] Ab Ostia oram Campaniae legens, imbecillitate Augusti nunciata, paulum substitit. Sed increbrescente rumore, quasi ad

---

ne aut obstare — videretur] *Dio* 55, 9. narrat, Augustum ad coercendam nepotum, Caji et Lucii, impotentiam Tiberio et tribuniciam potestatem et compescendam Armeniam demandasse, additque: *συνέβη δ' αὐτῷ καὶ ἐκείνοις καὶ τῷ Τιβερίῳ προσκροῦσαι μάτην· τοῖς μέν, ὅτι παρεωρᾶσθαι ἔδοξαν, τῷ δέ, ὅτι τὴν ὀργὴν αὐτῶν ἐφοβήθη. ἀμέλει καὶ ἐς Ῥόδον, ὡς καὶ παιδεύσεώς τινος δεόμενος, ἐστάλη, μήτ' ἄλλους τινάς, μήτε τὴν θεραπείαν πᾶσαν ἐπαγόμενος, ἵν' ἐκποδὼν σφίσι καὶ τῇ ὄψει καὶ τοῖς ἔργοις γένηται. ἡ μὲν οὖν ἀληθεστάτη αἰτία τῆς ἐκδημίας αὐτοῦ τοιάδε ἐστί. — λόγον δέ τινα ἔχει, καὶ διὰ τὴν γυναῖκα τὴν Ἰουλίαν, ὅτι μηκέτ' αὐτὴν φέρειν ἐδύνατο, τοῦτο ποιῆσαι· κατέλιπε γοῦν αὐτὴν ἐν τῇ Ῥώμῃ. οἱ δὲ ἔφασαν, χαλεπῆναι αὐτόν, ὅτι μὴ καὶ Καῖσαρ ἀπεδείχθη· οἱ δὲ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Αὐγούστου, ὡς καὶ τοῖς παισὶν αὐτοῦ ἐπιβουλεύοντα, ἐκβληθῆναι. ὅτι μὲν γὰρ οὔτε παιδείας ἕνεκα, οὔτ' ἀβουλήσας τὰ δεδογμένα* (de Caji et Lucii adoptione) *ἀπεδήμησε, δῆλον ἔκ τε τῶν ἄλλων ὧν μετὰ ταῦτα ἔπραξε, καὶ ἐκ τοῦ τὰς διαθήκας αὐτὸν εὐθὺς τότε καὶ λῦσαι, καὶ τῇ μητρὶ τῷ τε Αὐγούστῳ ἀναγνῶναι ἐγένετο· κατεικάζετο δὲ πάνθ' ὅσα ἐνεδέχετο.* *Vell.* 2, 99. „quum C. Caesar sumsisset jam virilem togam, Lucius item maturus esset, veritus, ne fulgor suus orientium juvenum obstaret initiis, dissimulata causa consilii sui, commeatum ab socero atque eodem vitrico acquiescendi a continuatione laborum petiit.“

veniam dedit] i. e. rogatus concessit, ut saepe apud Ciceronem, v. c. ad Qu. Fr. 3, 1. „quod tibi amantissime petenti *veniam non dedit*“ ubi v. Manut., ad Att. 5, 21. „*dedi veniam* homini impudenter petenti.“ *Terent.* Heaut. 5, 5, 5. „*da veniam*, Chreme, sine te exoret.“ v. Ernest. Glossar. Liv., et, quos ille laudat, interpr. ad *Virgil.* Aen. 1, 519.

occasionem majoris spei commoraretur, tantum non adversis tempestatibus Rhodum enavigavit, amoenitate et salubritate insulae jam inde captus, quum ad eam ab Armenia rediens appulisset. Hic modicis contentus aedibus, nec multo laxiore suburbano, genus vitae civile admodum instituit, sine lictore aut viatore gymnasia interdum obambulans, mutuaque cum Graeculis officia usurpans, prope ex aequo. Forte quondam in disponendo die mane praedixerat, quicquid aegrorum in civitate esset, visitare se velle: id a proximis aliter exceptum: jussique sunt omnes aegri in publicam porticum deferri, ac per valetudinum genera disponi. Perculsus igitur inopinata re, diu quid ageret incertus, tamen singulos circuit; excusans factum etiam tenuissimo cuique, et ignoto. Unum hoc tantummodo, neque praeterea quicquam notatum est, in quo exercuisse jus tribuniciae potestatis visus sit. Quum circa scholas et auditoria professorum assiduus esset, moto inter antisophistas graviore jurgio, non defuit, qui eum intervenientem,

---

ad occas. maj. spei] Burm. praefert, quod est in cod. Copes., *rei*, illudque durum judicat. Mihi non ita videtur. *Spes* est *res speranda*, itaque Graecus dixisset ἀφορμὴν μείζονος v. λαμπροτέρας ἐλπίδος. Vulgatum defendunt etiam Ernest. et Oudend. Ceterum patet, intelligendam spem imperii.

genus vitae civile] *Dio* l. c. ἐς τὴν νῆσον ἐλθὼν οὐδὲν ὀγκηρὸν οὔτε ἔπραττεν οὔτε ἔλεγεν. Uno tantum lictore Athenis usum etiam Germanicum, auctor *Tac.* A. 2, 53. ubi v. Lipsium, conferentem *Appian.* Civ. 5, 76. et n. l. De vocab. *civilis* v. ind. Postea *gymnasia* pro *gymnasio* dedit Oudend. secutus Casaubonum et Graevium, illum ego.

aegrorum] Ridicula est emendatio Burm. *equorum.* Sensus est tam apertus, ut verborum pudeat.

Perculsus] Ern. et Oudend. maluere *percussus.* Nescio an argutentur in statuendo horum vocabulorum discrimine viri doctissimi. Aptissime etiam vulg. defendit *Müller.* exemplo Liv. 2, 14. „Aricinos res inopinata *perculerat.*" v. etiam Glossar. Livian.

exercuisse] Alii probant *exseruisse.* v. ad Neron. 26.

et quasi studiosiorem partis alterius, convicio incesseret. Sensim itaque regressus domum, repente cum apparitoribus prodiit, citatumque pro tribunali voce praeconis conviciatorem rapi jussit in carcerem. Comperit deinde, Juliam uxorem ob libidines atque adulteria damnatam, repudiumque ei suo nomine, ex auctoritate Augusti, remissum: et quamquam laetus nuncio, tamen officii duxit, quantum in se esset, exorare filiae patrem frequentibus literis, et vel utcunque meritae, quicquid unquam dono dedisset, concedere. Transacto autem tribuniciae potestatis tempore, confessus tandem, nihil aliud secessu devitasse se, quam aemulationis cum Cajo Lucioque suspicionem, petiit, ut sibi securo jam ab hac parte, corroboratis his, et secundum locum facile tutantibus, permitteretur revisere necessitudines, quarum desiderio teneretur. Sed neque impetravit: ultroque etiam admonitus est, dimitteret omnem curam suorum, quos tam cupide reliquisset. [12] Remansit ergo Rhodi contra voluntatem; vix per matrem consecutus, ut ad velandam ignominiam, quasi legatus ab Augusto, abesset. Enimvero tunc non privatum modo, sed etiam obnoxium et trepidum egit, mediterraneis agris abditus, vitansque praeternavigantium officia, quibus frequentabatur assidue, nemine cum

---

Juliam uxorem] v. Aug. c. 65.

tutantibus] al. *curantibus*. Illud rectum. v. ind. in *tueri*.

legatus ab Aug.] Abest *ab* in cod. Memm. aliisque, et abiciendum duxit etiam Wolf., quod Ner. 5. legitur *eidem Antonio legatus* et Vitell. 5. *succedenti fratri legatus*.

quibus frequ. assidue] *Vell.* 2, 99. „Illud etiam in hoc transcursu dicendum est, ita septem annos (ab a. 748. usque ad 755.) Rhodi moratum, ut omnes, qui pro Consulibus legatique, in transmarinas profecti provincias, visendi ejus gratia ad eum venientes, semper privato (si illa majestas privata unquam fuit) fasces suos summiserint, fassique sint, otium ejus honoratius imperio suo.“ *Cum imperio* ibant, qui *legati* dicuntur a Vellejo, in Caesaris provincias, ab eodem missi ad bellum gerendum,

imperio aut magistratu tendente quoquam, quin deverteret Rhodum. Et accesserunt majoris sollicitudinis causae. Namque privignum Cajum, Orienti praepositum, quum visendi gratia trajecisset Samum, alieniorem sibi sensit ex criminationibus M. Lollii, comitis et rectoris ejus. Venit etiam in suspicionem, per quosdam beneficii sui Centuriones, a commeatu castra repetentes, mandata ad compłures dedisse ambigua, et quae tentare singulorum animos ad novas res viderentur. De qua suspicione certior ab Augusto factus, non cessavit efflagitare aliquem, cujuslibet ordinis, custodem factis atque dictis suis. [13] Equi quoque et armorum solitas exercitationes omisit: redegitque se, deposito patrio habitu, ad pallium et crepidas: atque in tali statu biennio fere

---

cum magistratu Proconsules aliique a Senatu populoque missi, v. ad Aug. 47.

privignum Cajum] A. 755. *Dio* 55, 11. τοῦ δὲ Γαΐου σταλέντος ἐς τὸν πρὸς Ἀρμενίους πόλεμον, ὁ Τιβέριος ἐς Χίον ἐλθὼν αὐτὸν ἐθεράπευσεν. ἐταπείνου τε γὰρ ἑαυτόν, καὶ ὑπέπιπτεν οὐχ ὅτι τῷ Γαΐῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς μετ᾽ αὐτοῦ οὖσι. *Vell.* 2, 101. „C. Caesar — in Syriam missus, convento prius Tiber. Nerone, cui omnem honorem, ut superiori, habuit, sequ.“ ad qu. l. v. Kraus.

M. Lollii] qui cladem accepit, de qua v. ad Aug. c. 23. *Vell.* 2, 97. conviciis cumulat hominem, Tiberio gratificaturus. Dicit enim „in omnia pecuniae, quam recte faciendi cupidiorem, et inter summam vitiorum dissimulationem vitiosissimum.“ Id. c. 102. de ejus morte ita exponit; „Quo tempore M. Lollii, quem veluti *moderatorem juventae* filii sui Augustus esse voluerat, perfida et plena subdoli ac versuti animi consilia, per Parthum indicata Caesari, fama vulgavit. Cujus mors intra paucos dies fortuita an voluntaria fuerit, ignoro.“ Insanam ejus luxuriam, mortemque, *„interdicta amicitia a C. Caesare,“* veneno effectam narrat *Plin.* 9, 35. (58.)

beneficii sui Cent.] h. e. quibus ipse ordines dederat, quales *beneficiarii* dicti. v. Lips. ad *Tac.* Hist. 4, 48. Ii ex commeatu ad castra in Orientem redeuntes deverterant officii causa ad Tiberium, et ab eo sollicitati ad res novas ibi movendas dicebantur.

redegitque — ad pallium et crepidas] i. e. Graecum habitum sumsit, quo prorsus a Romano more et spe Romani imperii recessisse videretur. Scipioni etiam objectum apud *Liv.* 29, 19,

permansit, contemtior in dies, et invisior: adeo, ut imagines ejus et statuas Nemausenses subverterint; ac familiari quodam convivio mentione ejus orta, exstiterit, qui Cajo polliceretur, *Confestim se, si juberet, Rhodum navigaturum, caputque exsulis* (sic enim appellabatur) *relaturum*. Quo praecipue, non jam metu, sed discrimine, coactus est, tam suis, quam matris impensissimis precibus reditum expostulare: impetravitque, adiutus aliquantum etiam casu. Destinatum Augusto erat, nihil super ea re, nisi ex voluntate majoris filii, statuere. *Is forte* tunc M. Lollio offensior, facilis exorabilisque in vitricum fuit. Permittente ergo Cajo, revocatus est; verum sub conditione, ne quam partem curamve Reipublicae attingeret. [14] Rediit octavo post secessum anno, magna nec incerta spe futurorum, quam et ostentis et praedictionibus ab initio aetatis conceperat. Praegnans enim Livia, quum, an ma-

---

„*cum pallio crepidisque* inambulare in gymnasio, libellis etiam palaestraeque operam dare sequ."

Nemausenses] i. e. Nemausi, Galliae Narbonensis urbis, incolae. Rexisse autem Tiberium Comatam Galliam, legimus c. 9. per quam occasionem statuae illae erectae videntur. Gronov. ex corrupta codd. lectione dedit *Resainenses* v. *Resaenenses*. Resaina enim Mesopotamiae urbs, de qua v. *Cellar*. Geogr. Ant. 3, 15. p. 732. itaque statuarum honos pertineret ad expeditionem Tiberii in Armeniam c. 9. Veram lectionem nemo constituerit in re, quae tot locis fieri potuit.

Permittente ergo Cajo] Ante utriusque (Caji et Lucii) interitum Tiberium Rhodo revertisse, auctor etiam *Vellej*. 2, 103. Mortuos autem illos, Cajum a. d. VIIII. Kal. Mart. a. 757., Lucium a. d. XII. Kal. Sept. a. 755., notavimus ad Aug. 65. Rediisse Tiberium circa mensem Julium a. 755., docet *Noris*. ad Cenotaph. Pis. p. 255. Sine dubio igitur epitomatoris errori tribuendum, quod legitur *Dion*. 55. 11. *συνέβη εὐθὺς μετὰ ταῦτα, καὶ τὸν Τιβέριον ἐκ Ῥόδου ἐς τὴν Ῥώμην ἀφικέσθαι, Λουκίου καὶ Γαΐου τελευτησάντων*, praesertim cum *Zonaras οὐ πολλῷ πρότερον* revertisse illum scribat. v. Fabric. ad l. c.

Livia] *Plin*. 10, 55. (76.) „Livia Augusta, prima sua juventa Tiberio Caesare ex Nerone gravida, quum parere virilem

rem editura esset, variis captaret ominibus, ovum incubanti gallinae subductum nunc sua, nunc ministrarum manu per vices usque eo fovit, quoad pullus insigniter cristatus exclusus est. Ac de infante Scribonius mathematicus praeclara spopondit: *etiam regnaturum quandoque, sed sine regio insigni;* ignota scilicet tunc adhuc Caesarum potestate. Et ingresso primam expeditionem, ac per Macedoniam ducente exercitum in Syriam, accidit, ut apud Philippos sacratae olim victricium legionum arae sponte subitis collucerent ignibus: et mox, quum Illyricum petens juxta Patavium adisset Geryonis oraculum, sorte tracta, qua monebatur, ut de consultationibus in Aponi fontem talos aureos jaceret, evenit, ut summum numerum jactu ab eo ostenderent; hodieque sub aqua visuntur hi tali. Ante paucos vero, quam revocaretur, dies aquila, nunquam antea Rhodi conspecta, in culmine domus ejus assedit: et

---

sexum admodum cuperet, hoc usa est puellari augurio, ovum in sinu fovendo, atque quum deponendum haberet, nutrici per sinum tradendo, ne intermitteretur tepor. Nec falso augurata proditur."

ingresso primam exped.] cui ut dux praeesset; nam in expeditione Cantabrica Tribunus mil. tantum fuerat. Ostentum narrat *Dio* 54, 9. καὶ ἤδη γε καὶ περὶ τῆς μοναρχίας ἐνενόει, ἐπειδὴ πρὸς τοὺς Φιλίππους αὐτῷ προσελαύνοντι θόρυβός τέ τις ἐκ τοῦ τῆς μάχης χωρίου, ὡς καὶ ἐκ στρατοπέδου, ἠκούσθη, καὶ πῦρ ἐκ τῶν βωμῶν, τῶν ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίου ἐν τῷ ταφρεύματι ἱδρυθέντων, αὐτόματον ἀνέλαμψε.

Geryonis oraculum] Nusquam alibi commemoratur. *Sortes* tabellae erant ligneae, γραμματεῖα, quibus literae vel pauca verba ad divinandum insculpta. v. *Bulenger*. de sortibus 1, 1. (Thes. Graev. T. V. p. 361.) — *Fons Aponi* (ut *Aponi fontes Martial.* 6, 42.) s. *Aponus* (ἄπονος, ob dolorum, quod dabat, levamen) celebratur a *Claudiano* epigrammate, quod incipit:

„Fons, Antenoreae vitam qui porrigis urbi,
Fataque vicinis noxia pellis aquis."

aquila — assedit] Casaubonus jam laudavit carmen *Apollonidae* Smyrnaei huc spectans Anthol. Vol. II. p. 121.

pridie quam de reditu certior fieret, vestimenta mutanti tunica ardere visa est. Thrasyllum quoque mathematicum, quem ut sapientiae professorem contubernio admoverat, tum maxime expertus est, affirmantem, nave provisa gaudium afferri; quum quidem illum, durius et contra praedicta cadentibus rebus, ut falsum et secretorum temere conscium, eo ipso momento, dum spatiatur una, praecipitare in mare destinasset. [15] Romam reversus, deducto in forum filio Druso, statim e Carinis ac Pompejana

---

Ὁ πρὶν ἐγὼ Ῥοδίοισιν ἀνέμβατος ἱερὸς ὄρνις,
ὁ πρὶν Κερκαφίδαις αἰετὸς ἱστορίης
ὑψιπετῆ τότε ταρσὸν ἀνὰ πλατὺν ἠέρ' ἀερθεὶς
ἤλυθον, Ἡλίου νῆσον ὅτ' εἶχε Νέρων·
κείνου δ' αὐλίσθην ἐνὶ δώμασι, χειρὶ συνήθης
κράντορος, οὐ φεύγων Ζῆνα τὸν ἐσσόμενον.

v. *Jacobs* Animadv. Vol. II. P. I. p. 362. — Rhodum aquilam non habere, confirmat etiam *Plin.* 10, 41. (29.)

Thrasyllum] Hunc ut Tiberii comitem commemoravit jam auctor Aug. c. 98. De eo v. *Tac.* Ann. 6, 20, 21. Scholiast. ad *Juvenal.* 6, 576. *Dio* 55, 11. αὐτός τε γάρ, (Tiberius) ἐμπειρότατος τῆς διὰ τῶν ἄστρων μαντικῆς ὤν, καὶ Θράσυλλον ἄνδρα πάσης ἀστρολογίας διαπεφυκότα ἔχων, πάντα καὶ τὰ ἑαυτῷ καὶ ἐκείνοις (privilegiis) πεπρωμένα ἀκριβῶς ἠπίστατο· καὶ λόγος ἔχει, ὅτι μελλήσας ποτὲ ἐν τῇ Ῥόδῳ τὸν Θράσυλλον ἀπὸ τοῦ τείχους ὤσειν, ἐπειδὴ μόνος αὐτῷ πάνθ' ὅσα ἐνενόει συνῄδει, ὡς εἶδεν αὐτὸν σκυθρωπάσαντα, ἤρετο διὰ τί συννένοφεν; εἰπόντος δέ, κίνδυνόν τινα ὑποπτεύειν, θαυμάσας οὐκέτ' αὐτὸ ἐποίησεν. οὕτω γάρ που πάντα ἐκεῖνος σαφῶς ᾔδει, ὥστε καὶ τὸ πλοῖον τὸ τὴν ἀγγελίαν τῷ Τιβερίῳ τῆς ἐς Ῥώμην ἀνακομιδῆς παρά τε τῆς μητρὸς καὶ παρὰ τοῦ Αὐγούστου φέρον, πόρρωθεν κατιδὼν προσπλέον, προειπεῖν αὐτῷ ἃ ἀγγέλλειν ἤμελλε. N. I. verbum *expertus est* explicat *Tac.* l. c. *peritiam ejus hoc modo expertus* et postea: *cujus artem experiri Tiberius statuisset.* Mox *secretorum temere conscium* esse potest vel: rerum secretarum, arcanarum haud bene conscium i. e. peritum, vel: secret. injuria conscium i. e. indignum, cui secreta sua committeret. Ea interpretatio confirmatur verbis Dionis: ἐπειδὴ μόνος αὐτῷ πάνθ' ὅσα ἐνενόει συνῄδει.

e Carinis] *Carinae* locus erant Urbis inter Coelium et Esquilinum montem, in quarta regione. Domum Cn. Pompeji postea possedit Antonius, unde jocus Sexti Pompeji, in Carinis

domo Esquilias in hortos Maecenatianos transmigravit: totumque se ad quietem contulit, privata modo officia obiens, ac publicorum munerum expers. Cajo et Lucio intra triennium defunctis, adoptatur ab Augusto simul cum fratre eorum M. Agrippa; coactus prius ipse, Germanicum, fratris sui filium, adoptare. Nec quicquam postea pro patrefamilias egit, aut jus, quod [adoptione] amiserat, ex ulla parte retinuit. Nam neque donavit, neque manumisit: ne hereditatem quidem, aut legata percepit ulla aliter, quam ut peculio referret accepta. Nihil ex eo tempore praetermissum est ad majestatem ejus

---

suis se coenam dare, quem narrant *Vell.* 2, 77. et *Dio* 48. 38. ubi v. interpr.

intra triennium] ex quo redierat Tiberius, sc. ita, ut annum reditus, U. 755., mortisque Caji, U. 757., more numerandi Romanorum in rationem ducas. Qui de intervallo intellexerunt, quod inter Lucii et Caji mortem effluxit, commoti maxime loco Aug. 65. „*in duodeviginti mensium spatio* amisit ambos" n. l. corrigendum putarunt *intra biennium*, ut Lips. ad *Tac.* Ann. 1, 3., qui tamen ipse ad veriorem interpretationem vulg. lectionis pronus est, aliique.

adoptatur] v. Aug. 65.

coactus — adoptare] *Dio* 55, 13. καὶ μέντοι καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον ὑποπτεύσας πῃ ἐκφρενήσειν, καὶ φοβηθεὶς μὴ καὶ νεοχμώσῃ τι, τὸν Γερμανικὸν οἱ τὸν ἀδελφιδοῦν, καίτοι καὶ αὐτῷ υἱὸν ἔχοντι, ἐσεποίησε. cf. Calig. 1.

Nec quicquam — egit] Adoptatus enim ab Augusto capitis deminutionem passus in ejus, qui adoptaverat, patriam potestatem transierat. Id Romanis adeo erat tritum, ut in sequentibus: *jus, quod adopt. amiserat*, voc. *adoptione*, quod abest ab optimo cod. Memm. aliisque, e glossemate ortum videatur, unde cum Wolfio, Oudendorpium secuto, uncis inclusi.

quam ut peculio ref. acc.] i. e. pro *peculio* s. *ut peculium* accepta in tabulas inferret. *Peculium* est; quicquid liberi servive patris dominive consensu sibi acquisiverant. Quum enim in potestate patria constituti patris ratione non personae, sed res essent, proprie omnia non sibi, sed ei, in cujus potestate erant, i. e. patri acquirebant, nisi quorum possessionem iis concessisset. v. *Heinecc.* Ant. Rom. L. 2. tit. 9.

augendam, ac multo magis, postquam, Agrippa abdicato atque seposito, certum erat, uni spem successionis incumbere. [16] Data rursus potestas tribunicia in quinquennium: delegatus pacandae Germaniae status: Parthorum legati, mandatis Augusto Romae

---

Agrippa] v. Aug. c. 65.

in quinquennium] A. 757. *Dio* 55, 13. τὸν δέ γε Τιβέριον καὶ ἐποιήσατο, καὶ ἐπὶ τοὺς Κελτοὺς (ἐξέπεμψε,) τὴν ἐξουσίαν αὐτῷ τὴν δημαρχικὴν ἐς δέκα ἔτη δούς, quo loco legendum putat Casaub. πέντε pro δέκα. Non credo; nam duo quinquennia jungit Dio, 56, 28. demum ad a. 766. post exactum fere decennium novum quinquennium commemorans.

delegatus — status] Verborum structura, quamvis impeditior, tamen non mutanda, quod facere placuit Casaubono in: *delegatus pacando Germaniae statui* vel: *delegatus pacandus Germaniae status*, et Burmanno in: *data rursus potestate tr. i. q. delegatus pacandae Germaniae statim*, quod est vim inferre auctori. Vide Ernest. in excursu has emendationes sic dictas acute taxantem, et exemplis asserentem, *rem* non minus posse delegari alicui, quam *munus* v. *provinciam* rei curandae, quod negaverat Burm. Voc. *status* h. l. non esse proscribendum, docet et locus Calig. 1. „*ad componendum Orientis statum*" et usus hujus vocabuli frequentissimus. v. ind. n. et Freinshemii ad Florum. Dixisse autem videtur auctor *pacandae Germ. status*, vitaturus ὁμοιοτέλευτα *delegatus pacandus*, v. *delegata pacanda Germania provincia*, quod aures horrescerent. Ceterum eodem modo dixit *Liv.* 3, 18. „*turbatae urbis statu*" et 21, 18. „*quietae civitatis statum.*" Est igitur sensus n. l.: demandatus est Tiberio status Germaniae, i. e. ipsa Germania, ut pacanda, pacationis indigens. De rebus a Tiberio in Germania gestis v. *Vell.* 2, 105. sequ. quamquam magno ore sonantem. *Dio* 55, 28. ad a. 759. (ad hunc enim annum usque bellum duravit, *Vell.* 2, 122. „fractas post adoptionem continua *triennii* militia Germaniae vires" dicit) modestiore oratione: ἐπὶ τοὺς Κελτοὺς ἐστράτευσαν μὲν καὶ ἄλλοι τινές, ἐστράτευσε δὲ καὶ ὁ Τιβέριος· καὶ μέχρι γε τοῦ ποταμοῦ, πρότερον μὲν τοῦ Οὐϊσούργου, μετὰ δὲ τοῦτο καὶ τοῦ Ἀλβίου προεχώρησεν, οὐ μέντοι καὶ ἀξιομνημόνευτόν τι τότε γε ἐπράχθη (en fractas Germaniae vires!), καίτοι καὶ αὐτοκράτορος μὴ ὅτι τοῦ Αὐγούστου, ἀλλὰ καὶ τοῦ Τιβερίου ἐπ' αὐτοῖς κληθέντος, καὶ τιμὰς ἐπινικίους Γαΐου Σεντίου τοῦ τῆς Γερμανίας ἄρχοντος λαβόντος· ἐπειδὴ μὴ μόνον ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δεύτερον, φοβηθέντες αὐτούς, ἐσπείσαντο.

redditis, eum quoque adire in provincia jussi. Sed nunciata Illyrici defectione, transiit ad curam novi belli: quod gravissimum omnium externorum bellorum post Punica, per quindecim legiones, paremque auxiliorum copiam, triennio gessit, in magnis omnium rerum difficultatibus, summaque frugum inopia. Et quamquam saepius revocaretur, tamen perseveravit; metuens, ne vicinus et praevalens hostis instaret ultro cedentibus. Ac perseverantiae grande pretium tulit, toto Illyrico, quod inter Italiam regnumque Noricum et Thraciam et Macedoniam interque Danubium flumen et sinum maris Adriatici patet, perdomito et in ditionem redacto. [17] Cui gloriae amplior adhuc ex opportunitate cumulus accessit. Nam sub id fere tempus Quinctilius Varus cum tribus legionibus in Germania periit;

---

nunciata Illyrici def.] auctoribus Batonibus, Dalmatarum Pannoniorumque ducibus, a. 759. v. *Vell.* 2, 110. sequ. *Dio* 55. 29. sequ. Vellejus l. c. „Universa Pannonia, insolens longae pacis bonis, et adulta viribus Dalmatiae, omnibus quoque tractus ejus gentibus in societatem adductis, constituto arma corripuit. — Gentium nationumque, quae rebellaverant, omnis numerus amplius DCCC. millibus explebat. CC. fere peditum colligebantur armis habilia; equitum novem."

quamqu. saepius revocaretur] *Dio* c. 31. ὁ Αὔγουστος, ὑποπτεύσας ἐς τὸν Τιβέριον, ὡς δυνηθέντα μὲν ἂν διαταχέων αὐτοὺς κρατῆσαι, τρίβοντα δὲ ἐξεπίτηδες, ἵν' ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἐν τοῖς ὅπλοις ἐπὶ τῇ τοῦ πολέμου προφάσει ᾖ, πέμπει τὸν Γερμανικόν. A. 760.

instaret ultro ced.] *Ultro* jungendum verbo *instaret*, non *cedentibus*; est enim *invicem*. Ita supra c. 11. „*ultroque* etiam admonitus est." *Virgil.* Aen. 2, 139. „*ultro* Asiam magno Pelopea ad moenia bello venturam."

perdomito] Pax facta cum Pannoniis a. U. 761. v. *Dion.* 55. fin. Sed rebellantes perdomiti a. 763. *Dio* 56, 16. Ceterum *in ditionem* h. l. bene se habet, quoniam sermo de provincia. Al. male *in deditionem*. v. ad Caes. 34.

sub id fere tempus] A. 763. *Vell.* 2, 117. „Tantum quod ultimam imposuerat Pannonico ac Dalmatico bello Caesar manum, quum intra quinque consummati tanti operis dies funestae ex Germania epistolae sequ." v. ad Aug. 23.

nemine dubitante, quin victores Germani juncturi se Pannoniis fuerint, nisi debellatum prius Illyricum esset. Quas ob res triumphus ei decretus est, multique et magni honores. Censuerunt etiam quidam, ut Pannonicus, alii, ut Invictus, nonnulli, ut Pius cognominaretur. Sed de cognomine intercessit Augustus, eo contentum repromittens, quod se defuncto suscepturus esset. Triumphum ipse distulit, moesta civitate clade Variana. Nihilo minus Urbem praetextatus et laurea coronatus intravit; positumque in Septis tribunal, Senatu adstante, conscendit, ac medius inter duos Consules cum Augusto simul sedit; unde, populo consalutato, circum templa deductus

---

quin victores Germani] *Dio* 56, 23. καὶ ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν τήν τε Ῥώμην αὐτὴν ὁρμήσειν σφᾶς προσεδόκησε (Augustus).

triumphus ei decretus] *Dio* 56, 17. ἐπὶ τῇ νίκῃ τῷ μὲν Αὐγούστῳ καὶ τῷ Τιβερίῳ τό τε τοῦ αὐτοκράτορος ὄνομα προσθέσθαι, καὶ τὸ τὰ ἐπινίκια πέμψαι, ἄλλαι τέ τινες τιμαί, καὶ ἀψῖδες ἐν τῇ Παννονίᾳ τροπαιοφόροι δύο ἐδόθησαν. ταῦτα γὰρ ἀπὸ πολλῶν τῶν ψηφισθέντων σφίσιν ὁ Αὔγουστος ἐδέξατο.

quod se defuncto] cognomen Augusti. v. c. 26.

Triumphum ipse distulit] per totum biennium. Triumphavit enim ex Germania reversus, exeunte a. 765. *Vell.* 2, 121. „in Urbem reversus, jam pridem debitum, sed continuatione bellorum dilatum, ex Pannoniis Dalmatisque egit triumphum.“ v. *Masson.* vit. Ovid. ad a. 765.

praetextatus] i. e. habitu consulari, non triumphali, uti Graev. ad h. l. et Oudend., quos vide. Praetexta enim et sella curulis magistratus insignia, triumphi tunica palmata, toga picta et corona laurea. v. *Liv.* 10, 7. Ita *Tac.* Ann. 12, 41. „Britannicus *in praetexta*, Nero *triumphali cum veste* transvecti sunt.“ Fabricius tamen ad *Dion.* 48, 16. ubi nostrum locum adducit, praetextam triumphi s. vestem περιπόρφυρον intelligit; ita etiam *Bremius*.

pos. in Septis tribunal] *Dio* 56, 1. ad a. 762. ὁ δὲ δὴ Τιβέριος ἐς τὴν Ῥώμην, μετὰ τὸν χειμῶνα, ἐν ᾧ Κύϊντος Σουλπίκιος καὶ Γάϊος Σαβῖνος ὑπάτευσαν, ἀνεκομίσθη. καὶ αὐτῷ καὶ ὁ Αὔγουστος ἐς τὸ προάστειον ἀπαντήσας, ἦλθέ τε μετ' αὐτοῦ ἐς τὰ Σέπτα, κἀνταῦθα ἀπὸ βήματος τὸν δῆμον ἠσπάσατο· καὶ μετὰ τοῦτο τά τε ἄλλα τὰ προσήκοντα ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἐποίησε, καὶ θέας ἐπινικίους διὰ τῶν ὑπάτων.

est. [18] Proximo anno repetita Germania, quum animadverteret, Varianam cladem temeritate et negligentia ducis accidisse, nihil non de consilii sententia egit. Semper alias sui arbitrii, contentusque se uno, tunc praeter consuetudinem cum pluribus de ratione belli communicavit. Curam quoque solito exactiorem praestitit. Trajecturus Rhenum, commeatum omnem, ad certam formulam astrictum, non ante transmisit, quam consistens apud ripam explorasset vehiculorum onera, ne qua deportarentur, nisi concessa, aut necessaria. Trans Rhenum vero eum vitae ordinem tenuit, ut sedens in cespite nudo cibum caperet, saepe sine tentorio pernoctaret, praecepta sequentis diei omnia, et si quid subiti muneris injungendum esset, per libellos daret; addita monitione, ut, de quo quisque dubitaret, se, nec alio interprete, quacunque vel noctis hora uteretur. [19] Disciplinam acerrime exegit, animadversionum et ignominiarum generibus ex antiquitate repetitis, atque etiam Legato legionis, quod paucos milites cum liberto suo trans ripam venatum misisset, ignominia notato. Proelia, quamvis minimum fortunae casibusque permitteret, aliquanto constantius inibat, quoties lucubrante se, subito ac nullo propellente, decideret lumen, et exstingueretur; confidens, ut ajebat, ostento, sibi ac majoribus suis in omni ducatu expertissimo. Sed, re prospere gesta, non multum afuit, quin a Bructero quodam

---

repetita Germania] A. 763. *Vell.* 2, 120. *Dio* 56, 23.

deportarentur] i. e. navibus trajicerentur. Al. *deponerentur*, quod probarunt Burm. et Ernestius, interpretantes: deponerentur e vehiculis ad fluminis ripam, ut navibus imposita transveherentur, quod nimis quaesitum videtur.

Legato legionis] Legati praetorii singulis legionibus praeerant, consulares totis exercitibus. Illorum inde a Caesaris tempore frequens mentio. v. Ern. ad h. l., Lips. ad *Tac.* A. 2, 36.

a Bructero]. De *Bructeris* v. *Tac.* German. 33. cf. *Cellar.* Geogr. ant. 2, 5. p. 468. et 469. N. l. vulgo *a Rutheno* v. *Rhu-*

occideretur: cui inter proximos versanti, et trepidatione detecto, tormentis expressa confessio est cogitati facinoris. [20] A Germania in Urbem post biennium regressus, triumphum, quem distulerat, egit; prosequentibus etiam legatis, quibus triumphalia ornamenta impetrarat. Ac priusquam in Capitolium flecteret, descendit e curru, seque praesidenti patri ad genua summisit. Batonem, Pannonium ducem, ingentibus donatum praemiis, Ravennam transtulit; gratiam referens, quod se quondam, cum exercitu iniquitate loci circumclusum, passus esset evadere. Prandium dehinc populo mille mensis, et congiarium trecenos nummos viritim dedit. Dedicavit et Concordiae aedem, item Pollucis et Castoris, suo fratrisque nomine, de manubiis. [21] Ac non multo post, lege per Consules lata, ut provin-

---

teno. Ruteni Galliae sunt populus, de quo v. *Cellar.* 2, 2. p. 191. cf. Oudend. ad *Lucan.* 1, 402.

triumphum — egit] A. 765. v. c. 17.

Batonem] Duo erant Batones, alter dux Breucorum, interemtus a Batone Pannonio a. 761., in cujus potestatem venerat, v. *Dion.* 56, 34. alter hic ipse Pannonius v. Desidiates Dalmata, ut dicitur *Dion.* 55, 29., qui post grave bellum Tiberio se dedidit, auctore *Dion.* 56, 16. *Vell.* 2, 114. a. 763. cf. *Ovid.* ex Ponto 2, 1, 45.

„Maxima pars horum vitam veniamque tulerunt,
In quibus et belli summa caputque Bato.“

Concordiae aedem] *Dion.* 55, 8. dicitur Kal. Jan. a. 747., quibus consulatum iniit cum Cn. Pisone, τὸ Ὁμονόειον αὐτὸς ἑαυτῷ ἐπισκευάσαι προστάξας, ὅπως τό τε ἴδιον καὶ τὸ τοῦ Δρούσου ὄνομα αὐτῷ ἐπιγράψῃ. et 56, 25. ad a. 764. τό τε Ὁμονόειον ὑπὸ τοῦ Τιβερίου καθιερώθη, καὶ αὐτῷ τό τε ἐκείνου ὄνομα, καὶ τὸ τοῦ Δρούσου τοῦ ἀδελφοῦ καὶ τεθνηκότος ἐπεγράφη.

Pollucis et Castoris] *Dio* 55, 27. ad a. 759. τὸ Διοσκούρειον ὁ Τιβέριος καθιερώσας, οὐ τὸ ἑαυτοῦ μόνον ὄνομα αὐτῷ, (Κλαυδιανὸν ἑαυτὸν ἀντὶ τοῦ Κλαυδίου, διὰ τὴν ἐς τὸ τοῦ Αὐγούστου γένος ἐκποίησιν, ὀνομάσας) ἀλλὰ καὶ τὸ ἐκείνου (Drusi) ἐπέγραψε. Nunc denuo videtur exornatum fuisse hoc templum de manubiis.

non multo post] sc. post dedicatam Concordiae aedem, exornatam Castoris et Pollucis. Referenda videtur haec lex, qua pro-

cias cum Augusto communiter administraret, simulque censum ageret, condito lustro in Illyricum profectus est. Et statim ex itinere revocatus, jam quidem affectum, sed tamen spirantem adhuc Augustum reperit, fuitque una secreto per totum diem. Scio, vulgo persuasum, quasi, egresso post secretum sermonem Tiberio, vox Augusti per cubicularios excepta sit: *Miserum populum Romanum, qui sub tam lentis maxillis erit.* Nec illud quidem ignoro, aliquos tradidisse, Augustum palam nec dissimulanter morum ejus diritatem adeo improbasse, ut nonnunquam remissiores hilarioresque sermones, superveniente eo, abrumperet: sed expugnatum precibus uxoris adoptionem non abnuisse; vel etiam ambitione tractum, ut tali successore desiderabilior ipse

---

consularis potestas Tiberio data, ad a. 764. vel initium a. 765. *Vellejus* enim 2, 121. proxime ante triumphum narrat, „Senatum populumque Romanum, postulante patre ejus, ut aequum ei jus in omnibus provinciis exercitibusque esset, decreto esse complexum." v. *Kraus.* ad Vell. l. c., *Pagium* ad Ann. Baron. T. I. p. 9. sequ.

simulque censum ageret] v. ad Aug. c. 27. cf. Ej. c. 97.

in Illyricum] v. Aug. c. 97.

fuitque una secreto] v. ad Aug. c. 98. fin.

sub tam lentis maxillis] Comparat eum cum bestia, quae non necat tantum, sed lento cruciatu necandos vexat. Dicit, quam *saevam ac lentam naturam* Tiberii vocat auctor c. 57. Pro *erit* al. *edit*, mero vitio.

Nec illud quidem ignoro] *Dio* 56, 45. τοσοῦτον δ' οὖν τὸ σύμπαν ἀλλήλων διήνεγκαν (Augustus et Tiberius), ὥςτε τινὰς καὶ ἐς τὸν Αὔγουστον ὑποπτεῦσαι, ὅτι ἐξεπίτηδες τὸν Τιβέριον, καίπερ εὖ εἰδὼς ὁποῖος ἦν, διάδοχον ἀπέδειξεν, ἵνα αὐτὸς εὐδοξήσῃ. ταῦτα μὲν δὴ οὖν ὕστερον διαθροεῖν ἤρξαντο. *Tac.* A. 1, 10. „ne Tiberium quidem (dicebant) caritate aut Reipublicae cura successorem adscitum; sed quoniam arrogantiam saevitiamque ejus introspexerit, comparatione deterrima sibi gloriam quaesivisse. Etenim Augustus, paucis ante annis, quum Tiberio tribuniciam potestatem a Patribus rursum postularet, quamquam honora oratione, quaedam de habitu cultuque et institutis ejus jecerat, quae velut excusando exprobraret."

quandoque fieret. Adduci tamen nequeo, quin existimem, circumspectissimum et prudentissimum Principem, in tanto praesertim negotio, nihil temere fecisse; sed vitiis virtutibusque Tiberii perpensis, potiores duxisse virtutes: praesertim quum et, *Reipublicae causa adoptare se eum*, pro concione juraverit, et epistolis aliquot, ut peritissimum rei militaris, utque unicum populi Romani praesidium, prosequatur. Ex quibus in exemplum pauca hinc inde subjeci. *Vale, jucundissime Tiberi, et feliciter rem gere, ἐμοὶ καὶ ταῖς Μούσαις στρατηγῶν. Jucundissime, et, ita sim felix, vir fortissime, et dux νομιμώτατε, vale.* Et, *Ordinem aestivorum tuorum! Ego vero, mi Tiberi, et inter tot rerum difficultates, καὶ τοσαύτην ῥαθυμίαν τῶν στρατευομένων, non potuisse quemquam prudentius gerere se, quam tu gesseris, existimo. Hi quoque, qui tecum fue-*

ἐμοὶ καὶ ταῖς Μούσαις] Haec verba, quae vel desunt in Mss., ut plerumque Graeca, vel corrupte leguntur, varie tentata sunt a viris doctis, maxime ob Musarum, quae inepta h. l. videbatur, mentionem. Turneb. conjicit καλὰ στρατηγῶν v. ἄριστε στρατηγῶν, Salmas. ἐμοί τε καὶ τοῖς ἐμοῖς ὦ ἄριστε στρατηγῶν, Lips. ἐμοὶ καὶ λαοῖς τοῖς σοῖς, Casaub., relictis Musis, ἄριστα στρατηγῶν, Oudend. ἐμοὶ καὶ τοῖς σοῖς σοί τε στρ., Bremius ἐμοὶ καὶ τοῖς στρατοῖς ἀρ. στρ. insistentes fere vestigiis cod. Memm., ubi corrupte ἐμοὶ καὶ ταῖς μονίσας δίς τε στρ., quibus addere quis posset: ἐμοὶ καὶ Ῥωμαίοις v. τοῖς Ῥωμαίοις στρατηγῶν v. ἄριστα στρ. Sed salva est, puto, vulgata. Laudat Augustus et artem militarem Tiberii sibi praestitam, et studia, inter arma Musis dicata, neque inepte comparant locum *Horat.* Od. 3, 4, 37. Postea pro νομιμώτατε al. εὐβουλέστατε. Casaub. ex illo conjicit γονιμώτατε i. e. γνησιώτατε, v. μονιμώτατε i. e. constantissime et fortissime, ex hoc εὐφυέστατε. Vulgatum de *perito, idoneo* interpretatur Ernestius, laudans Wesseling. ad *Diodor.* 1, 6., ubi παρὰ τοῖς νομιμωτάτοις τῶν τε φυσιολόγων καὶ τῶν ἱστορικῶν.

ῥαθυμίαν] Oudend. et Wolf. praeferunt ἀκροθυμίαν ex Memmiano. Versus: „Unus homo sequ." notus est ille Ennii de Fabio, posuitque Augustus *vigilando* pro *cunctando*, ut monuit jam Wolfius.

runt, omnes confitentur, versum illum in te posse dici:

Unus homo nobis vigilando restituit rem."

Sive quid incidit, de quo sit cogitandum diligentius, sive quid stomachor, valde, medius fidius, Tiberium meum desidero: succurritque versus ille Homericus:

Τούτου δ' ἑσπομένοιο, καὶ ἐκ πυρὸς αἰθομένοιο
Ἄμφω νοστήσαιμεν, ἐπεὶ πέρι οἶδε νοῆσαι.

Attenuatum te esse continuatione laborum, quum audio et lego, Dii me perdant, nisi cohorrescit corpus meum: teque rogo, ut parcas tibi: ne, si te languere audierimus, et ego et mater tua exspiremus, et de summa imperii sui populus Romanus periclitetur. Nihil interest, valeam ipse nec ne, si tu non valebis. Deos obsecro, ut te nobis conservent, et valere nunc et semper patiantur, si non populum Romanum perosi sunt. [22] Excessum Augusti non prius palam fecit, quam Agrippa juvene interemto. Hunc Tribunus militum custos appositus occidit, lectis codicillis, quibus, ut id faceret, jubebatur. Quos codicillos, dubium fuit, Augustusne moriens reli-

---

Τούτου δ' ἑσπ.] Iliad. 10, 246. Ibi est τούτου γ' ἑσπ., et postea Wolf. junctim edidit περίοιδε, quem h. l. secutus est Bremius.

de summa imp.] Abest *de* in Memm. probatque Oudend. Mox pro: *si tu non valebis* al. *si tu modo valebis.*

Agrippa juv. interemto] *Tac.* Ann. 1, 6. „Primum facinus novi principatus fuit Posthumi Agrippae caedes, quem ignarum inermumque quamvis firmatus animo Centurio aegre confecit." *Dio* 57, 3. τὸν Ἀγρίππαν παραχρῆμα, ἀπὸ τῆς Νώλης πέμψας τινά, ἀπέκτεινε· καὶ ἔλεγε μέν, μὴ ἐκ τῆς αὐτοῦ προστάξεως τοῦτο γεγονέναι, ἐπηπείλει τε τῷ δράσαντι· οὐ μὴν καὶ τιμωρίαν τινὰ αὐτοῦ ἐποιήσατο, ἀλλ' εἴα τοὺς ἀνθρώπους λογοποιεῖν, τοὺς μέν, ὅτι ὁ Αὔγουστος αὐτὸν ὑπὸ τὴν τελευτὴν ἀπεχρήσατο· τοὺς δ', ὅτι ὁ ἑκατόνταρχος, ὁ τὴν φρουρὰν αὐτοῦ ἔχων, καινοτομοῦντά τι ἀπέσφαξεν αὐτογνωμονήσας· ἄλλους, ὡς ἡ Λιουΐα, ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνος, ἀποθανεῖν ἐκέλευσε.

Augustusne moriens] *Tac.* l. c. „Nihil de ea re Tiberius apud

quisset, quo materiam tumultus post se subduceret; an nomine Augusti Livia, et ea, conscio Tiberio, an ignaro, dictasset. Tiberius renuncianti Tribuno, factum esse, quod imperasset, *neque imperasse se, et redditurum eum Senatui rationem*, respondit; invidiam scilicet in praesentia vitans. Nam mox silentio rem obliteravit. [23] Jure autem tribuniciae potestatis coacto Senatu, inchoataque allocutione, derepente velut impar dolori congemuit; utque non solum vox, sed et spiritus deficeret, optavit, ac perlegendum librum Druso filio tradidit. Illatum deinde Augusti testamentum, non admissis signatoribus,

---

Senatum disseruit; patris jussa simulabat, quibus praescripsisset Tribuno, custodiae apposito, ne cunctaretur Agrippam morte afficere, quandoque ipse supremum diem explevisset. *Multa sine* dubio saevaque Augustus de moribus adolescentis questus, ut exsilium ejus Senatusconsulto sanciretur, perfecerat; ceterum in nullius unquam suorum necem duravit; neque mortem nepoti pro securitate privigni illatam, credibile erat."

Livia] *Tac.* „Propius vero, Tiberium ac Liviam, illum metu, hanc novercalibus odiis, suspecti et invisi juvenis caedem festinavisse."

renuncianti Tribuno] *Tac.* „Nuncianti *Centurioni*, ut mos militiae, factum esse, quod imperasset; neque imperasse *sese*, et rationem facti reddendam apud Senatum, respondit."

Jure aut. tribun. pot.] Usurpaverant Tribuni pl. jus, cogendi Senatus, a. U. 300. M. Valerio et Sp. Virginio Css., duce cognominis Icilio Tribuno. Auctor *Dionys.* 10, 31. *τὸν μὲν ἔμπροσθεν χρόνον ἐκκλησίας μόνον ἦσαν οἱ δήμαρχοι κύριοι, βουλὴν δὲ συναγαγεῖν ἢ γνώμην ἀγορεύειν, οὐκ ἐξῆν αὐτοῖς, ἀλλ᾽ ἦν ὑπάτων τοῦτο τὸ γέρας. οἱ δὲ τότε δήμαρχοι πρῶτον συγκαλεῖν ἐπεβάλοντο τὴν βουλήν, Ἰκιλλίου τὴν πεῖραν εἰσηγησαμένου.* *Marcus Varro* apud *Gell.* 14, 8. „Nam et Tribunis pl. Senatus habendi jus erat." Convocati a Tribunis pl. Senatus exempla sunt apud *Dion.* 41, 15. et 60, 16. ubi ad a. U. 795. *καὶ οἱ δήμαρχοι, τελευτήσαντος σφῶν ἑνός, αὐτοὶ τὴν γερουσίαν, ἐς τὸ τὸν δημαρχήσοντα ἀντικαταστῆσαι, καίτοι τῶν ὑπάτων παρόντων, ἤθροισαν.* cf. *Fabric.* ad *Dion.* 56, 47.

allocutione] Addunt alii *de Republica*, quod ortum ex sequente *derepente*.

Illatum de. Aug. test.] v. Aug. c. 101. et locos ibi allatos.

nisi senatorii ordinis, ceteris extra Curiam signa agnoscentibus, recitavit per libertum. Testamenti initium fuit: *Quoniam sinistra Fortuna Cajum et Lucium filios mihi eripuit, Tiberius Caesar mihi ex parte dimidia et sextante heres esto.* Quo et ipso aucta suspicio est opinantium, successorem ascitum eum necessitate magis, quam judicio, quando ita praefari non abstinuerit. [24] Principatum, quamvis neque occupare confestim, neque agere dubitasset, et statione militum, hoc est, vi et specie dominationis, assumta, diu tamen recusavit impudentissimo mimo; nunc adhortantes amicos increpans, ut ignaros, quanta bellua esset imperium; nunc precantem Senatum, et procumbentem sibi ad genua, ambiguis responsis et callida cunctatione suspendens; ut quidam patientiam rumperent, atque unus in tumultu proclamaret, *Aut agat, aut desistat:* alter coram exprobraret, *Ceteros, quod polliciti sint, tar-*

---

sinistra Fortuna] Al. *atrox Fortuna*.

neque occupare c., neque agere dub.] *Tac.* A. 1, 7. „defuncto Augusto, signum praetoriis cohortibus ut Imperator dederat; excubiae, arma, cetera aulae; miles in Forum, miles in Curiam comitabatur; literas ad exercitus, tanquam adepto principatu, misit; nusquam cunctabundus, nisi quum in Senatu loqueretur.“ Hoc est *agere* i. e. exercere principatum. cf. *Dio* 57, 2. De voc. *species* v. ad Caes. 77.

impud. mimo] Ita emendavit vulg. *imp. animo* Gronov., probantibus Dukero ad *Flor.* 2, 14, 3., Ernest. et Wolfio ad h. l. v. ind. in *mimus*. Si staret vulg., interpungendum saltem esset cum plerisque edd. et Oudend. post *recusavit*, jungendaque *imp. animo — increpans*. Falsam enim daret sententiam illud; nam non revera recusavit, sed recusare tantum simulavit. Sed ita etiam inepta esset verborum ambages in *impud. animo* pro *impudentissime*.

precantem Sen. — suspendens] *Tac.* 1, 11. „Plus in oratione dignitatis quam fidei erat; Tiberioque etiam in rebus, quas non occuleret, seu natura, sive assuetudine, suspensa semper et obscura verba; tunc vero nitenti, ut sensus suos penitus abderet, in incertum et ambiguum magis implicabantur.“ cf. *Dio* 57, 1 et 2.

de praestare: sed ipsum, quod praestet, tarde polliceri. Tandem quasi coactus, et querens, *miseram et onerosam injungi sibi servitutem*, recepit imperium; nec tamen aliter, quam ut, depositurum se quandoque, spem faceret. Ipsius verba sunt: *Dum veniam ad id tempus, quo vobis aequum possit videri, dare vos aliquam senectuti meae requiem.* [25] Cunctandi causa erat, metus undique imminentium discriminum: ut saepe, *lupum se auribus tenere*, diceret. Nam et servus Agrippae, Clemens nomine, non contemnendam manum in ultionem domini comparaut: et L. Scribonius Libo, vir nobilis, res novas

---

Ipsius verba sunt] *Dio* 57, 8. καὶ πολλάκις γε ἔλεγεν ὅτι „Δεσπότης μὲν τῶν δούλων, αὐτοκράτωρ δὲ τῶν στρατιωτῶν, τῶν δὲ δὴ λοιπῶν πρόκριτός εἰμι.“ εὔχετό τε, ὁσάκις τοιοῦτόν τι ἄρα πέσοι, τοσοῦτον καὶ ζῆσαι καὶ ἄρξαι χρόνον, ὅσον ἂν τῷ δημοσίῳ συμφέρῃ. Post *sunt* additur vulg. *haec*, quod delevi cum optimis codd. et Oudendorpio.

lupum se aur. tenere] *Terent.* Phorm. 3, 2, 21. „quod ajunt, *Auribus teneo lupum;* nam neque quomodo a me amittam invenio, neque uti retineam, scio,“ ubi Donat. dat proverbium Graecum: τῶν ὤτων ἔχω τὸν λύκον, οὔτ' ἔχειν, οὔτ' ἀφεῖναι δύναμαι, ubi interpretatio ab eo, ex quo Donatus hausit, addita videtur, quemadmodum etiam in Terentio versus: *nam neque — scio* spurius a Bentlejo judicatur.

Clemens nomine] Rem narrant *Tac.* 2, 39. sequ. *Dio* 57, 16. κἀν τῷ αὐτῷ ἔτει (a. 769.) Κλήμης τις, δοῦλός τε τοῦ Ἀγρίππου γεγονώς, καί πῃ καὶ προςεοικὼς αὐτῷ, ἐπλάσατο αὐτὸς ἐκεῖνος εἶναι, καὶ ἐς τὴν Γαλατίαν ἐλθών, πολλοὺς μὲν ἐνταῦθα, πολλοὺς δὲ καὶ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ὕστερον προςεποιήσατο· καὶ τέλος καὶ ἐπὶ τὴν Ῥώμην ὥρμησε, ὡς καὶ τὴν παππῴαν μοναρχίαν ἀποληψόμενος· ταραττομένων τε οὖν ἐπὶ τούτῳ τῶν ἐν τῷ ἄστει, καὶ συχνῶν αὐτῷ προςτιθεμένων, ὁ Τιβέριος σοφίᾳ αὐτὸν διά τινων, ὡς καὶ τὰ ἐκείνου φρονούντων, ἐχειρώσατο.

L. Scribonius Libo] *Tac.* 2, 27. sequ., a quo dicitur Libo Drusus e familia Scriboniorum. *Dio* 57, 15. Λούκιον Σκριβώνιον Λίβωνα, νεανίσκον εὐπατρίδην, δόξαντά τι νεωτερίζειν, τέως μὲν ἐῤῥωτο, οὐκ ἔκρινε, νοσήσαντα δὲ ἐπὶ θάνατον, ἔν τε σκιμποδίῳ κατεστέγῳ (ὁποίῳ αἱ τῶν βουλευτῶν γυναῖκες χρῶνται) ἐς τὴν γερουσίαν ἐσεκόμισε· καὶ ἐπειδὴ ἀναβολῆς τινος γενομένης ἑαυτὸν προαπεχρήσατο, καὶ τελευτήσαντα εὔθυνε, τά τε χρήματα αὐτοῦ τοῖς κατηγό-

clam moliebatur: et duplex seditio militum, in Illyrico et in Germania, exorta est. Flagitabant ambo exercitus multa extra ordinem: ante omnia, ut aequarentur stipendio praetorianis. Germaniciani quidem etiam Principem detrectabant, non a se datum, summaque vi Germanicum, qui tum iis praeerat, ad capessendam Rempublicam perurgebant, quamquam obfirmate resistentem. Quem maxime casum timens, partes sibi, quas Senatui liberet, tuendas

---

ροις ἔδωκε, καὶ θυσίας ἐπ' αὐτῷ οὐχ ἑαυτοῦ μόνον ἕνεκα, ἀλλὰ καὶ τοῦ Αὐγούστου, τοῦ τε πατρὸς αὐτοῦ τοῦ Ἰουλίου, καθάπερ ποτὲ ἐδέδοκτο, ψηφισθῆναι ἐποίησε. Res et ipsa ad a. 769. pertinet.

duplex seditio militum] Utramque *Tacitus* Ann. l. 1. narrat, Pannonicam trium legionum cap. 16. ad 30., Germanicam octo legionum cap. 31. ad 50., ad a. 767.

Flagitabant — praetorianis] Flagitabant, auctore *Tac.* 1, 17. „ut singulos denarios mererent; sextusdecimus stipendii annus finem afferret; ne ultra sub vexillis tenerentur, sed iisdem in castris praemium pecuniâ solveretur. An praetorias cohortes, quae *binos denarios* acciperent, quae post sedecim annos penatibus suis reddantur, plus periculorum suscipere? sequ." cf. c. 26. ubi: „Clemens Centurio orditur de missione a sedecim annis; de praemiis finitae militiae; ut denarius diurnum stipendium foret; ne veterani sub vexillo haberentur." Non prorsus igitur *aequari stipendio praetorianis* voluerunt, quum ii binos denarios acciperent, ipsi singulos postularent. v. interpr. ad Tacitum. cf. ad Caes. 26. de militum stipendio notata. De seditione legionum Pannonicarum v. etiam *Dio* 57, 4.

Germaniciani quidem] Ita optimi editores interpunxerunt pro: *Germaniciani. Quidam* sequ. vel *Germanicianis*, aliisque scripturae vitiis, quae enumerata vide apud Burm. et Oudend. — *Germaniciani* sunt milites legionum, in Germania bellantium. v. ind. *Eutrop.* 7, 11. *a Germanicianis exercitibus.* Ita *Illyriciani* et *Urbaniciani* dicuntur. De seditione praeter *Tacitum* 1, 31. sequ. *Dio* 57, 5. οἱ δὲ ἐν τῇ Γερμανίᾳ καὶ πολλοὶ διὰ τὸν πόλεμον ἠθροισμένοι, καὶ τὸν Γερμανικὸν καὶ Καίσαρα καὶ πολὺ τοῦ Τιβερίου κρείττω ὁρῶντες ὄντα, οὐδὲν ἐμετρίαζον· ἀλλὰ τὰ αὐτὰ προτεινόμενοι, τόν τε Τιβέριον ἐκακηγόρησαν, καὶ τὸν Γερμανικὸν αὐτοκράτορα ἐπεκάλεσαν.

obfirm. resistentem] *Tac.* c. 34. „Sed Germanicus, quanto summae spei propior, tanto impensius pro Tiberio niti sequ."

in Republica depoposcit: quando universae sufficere solus nemo posset, nisi cum altero, vel etiam cum pluribus. Simulavit et valetudinem, quo aequiore animo Germanicus celerem successionem, vel certe societatem principatus, opperiretur. Compositis seditionibus, Clementem quoque fraude deceptum redegit in potestatem. Libonem, ne quid in novitate acerbius fieret, secundo demum anno in Senatu coarguit, medio temporis spatio tantum cavere contentus. Nam et inter Pontifices sacrificanti simul pro secespita plumbeum cultrum subjiciendum curavit: et secretum petenti, non nisi adhibito Druso filio, dedit: dextramque obambulantis, veluti incumbens, quoad perageretur sermo, continuit. [26] Verum

---

quando universae — pluribus] *Tac.* 1, 11. „in civitate, tot illustribus viris subnixa, non ad unum omnia deferrent; plures facilius munia Reip. sociatis laboribus executuros" verba Tiberii in Senatu fuisse dicit. *Dio* 57, 2. τὰ τῆς ἀρχῆς ἔργῳ πάντα διοικῶν, ἠρνεῖτο μηδὲν αὐτῆς δεῖσθαι. καὶ τὸ μὲν πρῶτον καὶ πᾶσαν αὐτὴν διά τε τὴν ἡλικίαν (ἓξ γὰρ καὶ πεντήκοντα ἔτη ἐγεγόνει) καὶ δι' ἀμβλυωπίαν (v. c. 68.) — ἐξίστασθαι ἔλεγεν. ἔπειτα δὲ κοινωνούς τέ τινας καὶ συνάρχοντας, οὔτι γε καὶ πάντων καθάπαξ, ὥσπερ ἐν ὀλιγαρχίᾳ, ἀλλ' ἐς τρία μέρη νέμων αὐτήν, ᾔτει· καὶ τὸ μὲν αὐτὸς ἔχειν ἠξίου, τῶν δὲ ἑτέρων ἄλλοις παρεχώρει. ἦν δὲ ταῦτα ἓν μέν, ἥ τε Ῥώμη καὶ ἡ ἄλλη Ἰταλία, ἕτερον δέ, τὰ στρατόπεδα, καὶ ἕτερον, οἱ λοιποὶ ὑπήκοοι.

fraude deceptum] *Tac.* 2, 40. „dat negotium Sallustio Crispo; ille e clientibus duos (quidam milites fuisse tradunt) deligit, atque hortatur, simulata conscientia adeant, offerant pecuniam, fidem atque pericula polliceantur. Exsequuntur, ut *jussum erat.* dein speculati noctem incustoditam, accepta idonea manu, vinctum, clauso ore, in Palatium traxere sequ." v. *Dion. supra cit.*

secundo demum anno] A. 769. quum imperium adeptus esset a. 767. v. *Tac.* et *Dio* locis supra citatis.

secespita] *Festus* dicit fuisse „cultrum oblongum, manubrio rotundo, eburneo, solido, vincto ad capulum auro, argentoque, fixum clavis aeneis, aere Cyprio, quo Flamines, Flaminicae virgines, Pontificesque ad sacrificia utebantur." Imaginem exhibet *de la Chausse* de insign. Pont. Max. tab. 7. (Thes. Graev. Tom. V. p. 316.)

liberatus metu, civilem admodum inter initia, ac paulo minus quam privatum egit. Ex plurimis maximisque honoribus, praeter paucos et modicos non recepit. Natalem suum, plebejis incurrentem Circensibus, vix unius bigae adjectione honorari passus est. Templa, Flamines, sacerdotes decerni sibi prohibuit: etiam statuas atque imagines, nisi permittente se, poni: permisitque ea sola conditione, ne inter simulacra Deorum, sed inter ornamenta aedium, ponerentur. Intercessit et, quo minus in acta sua ju-

---

civilem — egit] *Dio* 57, 7. ὡς δ' οὖν οὐδὲν ἔτι νεώτερον ἠγγέλλετο, ἀλλὰ ἀσφαλῶς πάντα τὰ τῶν Ῥωμαίων ἐς τὴν ἡγεμονείαν αὐτοῦ συνεπεφρόνησε· τήν τε ἀρχὴν οὐδὲν ἔτι εἰρωνευόμενος ὑπεδέξατο, καὶ ἐν τοιῷδε αὐτὴν τρόπῳ, ἐφ' ὅσον ὁ Γερμανικὸς ἔζη, διήγαγεν. αὐτὸς μὲν καθ' ἑαυτὸν ἢ τι ἢ οὐδὲν ἔπραττε, πάντα δὲ δὴ καὶ τὰ σμικρότατα ἔς τε τὴν γερουσίαν ἐσέφερε, καὶ ἐκείνῃ ἐκοίνου. Hoc est *civilem agere*, s. meminisse, civem se cum civibus versari, et *paulo minus quam privatum* i. e. tantum non privatum.

Natalem suum] XVI. Kal. Dec. v. c. 5. — *Dio* 57, 8. καὶ οὕτω γε διὰ πάντων ὁμοίως δημοτικὸς ἦν, ὥστε οὔτε ἐν τοῖς γενεθλίοις αὐτοῦ γίγνεσθαί τι παρὰ τὸ καθεστηκὸς ἐπέτρεπεν, et serius etiam Tiberius eos honores non admisit, ut narrat Id. 58, 12. ad a. 784. οὐ μὴν οὐδ' ὁ Τιβέριος προσήκατό τι, ἄλλων αὐτῷ πολλῶν ψηφισθέντων, καὶ ὅπως αὐτός τε πατὴρ τῆς πατρίδος τότε γε ἄρξηται ὀνομάζεσθαι, καὶ τὰ γενέθλια αὐτῷ δέκα τε τῶν ἵππων ἁμίλλαις καὶ ἑστιάσει τῆς γερουσίας τιμῷτο. ἀλλὰ καὶ προηγόρευσεν αὖθις, μηδένα μηδὲν τοιοῦτον ἐσηγεῖσθαι. *Plebeji* autem *Circenses*, distinguendi a *magnis* s. *Romanis*, de quibus dictum ad Aug. 23., edebantur ab Aedilibus plebis in Circo Flaminio mense Novembri medio, ut adeo in Tiberii diem natalem inciderent. Plura de iis v. apud *Bulenger.* de Circo Rom. (Thes. Tom. VIIII. p. 613.)

Templa] *Dio* 57, 9. οὔτε τεμένισμα αὐτῷ οὐχ ὅπως αὐθαίρετον, ἀλλ' οὐδ' ἄλλως τότε γε ἐτεμενίσθη· οὔτε εἰκόνα ἐξῆν αὐτοῦ οὐδενὶ στῆσαι. ἄντικρυς γὰρ παραχρῆμα ἀπηγόρευσε, μήτε πόλει μήτ' ἰδιώτῃ τοῦτο ποιεῖν. προσέθηκε μὲν γὰρ τῇ ἀπορρήσει ὅτι, „ἂν μὴ ἐγὼ ἐπιτρέψω·" προσεπεῖπε δὲ ὅτι, „οὐκ ἐπιτρέψω."

quo minus in acta sua juraretur] *Tac.* A. 1, 72. „neque in acta sua jurari, quamquam censente Senatu, permisit; cuncta mortalium incerta; quantoque plus adeptus foret, tanto se magis in lubrico dictitans." *Dio* 57, 8. οὐδ' ὅπερ ἐπί τε τῷ Αὐγούστῳ δεῦρο ἀεὶ ἐν τῇ πρώτῃ τοῦ ἔτους ἡμέρᾳ, καὶ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς μετ' ἐκεῖνον ἄρξασιν — ἐπί τε τοῖς τὸ κράτος ἀεὶ ἔχουσιν ἐξ ἀνάγκης

raretur, et ne mensis September, Tiberius; October, Livius vocarentur. Praenomen quoque IMPERATORIS, cognomenque PATRIS PATRIAE, et civicam in vestibulo coronam recusavit. Ac ne AUGUSTI quidem nomen, quamquam hereditarium,

---

γίγνεται, τά τε πραχθέντα ὑπ' αὐτῶν καὶ τὰ πραχθησόμενα ὑπὸ τῶν ἀεὶ ζώντων ὅρκοις τισὶ βεβαιοῦσθαι· οὐδὲ τοῦτο τά γε πρῶτα ἐφ' ἑαυτῷ περιεῖδε γενόμενον· καίτοι ἐπὶ ταῖς τοῦ Αὐγούστου πράξεσι τούς τε ἄλλους πάντας ὥρκου, καὶ αὐτὸς ὤμνυε. v. Fabric. ad h. l. et *Hansen.* de jurejurando veterum (Thes. Graev. Tom. V. p. 843. sequ.).

ne mensis September, Tiberius] Quum Novembri natus esset, videretur legendum potius: „*ne mens. November, Tiber. September, Liv. vocaretur*," uti placuit Casaubono, atque ita *Dio* 57, 18. τῷ δέ γε Τιβερίῳ τῆς βουλῆς ἐγκειμένης, καὶ τὸν γοῦν μῆνα τὸν Νοέμβριον, ἐν ᾧ τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα ἐγεγέννητο, Τιβέριον καλεῖσθαι ἀξιούσης, „καὶ τί, ἔφη, ποιήσετε, ἂν δεκατρεῖς Καίσαρες γένωνται;" Sed recte Oudend., Suetonium aliam sequi sententiam, dicit, sc. Septembri hunc honorem datum, ut Sextilem, Augustum appellatum, insequenti. Ita ipse Sextilis Augustum nomen non acceperat ob diem Augusti natalem, qui in Septembrem incidebat, sed ob alias causas, de quibus v. Aug. 31.

Praenomen qu. Imperatoris] *Dio* 57, 2. ἐς τε τὰ στρατόπεδα καὶ ἐς τὰ ἔθνη πάντα ὡς αὐτοκράτωρ εὐθὺς ἀπὸ τῆς Νώλης ἐπέστελλε, μὴ λέγων αὐτοκράτωρ εἶναι. ψηφισθὲν γὰρ αὐτῷ καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων ὀνομάτων οὐκ ἐδέξατο. Addit autem auctor *praenomen Imper.*, quoniam in eo singularis hujus tituli vis erat, longe diversa ab eodem alicujus nomini subjuncto. v. ad Caes. 76. A militibus sensu antiquo Tiberius etiam hoc nomen admisit. v. *Dion.* 57, 8. ad cap. 27. citat.

cogn. Patris Patriae] *Dio* 57, 8. τό τε τοῦ πατρὸς τῆς πατρίδος πρόσρημα παντελῶς διεώσατο. cf. 58, 12. supra cit. *Tac.* 1, 72. „Nomen Patris Patriae Tiberius, a populo saepius ingestum, repudiavit."

civicam in vest. coronam] Decretum fuerat, auctore *Dion.* 53, 16., in honorem Augusti, τό τε τὰς δάφνας πρὸ τῶν βασιλείων αὐτοῦ προτίθεσθαι, καὶ τὸ τὸν στέφανον τὸν δρύινον ὑπὲρ αὐτῶν ἀρτᾶσθαι. Hanc coronam *quernam* s. *civicam*, ob servatos nimirum cives Augusto datam, celebrat *Ovid.* Metam. 1, 562. Fast. 1, 614. Trist. 3, 1, 36. cf. *Valer. M.* 2, 8. fin.

ne Augusti quidem] *Dio* 57, 2. καὶ τὸν κλῆρον τοῦ Αὐγούστου λαβών, τὴν ἐπίκλησιν αὐτοῦ ταύτην οὐκ ἔθετο, et c. 8. καὶ τὸ τοῦ Αὐγούστου πρόσρημα οὐκ ἐπέθετο μέν, (οὐδὲ γὰρ ψηφισθῆναί ποτε

ullis, nisi ad reges ac dynastas, epistolis addidit. Nec amplius quam mox tres consulatus, unum paucis diebus, alterum tribus mensibus, tertium absens usque in Idus Majas gessit. [27] Adulationes adeo aversatus est, ut neminem Senatorum, nisi aut officii aut negotii causa, ad lecticam suam admiserit;

εἴασι) λεγόμενον δ' ἀκούων, καὶ γραφόμενον ἀναγινώσκων, ἔφερε· καὶ ὁσάκις γε βασιλεῦσί τισιν ἐπέστελλε, καὶ ἐκεῖνο προσενέγραφε. τὸ δ' ὅλον Καῖσαρ, ἔστι δ' ὅτε καὶ Γερμανικὸς, ἐκ τῶν ὑπὸ τοῦ Γερμανικοῦ πραχθέντων, Πρόκριτός τε τῆς γερουσίας, κατὰ τὸ ἀρχαῖον, καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ ὠνομάζετο.

Nec amplius quam mox] Al. *quam omnino*. Illud, quamquam duriore verborum ordine, unice verum. Non enim sermo de omnibus omnino Tiberii consulatibus, quum duo jam ante imperium gessisset, primum a. 741., alterum a. 747. (v. supra ad c. 9.) sed de iis tantum, quos imperium adeptus recepit.

unum paucis diebus] A. 771. cum Germanico. *Tac.* A. 2, 53. cf. Fabric. ad *Dion.* 57, 20. Suffectus est ei mense adhuc Januario L. Sejus Tubero, ut apparet ex Inscript. apud *Gruter.* 26, 9. de qua v. Ernest. in exc. ad h. l. et Oudend., contra Cuperum et Burmannum recte disputantes. Nimirum fuit consulatus Tiberii omnino tertius, Principis primus.

alterum] A. 774. cum Druso filio. *Tac.* A. 3, 31. „Sequitur Tiberii quartus, Drusi secundus consulatus, patris atque filii collegio insignis.“ *Dio* 57, 20. Hunc gessit usque ad Kal. April. Quis suffectus ei fuerit, memoriae non proditum est. v. *Pighii* Annal. T. III. p. 551. Neminem suffectum, sed Drusum solum consulatus munia obivisse, statuit Oudendorp. ad h. l.

tertium absens] A. 784. quum Capreis degeret, adscito collega Sejano, cujus interitum meditabatur. v. *Dio* 58, 4. et Nostr. infra c. 65. ubi *quintus* hic Tiberii consulatus dicitur, ex vera ratione annumeratis duobus ante imperium. N. autem l. legendum: *usque in VII. Id. Majas*, ex lapide Nolano docent Graev. et Oudend., et Wolf. ad excurs. Ern. ad h. l.

nisi aut off. aut neg. causa] Quod abest a plerisque, *nisi*, auctoritate trium codd. restituerunt Oudend. et Wolf. Ille locum sic interpretatur: „Noluit, Senatores aut Equitum praecipuos lecticam suam comitari, ut satellites, ac παρακολουθεῖν, ut *Dio* 57, 11. (cujus verba haec sunt: εἰ δέ ποτε ἐπὶ τοῦ δίφρου ἐκομίζετο, οὐδένα οἱ παρακολουθεῖν, οὐχ ὅπως βουλευτὴν, ἀλλ' οὐδ' ἱππέα τῶν πρώτων, εἴα.) Sed si quis officii aut negotii necessarii causa se adire vellet, facile admisit, instar Augusti c. 53.“ Hos

consularem vero satisfacientem sibi, ac per genua orare conantem, ita suffugerit, ut caderet supinus: atque etiam, si quid in sermone, vel in continua oratione blandius de se diceretur, non dubitaret interpellare, ac reprehendere, et commutare continuo. *Dominus* appellatus a quodam, denunciavit, ne se amplius contumeliae causa nominaret. Alium dicentem, *sacras ejus occupationes*, et rursus alium, *auctore eo Senatum se adiisse*, verba mutare, et pro *auctore*, *suasorem*; pro *sacris*, *laboriosas* dicere coëgit. [28] Sed et adversus convicia malosque rumores, et famosa de se ac suis carmina, firmus ac patiens, subinde jactabat, *in civitate libera linguam*

---

non admisisse, superbiae potius fuisset, ut recte judicat Bremius, qui tamen *officium* i. e. salutationem male explicat.

consularem] Q. Haterium. *Tac.* A. 1, 13. „Constat, Haterium, quum deprecandi causa (i. e. *satisfacientem* apud Nostr. v. ad Caes. 75.) Palatium introisset, ambulantisque Tiberii genua advolveretur, prope a militibus interfectum, quia Tiberius, casu an manibus ejus impeditus, prociderat. neque tamen periculo talis viri mitigatus est, donec Haterius Augustam oraret, ejusque curatissimis precibus protegeretur," qui locus docet, Tiberium saevitiam potius, quam modestiam in ea re ostendisse.

Dominus] *Dio* 57, 8. οὔτε γὰρ δεσπότην ἑαυτὸν τοῖς ἐλευθέροις, οὔτε αὐτοκράτορα, πλὴν τοῖς στρατιώταις, καλεῖν ἐφίει, et mox: καὶ πολλάκις γε ἔλεγεν ὅτι· Δεσπότης μὲν τῶν δούλων, αὐτοκράτωρ δὲ τῶν στρατιωτῶν, τῶν δὲ δὴ λοιπῶν πρόκριτός (Princeps) εἰμι. *Tac.* A. 2, 87. „acerbe increpuit eos, qui *divinas occupationes*, ipsumque *Dominum* dixerant; unde angusta et lubrica oratio sub Principe, qui libertatem metuebat, adulationem oderat." De voc. *dominus* v. quae notavimus ad Aug. 53. cf. *Lips.* exc. ad *Tac.* l. c.

adversus convicia] *Dio* 57, 9. καὶ τὸ ἠσεβῆσθαι πρός τινος (ἀσέβειάν τε γὰρ ἤδη καὶ τὸ τοιοῦτον ὠνόμαζον, καὶ δίκας ἐπ' αὐτῷ πολλὰς ἐσῆγον) ἥκιστα προσεποιεῖτο. οὐδὲ ἔστιν ἥν τινα τοιαύτην ἐφ' ἑαυτῷ γραφὴν προσεδέξατο, καίπερ τὸν Αὔγουστον καὶ ἐν τούτῳ σεμνύνων. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον οὐδένα οὐδὲ τῶν ἐπ' ἐκείνῳ τινὰ αἰτίαν λαβόντων ἐκόλασεν, ἀλλὰ καὶ ἐγκληθέντας τινάς, ὡς καὶ ἐπιωρκηκότας τὴν τύχην αὐτοῦ, ἀπέλυσε· προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, καὶ πάνυ πολλοὺς ἐθανάτωσε. cf. quae *Tac.* 1, 72. sequ. de lege majestatis reducta maximaque severitate exercita dicit.

mentemque liberas esse debere. Et quondam, Senatu cognitionem de ejusmodi criminibus ac reis flagitante, *Non tantum*, inquit, *otii habemus, ut implicare nos pluribus negotiis debeamus. Si hanc fenestram aperueritis, nihil aliud agi sinetis: omnium inimicitiae hoc praetextu ad nos deferentur.* Exstat et sermo ejus in Senatu percivilis: *Siquidem locutus aliter fuerit, dabo operam, ut rationem factorum meorum dictorumque reddam: si perseveraverit, invicem eum odero.* [29] Atque haec eo nobiliora erant, quod ipse in appellandis venerandisque et singulis, et universis, prope excesserat humanitatis modum. Dissentiens in Curia a Q. Haterio, *Ignoscas*, inquit, *rogo, si quid adversus te liberius, sicut Senator, dixero.* Et inde omnes alloquens: *Dixi et nunc, et saepe alias, P. C., bonum et salutarem Principem, quem vos tanta et tam libera potestate instruxistis, Senatui servire debere, et universis civibus saepe, et plerumque etiam singulis: neque id dixisse me poenitet, et bonos et aequos et faventes vos habui dominos, et adhuc habeo.* [30] Quin etiam speciem libertatis quandam induxit, conservatis Senatui ac magistratibus et majestate pristina et potestate: neque tam parvum quicquam, neque tam magnum publici privatique negotii fuit, de quo non ad P. C. referretur. De vectigalibus ac mo-

---

hanc fenestram] Ita *Terent.* Heautont. 5, 1, 72. „quantam fenestram ad nequitiem patefeceris."

hoc praetextu] v. Caes. 30. Postea plerique *ad vos*, et pro *aliter* al. *alter* vitiose.

Q. Haterio] v. ad c. 27. De ejus morte atque laudibus v. *Tac.* A. 4, 61. et ibi Lips.

vos habui dominos] In eo, et quod *Senatui servire se debere* dixit, excessit humanitatis modum.

neque tam parvum — referretur] *Dio* 57, 7. αὐτὸς μὲν καθ' ἑαυτὸν ἤ τι ἢ οὐδὲν ἔπραττε, πάντα δὲ δὴ καὶ τὰ σμικρότατα ἔς τε τὴν γερουσίαν ἐσέφερε, καὶ ἐκείνῃ ἐκοίνου. Quod ad dictionem attinet, confert Reitz. *Cic.* ad Div. 5, 11. „ut nullam rem, neque tam magnam neque tam parvam putet, quae mihi aut difficilis,

nopoliis, de exstruendis reficiendisve operibus, etiam de legendo vel exauctorando milite, ac legionum et auxiliorum descriptione; denique, quibus imperium prorogari, aut extraordinaria bella mandari, quid et qua forma regum literis rescribi placeret. Praefectum alae, de vi et rapinis reum, causam in Senatu dicere coëgit. Nunquam Curiam nisi solus intravit: lectica quondam introlatus aeger, comites a se removit. [31] Quaedam adversus sententiam suam decerni, ne questus quidem est. Negante

---

aut parum me digna videatur." Ceterum *referretur* recte explicat Oudend. „per quosvis relationis jus habentes, civiliter patiente et permittente eo," contra Ern. temere conjicientem *referret*.

monopoliis] De *monopoliis* crebras fuisse querimonias provinciales ad Principes, crebraque Senatusconsulta, patet e *Plin.* H. N. 8, 37. (56.) Est autem *monopolium*, quando uni homini v. societati aliquid vendendum permittitur, exclusis reliquis, quo efficitur mercium caritas, unde legibus civilibus sunt prohibita. v. Cod. Justin. l. 4. tit. 59. leg. 1.

descriptione] i. e. non modo constituendo legionum et auxiliorum numero, uti Ern., sed disponendis etiam iis distribuendisque per provincias. v. ipsum Ern. in Cl. Cicer. et alter. Ern. in Glossar. Liv. — Ceterum Memm. *discriptione*, quod jure improbant Burm. et Oudendorp. Primitiva enim significatio videtur: *in tabulam* v. *catalogum referre*, καταγράφειν, unde i. q. *constituere*, *definire*, et ubi de re ad varios homines vel partes pertinente sermo, *distribuere*, *dividere*.

Praefectum alae] De *alis* v. ad Aug. 38. ubi *tribunatus legionum*, et *praefecturae alarum* junguntur, qui locus docet, illo tempore majorem locum fuisse praefecti alae, quam tribuni, quod mutavit Claudius. c. 25.

lectica — aeger] *Dio* 57, 17. ad a. 770. οὕτω κακῶς διέκειτο, ὥστε ἐν σκιμποδίῳ καταστέγῳ ἐς τὸ συνέδριον ἐσκομισθῆναι. νομιζόμενον γάρ που καὶ τοῖς ἀνδράσιν, ἤν ποτέ τις αὐτῶν ἀσθενῶς ἔχων ἐκεῖσε ἴοι, κατακείμενον αὐτὸν ἐσφέρεσθαι, καὶ τοῦτο καὶ ὁ Τιβέριος τότε ἐποίησε, καὶ διελέχθη γέ τινα ἐκ τοῦ σκιμποδίου προκύψας. De *lecticarum* usu v. *Lipsius* Elect. 1, 9., *Scheffer.* de re vehicul. 2, 5. et Fabric. ad *Dion.* 57, 15. De modestia in removendis comitibus v. ad c. 27.

Quaedam — ne questus quidem est] *Dio* 57, 7. καὶ ἔς γε τὸ μέσον τὴν ἑαυτοῦ γνώμην τιθείς, οὐχ ὅπως ἀντιπεῖν αὐτῇ παντί τῳ

eo, destinatos magistratus abesse oportere, ut praesentes honori acquiescerent, Praetor designatus liberam legationem impetravit. Iterum censente, ut Trebianis legatam in opus novi theatri pecuniam ad munitionem viae transferre concederetur, obtinere non potuit, quin rata voluntas legatoris esset. Quum

---

παῤῥησίαν ἔνεμεν· ἀλλὰ καὶ τἀναντία οἱ ἔστιν ὅτε ψηφιζομένων τινῶν ἔφερε. καὶ γὰρ αὐτὸς ψῆφον πολλάκις ἐδίδου. et postea: ἐκεῖνος δὲ ἔστι μὲν ὅτε ἐσιώπα, ἔστι δ' ὅτε καὶ πρῶτος, ἢ καὶ μετ' ἄλλους τινάς, ἢ καὶ τελευταῖος, τὰ μὲν ἄντικρυς ἀπεφαίνετο, τὰ δὲ δὴ πλείω (ἵνα δὴ μὴ δοκῇ τὴν παῤῥησίαν αὐτῶν ἀφαιρεῖσθαι) ἔλεγεν ὅτι· „Εἰ γνώμην ἐποιούμην, τὰ καὶ τὰ ἂν ἐπιδειξαίμην." καὶ ἦν μὲν καὶ τοῦτο τὴν ἴσην τῷ ἑτέρῳ ἰσχὺν ἔχον, οὐ μέντοι καὶ ἐκωλύοντο οἱ λοιποὶ ὑπ' αὐτοῦ, τὰ δοκοῦντα σφίσι λέγειν. ἀλλὰ καὶ πολλάκις ὁ μὲν τὸ ἐγίνωσκεν, οἱ δὲ μετ' αὐτὸν ἕτερόν τι ἀνθῃροῦντο· καὶ ἔστιν ὅτε καὶ ἐπεκράτουν. καὶ οὐδενὶ μέντοι παρὰ τοῦτο ὀργὴν εἶχεν.

honori acquiescerent] Fuit, qui mallet: *adsuescerent*, et probarunt Ruhnken. et Wolf. Sed *acquiescere* Suetonio saepius est i. q. *operam dare, studere.* Ita c. 56. „Graeculos, quibus vel maxime *acquiescebat.*" Vitell. 14. „vaticinante Catta muliere, cui velut oraculo *acquiescebat.*" et Tit. 7. „amicos elegit, quibus etiam post eum Principes — *acquieverunt, praecipueque sunt usi.*" quibus singulis locis auctor etiam *vacare, operam dare* dicere potuisset, ut docet index sub *opera;* ut adeo, si reperissem in aliquo libro *adsuescerent,* id glossema potius habuissem. Reitz. significationem *contentum esse* hoc etiam loco admitti posse, censet. Sed hoc sensu semper Latinos dicere: *in aliqua re acquiescere* i. e. quietum esse, illo *acquiescere* idem esse, quod *accumbere,* exempla docent, in Lexicis reperiunda.

liberam legationem] v. Clav. Cic. Ind. leg. sub: *Julia de legationibus liberis.*

censente — obtinere n. potuit] i. e. ψηφισαμένου — οὐκ ἐπεκράτει. Notandus usus participii praesentis pro ἀορίστῳ, ut Caes. 65. *admonens;* et ἀνακόλουθον, apud Graecos saepius obvium, quam apud Latinos. Quae enim exempla laudat Duker. ad *Flor.* 4, 12, 28. pleraque non quadrant, ut monuerunt jam alii, praeter *Justin.* 11, 7. „Iterato *quaerentibus* de persona regis, *jubentur* eum regem observare" sequ. ubi auctor dicere voluerat, ut proxime ante, *oracula responderunt,* sed in scribendo aliud verbum adhibuit, orationi minus conveniens. Ita h. l. auctor scripsit *censente* ob praecedens *negante,* quumque pergere debuisset: *Senatus obtinuit, ut rata v. l. e.,* neglecto illo ablativo, aptiorem

Senatusconsultum per discessionem forte fieret, transeuntem eum in alteram partem, in qua pauciores erant, secutus est nemo. Cetera quoque nonnisi per magistratus, et jure ordinario agebantur; tanta Consulum auctoritate, ut legati ex Africa adierint eos, querentes, trahi se a Caesare, ad quem missi forent. Nec mirum, quum palam esset, ipsum quoque eisdem et assurgere, et decedere via. [32] Corripuit consulares exercitibus praepositos, quod non de rebus gestis Senatui scriberent, quodque de tribuendis quibusdam militaribus donis ad se referrent: quasi

---

sententiam addidit, ipsum obtinere non potuisse dicens. Futiles autem sunt emendationes *censens*, et *obtineri non potuit*, quatum haec etiam sensum prorsus diversum efficit. Ceterum v. viros doctos a Burm. et Oudend. laudatos.

Trebianis] Quae ex pluribus civitatibus Italiae, quibus *Trebiae* nomen, intelligenda sit, haud definierim. *Trebiam*, locum non multum Roma distantem ex *Liv.* 2, 39. cum Donato Burmannus, *Trebulam Mutuscam* Sabinorum, quae et *Trebia* dicta, Oudendorpius, *Trebiam* Umbriae, hod. *Trebi*, Reitzius dici censet. Hoc maxime placet.

per discessionem] Nota res est, triplici modo assensum in Senatu esse datum, vel *voce*, vel *manu*, vel *pedibus* s. *discessione*, ubi ad ejus partem transibant, cujus sententiam probabant, unde: *pedibus in al. sententiam ire* et ipse usus verbi: *accedere ad al. sententiam*, turpe denique *pedariorum* nomen. Praeter eos, qui de antiquitatibus Rom. scripserunt, v. Cortium ad *Sallust.* B. Catil. c. 50.

assurgere] *Dio* 57, 11. τούς τε ἀεὶ ἄρχοντας ὡς ἐν δημοκρατίᾳ ἐτίμα, καὶ τοῖς ὑπάτοις καὶ ὑπανίστατο· ὁπότε δὲ αὐτοὺς ἑστιώη, τοῦτο μὲν, ἰόντας σφᾶς πρὸς τὰς θύρας ἐξεδέχετο, τοῦτο δέ, καὶ ἀπιόντας προέπεμπεν.

quod non — scriberent] quem morem primum neglexisse Agrippam, monuit jam Casaub. ex *Dion.* 54, 24. quamquam modestiae Agrippae id tribuente. Is: οὔτε ἔγραψε ἀρχὴν ἐς τὸ συνέδριον ὑπὲρ τῶν πραχθέντων οὐδέν. ἀφ' οὗ δὴ καὶ οἱ μετὰ ταῦτα, νόμῳ τινὶ τῷ ἐκείνου τρόπῳ χρώμενοι, οὐδ' αὐτοὶ τῷ κοινῷ ἔτ' ἐπέστελλον.

de trib. quib. mil. donis] Rem narrat *Tac.* A. 3, 21. ad a. 773: „eo proelio Rufus Helvius, gregarius miles, servati civis decus retulit; donatusque est ab Apronio torquibus et hasta. Caesar addidit civicam coronam, *quod non eam quoque Apronius, jure Proconsulis, tribuisset, questus magis, quam offensus.*" Al. quasi non

non omnium tribuendorum ipsi jus haberent. Praetorem collaudavit, quod, honore inito, consuetudinem antiquam retulisset, de majoribus suis pro concione memorandi. Quorundam illustrium exsequias usque ad rogum frequentavit. Parem moderationem minoribus quoque et personis et rebus exhibuit. Quum Rhodiorum magistratus, quod literas publicas sine subscriptione ad se dederant, evocasset, ne verbo quidem insectatus, ac tantummodo jussos subscribere, remisit. Diogenes Grammaticus, disputare sabbatis Rhodi solitus, venientem eum, ut se extra ordinem audiret, non admiserat, ac per servulum suum in septimum diem distulerat. Hunc Romae, salutandi sui causa pro foribus adstantem, nihil amplius, quam ut post septimum annum rediret, admonuit. Praesidibus, onerandas tributo provin-

---

omnium — ipse jus haberet. Male. Verba Tiberii ab auctore referuntur. v. Aug. 25.

consuet. antiquam] *Cic.* Agrar. 2, 1. „Est hoc in more positum, institutoque majorum, ut ii, qui beneficio vestro imagines familiae suae consecuti sunt, eam primam habeant concionem, qua gratiam beneficii vestri cum suorum laude conjungant sequ."

exsequias — frequentavit] *Dio* 57, 11. ἐφ' ἑνί τινι τῶν ἑταίρων τελευτήσαντι τὸν ἐπιτάφιον αὐτὸς εἶπε, et c. 14. κληρονόμος ὑπό τινος καταλειφθείς, τὸ σῶμα αὐτοῦ συνεξήνεγκε.

sine subscriptione] Interpres *Dio* 57, 11. τοσαύτην ἐπιείκειαν ἤσκει, ὥστε, ἐπειδή ποτε οἱ Ῥοδίων ἄρχοντες ἐπιστείλαντές τι αὐτῷ, οὐχ ὑπέγραψαν τῇ ἐπιστολῇ τοῦτο δὴ τὸ νομιζόμενον, εὐχὰς αὐτῷ ποιούμενοι· μετεπέμψατο μὲν σφᾶς σπουδῇ, ὡς καὶ κακόν τι δράσων, ἐλθόντας δὲ οὐδὲν δεινὸν εἰργάσατο, ἀλλ' ὑπογράψαντας τὸ ἐνδέον ἀπέπεμψε, ubi comparat Fabric. *Plin.* ep. 10, 1. „Fortem te et hilarem, Imperator optime, et privatim et publice opto," et *Brisson.* de formulis p. 324. Jure igitur improbant Wolfius et Oudend. Ernestii interpretationem de subscriptione nominum.

sabbatis] i. e. septimo quoque hebdomadis die, ut apparet ex sequ. *in septimum diem distulerat.* Sabbati nomen a consuetudine cum Judaeis ad Romanos pervenisse, docet hic locus et *Senec.* ep. 95. „accendere aliquem lucernam sabbatis prohibeamus." De celebrato autem a Graecis quoque aliisque populis die septimo v. Casaub. ad h. l. et Fabric. ad *Dion.* 57, 17.

cias suadentibus, rescripsit: *Boni pastoris esse, tondere pecus, non deglubere.* [33] Paulatim Principem exseruit, praestititque: etsi varium diu, commodiorem tamen saepius, et ad utilitates publicas proniorem. Ac primo eatenus interveniebat, ne quid perperam fieret. Itaque et constitutiones quasdam Senatus rescidit, et magistratibus pro tribunali cognoscentibus plerumque se offerebat consiliarium, assidebatque juxtim, vel ex adverso in parte primori: et si quem reorum elabi gratia, rumor esset, subitus aderat, judicesque aut e plano, aut e quaesitoris tri-

rescripsit] *Dio* 57, 10. οὐδ' ἐξ ἐπηρείας τι ἠργυρολόγησεν· Αἰμιλίῳ γοῦν Ῥήκτῳ, χρήματά ποτε αὐτῷ πλείω παρὰ τὸ τεταγμένον ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἧς ἦρχε πέμψαντι, ἀντεπέστειλεν ὅτι· „Κείρεσθαί μου τὰ πρόβατα, ἀλλ' οὐκ ἀποξύρεσθαι βούλομαι.“ cf. *Oros.* 7, 4. et *Tac.* A. 4, 6. „et, ne provinciae novis oneribus turbarentur, atque vetera sine avaritia aut crudelitate magistratuum tolerarent, providebat.“ Dictum Tiberii multis illustrant Casaubon. ad h. l. et Fabric. ad *Dion.* l. c.

exseruit] i. e. abditum antea simulationis latebris protulit et ostendit. Al. *exercuit.* Sed id jam est in *praestitit. Exseruit* finem simulationi impositum, *praestitit* facta Principi convenientia significat. Ita manum veste abditam exsero, deinde exseruisse, factis praesto.

interveniebat] Antea in administranda Rep. omnia magistratibus relinquere videbatur, nullas sibi partes arrogabat. Nunc suam auctoritatem interponere, se negotiis regendis immiscere coeperat. v. Caes. 30. *neque Senatu interveniente*, et ind. sub h. v.

rescidit — primori] *Tac.* A. 1, 75. „Nec Patrum cognitionibus satiatus, judiciis assidebat *in cornu tribunalis* (i. e. *in parte primori*), ne Praetorem curuli depelleret, multaque eo coram adversus ambitum et potentium preces constituta. sed dum veritati consulitur, libertas corrumpebatur.“ *Dio* 57, 7. ἐπεφοίτα δὲ καὶ ἐπὶ τὰ τῶν ἀρχόντων δικαστήρια, καὶ παρακαλούμενος ὑπ' αὐτῶν, καὶ ἀπαράκλητος. καὶ ἐκείνους μὲν ἐν τῇ ἑαυτῶν χώρᾳ καθῆσθαι εἴα, αὐτὸς δὲ ἐπὶ τοῦ βάθρου τοῦ κατάντικρυς σφῶν κειμένου καθίζων, ἔλεγεν ὅσα ἐδόκει αὐτῷ, ὡς πρόεδρος. Ceterum recepi cum Oudend. et Wolf. *juxtim* i. e. juxta magistratum cognoscentem (ut postea *e quaesitoris tribunali*) pro vulg. *mixtim* i. e. inter judices.

e plano] Opponitur *e quaesitoris* i. e. ejus, cui quaestio vel ordinaria competebat, vel extraordinaria demandata erat, *tribunali.* Est igitur: e loco non edito i. e. inter reliquos judices.

bunali, legum et religionis, et noxae, de qua cognoscerent, admonebat: atque etiam, si qua in publicis moribus desidia aut mala consuetudine labarent, corrigenda suscepit. [34] Ludorum ac munerum impensas corripuit, mercedibus scenicorum recisis, paribusque gladiatorum ad certum numerum redactis. Corinthiorum vasorum pretia in immensum exarsisse, tresque mullos XXX millibus nummûm venis-

---

religionis] i. e. jurisjurandi, quo praestito ad judicialem calculum accedebant.

corripuit] i. e. contraxit, minuit, ut Domit. 4. „singulos (missus) a septenis spatiis ad quina *corripuit*.“ Ita *corripere gradum Horat*. Od. 1, 3, 33. *viam corr*. *Plin*. ep. 4, 1. al. de minuta, aucta celeritate, via dicitur.

mercedibus scen.] *Tac*. A. 1, 77. „de modo *lucaris* (i. e. mercedum scenicorum) et adversus lasciviam fautorum, multa decernuntur,“ ubi v. excursum Lipsii de modo lucaris variis temporibus. *Capitolin*. de M. Antonino Imp. c. 11. „Temperavit scenicas donationes, jubens, ut quinos aureos scenici acciperent; ita tamen, ut nullus editor decem aureos egrederetur.“

exarsisse] De vocabulis, annonae gravitatem significantibus, et ab incendio desumtis, v. *Turneb*. Advers. 22, c. 32. Notat omnino *exardescere*, a parvo initio, ut e scintilla, in maximum excrescere.

tresque mullos] *Mullus* est piscis, qui *barbe* quoque, Gr. τρίγλη dicitur, descriptus a *Plin*. 9, 17. (30.) Tanta autem luxuria amabant hunc cibum Romani, ut, auctore eodem *Plin*. c. 31. unum octo millibus nummûm, Cajo principe, emerit Apicius, alium sub ipso Tiberii imperio quinque millibus Octavius, quod narrat *Senec*. ep. 95., ut adeo, tres mullos triginta millibus venisse, haud incredibile sit. Tamen ejicere hoc l. *mullos* viri docti voluere, quod proxime antecedit *Corinthiorum* mentio, et sequitur, *supellectili* modum adhibitum. Burm. ideo conjecit *trullas* v. *trulleos*, quod vasorum genus ad Corinthia refert *Plin*. 34, 2., et memini, eandem conjecturam me legere prius jam in singulari super h. l. dissertatione prolatam a scholae Quedlinburg. Rectore, *Winckenio*. Sed haec virorum doctorum conamina venerunt ex inobservantia moris Suetonii saepe notati, quo duobus membris duo subjungit, quae sibi invicem respondeant, ut adeo h. l. ob immensa *Corinthiorum* vasorum pretia, *supellectili* modum adhibendum, ob *tres mullos* triginta millibus HS. emtos, *annonam macelli* quotannis temperandam censuisse dicatur. Utramque

se, graviter conquestus, adhibendum supellectili modum censuit, annonamque macelli, Senatus arbitratu, quotannis temperandam; dato Aedilibus negotio, popinas ganeasque usque eo inhibendi, ut ne opera quidem pistoria proponi venalia sinerent. Et ut parcimoniam publicam exemplo quoque juvaret, sollemnibus ipse coenis pridiana saepe ac semesa obsonia apposuit, dimidiatumque aprum; affirmans, omnia eadem habere, quae totum. Quotidiana oscula prohibuit edicto: item strenarum commercium, ne

---

rem in Senatu agitatam, memorat etiam *Tacitus*, quamquam non eodem loco, quod et ipsum erroris causa fuit viris doctis. Nam A. 2, 33. ad a. 769., de *vasis*, vestibus, *supellectile*, familia, et 3, 52. ad a. 775. de coercendo *ventris et ganeae paratu*, resumendaque *lege sumtuaria* sententias in Senatu factas, narrat. v. Ernest. ad *Tac.* A. 3, 52. et excurs. ad n. l. Prius Tiberii edictum a. 769. commemorat etiam *Dio* 57, 15.

dato Aedilibus negotio] De eo intelligo etiam verba Taciti 3, 55. „auditis Caesaris litteris, *remissa* Aedilibus talis cura" i. e. ab Imperatore, cui imponere eam voluerat Senatus, ad magistratus rejecta. Ipse enim Tiberius ibi in literis c. 54. „si quis ex magistratibus tantam industriam ac severitatem pollicetur, ut ire obviam queat; hunc et laudo, et exonerari laborum meorum partem fateor; sin accusare vitia volunt, dein, quum gloriam ejus rei adepti sunt, simultates faciunt (v. fugiunt), ac mihi relinquunt, credite, P. C., me quoque non esse offensionum avidum sequ." Quod enim Ern. ad n. l. negerit, de diversis temporibus sermonem esse, non meminerat vir summus, Suetonium partes singillatim, neque *per tempora*, sed *per species* exsequi, ut dicebat Aug. 9. Postea *opera pistoria* sunt dulciariorum opera (*Backwerk*).

omnia eadem h., q. totum] i. e. nihil interesse, e toto apro apposito epulentur, an e dimidiato; easdem enim esse carnes, eundem saporem, ut recte Ernest. — Cl. *Müller*. conjicit: omnia *eundem* sc. dimidiatum aprum. Al. ita scripsisset auctor *eum*, non *eundem*.

Quot. oscula prohibuit] non puto ob superbiam, ut ipse etiam hac osculandi consuetudine facilius supersederet, neque ut faciei morbis occurreret, inde oriundis, sed ne turpi marium libidini occasio daretur, quam optime noverat flagitiosissimus Princeps.

strenarum commercium] v. notata ad Aug. 57. *Dio* 57, 8. Tiberium Kal. Jan. ad Urbe plerumque abfuisse dicit et ob alias

ultra Kalendas Januarias exerceretur. Consuerat quadruplam strenam, et de manu, reddere: sed offensus, interpellari se toto mense ab iis, qui potestatem sui die festo non habuissent, ultra non tulit. [35] Matronas prostratae pudicitiae, quibus accusator publicus deesset, ut propinqui, more majorum, de communi sententia coërcerent, auctor fuit. Equiti Romano jurisjurandi gratiam fecit, ut uxorem in stupro generi compertam dimitteret, quam se nun-

---

causas, et, ἵνα μὴ ἀργύριον παρ' αὐτῶν λαμβάνῃ· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τὸν Αὔγουστον ἐπὶ τούτῳ ἐπῄνει, διὰ τὸ πολλὴν μὲν δυσχέρειαν ἐν αὐτῷ, πολλὴν δὲ καὶ ἀνάλωσιν ἐκ τῆς ἀντιδόσεως γίγνεσθαι,' et edicto rem abolevisse a. 770. c. 17. ubi: ὁ δὲ δὴ Τιβέριος, ἐπειδὴ καὶ μετὰ τὴν νουμηνίαν τινὲς ἀργύριον αὐτῷ προςήνεγκαν, οὔτε ἐδέξατο, καί τι καὶ γράμμα περὶ αὐτοῦ τούτου ἐξέθετο.

ultra non tulit] Ita optimi codd., et ediderunt Burm., Oudend. probavit Wolfius. *Ferre* est *pati* sc. se interpellari. Vulg. *non reddidit.*

ut propinqui more majorum — coërcerent] Erat enim uxor in potestate mariti. v. *Dionys.* Archaeol. 2, 25. ἁμαρτάνουσα δέ τι γυνὴ δικαστὴν τὸν ἀδικούμενον ἐλάμβανε, καὶ τοῦ μεγέθους τῆς τιμωρίας κύριον. ταῦτα δὲ οἱ συγγενεῖς μετὰ τοῦ ἀνδρὸς ἐδίκαζον. ἐν οἷς ἦν φθορὰ σώματος, καὶ ὃ πάντων ἐλάχιστον ἁμαρτημάτων Ἕλλησι δόξειεν ἂν ὑπάρχειν, εἴ τις οἶνον εὑρεθείη πιοῦσα γυνή. ἀμφότερα γὰρ ταῦτα ζημιοῦν ἐκέλευσεν ὁ Ῥωμύλος, ὡς ἁμαρτημάτων γυναικείων ἔσχατα, φθορὰν μὲν ἀπονοίας ἀρχὴν νομίσας, μέθην δὲ φθορᾶς. Ob temulentiam etiam matronas a maritis reliquisque propinquis morte punitas, exemplis probat *Plin.* H. N. 14, 13. (14.) cf. *Heinecc.* Ant. Rom. 1. tit. 10. §. 6. — Tiberii edicto occasionem dedisse, Casaubonus putat, quod *Tac.* A. 2, 85. narrat: „exactum et a Titidio Labeone, Vistiliae marito, cur in uxore delicti manifesta ultionem legis omisisset sequ.," et occasionem quidem dare potuit, quamquam ibi ex lege Julia de adulteriis quaesitum.

jurisj. gratiam fecit] i. e. a servando jurejurando liberavit. Id ad Principum jus pertinuisse, docet *Cujac.* ad Novell. 51. Postea *in stupro compertam* auctor dixit significatione, quod ajunt, praegnante, ita ut in *corrupta* duplex sit notio: *reperta* et *convicta.* Hoc enim auctori est *compertus*, ut docet index. Müller. tamen *compertam* ortum putat ex compendio scribendi pro *comprehensam.*

quam repudiaturum, ante juraverat. Feminae famosae, ut ad evitandas legum poenas jure ac dignitate matronali exsolverentur, lenocinium profiteri coeperant: et ex juventute utriusque ordinis profligatissimus quisque, quo minus in opera scenae arenaeque edenda Senatusconsulto tenerentur, famosi judicii notam sponte subibant. Eos easque omnes, ne quod refugium in tali fraude cuiquam esset, exsilio affecit.

Feminae fam. — lenocinium profiteri coeperant] Adulterii libidinumque graves poenas lege maxime Julia Augusti Imperatoris constitutas fuisse, vidimus ad Aug. 34. ac in *Paulli* Sentent. rec. l. 2. tit. 26., quem locum *Heinecc.* Ant. l. 4. tit. 18. §. 51. excitavit, diserte legitur: „Adulterii convictas mulieres dimidia parte dotis, et tertia parte bonorum, ac *relegatione in insulam* placuit coerceri." Has poenas ut effugerent, *famosae feminae lenocinium apud Aediles*, quibus fornicum cura, *profitebantur*, itaque matronarum et numero, et jure excedebant, more jam inter veteres recepto, quum pudore adhuc a tanta infamia absterreri crederentur. (Locus classicus apud *Tac.* A. 2, 85. „Eodem anno (772.) gravibus Senatus decretis libido feminarum coercita, cautumque, ne quaestum corpore faceret, cui avus, aut pater, aut maritus Eques Rom. fuisset. nam Vistilia, praetoria familia genita, *licentiam stupri apud Aediles vulgaverat* (i. e. lenocinium professa fuerat); more inter veteres recepto, qui satis poenarum adversum impudicas in ipsa professione flagitii credebant." ubi v. Lips. not. et excurs.) Sed hoc ipsum effugium Tiberius iis exemit, quum sic etiam exilio puniret, idque postea aeque valuisse, docet locus *Papiniani* (a Lipsio in exc. citatus) l. 10. de adult. „Mulier, *quae evitandae poenae adulterii gratia lenocinium fecit*, aut operas suas scenae locavit, adulterii accusari damnarique Senatusconsulto potest."

ex juventute — subibant] *Utrumque ordinem* senatorium dici et equestrem, et alias tritum, et patet e locis *Dionis*, ad Aug. 43. citatis, ubi insanam seculi illius cupiditatem, in scena arenaque operam praestandi vanamque artem ostendendi, multis illustravi. Ita autem tenebantur illo furore *senatorii equestrisque ordinis* juvenes, ut, quemadmodum famosae feminae matronarum jure, ita ipsi loco et dignitate in Rep., aeque ac *turpi judicio notati*, sponte exclusi esse mallent, quam ludicris illis abstinere. Hos ipsos, quum abjecto pudore a Rep. recessissent, civitate etiam ejecit Imperator.

Senatori latum clavum ademit, quum cognovisset, sub Kalendas Julias demigrasse in hortos, quo vilius post diem aedes in Urbe conduceret. Alium et quaestura removit, quod uxorem, pridie sortitione ductam, postridie repudiasset. [36] Externas cerimonias, Aegyptios Judaicosque ritus compescuit; coactis, qui superstitione ea tenebantur, religiosas vestes cum instrumento omni comburere. Judaeorum juventutem, per speciem sacramenti, in provincias gravioris coeli distribuit: reliquos gentis ejusdem,

---

latum clavum ademit] i. e. Senatu eum movit. v. ind. in *clavus*. Ita scripsit auctor variandi sermonis causa, quod sequitur: *quaestura removit*. Kalendae Juliae locationibus et conductionibus habitationum apud Romanos erant constitutae. v. *Burm.* de vectigal. c. 8, *Manut.* ad *Cic.* ad Div. 13, 2., *Ernest.* ad h. l.

pridie sortitione] Haec omnium codd. est lectio, probata Oudend. et Wolf., interpretantibus de uxore per sortem quasi ludo jocoque ducta, quod convenit levitati hujus temporis, ut monet Wolf., et consilio auctoris, qui de coercita tali levitate a Tiberio exponit. Sed Memm. habet *pridie sortitionem*, itaque suaserat *Turneb.* Advers. 14, 17., explicans: „E sortitione provinciae quum amplissimas speraret divitias, uxoris ut pauperis contubernium despicere coepit." Melius Ern. cum aliis de elusa lege Papia Poppaea intellexit, ut ducta uxore honorem quaesierit, accepto honore uxorem repudiaverit. At Quaestorem jam fuisse, neque adeo tali fraude opus habuisse, recte regerit Oudend., in dubium etiam vocans Latinitatem dictionis: *pridie sortitionem*, cui quae exempla opponit Reitzius, nihil probant, quum in omnibus *pridie* diei quidem vel festo aut ludo, nunquam rei alicui factae praepositum reperiatur. v. Wolf. ad h. l.

Externas — compescuit] A. 772. *Tac.* A. 2, 85. „Actum et *de sacris Aegyptiis Judaicisque* pellendis; factumque Patrum consultum, *ut quatuor millia libertini generis, ea superstitione infecta, quis idonea aetas, in insulam Sardiniam veherentur*, coercendis illic latrociniis, et, si *ob gravitatem coeli* interissent, vile damnum; ceteri cederent Italia, nisi certam ante diem profanos ritus exuissent." cf. *Joseph.* 18, 3., *Philo* Leg. ad Caj. p. 569. ed. Mangean., qui tamen, quum fictis Sejani criminibus rem tribuat, de seriori tempore loqui videtur Ernestio ad *Tac.* l. c., nisi erravit Judaeus.

in prov. grav. coeli] in Sardiniam, ut docent loca citata. De more, periculosas gentes in alias regiones transplantandi, v. Fabr.

vel similia sectantes, Urbe summovit, sub poena perpetuae servitutis, nisi obtemperassent. Expulit et mathematicos: sed deprecantibus, ac, se artem desituros, promittentibus, veniam dedit. [37] In primis tuendae pacis a grassaturis ac latrociniis seditionumque licentia curam habuit. Stationes militum per Italiam solito frequentiores disposuit. Romae castra constituit, quibus Praetorianae cohortes, vagae ante id tempus, et per hospitia dispersae, continerentur. Populares tumultus et ortos gravissime

---

ad Dio. 54, 31. *Similia sectantes* non esse Christianos, ut Lipsio visum, annus docet, qui est 19. p. Chr. n.

Expulit et mathem.] A. 769. *Tac.* 2, 32. „Facta et de mathematicis magisque Italia pellendis Senatusconsulta; quorum e numero L. Pituanius saxo dejectus est." ad q. l. vide excurs. Lipsii, hoc et alia contra Chaldaeos et mathematicos edicta explicantem. *Dio* 57, 15. πάντας τοὺς ἄλλους (praeter Thrasyllum), τούς τε ἀστρολόγους, καὶ τοὺς γόητας, εἴ τέ τινα ἕτερον καὶ ὁποιονοῦν τρόπον ἐμαντεύετό τις, τοὺς μὲν ξένους ἐθανάτωσε, τοὺς δὲ πολίτας, ὅσοι καὶ τότε ἔτι, μετὰ τὸ πρότερον δόγμα, δι' οὗ ἀπηγόρευτο μηδὲν τοιοῦτον ἐν τῇ πόλει μεταχειρίζεσθαι, ἐξηγγέλθησαν τῇ τέχνῃ χρώμενοι, ὑπερώρισε. τοῖς γὰρ πειθαρχήσασιν αὐτῶν ἄδεια ἐδόθη. *Mathematicos* vulgum eos dicere, quos gentilicio vocabulo Chaldaeos dicere oporteat, *Gell.* 1, 9. auctor. Adeo autem communis hujus nominis abusus exstitit, ut non ab historicis modo, sed in ipsis legibus usurpetur, ut docent, quae *de maleficis et mathematicis* in Codice reperiuntur.

Praetorianae — continerentur] Quum dispersas Augustus habuisset (v. Aug. 49.), castris conjunxit Sejanus. Hic enim, ut *Tac.* A. 4, 2. ad a. 776. „vim praefecturae, modicam antea, intendit, dispersas per Urbem cohortes una in castra conducendo; ut simul imperia acciperent, numeroque et robore et visu inter se fiducia ipsis, in ceteros metus crearetur." Idem *Dio* 57, 19. ad a. 772. quo pertinere res videtur. De castris Praetorianis v. Alex. *Donat.* de Urbe Roma 1, 15. (Thes. Graev. T. III. p. 510. sequ.)

et ortos] Dedi cum Burm. lectionem cod. Memm. aliorumque bonae notae pro vulg. *exortos*, ob sequ. *et ne orir.* Amat enim Suet. repetere *et — et.* Postea *orerentur*, quod Burm. recepit e Memm., scripturae duxi vitium, ut Caes. 64. *poteretur*, Claud. 13. *adoreretur*. Recta enim forma *orirentur* ab infin. *oriri*,

coërcuit, et, ne orirentur, sedulo cavit. Caede in theatro per discordiam admissa, capita factionum et histriones, propter quos dissidebatur, relegavit; nec, ut revocaret, unquam ullis populi precibus potuit evinci. Quum Pollentina plebs funus cujusdam primipilaris non prius ex Foro misisset, quam extorta pecunia per vim heredibus ad gladiatorium munus; cohortem ab Urbe, et aliam a Cottii regno, dissimulata itineris causa, detectis repente armis, concinentibusque signis, per diversas portas in oppidum immisit; ac partem majorem plebei ac Decurionum in perpetua vincula conjecit. Abolevit et vim moremque asylorum, quae usquam erant. Cyzicenis, in cives Romanos violentius quaedam ausis, pu-

---

et jure inconstantiam editorum, modo hanc, modo illam formam admittentium, taxavit Ernest.

histriones — relegavit] A. 775. secundum *Dion.* 57, 21. ubi τοὺς δὲ ὀρχηστὰς τῆς τε Ῥώμης ἐξήλασε, καὶ μηδαμόθι τῇ τέχνῃ χρῆσθαι προσέταξεν, ὅτι τάς τε γυναῖκας ᾔσχυνον, καὶ στάσεις ἤγειρον (per *factiones theatrales*, quibus occasionem dabant, cf. Aug. 45.). Ad a. 776. refert *Tac.* A. 4, 14.

Pollentina plebs] Intellige *Pollentiam* Liguriae *juxta Alpes*, ut dicit *Plin.* 8, 48., de qua v. *Cellar.* 2, 9. p. 659. De *Cottii regno*, a quo *Alpes Cottiae* nomen traxerunt, v. *Strabon.* 4, 1, 3. et *Cellar.* p. 647. sequ.

ex Foro] ubi more Romano cadaver Centurionis honestissimi depositum et laudatum fuisse videtur. Ern.

vim moremque asylorum] Hanc *vim asylorum* interpretatur *Tac.* A. 3, 60. verbis: „Crebrescebat Graecas per urbes licentia atque impunitas asyla statuendi; complebantur templa pessimis servitiorum; eodem subsidio obaerati adversum creditores, suspectique capitalium criminum receptabantur. Nec ullum satis validum imperium erat coercendis seditionibus populi, flagitia hominum, ut cerimonias Deûm, protegentis.“ Admissis civitatum, apud quas asyla ejusmodi essent, legationibus, „facta Senatusconsulta (ita *Tac.* c. 63.), quis, multo cum honore, *modus tamen praescribebatur.*“ Vere *abolita* asyla dicere Suetonium, quum modo praescripto *vis ademta* esset, quamvis locis relictis, Ernestius in excursu ad h. l. docet.

Cyzicenis] Ademtam iis *libertatem* i. e. *αὐτονομίαν* e *Dion.* 54, 7. notavimus ad Aug. 47. Restituerat eam Augustus a. 759.,

blice libertatem ademit, quam Mithridatico bello meruerant. Hostiles motus, nulla postea expeditione suscepta, per legatos compescuit: nec per eos quidem, nisi cunctanter et necessario. Reges infestos suspectosque comminationibus magis et querelis, quam vi, repressit. Quosdam, per blanditias atque promissa extractos ad se, non remisit: ut Maroboduum Germanum, Rhascupolim Thracem, Archelaum Cappadocem, cujus etiam regnum in formam

---

auctore *Dion.* 54, 23. Jam Id. 57, 24. ad a. 777. καὶ Κυζικηνῶν ἡ ἐλευθερία αὖθις, ὅτι τε Ῥωμαίους τινὰς ἔδησαν, καὶ ὅτι καὶ τὸ ἡρῷον, ὃ τῷ Αὐγούστῳ ποιεῖν ἤρξαντο, οὐκ ἐξετέλεσαν, ἀφῃρέθη. *Tac.* A. 4, 36. ad a. 778. „Objecta publice Cyzicenis incuria cerimoniarum D. Augusti, additis violentiae criminibus adversum cives Romanos. et amisere libertatem, quam bello Mithridatis meruerant circumsessi, nec minus sua constantia, quam praesidio Luculli, pulso Rege." *Publice* Reitzius male interpretatur: „non sua solius auctoritate, sed consensu Senatus Populique." Id addere non attinebat, quum Tiberius omnia ad Senatum referret. Est: toti Cyzicenorum civitati, non singulis quibusdam civibus, illi publicam, non his privatam (*persönliche*) libertatem ademit. v. ind. in *publice*. — *Muller.*, mutata interpunctione, suadebat: *ausis publice*. At verborum ordo ita minus placet.

Maroboduum] Marcomannorum rex fuit, qui eo duce Bojohemum occuparunt. Ejus ingenium describit *Vellej.* 2, 108. Victus est a. 770. ab Arminio. *Tac.* A. 2, 46. et a. 772., auctore Catualda, desertus a suis ad Tiberii misericordiam profugit, a quo Ravennae habitus per duodeviginti annos Italia non excessit. *Tac.* 2, 62 et 63.

Rhascupolim] De maxima in scribendo hoc nomine varietate v. praeter interpretes ad h. l. Fabricium ad *Dion.* 47, 25. et quos ille laudat. Quum fratrem Cotyn interfecisset, per dolum a Romanis captus inque Urbem tractus, postea Alexandriam devectus et ibi interemtus est. A. 772. v. *Vellej.* 2, 129. *Tac.* A. 2, 64 — 67.

Archelaum] Hunc accusatum a suis Tiberius juvenis defenderat. v. supra c. 8. Quum quinquagesimum annum Cappadocia potiretur, invisus Tiberio, quod eum Rhodi agentem nullo officio coluisset, a. 770. Liviae literis Romam evocatus et in Senatu accusatus periculum quidem evasit, sed mox, incertum sponte an

provinciae redegit. [38] Biennio continuo post adeptum imperium, pedem porta non extulit: sequenti tempore, praeterquam in propinqua oppida, et quum longissime, Antio tenus, nusquam afuit: idque perraro et paucos dies, quamvis provincias quoque et exercitus revisurum se, saepe pronunciasset, et prope quotannis profectionem praepararet, vehiculis comprehensis, commeatibus per municipia et colonias dispositis, ad extremum vota pro itu et reditu suo suscipi passus, ut vulgo jam per jocum *Callippides* vocaretur: quem cursitare, ac ne cubiti quidem mensuram progredi, proverbio Graeco notatum est. [39] Sed orbatus utroque filio, quorum Germanicus

---

fato, ibi mortuus est, regnum in provinciam redactum. v. *Tac.* A. 2, 42. *Dion.* 57, 17.

profectionem praepararet] Ita a. 767. auctore *Tac.* A. 1, 47. „ut jam jamque iturus, legit comites, conquisivit impedimenta (i. e. *vehicula comprehendere* Nostri), adornavit naves; mox hiemem aut negotia varie causatus, primo prudentes, dein vulgum, diutissime provincias fefellit.“ Id. 4, 4. „vetus et saepe simulatum proficiscendi in provincias consilium“ dicit. *Commeatus* Ern. et Oudend. non de cibariis, sed de jumentis vehiculisque, quae certis intervallis mutabantur, intelligunt, atque convenit ei significationi verbum *disponere*. Consentit etiam Schellerus in Lexico sub voc. *commeatus*.

Callippides] Ita edidi, non *Callipides*, ut plerique. Sine dubio enim Καλλιππίδης ille est, τῶν τραγῳδιῶν ὑποκριτής, quem *Xen.* Sympos. 3, 11. et *Plutarch.* Agesil. 21. et in Apophthegm. Lacon. commemorant, omnes motus gestusque tanta corporis agilitate et imitationis veritate exprimere solitus, ut *simia* etiam nominaretur. *Aristotel.* de poet. c. 18. Graecum proverbium, quod singularem quendam hujus hominis mimum, nobis ignotum, spectare videtur, et, ut *Erasmus* in Adagiis sub hoc nomine dicit, de iis adhibebatur, qui in moliendis negotiis, quum multa se facturos minarentur, nihil tamen conficiebant, aut, quemadmodum Terentius ait, qui sedulo moventes sese nihil promovebant, occurrit etiam *Cic.* ad Att. 13, 12., ubi de Varrone spem de dedicando Ciceroni libro factam dudum frustrante: „Biennium praeteriit, *quum ille* Καλλιππίδης *assiduo cursu cubitum nullum processerit*,“ ad qu. l. vide Manutium.

in Syria, Drusus Romae obierat, secessum Campaniae petiit, constanti et opinione et sermone paene omnium, quasi neque rediturus unquam, et cito mortem etiam obiturus: quod paulo minus utrumque evenit. Nam neque Romam amplius rediit; sed et paucos post dies juxta Terracinam in praetorio, cui Speluncae nomen est, incoenante eo, complura et ingentia saxa fortuitu superne delapsa sunt: multisque convivarum et ministrorum elisis, praeter spem evasit. [40] Peragrata Campania, quum Capuae Capitolium, Nolae templum Augusti, quam causam

---

Germ. in Syria] Antiochiae a. U. 772. v. *Tac.* A. 2, 69. sequ. cf. infra c. 52.

Drusus Romae] veneno a Sejano exstinctus a. 776. *Tac.* A. 4 8. *Dion.* 57, 22. qui ad a. 775. refert.

secessum Camp. petiit] A. 779. *Dio* 58, 1. ἀπεδήμησε δὲ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐκ τῆς Ῥώμης, καὶ οὐκέτι τὸ παράπαν ἐς τὴν πόλιν ἀνεκομίσθη, καίτοι μέλλων τε ἀεὶ καὶ ἐπαγγελλόμενος. Varias secessus causas memorat *Tac.* A. 4, 57.

constanti — rediturus unquam] *Tac.* A. 4, 58. „Ferebant periti coelestium, iis motibus siderum excessisse Roma Tiberium, ut reditus illi negaretur. unde exitii causa multis fuit, properum finem vitae conjectantibus vulgantibusque. neque enim tam incredibilem casum providebant, ut undecim per annos libens patriâ careret sequ.“

in praetorio] i. e. villa, palatio. v. ind. *Tac.* A. 4, 59. „Vescebantur in villa, cui vocabulum *Speluncae*, mare Amuclanum inter Fundanosque montes, nativo in specu. ejus os, lapsis repente saxis, obruit quosdam ministros; hinc metus in omnes et fuga eorum, qui convivium celebrabant. Sejanus genu vultuque et manibus super Caesarem suspensus, opposuit sese incidentibus; atque habitu tali repertus est a militibus, qui subsidio venerant.“ Pro *est* vulg. *erat.* *Strabo* 5, 3, 6. post descriptionem Terracinae et sinus Cajetani: ἀνέῳγέ τ' ἐντεῦθεν σπήλαια ὑπερμεγέθη, κατοικίας μεγάλας καὶ πολυτελεῖς δεδεγμένα. A *Spelunca*, a *Plinio* etiam 3, 9. memorata, nunc adhuc dicitur *Mare di Sperlonga.*

incoenante eo] Explicant *intus coenante.* Sed nullus dubito, quin legendum sit *coenante*, quod in cod. invenit Lipsius. Idem ad Tac. l. c. emendat: *in coenantem eum.* Ita Tiberium non evasisse, dudum monuerant alii.

profectionis praetenderat, dedicasset, Capreas se contulit; praecipue delectatus insula, quod uno parvoque litore adiretur, septa undique praeruptis immensae altitudinis rupibus, et profundo maris. Statimque revocante assidua obtestatione populo, propter cladem, qua apud Fidenas supra XX hominum millia, gladiatorio munere, amphitheatri ruina perierant, transiit in continentem, potestatemque omnibus adeundi sui fecit: tanto magis, quod Urbe egrediens, ne quis se interpellaret, edixerat, ac toto itinere adeuntes summoverat. [41] Regressus in in-

---

quam causam prof. praetenderat] *Tac.* 4, 57. „diu meditato prolatoque saepius consilio, tandem Caesar in Campaniam, *specie dedicandi templa* „apud Capuam Jovi, apud Nolam Augusto, sed certus procul Urbe degere," quo loco ferri posse existimo ellipsin verbi, cui varie subvenire conantur interpretes. *Capitolium* pro *templo Jovis* dicitur, ut Calig. 57. *Capitolium Beneventi* commemoratur a Nostro Gramm. c. 9.

profundo maris] Al. *mari*. Nolui mutare Graecismum, Tacito maxime frequentatum. Ille enim: *obstantia silvarum, occulta saltuum, humidum paludum, prominentia montium, asperrimum hiemis* al. Plura collegit Heinsius ad Ann. 1, 41. *Profundum* est pro substantivo, quod non convenit loco Calig. 37. *jactae moles infesto ac profundo mari*, quem temere adducunt, quibus n. l. placet *mari*. De loco *Tac.* 4, 67. „Solitudinem ejus (insulae) placuisse maxime crediderim, quoniam importuosum circa mare, et vix modicis navigiis pauca subsidia, neque appulerit quisquam, nisi gnaro custode." Id est *unum parvumque litus* Nostri.

supra XX hom. millia] Describit rem *Tac.* 4, 62. sequ., qui c. 63. „*quinquaginta* hominum millia eo casu debilitata vel obtrita sunt." Suetonius mortuos tantum numerat. Sequitur eum *Oros.* 7, 4. qui: „Amphitheatri cavea populo gladiatorium munus spectante collapsa est, et plus quam XX millia hominum occidit."

summoverat] *Tac.* 4, 67. „At Caesar, dedicatis per Campaniam templis, quamquam edicto monuisset, ne quis quietem ejus irrumperet (leg. *interrumperet*), concursusque oppidanorum, disposito milite, prohiberentur, perosus tamen municipia et colonias omniaque in continenti sita, Capreas se in insulam abdidit."

sulam, Reipublicae quidem curam usque adeo abjecit, ut postea non decurias equitum unquam supplerit; non Tribunos militum Praefectosque, non provinciarum praesides ullos mutaverit; Hispaniam et Syriam per aliquot annos sine consularibus legatis habuerit; Armeniam a Parthis occupari, Moesiam a Dacis Sarmatisque, Gallias a Germanis vastari neglexerit; magno dedecore imperii, nec minori discrimine. [42] Ceterum secreti licentiam nactus, et quasi civitatis oculis remotus, cuncta simul vitia, male diu dissimulata, tandem profudit: de quibus singillatim ab exordio referam. In castris, tiro etiam

---

decurias equitum] De re militari intelligo cum Oudend. et Wolfio aliisque, quoniam de ea in toto capite sermo, non de decuriis *judicum* cum Lipsio et Ernestio.

Praefectosque] sc. alarum. Junguntur enim *Tribuni militum*. v. ind. Male Casaub. eos intelligit, qui exercitibus rebusque bellicis praeerant. Reliqui tacent.

non prov. praes. u. mutaverit] Paucitatem Senatorum, in quos crudelitas Tiberii saevierat, causam dicit *Dio* 58, 23. ubi: τοσοῦτον πλῆθος τῶν τε ἄλλων καὶ τῶν βουλευτῶν ἀπώλετο, ὥστε τοὺς ἄρχοντας τοὺς κληρωτούς, τοὺς μὲν ἐστρατηγηκότας ἐπὶ τρία, τοὺς δ᾽ ὑπατευκότας ἐπὶ ἓξ ἔτη τὰς ἡγεμονείας τῶν ἐθνῶν, ἀπορίᾳ τῶν διαδεξομένων αὐτούς, σχεῖν. τί γὰρ ἄν τις ἔχοι τοὺς αἱρετοὺς ὀνομάζειν, οἷς καὶ ἀπὸ πρώτης ἐπὶ πλεῖστον ἄρχειν ἐδίδου; Varias causas hujus instituti affert *Tac.* A. 1, 80. cf. Id. 4, 6. et *Joseph.* 18, 6. 5.

sine consul. legatis] v. ad Aug. 47. Praesides provinciarum Caesarearum *legati Caesaris* vel *Propraetores* dicebantur, quamquam Consulares essent. Ita enim *Dio* 53, 13. τοὺς ἑτέρους ὑπό τε ἑαυτοῦ αἱρεῖσθαι, καὶ πρεσβευτὰς αὐτοῦ ἀντιστρατήγους τε ὀνομάζεσθαι, κἂν ἐκ τῶν ὑπατευκότων ὦσι, διέταξε (Augustus). Id. c. 12. ad Caesaris provincias refert *Hispaniam* Tarraconensem et Lusitaniam, et *Syriam*.

Armeniam] Huc pertinet, quod *Dio* 58, 26. ad a. 788. ὁ Ἀρτάβανος ὁ Πάρθος, τελευτήσαντος τοῦ Ἀρτάξου, τὴν Ἀρμενίαν Ἀρσάκῃ τῷ ἑαυτοῦ υἱεῖ ἔδωκε, καὶ ἐπεὶ μηδεμία ἐπὶ τούτῳ τιμωρία παρὰ τοῦ Τιβερίου ἐγένετο, τῆς τε Καππαδοκίας ἐπείρα, καὶ ὑπερηφανώτερον καὶ τοῖς Πάρθοις ἐχρῆτο. cf. *Tac.* 6, 31. qui, non prorsus neglexisse rem Tiberium, docet. De *Moesia Galliaque* a vicinis populis infestatis nihil, quod scio, reliqui scriptores.

tum, propter nimiam vini aviditatem, pro Tiberio, *Biberius;* pro Claudio, *Caldius;* pro Nerone, *Mero* vocabatur. Postea Princeps in ipsa publicorum morum correctione cum Pomponio Flacco et L. Pisone noctem continuumque biduum epulando potandoque consumsit: quorum alteri Syriam provinciam, alteri praefecturam Urbis confestim detulit: codicillis quoque *jucundissimos et omnium horarum amicos* professus. Sestio Gallo, libidinoso ac prodigo seni, olim ab Augusto ignominia notato, et a se ante pau-

---

nim. vini aviditatem] *Plin.* 14, 22. (28.) „ipsa juventa ad merum pronior fuerat (Tiberius)." Attulit Burm. carmen ineditum, cujus clausula:

„Exinde plebs Quiritium vocavit
Non Claudium Tiberium Neronem,
Sed Caldium Biberium Meronem."

publ. morum correctione] de qua v. c. 33.

Pomponio Flacco] qui Consul a. 770. (*Tac.* 2, 41. *Dion.* 57, 17.), Moesiae praefectus a. 772. Rhascupolim per fraudes cepit. *Tac.* 2, 66. sequ. *Vellej.* 2, 129. Syriaeque Propraetor obiit a. 786. *Tac.* 6, 27. v. *Glandorp.* Onomast. p. 703. et Heins. ad *Ovid.* Ep. ex Ponto 4, 9, 58.

L. Pisone] Obiit a. 785. *Tac.* 6, 10. „Per idem tempus L. Piso Pontifex, rarum in tanta claritudine, fato obiit; nullius servilis sententiae sponte auctor, et quotiens necessitas ingrueret, sapienter moderans. Patrem ei Censorium fuisse memoravi; aetas ad octogesimum annum processit; decus triumphale in Thracia meruerat. sed praecipua ex eo gloria, quod Praefectus Urbis recens continuam (lege *recens conditam* v. *constitutam*) potestatem, et insolentia parendi graviorem, mire temperavit." cf. *Dio* 58, 19. De ejus ebrietate *Seneca* epist. 83. „L. Piso, Urbis custos, ebrius, ex quo semel factus est, fuit; majorem partem noctis in convivio exigebat; usque in horam sextam fere dormiebat; hoc erat ejus matutinum. Officium tamen suum, quo tutela Urbis continebatur, diligentissime administravit sequ." De annis praefecturae ejus disputat Ern. ad h. l. et ad *Tac.* 6, 11. Meruisse eam compotatione, testis etiam *Plinius* loco supra cit. „Eaque commendatione credidere L. Pisonem Urbis Romae curae ab eo (Tiberio) delectum, quod biduo duabusque noctibus perpotationem continuasset apud ipsum jam Principem."

Sestio Gallo] De *Sestiis* s. *Sextiis Gallis* v. *Glandorp.* p. 799, ubi hunc omisit.

cos dies apud Senatum increpito, coenam ea lege condixit, ne quid ex consuetudine immutaret aut demeret, utque nudis puellis ministrantibus coenaretur. Ignotissimum quaesturae candidatum nobilissimis anteposuit, ob epotam in convivio, propinante se, vini amphoram. Asellio Sabino sestertia ducenta donavit pro dialogo, in quo boleti, et ficedulae, et ostreae, et turdi certamen induxerat. Novum denique officium instituit a voluptatibus, praeposito Equite Romano, T. Caesonio Prisco. [43] Secessu vero Capreensi etiam sellariam excogitavit, sedem arcanarum libidinum: in quam undique conquisiti puellarum et exoletorum greges, monstrosique concubitus repertores, quos *spintrias* appellabat, triplici serie connexi, invicem incestarent se coram ipso, ut aspectu deficientes libidines excitaret. Cubicula plurifariam disposita tabellis ac sigillis lascivissimarum picturarum et figurarum adornavit, librisque Elephantidis instruxit, ne cui in opera edenda exemplar imperatae schemae deesset. In silvis quoque ac nemoribus passim Venereos locos commentus est, prostantesque per antra et cavas rupes, ex utriusque sexus pube, Paniscorum et Nympharum habitu: palamque jam et vulgo nomine insulae abutentes, *Caprineum* dictitabant. [44] Majore adhuc et turpiore in-

---

sellariam] *Tac.* A. 6, 1. „Tunc primum ignota ante vocabula reperta sunt, *sellariorum* et *spintriarum*, ex foeditate loci ac multiplici patientia sequ.“ *Dio* etiam 58, 22. ἐκ τῶν ἐρώτων, οἷς ἀναίδην καὶ τῶν εὐγενεστάτων καὶ ἀῤῥένων καὶ θηλειῶν ὁμοίως ἐχρῆτο, διεβάλλετο.

Elephantidis] *Molles Elephantidos libellos* memorat *Martial.* 12, 43, 4.

schemae] Al. *scenae.* σχῆμα dicitur de modo exercendae libidinis, et venisse videtur mutatio a librario, quem offendit genitivus insolentior. v. *Turneb.* Advers. 14, 17. Pro *imperatae* sc. a Tiberio al. vitiose *imparatae* v. *impetratae.*

Caprineum] Nescio, cur probaverint viri docti emendationes καπριᾷν *eum* v. καπρᾷν *eum.* Si vel maxime *Caprineum* esset corruptum, *insulae* tamen nomen substituendum.

famia flagravit, vix ut referri audirive, nedum credi fas sit: quasi pueros primae teneritudinis, quos *pisciculos* vocabat, institueret, ut natanti sibi inter femina versarentur, ac luderent, lingua morsuque sensim appetentes; atque etiam, quasi infantes firmiores, necdum tamen lacte depulsos, inguini, ceu papillae, admoveret; pronior sane ad id genus libidinis et natura et aetate. Quare Parrhasii quoque tabulam, in qua Meleagro Atalanta ore morigeratur, legatam sibi sub conditione, ut, si argumento offenderetur, decies pro ea sestertium acciperet, non modo praetulit, sed et in cubiculo dedicavit. Fertur etiam in sacrificando quondam, captus facie ministri acerram praeferentis, nequisse abstinere, quin, paene vixdum re divina peracta, ibidem statim seductum constupraret, simulque fratrem ejus tibicinem; atque utrique mox, quod mutuo flagitium exprobrarant, crura fregisse. [45] Feminarum quoque, et quidem illustrium, capitibus quanto opere solitus sit illudere, evidentissime apparuit Malloniae cujusdam exitu, quam perductam, et quicquam amplius pati constantissime recusantem, delatoribus objecit; ac ne ream quidem interpellare desiit, *Ecquid poeniteret:* donec ea, relicto judicio, domum se abripuit, fer-

---

Parrhasii] *Plin.* 35, 10. (36, 5.) ubi de Parrhasio exponit: „Pinxit et Archigallum; quam picturam amavit Tiberius Princeps; atque, ut auctor est Decius Eculeo, LX. sestertiis aestimatam cubiculo suo inclusit.“ Eandem picturam Tranquillum et Plinium dicere, putat Harduin. ad illum l. Equidem Suetonium in argumento tabulae facilius errasse, existimo, quam Plinium, qui ex instituto de his rebus egit. Ceterum de eodem Parrhasio Plinius: „Pinxit et minoribus tabellis libidines, eo genere petulantis joci se reficiens.“

et quicquam amplius] Recte hoc praetulerunt Oudend. Ern. Wolf. alteri: *nec quicqu.*, quod junctum verbo *recusantem* contrarium prorsus sensum efficit. *Quicquam amplius* interpretantur: *quicquam praeter coitum.* Per εὐφημισμὸν dictum puto de coitu ipso. *Perductam* autem intelligo: domum Tiberii vi ductam v. raptam, ut stuprum ibi pateretur.

roque transegit, obscoenitate oris hirsuto atque olido seni clare exprobrata. Unde nota in Atellanico exodio, proximis ludis assensu maximo excepta, percrebruit: *Hircum vetulum capreis naturam ligurire.* [46] Pecuniae parcus ac tenax, comites peregrinationum expeditionumque nunquam salario, cibariis tantum, sustentavit; una modo liberalitate, ex indulgentia vitrici, prosecutus, quum, tribus classibus factis pro dignitate cujusque, primae sexcenta sestertia, secundae quadringenta distribuit, ducenta tertiae, quam non amicorum, sed gratorum appella-

---

nota] Al. *mora*. Graevius μωρόν, feminam fatuam, Turneb. Advers. 4, 17. versum ab histrionibus tractim pronunciatum intelligunt. Utrumque contra loci sententiam. Alii corrigere maluerunt locum, ut Burmann. *nota vox*, Oudend. *mira in At. exod vox*, et probavit Wolfius. Puto *notam* esse versum, mores Tiberii notantem s. in quo notam libidinum ejus quaerebant auditores. Ea ipsis ludis assensu maximo excepta est, et postea percrebruit s. in vulgi sermonem venit. — De *exodiis Atellanicis* i. e. fabulis jocosi atque satyrici argumenti, sic dictis, ut *Diomedes* ait, a civitate Oscorum Atella, in qua primum coeptae, et exhibitis plerumque post tragoedias ad exigendam tristitiam, v. *Bulenger.* de theatro 1, 9. p. 851. Tom. VIIII. Thes. Graev.

capreis] Servavi ob omnium codd. auctoritatem, quamquam *capreae* plerumque ferae caprae dicuntur, ut ostendit ad h. l. Oudend., qui ideo dedit *capris*. Puto, illud discrimen non semper fuisse observatum, et praeferendum h. l. *capreis* etiam ad genus femininum facilius agnoscendum.

Pecun. parcus ac tenax] Contra *Tac.* 1, 75. dicitur „ erogandae per honesta pecuniae cupiens, eamque virtutem diu retinuisse, quum ceteras exueret" et 3, 18. „ satis firmus adversum pecuniam." Ita *Dio* 57, 10. ἐλάχιστα ἐς αὐτὸν δαπανῶν, πλεῖστα ἐς τὸ κοινὸν ἀνήλισκε, ubi plurima talis munificentiae exempla commemorat. Videtur igitur auctor de parcimonia tantum loqui, quam erga se ipsum suosque observavit.

com. peregrin.] Amicos sic dici Principis et propinquos, philosophos etiam et grammaticos aliosque doctos homines, quos in itineribus secum ducere solebat, docet Ernest. in exc. ad h. l.

gratorum] Al. *Graecorum*, et Graev. voluit *Grajorum*. Sed inter *amicos* etiam Graeci, et Romani inter *gratos* i. e. quibus delectaretur, quamquam non ad interiorem amicitiam admissis.

bat. [47] Princeps neque opera ulla magnifica fecit; (nam et, quae sola susceperat, Augusti templum, restitutionemque Pompejani theatri, imperfecta post tot annos reliquit) neque spectacula omnino edidit; et iis, quae ab aliquo ederentur, rarissime interfuit, ne quid exposceretur, utique postquam comoedum Actium coactus est manumittere. Paucorum Senatorum inopia sustentata, ne pluribus opem ferret, ne-

quae sola susceperat] *Dio* 57, 10. plurima aedificia ab eo perfecta scribit, quamquam suo nomine non inscripto, nullum susceptum, nisi Augusti templum Romae. Ejus verba haec sunt: *τά τε οἰκοδομήματα, ἃ προκατεβέβλητο μὲν (ὁ Αὔγουστος), οὐκ ἐξετέλεσε δέ, ἐκποιῶν τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπέγραψε σφίσι· τά τε ἀγάλματα καὶ τὰ ἡρῷα αὐτοῦ, καὶ ὅσα οἱ δῆμοι καὶ ὅσα οἱ ἰδιῶται ἐποίουν, τὰ μὲν αὐτὸς καθιέρου, τὰ δὲ τῶν ποντιφίκων τινὶ προσέτασσε· τοῦτο δὲ τὸ κατὰ τὰς ἐπιγραφάς, οὐκ ἐπ' ἐκείνοις μόνοις τοῖς τοῦ Αὐγούστου ἔργοις, ἀλλ' ἐπὶ πᾶσιν ὁμοίως τοῖς ἐπισκευῆς τινος δεηθεῖσιν ἐποίησε. πάντα γὰρ τὰ πεπονηκότα ἀνακτησάμενος, (αὐτὸς γὰρ οὐδὲν τὸ παράπαν ἐκ καινῆς, πλὴν τοῦ Αὐγουστείου, κατεσκευάσατο) οὐδὲν αὐτῶν ἰδιώσατο, ἀλλὰ τὰ τῶν πρώτων οἰκοδομησάντων αὐτὰ ὀνόματα πᾶσι σφίσιν ἀπέδωκεν.* Cum Nostro consentit *Tac.* A. 6, 45. „Ne publice quidem, nisi duo opera, struxit, templum Augusto, et scenam Pompejani theatri, eaque perfecta, contemtu ambitionis, an per senectutem, haud dedicavit.“ Utrumque opus absolvit et dedicavit Caligula a. 790. v. Calig. 21. *Dio* 59, 7. Magnifica verba *Velleji* 2, 130. afferre piget.

rarissime] Contra *Dio* 57, 11. *συνεχέστατα ἐπὶ τὰς θέας ἀπήντα, τῆς τε τιμῆς τῶν ἐπιτελούντων αὐτὰς ἕνεκα, καὶ τῆς τοῦ πλήθους εὐκοσμίας, τοῦ τε συνεορτάζειν σφίσι δοκεῖν. οὐ γὰρ οὔτε ἐσπούδασέ ποτε τοπαράπαν τῶν τοιούτων οὐδέν, οὔτε δόξαν τινά, ὡς καὶ συσπεύδων τινί, ἔσχεν.* Recte dissensum conciliat Fabricius ita, ut Dionem de priori Tiberii tempore, in quo summa ejus comitas, Suetonium de posteriori, ubi veram indolem exuerat, exponere censeat. Ceterum n. l. *ab aliquo* est *ab ullo alio*, quicunque demum esset, ὑφ' *οὑτινοσοῦν*.

utique postquam] i. e. praesertim postqu. Ita *Liv.* 5, 65. „*utique* postremis mensibus, *quum* sequ.“ et 6, 20. „*utique postquam* sordidatum reum viderunt.“ et 45, 23. „*utique si.*“ In verbo *coactus est* non argutandum erat interpretibus. *Cogere* est vehementibus precibus, quibus resistere aliquis non audet, efflagitare. Ita *ἀναγκάζειν* saepe dicitur. v. quos laudat *Krebsius* in Lexico N. T. sub voc. ἀναγκάζω.

gavit, se aliis subventurum, nisi Senatui justas necessitatum causas probassent. Quo pacto plerosque modestia et pudore deterruit: in quibus Hortalum, Q. Hortensii oratoris nepotem, qui, permodica re familiari, auctore Augusto, quatuor liberos tulerat. [48] Publice munificentiam bis omnino exhibuit: proposito millies sestertio gratuito in triennii tem-

---

nisi Senatui — probassent] *Vell.* 2, 129. „Senatorum censum, *quum id Senatu auctore facere potuit*, quam libenter explevit, ut neque luxuriam invitaret, neque honestam paupertatem pateretur dignitate destitui." *Tac.* 2, 37. „Census quorundam Senatorum juvit." *Dio* 57, 10. τῶν βουλευτῶν συχνοὺς πενομένους, καὶ μηκέτι μηδὲ βουλεύειν διὰ τοῦτ' ἐθέλοντας, ἐπλούτισεν. οὐ μέντοι καὶ ἀκρίτως αὐτὸ ἐποίει, ἀλλὰ καὶ διέγραψε τοὺς μὲν ὑπὸ ἀσελγείας, τοὺς δὲ καὶ ὑπὸ πτωχείας, ὅσοι μηδένα αὐτῆς λογισμὸν εἰκότα ἀποδοῦναι ἐδύναντο. De censu senatorio, quo qui carebant, senatoriam dignitatem obtinere non poterant, nisi Principis liberalitate adjuvabantur, diximus ad Aug. 41.

pudore] *Muller*, in sched, suadet *pudor*. Ingrata tamen subjecti est mutatio.

Hortalum] *Tac.* l. c. „quo magis mirum fuit, quod preces M. Hortali, nobilis juvenis, in paupertate manifesta, superbius accepisset. Nepos erat oratoris Hortensii, illectus a *D. Augusto* liberalitate decies Sestertii, ducere uxorem, suscipere liberos, ne clarissima familia exstingueretur." Quod *auctore Augusto* liberos tulisse dicitur, id ipse Hortalus apud Tacitum: „hos non sponte sustuli, sed *quia Princeps monebat*" et: „*jussus ab Imperatore* uxorem duxi." Quum subsidium rei familiaris sibi quisque petiisset, durissimum responsum tulit, „neque" ita Tac. c. 38. fin., „miseratus est posthac Tiberius, quamvis domus Hortensii pudendam ad inopiam delaberetur." A. 769.

proposito] i. e. oblato etc., ut *Tacitus*, qui fuse totam rem exponit A. 6, 16, 17. *disposito per mensas*. Is enim c. 17. „donec tulit opem Caesar, disposito per mensas millies Sestertio, factaque mutuandi copia sine usuris (i. e. *gratuito*, v. Caes. 27.) per triennium, si debitor populo in duplum praediis cavisset." *Dio* 58, 21. τὸ πρᾶγμα τὸ κατὰ τὰ δανείσματα ἐμετρίασε, καὶ δισχιλίας καὶ πεντακοσίας μυριάδας τῷ δημοσίῳ ἔδωκεν (proposuit), ὥστ' αὐτὰς ὑπ' ἀνδρῶν βουλευτῶν ἀτόκως τοῖς δεομένοις ἐς τρία ἔτη ἐκδανεισθῆναι. Postea *difficultas rei num.* apud Tacitum est *inopia rei num.* Idem Senatuscons., de quo Noster, ita refert: „ad hoc Senatus praescripserat, duas quisque fenoris (i. e. patrimonii sub

pus; et rursus, quibusdam dominis insularum, quae in monte Coelio deflagrarant, pretio restituto. Quorum alterum, magna difficultate nummaria populo auxilium flagitante, coactus est facere, quum per Senatusconsultum sanxisset, ut feneratores duas patrimonii partes in solo collocarent, debitores totidem

---

fenore elocati) partes in agris per Italiam collocaret" i. e. ad agros aliasque possessiones emendas converteret, nempe ut ne pecunia in paucorum loculis condita jaceret, sed venditione debitorum et emtione a creditoribus facta in communem usum rediret. — *debitores solverent.* Id „*commotum* simul omnium *aes alienum*" Tacitus dicit. Denique *res expeditur* dissoluto aere alieno refectaque fide. Ceterum pertinet res ad a. U. 786.

dom. insularum — pretio restituto] Bis hanc munificentiam exhibuit Tiberius, *a. 780.*, (de qua Suetonius h. l. et *Tac.* A. 4, 64. statim post descriptam Amphitheatri Fidenensis ruinam: „Nondum ea clades exoleverat, quum ignis violentia Urbem ultra solitum affecit, deusto monte Coelio; feralemque annum ferebant, et ominibus adversis susceptum Principi consilium absentiae, qui mos vulgo, fortuita ad culpam trahentes; ni Caesar obviam isset, tribuendo pecunias ex modo detrimenti. Actaeque ei grates apud Senatum ab illustribus, famaque apud populum, quia sine ambitione aut proximorum precibus, ignotos etiam et ultro accitos munificentia juverat. Adduntur sententiae, ut mons Coelius in posterum Augustus appellaretur; quando, cunctis circum flagrantibus, sola Tiberii effigies, sita in domo Junii Senatoris, inviolata mansisset." *Vellejus* denique 2, 130. „qua liberalitate cum alias, tum proxime incenso monte Coelio, omnis ordinis hominum jacturae patrimonio succurrit suo?") et *iterum a. 789.*, quam praetermisit Noster, sed memorant *Tac.* 6, 45. „Idem annus gravi igne Urbem afficit, deusta parte Circi, quae Aventino contigua, ipsoque Aventino. quod damnum Caesar ad gloriam vertit, exsolutis domuum et insularum pretiis. Millies Sestertium ea munificentia collocatum; tanto acceptius in vulgum, quanto modicus privatis aedificationibus" et *Dio* 58, 26. πυρὶ πολὺ πλεῖω (quam inundatione, quam proxime narraverat) περί τε τὸν ἱππόδρομον καὶ περὶ τὸν Ἀουεντῖνον ἐφθάρη, ὥστε τὸν Τιβέριον δισχιλίας καὶ πεντακοσίας μυριάδας τοῖς ζημιωθεῖσί τι ἀπ' αὐτοῦ δοῦναι. His etiam 57, 16. ad a. 709. ἐμπρησθεῖσί τισιν οὐχ ὅπως ὁ Τιβέριος, ἀλλὰ καὶ ἡ Λιουΐα ἤμυνε, quod Fabric. ad priorem illam liberalitatem refert, ubi tamen Dionis gravissimus in anno error foret. *Temporum atrocitatem* Tac. *feralem annum* dicit.

aeris alieni statim solverent, nec res expediretur: alterum, ad mitigandam temporum atrocitatem. Quod tamen beneficium tanti aestimavit, ut montem Coelium, appellatione mutata, vocari Augustum jusserit. Militi post duplicata ex Augusti testamento legata nihil unquam largitus est, praeterquam singula millia denariorum praetorianis, quod Sejano se non accommodassent; et quaedam munera Syriacis legionibus, quod solae nullam Sejani imaginem inter signa coluissent: atque etiam missiones veteranorum rarissimas fecit, ex senio mortem, ex morte compendium captans. Ne provincias quidem ulla liberalitate sublevavit; excepta Asia, disjectis terrae motu civitatibus. [49] Procedente mox tempore etiam ad rapinas convertit animum. Satis constat, Cn. Len-

---

duplicata — legata] Exsolvit ea, ad sedandam militum seditionem, fictis Tiberii epistolis, Germanicus, testibus *Tac.* 1, 36. ubi perscriptum praeter alia literis illis dicit: „legata, quae petiverant, *exsolvi duplicarique*" et *Dione* 57, 5. τὴν δωρεὰν τὴν ὑπὸ τοῦ Αὐγούστου καταλειφθεῖσαν σφίσι διπλῆν, ὡς καὶ παρ' ἐκείνου (quasi Tiberii jussu) δίδωκε (Germanicus).

Sejano] *Dio* 58, 18. τοὺς δορυφόρους καὶ λόγοις καὶ χρήμασι, καίπερ τὰ τοῦ Σηϊανοῦ φρονήσαντας εἰδώς, ἐτίμησεν, ἵν' αὐτοῖς προθυμοτέροις κατ' αὐτῶν (contra ipsos Senatores) χρῆσθαι ἔχῃ. Factum oppresso Sejano a. 785.

nullam Sej. imaginem] Plurimas Sejani statuas et imagines positas fuisse, concedente ipso Tiberio, et praeter alios honores etiam ad eas sacrificatum, testantur *Tac.* 3, 72. et 4, 2. ubi tam facilem Tiberium fuisse narrat, ut „coli per Theatra et Fora effigies Sejani, *interque principia legionum* sineret" et 4, 7., atque *Dio* 57, 21. et 58, 2. cf. *Senec.* Consol. ad Marc. c. 22.

compendium captans] sc. ne praemia emeritae militiae dare opus esset, de quibus v. ad Aug. 21. et 49.

disjectis — civit.] v. *Tac.* 2, 47. „Eodem anno (U. 770.) duodecim celebres Asiae urbes collapsae nocturno motu terrae" sequ. *Plin.* 2, 84. (86.) *Strabo* 12, 7, 18. et *Dio* 57, 17. ταῖς ἐν τῇ Ἀσίᾳ πόλεσι ταῖς ὑπὸ τοῦ σεισμοῦ κακωθείσαις ἀνὴρ ἐστρατηγηκὼς (M. Aletus e Praetoriis *Tac.* l. c.) σὺν πέντε ῥαβδούχοις προσετάχθη· καὶ χρήματα πολλὰ μὲν ἐκ τῶν φόρων ἀνείθη, πολλὰ δὲ καὶ παρὰ τοῦ Τιβερίου ἐδόθη. v. Fabric. ad h. l.

tulum Augurem, cui census maximus fuerit, metu et angore ad fastidium vitae ab eo actum, et ut ne quo, nisi ipso herede, moreretur: condemnatam et generosissimam feminam Lepidam, in gratiam Quirini consularis praedivitis et orbi, qui dimissam eam e matrimonio post vicesimum annum veneni olim in se comparati arguebat: praeterea Galliarum et Hispaniarum, Syriaeque et Graeciae principes confiscatos ob tam leve et tam impudens calumniarum genus, ut quibusdam non aliud sit objectum, quam quod partem rei familiaris in pecunia haberent: plurimis etiam civitatibus et privatis veteres immunitates, et jus metallorum ac vectigalium adempta; sed et Vononem, regem Parthorum, qui pulsus a suis, quasi in

---

Cn. Lentulum Augurem] Hunc *Senec.* de benef. 2, 27. „divitiarum maximum exemplum, sed ingenii tam sterilis, quam pusilli animi" fuisse dicit, suum vidisse quater millies Sestertium. Distinguendum eum a Cn. Lentulo Gaetulico, qui *Tac.* 4, 44. et *Dion.* 57, 24. commemoratur, multis docet *Lips.* ad Tac. l. c., ex quo corrigendus *Glandorp.* p. 269.

Lepidam] A. 773. *Tac.* 3, 22. „At Romae Lepida, cui super Aemiliorum decus L. Sulla ac Cn. Pompejus proavi erant, defertur, simulavisse partum ex P. Quirino, divite atque orbo. adjiciebantur adulteria, venena, quaesitumque per Chaldaeos in domum Caesaris; defendente ream Manio Lepido fratre. Quirinus, post dictum repudium adhuc infensus, quamvis infami ac nocenti miserationem addiderat." Aqua atque igni interdictum ei, narrat c. 23. Consul fuerat P. Sulpicius Quirinus a. 742. cum M. Valerio Messala. *Dio* 54, 28.

quod partem — haberent] Referunt ad legem Dictatoris Caesaris, qua „*de modo credendi possidendique intra Italiam*", ut *Tac.* A. 6, 16., vel, ut *Dio* 41, 38. μηδένα πλεῖον πεντακισχιλίων καὶ μυρίων δραχμῶν ἐν ἀργυρίῳ ἢ καὶ χρυσίῳ κεκτῆσθαι, cautum erat. Ita Lipsius et Fabricius ad locos cit. Sed haec lex ad Italiam tantum et difficultatem rei numariae ex condita a feneratoribus pecunia pertinebat. Hic de provinciarum principibus sermo. Rectius igitur Ernestius, iis ex seposita domi pecunia rerum novarum studium objectum esse, statuit.

Vononem] Hic Parthiae regno ab Artabano expulsus a, 769. in Armeniam confugerat, sed inde etiam post breve regnum a. 771. Pompejopolim, Ciliciae maritimam urbem, amotus fuerat.

fidem populi Romani cum ingenti gaza Antiochiam se receperat, spoliatum perfidia, et occisum. [50] Odium adversus necessitudines in Druso primum fratre detexit, prodita ejus epistola, qua secum de cogendo ad restituendam libertatem Augusto agebat; deinde et in reliquis. Juliae uxori tantum afuit, ut relegatae, quod minimum est, officii aut humanitatis aliquid impertiret, ut ex constitutione patris uno oppido clausam, domo quoque egredi, et commercio hominum frui, vetuerit: sed et peculio concesso a patre praebitisque annuis fraudavit, per speciem publici juris, quod nihil de his Augustus testamento cavisset. Matrem Liviam gravatus, velut partes sibi aequas potentiae vindicantem, et congressum ejus assiduum vitavit, et longiores secretioresque sermones, ne ejus consiliis, quibus tamen interdum et egere

---

Tac. A. 2. init. et c. 58. Inde quum fugam tentasset, interemtus est in itinere, ita ut nulla Tiberii culpa esse videretur. v. *Tac.* c. 68. ibique Lips.

ad restit. libertatem] Nunquam dissimulasse Drusum, pristinum se Reip. statum, quandoque posset, restituturum, Noster auctor est Claud. 1. cf. *Tac.* 1, 33.

Juliae uxori] v. Aug. 65. et Tiber. 11. Ceterum cum n. l. consentiunt, quae ex Dione *Zonaras* p. 548. τὴν δὲ γυναῖκα Ἰουλίαν οὔτε ἐπανήγαγεν ἐκ τῆς ὑπερορίας, ἣν παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτῆς τοῦ Αὐγούστου κατεδικάσθη δι' ἀσέλγειαν, ἀλλὰ καὶ κατέκλεισεν αὐτήν, ὥσθ' ὑπὸ κακουχίας καὶ λιμοῦ φθαρῆναι. *Tac.* 1, 53. „Imperium adeptus, extorrem, infamem, et post interfectam Posthumum Agrippam, omnis spei egenam, inopia ac tabe longa peremit, obscuram fore necem longinquitate exsilii ratus." Obiit ea a. 767. — Proxime Brem. et Müller. legi jubent: „*quod minimum esset.*"

publici juris] Non redundat *publici*, ut Ernest. existimat. Ita *publicum et translaticium jus* dicitur Aug. 10. Scilicet, de quibus nihil cautum erat litera testamenti, iis non adstrictum se putabat, aequitatis incuriosus.

Matrem Liv. gravatus] Hoc est, quod *Dio* 57, 3. καὶ γὰρ πάνυ αὐτῇ ἤχθετο. De voc. *gravari* v. ind.

quibus tam. int. et egere] Hanc optimorum codd. lectionem cum Oudend. et Wolfio dedi pro vulg. *quibus tantum int. et aegre uti solebat.*

et uti solebat, regi videretur. Tulit etiam perindigne, actum in Senatu, ut titulis suis, quasi Augusti, ita et Liviae filius, adjiceretur. Quare non *parentem patriae* appellari, non ullum insignem honorem recipere publice, passus est. Sed et frequenter admonuit, *majoribus nec feminae convenientibus negotiis abstineret:* praecipue, ut animadvertit, incendio juxta aedem Vestae et ipsam intervenisse, populumque et milites, quo enixius opem ferrent, adhortatam, sicut sub marito solita esset. [51.] Dehinc ad simultatem usque processit, hac, ut ferunt, de causa. Instanti saepius, ut civitate donatum in decurias allegeret, negavit, alia se conditione allectu-

---

actum in Senatu] Al. *a Senatu.* Illud unice verum. *Tac.* 1, 14. „Multa Patrum et in Augustam adulatio. Alii *Parentem*, alii *Matrem patriae* appellandam, plerique, ut nomini Caesaris adscriberetur, *Juliae filius*, censebant. ille, *moderandos feminarum honores*, dictitans, eademque se temperantia usurum in iis, quae sibi tribuerentur, ceterum anxius invidia, et muliebre fastigium in deminutionem sui accipiens, ne lictorem quidem ei decerni passus est, aramque adoptionis et alia hujuscemodi prohibuit.“ *Dio* 57, 12. πολλοὶ μὲν μητέρα αὐτὴν τῆς πατρίδος, πολλοὶ δὲ καὶ γονέα προςαγορεύεσθαι γνώμην ἔδωκαν. ἄλλοι καὶ τὸν Τιβέριον ἀπ᾽ αὐτῆς ἐπικαλεῖσθαι ἐξηγήσαντο, ὅπως ὥςπερ οἱ Ἕλληνες πατρόθεν, οὕτω καὶ ἐκεῖνος μητρόθεν ὀνομάζηται. ἀγανακτῶν οὖν ἐπὶ τούτοις, οὔτε τὰ ψηφιζόμενα αὐτῇ, πλὴν ἐλαχίστων, ἐπεκύρου, οὔτ᾽ ἄλλο τι ὑπέρογκον ποιεῖν ἐπέτρεπεν. εἰκόνα γοῦν ποτε αὐτῆς οἴκοι τῷ Αὐγούστῳ ὁσιωσάσης, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν βουλὴν καὶ τοὺς ἱππέας μετὰ τῶν γυναικῶν ἑστιάσαι ἐθελησάσης, οὔτ᾽ ἄλλως συνεχώρησέν οἱ τοῦτο πρᾶξαι, πρὶν τὴν γερουσίαν ψηφίσασθαι, οὔτε τοὺς τότε ἄνδρας δειπνίσαι· ἀλλ᾽ αὐτὸς μὲν τούτους, ἐκείνη δὲ τὰς γυναῖκας εἱστίασε· καὶ τέλος τῶν μὲν δημοσίων παντάπασιν αὐτὴν ἀπήλλαξε, τὰ δ᾽ οἴκοι διοικεῖν οἱ ἐφεῖς, εἶθ᾽ ὡς καὶ ἐν τούτοις ἐπαχθὴς ἦν, ἀποδημίας τε ἐστέλλετο, καὶ πάντα τρόπον αὐτὴν ἐξίστατο· ὥςτε καὶ ἐς τὴν Καπρίαν δι᾽ ἐκείνην οὐχ ἥκιστα μεταστῆναι. N. l. pro *Liviae filius* mallem *Juliae filius*, uti Tacitus habet. Juliae enim nomen Liviae impositum, legimus Aug. 101. Obstat tamen, quod a Tacito verba sententiae senatoriae ipsa, a Nostro res omnino refertur, idque servato vetere eoque proprio nomine.

admonuit] Vulgo sequitur: *quod non* majoribus sequ.

decurias] judicum. Alia res supra c. 41.

rum, quam si pateretur ascribi albo, *extortum id sibi a matre.* At illa commota, veteres quosdam ad se Augusti codicillos de acerbitate et intolerantia morum ejus, e sacrario protulit atque recitavit. Hos et custoditos tamdiu, et exprobratos tam infeste, adeo graviter tulit, ut quidam putent, inter causas secessus hanc ei vel praecipuam fuisse. Toto quidem triennio, quo vivente matre afuit, semel omnino eam, nec amplius quam uno die, ac paucissimis vidit horis: ac mox neque aegrae adesse curavit, defunctamque, et, dum adventus sui spem facit, complurium dierum mora, corrupto demum et tabido corpore funeratam prohibuit consecrari, quasi id ipsa mandasset. Testamentum quoque ejus pro irrito habuit,

---

e sacrario] Intelligo cum Casaub. locum Augusto domi consecratum, ubi ejus imago habebatur et colebatur a Livia, et pretiosissima κειμήλια ab eo sibi relicta servabantur. Postea pro *exprobratos* Müller. suadet *expromtos* h. e. in lucem prolatos. Adverb. tamen *infeste* melius convenit vulgato.

inter causas secessus] v. *Dion.* loc. cit.

Toto qu. triennio] Secessit Tiberius Capreas a. 780. Livia obiit a. 782., unde Lipsius emendandum censuit *toto biennio.* Sed more antiquo tertii anni pars annumeratur, et quod *toto* additur, idiotismus est, frequens etiam nostratibus: *ganzer drei Jahre.*

ac mox — consecrari] *Dio* 58, 2. ἐν δὲ τῷ αὐτῷ τούτῳ χρόνῳ καὶ ἡ Λιουΐα μετήλλαξεν, ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη ζήσασα. καὶ αὐτὴν ὁ Τιβέριος οὔτε νοσοῦσαν ἐπεσκέψατο, οὔτ' ἀποθανοῦσαν αὐτὸς προέθετο· οὐ μὴν οὐδὲ ἐς τιμὴν ἄλλο τι αὐτῇ, πλὴν τῆς δημοσίας ἐκφορᾶς καὶ εἰκόνων, ἑτέρων τέ τινων οὐδενὸς ἀξίων, ἔνειμεν. ἀθανατισθῆναι δὲ αὐτὴν ἄντικρυς ἀπηγόρευσεν. *Tac.* 5, 1 et 2. „Funus ejus modicum, *testamentum diu irritum fuit.* laudata est pro Nostris a C. Caesare pronepote, qui mox rerum potitus est. At Tiberius, quod supremis in matrem officiis defuisset, nihil mutata amoenitate vitae, magnitudinem negotiorum per literas excusavit; honoresque memoriae ejus ab Senatu large decretos, quasi per modestiam, imminuit, paucis admodum receptis, et addito, *ne coelestis religio decerneretur;* sic ipsam maluisse. quin et parte ejusdem epistolae increpuit *amicitias muliebres,* Fufium Consulem oblique perstringens.“

Testamentum — pro irrito habuit] Infra Calig. 16. *suppres-*

omnesque amicitias et familiaritates, etiam quibus ea funeris sui curam moriens demandarat, intra breve tempus afflixit; uno ex his, equestris ordinis viro, et in antliam condemnato. [52] Filiorum neque naturalem Drusum, neque adoptivum Germanicum, patria caritate dilexit; alterius vitiis infensus. Nam Drusus animi fluxioris, remissiorisque vitae erat. Itaque ne mortuo quidem perinde affectus est; sed tantum non statim a funere ad negotiorum consuetudinem rediit, justitio longiore inhibito. Quin et Iliensium legatis paulo serius consolantibus, quasi

---

sisse illud Tiberius dicitur. *Zonaras* p. 550. οὐδὲν τῶν τισι καταλειφθέντων ὑπ' ἐκείνης δέδωκεν ὁ Τιβέριος. *Dio* 59, 1. οὐδὲν οὐδενὶ ἐκ τῶν ἐκείνης διαθηκῶν ἀπήλλαξε.

in antliam] Hanc lectionem pro ineptiis reliquis, quas enumeratas vide apud Burm. et Oudend., prolatam a *Turneb.* Advers. 14, 17. omnes editores receperunt. Ad aquam, antlia pedibus calcata, hauriendam damnabantur a tyrannis, qui in eorum odium incurrissent, ut alii *ad metalla*. *Artemidorus* 1, 50. εἰς ἀντλίαν] καταδικάζεσθαι dicit. Tales antlias in metallis salinisque nostris quotidie videre licet.

alterius vit. infensus] Respondet: *Germanico*, i. e. alteri, *usque adeo obtrectavit*, ne quis addat cum Lipsio: *alterius virtutibus*.

Nam Drusus — erat] *Dio* 57, 14. τῇ ὀργῇ οὕτω χαλεπῇ ἐχρῆτο (Drusus), ὥστε καὶ πληγὰς ἱππεῖ ἐπιφανεῖ δοῦναι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ Κάστωρ παρωνύμιον λαβεῖν· τῇ τε μέθῃ κατακορὴς οὕτως ἐγίγνετο, ὥστε ποτὲ νυκτὸς ἐμπρησθεῖσί τισιν ἐπικουρῆσαι μετὰ τῶν δορυφόρων ἀναγκασθείς, ὕδωρ αὐτῶν αἰτούντων, θερμὸν σφίσιν ἐγχέαι κελεῦσαι· τοῖς τε ὀρχησταῖς οὕτω προσέκειτο, ὥστε καὶ στασιάζειν αὐτούς, καὶ μηδ' ὑπὸ τῶν νόμων, οὓς ὁ Τιβέριος ἐπ' αὐτοῖς ἐσενηνόχει, καθίστασθαι. Promtum ad asperiora ingenium Druso fuisse, *Tac.* 1, 29. et vili gladiatorum sanguine nimis gavisum 1, 76. dicit. De voc. *fluxus* v. Cort. ad *Sallust.* Cat. 14. ubi „adolescentium animi *molles* et aetate *fluxi*."

ne mortuo quidem] V. c. 62. De voc. *perinde* v. ind. Postea *tantum non statim* neque mutandum est, neque pro inutili pleonasmo habendum. Est enim utrique sua significatio. Nos: *fast sogleich von der Bestattung*.

justitio] De justitio in publico luctu v. *Kirchmann.* de funer. Rom. 4, 11.

obliterata jam doloris memoria, irridens, *Se quoque*, respondit, *vicem eorum dolere, quod egregium civem Hectorem amisissent.* Germanico usque adeo obtrectavit, ut et praeclara facta ejus pro supervacuis elevaret, et gloriosissimas victorias, ceu damnosas Reipublicae, increparet. Quod vero Alexandriam, propter immensam et repentinam famem, inconsulto se adisset, questus est in Senatu. Etiam causa mortis fuisse ei per Cn. Pisonem, legatum Syriae, creditur: quem, mox hujus criminis reum, putant quidam mandata prolaturum, nisi ea secreta obstarent.

Quod vero Alexandriam — in Senatu] *Tac.* 2, 59. „M. Silano, L. Norbano Css. (a. 772.) Germanicus Aegyptum proficiscitur, cognoscendae antiquitatis. sed cura provinciae praetendebatur; *levavitque apertis horreis pretia frugum*, multaque in vulgus grata usurpavit. — Tiberius, cultu habituque ejus lenibus verbis perstricto, acerrime increpuit, quod contra instituta Augusti, non sponte Principis, Alexandriam introisset." cf. notata ad Caes. 35. et Aug. 18.

per Cn. Pisonem] *Tac.* 2, 69. „Saevam vim morbi augebat persuasio veneni a Pisone accepti; et reperiebantur solo ac parietibus erutae humanorum corporum reliquiae, carmina et devotiones, et nomen Germanici plumbeis tabulis insculptum, semusti cineres, ac tabe obliti, aliaque maleficia, quis creditur animas numinibus infernis sacrari; simul missi a Pisone incusabantur, ut valetudinis adversa rimantes." *Dio* 57, 18. ἀπέθανε δὲ ἐν Ἀντιοχείᾳ, ὑπό τε τοῦ Πείσωνος καὶ ὑπὸ τῆς Πλαγκίνης ἐπιβουλευθείς. *Scelere Pisonis et Plancinae interceptum se*, ipse dicebat Germanicus in ultima oratione apud *Tac.* 2, 71.

criminis reum] Rem ordine narrat *Tac.* 3, 10—15. Piso tandem perfosso jugulo, jacente humi gladio, domi repertus est, incertum, propria manu interemtus, an immisso percussore.

nisi ea secreta obstarent] Locum varie tentatum (longum enim foret, afferre virorum doct. conjecturas, inter quas tamen facillima Cel. Mülleri: nisi *ei* secr. obst.) sanum existimo, quamquam duriore verborum structura laborantem. Interpretor: nisi id ipsum, quod ea mandata secreto data erant, obstaret, (*wenn nicht das Geheimnißvolle bei diesen Aufträgen ihm die Bekanntmachung derselben unmöglich gemacht hätte.*) Scilicet, quum nullum adjectivi: *secretus* substantivum lingua haberet, Suetonius Graeca constructione usus est: εἰ μὴ ἀπόῤῥητα ταῦτα ἐκώλυσε

Per quae multifariam inscriptum, et per noctes celeberrime acclamatum est: *Redde Germanicum.* Quam suspicionem confirmavit ipse postea, conjuge etiam ac liberis Germanici crudelem in modum afflictis. [53] Nurum Agrippinam, post mariti mortem liberius quiddam questam, manu apprehendit, Graecoque versu, *Si non dominaris, inquit, filiola, injuriam te accipere existimas?* nec ullo mox sermone dignatus est. Quondam vero inter coenam porrecta a se poma gustare non ausam, etiam vocare desiit, simulans, veneni se crimine arcessi; quum praestructum utrumque consulto esset, ut et ipse tentandi

---

i. e. αὐτὸ τοῦτο, ὅτι ἀπόῤῥητα ἦν, quasi per ellipsin participii ὄντα post *secreta.* Nimirum Tiberius non ipse ore vel codicillis mandata illa Pisoni dederat, sed per alios et tam secreto, ut auctorem sciret quidem Piso, sed prodere non posset. Diverse rem tradit *Tac.* 3, 16. „Audire me memini ex senioribus, visum saepius inter manus Pisonis libellum, quem ipse non vulgaverit; sed amicos ejus dictitavisse, litteras Tiberii et mandata in Germanicum continere; ac destinatum promere apud Patres, Principemque arguere, ni elusus a Sejano per vana promissa foret; nec illum sponte exstinctum, verum immisso percussore." Varias virorum doctorum conjecturas v. apud Burm. et Oudend. Postea *per quae* intelligo *ob quae*, διό v. διὰ ταῦτα, sc. quia Tiberii mandata mortem Germ. effecisse vulgo putabant. Burm. ex frequenti Suet. usu explicat: dum ea agebantur, *per ea tempora*, quod aeque admitti potest. Pro *celeberrime* al. *creberrime.*

Nurum Agripp.] Germanici conjugem. Liberius questam esse de exitio Claudiae Pulchrae, sobrinae, cui imminebat Tiberius, narrat *Tac.* 4, 52., relatis feminae verbis haec subjungens: „Audita haec raram occulti pectoris vocem elicuere; correptamque Graeco versu admonuit: *non ideo laedi, quia non regnaret.*" Graecum versum vel ita effinxerunt: Εἰ μὴ κρατεῖς, τεκνίον, ὑβρίζεσθαι δοκεῖς; v. Εἰ μὴ τυραννεῖς, θύγατερ (v. τέκνον), ἀδικεῖσθαι δοκεῖς; vel respici putant vocem Iasonis apud *Aristotel.* Polit. 3, 4. πεινῆν, ὅτε μὴ τυραννοῖ. Illa ratio, undeunde versiculus petitus fuerit, potior. v. Lips. ad Tac. l. c. et Casaub. ad n.

arcessi] Dedi cum Oudend., probantibus Graev., Gronov., Burm., Wolfio, pro *arcessitum.*

quum praestructum utrumque] a Sejano, ut auctor est *Tac.* 4, 54. „immissis, qui per speciem amicitiae monerent, paratum

gratia offerret, et illa quasi certissimum exitium c
veret. Novissime calumniatus, modo ad statua
Augusti, modo ad exercitus confugere velle, Pa
dateriam relegavit; conviciantique oculum per Ce
turionem verberibus excussit. Rursus mori inedi
destinanti, per vim ore diducto, infulciri cibu
jussit. Sed et perseverantem, atque ita absumtan
criminosissime insectatus est, quum diem quoque na

---

ei venenum, vitandas soceri epulas. Atque illa, simulationum nescia, quum propter discumberet, non vultu aut sermone flecti, nullos attingere cibos, donec advertit Tiberius, forte, a quia audiverat; idque quo acrius experiretur, poma, ut erant apposita, laudans, nurui sua manu tradidit. aucta ex eo suspicio Agrippinae, et intacta ore servis transmisit. nec tamen Tiberii vox coram secuta, sed obversus ad matrem, *non mirum*, ait, *si quid severius in eam statuisset, a qua veneficii insimularetur*. Inde rumor, parari exitium; neque id Imperatorem palam audere, secretum ad perpetrandum quaeri." A. 779.

calumniatus] *Tac.* 4, 67. ad a. 780. „Additus miles (Agrippinae et Neroni) nuncios, introitus, aperta, secreta, velut in annales referebat, ultroque struebantur, *qui monerent perfugere ad Germaniae exercitus, vel celeberrimo Fori effigiem D. Augusti amplecti, populumque ac Senatum auxilio vocare*. Eaque spreta ab illis, velut pararent, objiciebantur." Accusatam eam in Senatu l. 5, 3. sequ. narrat ad a. 782., ubi plurima, maximo historiae detrimento, interciderunt.

mori inedia destinanti] A. 786. *Tac.* 6, 25. „Interfecto Sejano, spe sustentatam, provixisse reor, et, postquam nihil de saevitia remittebatur, *voluntate exstinctam; nisi si, negatis alimentis, assimulatus est finis, qui videretur sponte sumtus*."

crim. insectatus est] *Tac.* „Enimvero Tiberius *foedissimis criminationibus exarsit*, impudicitiam arguens, et Asinium Gallum adulterum, ejusque morte ad taedium vitae compulsam. Sed Agrippina, aequi impatiens, dominandi avida, virilibus curis feminarum vitia exuerat. Eodem die defunctam, quo biennio ante Sejanus poenas luisset, memoriaeque id prodendum, addidit Caesar; *jactavitque, quod non laqueo strangulata, neque in Gemonias projecta foret*. Actae ob id grates, decretumque, ut XV. Kal. Novembres, utriusque necis die, per omnis annos, donum Jovi sacraretur." De signif. verbi *imputare*, qua valet, velle aliquid pro beneficio haberi sibique eo nomine gratiam deberi, (*einem etwas hoch anrechnen*) v. praeter Casaub. ad h. l., Freins-

talem ejus inter nefastos referendum suasisset. Imputavit etiam, quod non laqueo strangulatam in Gemonias abjecerit: proque tali clementia interponi decretum passus est, quo sibi gratiae agerentur, et Capitolino Jovi donum ex auro sacraretur. [54] Quum ex Germanico tres nepotes, Neronem et Drusum et Cajum, ex Druso unum, Tiberium, haberet; destitutus morte liberorum, maximos natu de Germanici filiis, Neronem et Drusum, P. C. commendavit: diemque utriusque tirocinii, congiario plebi dato, celebravit. Sed ut comperit, ineunte anno, pro eorum quoque salute publice vota suscepta, egit cum

---

hem. ind. Flori, Duker. ad *Flor.* 4, 12, 62., Scheffer. ad *Phaedr.* 1, 22, 8. Rupert. ad *Juvenal.* Sat. 5, 14.

tres nepotes] v. Calig. c. 7.

morte liberorum] naturalis Drusi, adoptivi Germanici.

P. C. commendavit] Tac. 3, 29. „Per idem tempus (a. 775.) Neronem, e liberis Germanici, jam ingressum juventam, commendavit Patribus, utque munere capessendi Vigintiviratus solveretur, et quinquennio maturius, quam per leges, quaesturam peteret, non sine irrisu audientium postulavit." 4, 4. „Interim anni (776.) principio Drusus, ex Germanici liberis, togam virilem sumsit, quaeque fratri ejus Neroni decreverat Senatus, repetita." Huc tamen maxime pertinet, quam 4, 8. Tacitus exhibet, deductis in Senatum adolescentulis, habita a Tiberio oratio, ubi haec ejus verba: „Erepto Druso, preces ad vos converto; Diisque et patria coram obtestor, Augusti pronepotes, clarissimis majoribus genitos, suscipite, regite, vestram meamque vicem explete. Hi vobis, Nero et Druse, parentum loco, ita nati estis, ut bona malaque vestra ad Remp. pertineant." cf. Calig. c. 10.

publice vota suscepta] A. 777. Tac. 4, 17. „Cornelio Cethego, Visellio Varrone Css. Pontifices, eorumque exemplo ceteri Sacerdotes, *quum pro incolumitate Principis vota susciperent, Neronem quoque et Drusum iisdem Diis commendavere;* non tam caritate juvenum, quam adulatione; quae moribus corruptis perinde anceps, si nulla, et ubi nimia est. Nam Tiberius, haud unquam domui Germanici mitis, tum vero *aequari adolescentes senectae suae, impatienter indoluit;* accitosque Pontifices percunctatus est, num id precibus Agrippinae, aut minis, tribuissent. Et illi quidem, quamquam abnuerent, modice perstricti; (etenim pars magna e propinquis ipsius, aut primores civitatis erant)

Senatu, *Non debere talia praemia tribui, nisi expertis et aetate provectis:* atque ex eo, patefacta interiore animi sui nota, omnium criminationibus obnoxios reddidit: variaque fraude inductos, ut et concitarentur ad convicia, et concitati proderentur, accusavit per literas, amarissime congestis etiam probris, et judicatos hostes fame necavit: Neronem, in insula Pontia; Drusum, in ima parte Palatii. Putant, Neronem ad voluntariam mortem coactum, quum ei carnifex, quasi ex Senatus auctoritate missus, laqueos et uncos ostentaret; Druso autem adeo alimenta subducta, ut tomentum e culcita tentaverit mandere: amborum sic reliquias dispersas, ut vix quandoque colligi possent. [55] Super veteres amicos ac

---

ceterum in Senatu oratione monuit in posterum, *ne quis mobiles adolescentium animos praematuris honoribus ad superbiam extolleret.*"

variaque fraude inductos] Sejani, qui prius Neronem per uxorem fratremque Drusum, mox hunc ipsum insectabatur. *Tac.* 4, 59, 60. ubi: „Nihil quidem pravae cogitationis (Neroni); sed interdum voces procedebant contumaces et inconsultae; quas appositi custodes exceptas auctasque quum deferrent, neque Neroni defendere daretur, diversae insuper sollicitudinum formae oriebantur sequ."

accusavit per literas] *Tac.* 5, 3. „missae in Agrippinam ac Neronem litterae. — Verba inerant quaesita asperitate; sed non arma, non rerum novarum studium, amores juvenum et impudicitiam nepoti objectabat." A. 782. Descriptio mortis in eandem lacunam incidit, quam supra doluimus. De insula Pontia (Ποντίας νήσους dicit *Dio* 59, 22.) v. *Strabon.* 5, 3, 6. τῶν Στεγλαίων (de quibus dictum ad c. 39.) ἐν ὄψει μάλιστα πρόκεινται δύο νῆσοι πελάγιαι, Πανδαταρία τε καὶ Ποντία, μικραὶ μέν, οἰκούμεναι δὲ καλῶς, οὐ πολὺ ἀπ' ἀλλήλων διέχουσαι, τῆς ἠπείρου δὲ ν ἐπὶ σ.

Druso — alim. subducta] A. 786. *Tac.* 6, 23. „Drusus deinde exstinguitur, quum se miserandis alimentis, mandendo e cubili tomento, nonum ad diem detinuisset." Quod *reliquias* eorum *dispersas* Noster dicit, *Dio* 58, 22. καὶ τὰ ὀστᾶ αὐτῶν (Drusi et Agrippinae) οὐ μόνον οὐκ ἐς τὸ βασιλικὸν μνημεῖον κατέθετο, ἀλλὰ καὶ κρυφθῆναί που κατὰ γῆς ἐκέλευσεν, ὥστε μηδέποτε εὑρεθῆναι. Postea Caligula matris fratrisque Neronis cineres Romam translatos Mausoleo condidit. v. Calig. 15. et *Dion.* 59, 3.

familiares, viginti sibi e numero principum civitatis depoposcerat, velut consiliarios in negotiis publicis. Horum omnium vix duos aut tres incolumes praestitit: ceteros, alium alia de causa, perculit. Inter quos cum plurimorum clade Aelium Sejanum, quem ad summam potentiam non tam benevolentia provexerat, quam ut esset, cujus ministerio ac fraudibus liberos Germanici circumveniret, nepotemque suum ex Druso filio naturalem ad successionem imperii confirmaret. [56] Nihilo lenior in convictores Graeculos, quibus vel maxime acquiescebat. Zenonem quendam, exquisitius sermocinantem, quum interrogasset, *quaenam illa tam molesta dialectos esset*, et ille respondisset, *Doridem*; relegavit Cina-

---

consiliarios] *Dio* 57, 7. ἐπεποίητο βῆμα ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἐφ' οὗ προκαθίζων ἐχρημάτιζε, καὶ συμβούλους ἀεί, κατὰ τὸν Αὔγουστον, παρελάμβανεν. v. Aug. 35.

cum plur. clade Ael. Sejanum] Periit maximae impotentiae homo a. 784. v. *Dion.* 58, 4. sequ. *Plurimorum cladem* cum interitu ejus conjunctam *Dio* ita describit c. 14. οἱ δὲ δὴ συγγενεῖς οἵ τε ἑταῖροι αὐτοῦ, καὶ οἱ λοιποὶ πάντες οἵ τε αὐτὸν κολακεύσαντες, καὶ οἱ τὰς τιμὰς αὐτῷ ἐσηγησάμενοι, ἐκρίνοντο. καὶ ἐκείνων τε οἱ πλείους ἡλίσκοντο ἐφ' οἷς πρότερον ἐφθονοῦντο· καὶ οἱ ἄλλοι κατεδίκαζον σφῶν ἐφ' οἷς πρότερον ἐψηφίσαντο· καὶ συχνοὶ καὶ τῶν κεκριμένων τε ἐπί τισι καὶ ἀφειμένων, καὶ κατηγορήθησαν αὖθις καὶ ἑάλωσαν, ὡς καὶ τὴν ἐκείνου χάριν τότε σωθέντες. οὕτως, εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο ἔγκλημά τῳ ἐπεφέρετο, ἀλλ' αὐτό γε τοῦτο ἐξήρκει οἱ πρὸς τὴν τιμωρίαν, ὅτι φίλος τοῦ Σηϊανοῦ ἐγεγόνει· καθάπερ οὐ καὶ αὐτοῦ τοῦ Τιβερίου φιλήσαντος αὐτόν, καὶ δι' ἐκεῖνον καὶ τῶν ἄλλων οὕτω σπουδασάντων sequ. De *circumventis Germ. liberis* v. cap. superius.

nepotemque — nat.] Tiberium, interemtum postea a Caligula. v. Calig. 23. *Dio* 59, 8. Servavi autem accus. *naturalem*, pro quo al. *naturali*, partim, quod concinnior est oratio, vitatis tribus ablativis continuis, partim, quod ita scripsisse auctorem, docet error librariorum, qui correxerunt *filium*, decepti sequ. *naturalem*.

Doridem] Oudend. suadet *Doricen* vel Gr. Δωρικήν. At *Pausan.* 4, 27, 5. τὴν διάλεκτον τὴν Δωρίδα, et 9, 22, 3. τὴν φωνὴν τὴν Δωρίδα dicit. v. *Fischer.* Animadv. ad Weller. P. I. p. 35. *Rhodios* Doriensibus accenset *Thucyd.* 7, 57. De eorum dialecto v. *Fischer.* l. c. p. 33.

riam, existimans, exprobratum sibi veterem secessum, quod Dorice Rhodii loquantur. Item quum soleret ex lectione quotidiana quaestiones super coenam proponere, comperissetque, Seleucum grammaticum a ministris suis perquirere, quos quoque tempore tractaret auctores, atque ita praeparatum venire; primum a contubernio removit, deinde etiam ad mortem compulit. [57] Saeva ac lenta natura ne in puero quidem latuit: quam Theodorus Gadareus, rhetoricae praeceptor, et perspexisse primus sagaciter, et assimulasse aptissime visus est, subinde in objurgando appellans eum πηλὸν αἵματι πεφυρμένον. Sed aliquanto magis in Principe eluxit, etiam inter initia, quum adhuc favorem hominum moderationis simulatione captaret. Scurram, qui, praetereunte funere,

---

Cinariam] Al. *Cinaram* v. *Cynaram*. Fuit ex Sporadibus. v. *Cellar*. 2, 14. p. 1295. Graevius conjecit *Aenariam*, de qua v. Aug. 92., et probaverunt Is. Vossius, Nic. Heinsius, Oudendorp.

Seleucum] Alexandrinum, cui *Homerici* cognomen, de quo v. *Voss*. de hist. Gr.

Theodorus Gadareus] *Quinctil*. Inst. 3. 1, 17. „Praecipue tamen in se converterunt studia Apollodorus Pergamenus, qui praeceptor Apolloniae Caesaris Augusti fuit; et Theodorus Gadareus, qui se dici maluit Rhodium, quem studiose audisse, quum in eam insulam secessisset, dicitur Tiberius Caesar" ubi Spalding. laudat Langbaen. ad *Longin*. c. 3, 14.

πεφυρμένον] Al. πεφυραμένον et συμπεφυρμένον. Plerique post Casaub. receperunt πεφυραμένον. Sed praeterquam, quod πεφυρμένος forma est usitatior, et ita citatur locus a *Suida* in Ἀλέξανδρος Αἰγαῖος, quam ob rem probatur etiam a Dukero ad *Thucyd*. 3, 49., commovit me metrum, ut darem πεφυρμένον. Est enim pars versus senarii, quo ex aliquo poeta petito usus est rhetor.

Scurram] *Dio* 57, 14. προςελθών τις πρὸς νεκρὸν διὰ τῆς ἀγορᾶς ἐκφερόμενον, καὶ πρὸς τὸ οὖς αὐτοῦ προςκύψας ἐψιθύρισέ τι· καὶ ἐρομένων τῶν ἰδόντων ὅ, τι εἰρήκει, ἐντετάλθαι ἔφη τῷ Αὐγούστῳ, ὅτι οὐδέπω οὐδὲν ἐκομίσαντο. ἐκεῖνον μὲν αὐτίκα ἀπέκτεινεν, ἵνα αὐτάγγελος αὐτῷ (ὥς που καὶ ἐπισκώπτων εἶπε) γένηται· τοὺς δ' ἄλλους οὐκ ἐς μακρὰν ἀπήλλαξε, κατὰ πέντε καὶ ἑξήκοντα δραχμὰς διανείμας. Pro *clare* alii n. l. *elato*, quod respondere videtur Graeco

clare mortuo mandarat, ut nunciaret Augusto, *nondum reddi legata, quae plebi reliquisset*, attractum ad se, recipere debitum, ducique ad supplicium imperavit, et patri suo verum referre. Nec multo post in Senatu Pompejo cuidam, Equiti Romano, quiddam pernegantí, dum vincula minatur, affirmavit fore, *ut ex Pompejo Pompejanus fierit;* acerba cavillatione simul hominis nomen incessens, veteremque partium fortunam. [58] Sub idem tempus, consulente Praetore, an judicia majestatis cogi juberet, exercendas esse leges respondit, et atrocissime exercuit. Statuae quidam Augusti caput demserat, ut alterius imponeret. Acta res in Senatu, et quia amb-

---

πρὸς νεκρὸν διὰ τῆς ἀγορᾶς ἐκφερόμενον, quum *clare* minus conveniat Gr. ψιθυρίζειν. Tamen illud et superfluum est et contra Latinitatem; non *elatus* enim erat mortuus, sed *efferebatur;* et *clare* mandasse dicitur, quum jocum cum circumstantibus communicaret, et invidiam ita faceret Tiberio. *Scurram* autem non intelligo, quales funera sequi solebant, sed hominem de plebe, qui vulgi risum captabat.

dum vinc. minatur] *Müller.* suadet *minabatur.*

Pompejanus] Dictum intellectu facillimum. Intelligit internecionem Pompejanorum sub Triumviris, qua Caesaris partes ad summam potentiam effloruerant. Haec est *vetus partium fortuna.* Pro *veterem* al. *veterum*, male.

judicia majestatis] *Tac.* 1, 72. „Legem majestatis reduxerat, cui nomen apud veteres idem, sed alia in judicium veniebant; si quis proditione exercitum, aut plebem seditionibus, denique male gesta Republica majestatem populi Rom. minuisset. facta arguebantur, dicta impune erant. Primus Augustus cognitionem de famosis libellis, specie legis ejus, tractavit, commotus Cassii Severi libidine, qua viros feminasque illustres procacibus scriptis diffamaverat. *mox Tiberius, consultante Pompejo Macro Praetore, an judicia majestatis redderentur? exercendas leges esse, respondit.*" *Dio* 57, 19. τά τε ἄλλα ἀγρίως ἦρξε, καὶ ταῖς τῆς ἀσεβείας δίκαις, εἴ τις οὐχ ὅσον ἐς τὸν Αὔγουστον, ἀλλὰ καὶ ἐς αὐτὸν ἐκεῖνον τήν τε μητέρα αὐτοῦ, πράξας τι ἢ καὶ εἰπὼν ἀνεπιτήδειον ἐπεκλήθη, δεινῶς ἐπεξῄει. ἐβασανίζοντο δὲ οὐχὶ οἰκέται μόνον κατὰ τῶν ἰδίων δεσποτῶν, ἀλλὰ καὶ ἐλεύθεροι καὶ πολῖται. οἵ τε κατηγορήσαντες ἢ καὶ καταμαρτυρήσαντές τινων, τὰς οὐσίας τῶν ἁλισκομένων διελάγχανον, καὶ προσέτι καὶ ἀρχὰς καὶ τιμὰς προσελάμβανον.

igebatur, per tormenta quaesita est. Damnato reo, paulatim hoc genus calumniae eo processit, ut haec quoque capitalia essent: circa Augusti simulacrum servum cecidisse, vestimenta mutasse, nummo vel anulo effigiem impressam latrinae aut lupanari intulisse, dictum ullum factumve ejus existimatione aliqua laesisse. Periit denique et is, qui honorem in colonia sua eodem die decerni sibi passus est, quo decreti et Augusto olim erant. [59] Multa praeterea, specie gravitatis ac morum corrigendorum, sed et magis naturae obtemperans, ita saeve et atrociter factitavit, ut nonnulli versiculis quoque et praesentia exprobrarent, et futura denunciarent mala:

Damnato reo] Eandem causam existimant, quam *Tac.* 1, 74. refert, Granii Marcelli, Praetoris Bithyniae, a Quaestore Caepione Crispino majestatis postulato, subscribente Romano Hispone. „Marcellum insimulabat, *sinistros de Tiberio sermones habuisse.* — Addidit Hispo, *statuam Marcelli altius quam Caesarum sitam; et alia in statua, amputato capite Augusti, effigiem Tiberii inditam.*" Tacitus, *Marcellum criminibus majestatis absolutum*, de pecuniis repetundis ad reciperatos itum, Noster, *reum damnatum*, scribunt. Conciliare student utrumque scriptorem ita, ut repetundarum, non majestatis damnatum dicant, quod est contra mentem Suetonii, vel sententiae damnatoriae gratiam factam, quod non magis e n. l. elici potest. Nisi igitur erravit Noster, quod in tanto damnatorum numero in hoc uno facile potuit, diversa res fuit, quod ideo quoque existimo, quod *alterius*, non *Tiberii* (uti Tacitus) caput statuae Augusti reum imposuisse, Suet. dicit.

servum cecidisse] i. e. verberasse.

vest. mutasse] Nefas enim erat, sacrato loco corpus nudare. Casaub. *Arrian.* Dissert. 2, 8. et *Valer. Max.* 2, 1, 7. citavit.

numo — intulisse] v. exemplum, narratum a *Seneca* de benef. 3, 26.

existimatione] i. e. judicio. v. ind. in *existimare* et *opinari*. Usus est hoc voc. auctor, quod *dictum* jam praecesserat. Praeter necessitatem, et sensu etiam graviter mutato, corrigere voluit Burm. *dicto ullo factoque ejus existimationem oblique laesisse*, quem vide docte refutatum ab Oudendorpio. Idem mox defendit *honorem*, pro quo vulg. *honores*.

versiculis] *Tac.* 1, 72. „Hunc quoque asperavere carmina,

Asper et immitis, breviter vis omnia dicam?
Dispeream, si te mater amare potest.

Non es Eques. Quare? non sunt tibi millia centum:
Omnia si quaeras, et Rhodos exsilium est.

Aurea mutasti Saturni secula, Caesar:
Incolumi nam te ferrea semper erunt.

Fastidit vinum, quia jam sitit iste cruorem:
Tam bibit hunc avide, quam bibit ante merum.

Aspice felicem sibi, non tibi, Romule, Sullam:
Et Marium, si vis, aspice, sed reducem:
Nec non Antoní, civilia bella moventis,
Nec semel infectas aspice caede manus:
Et dic, Roma perit: regnabit sanguine multo,
Ad regnum quisquis venit ab exsilio.

---

incertis auctoribus vulgata, in saevitiam superbiamque ejus, et discordem cum matre animum." Nonnulli horum versiculorum ante ejus principatum facti sunt, alii eo Principe.

millia centum] i. e. ne quarta quidem pars census equestris, ut non opus sit emendare cum Lipsio: *quater et non sunt tibi millia centum*, qua medela versus vehementer claudicat. Postea *omnia si quaeras* cum Ernest. et Burm. refero ad sequ. *et Rhodos exilium est*. Respondet enim superiori *quare*, et est: *quid porro*, *τί δέ, τί δ' ἔτι*, sequiturque responsio: ne civis quidem es, Rhodi exsul agis. Minus bene Bremius jungit: *non s. t. millia centum, omnia si quaeras*; quod interpretatur: si omnia, quae possides, corradas et computes.

Fastidit vinum] Plin. 14, 22, (28.) qu. l. ad c. 42. citavimus, „Tiberium *in senecta jam severum* (Pintian. *sobrium* corrigit) *atque etiam saevum alias*, sed ipsa juventa ad merum proniorem fuisse" scribit.

Romule] Hoc non regis nomen censet *Müller.* in schedis, sed diminutivum pro: *Romane*, quod saepe dicatur *Romulus* pro *Romuleus*, et hoc pro: *Romanus.*

si vis] i. e. *etiam, porro*, nota transeundi formula, quam exemplis Latinis illustravit Burm. Sed, si vis, Graeci etiam: *εἰ δὲ βούλει*, ut *Xen.* Memor. 3, 5, 11. (v. *Viger.* et Zeun. ad Viger. p. 511.) et Galli: *si Vous voulez*, et nostrates: *wenn Sie wollen.* Inepta, ne quid gravius dicam, correctio est Graevii: *in vivis*, data, quod, ut ait, valde friget istud *si vis.*

Quae primo, quasi ab impatientibus remediorum, ac non tam ex animi sententia, quam bile et stomacho, fingerentur, volebat accipi; dicebatque identidem: *Oderint, dum probent.* Dein, vera plane certaque esse, ipse fecit fidem. [60] In paucis diebus, quam Capreas attigit, piscatori, qui sibi secretum agenti grandem mullum inopinanter obtulerat, perfricari eodem pisce faciem jussit, territus, quod is a tergo insulae per aspera et devia erepsisset ad se. Gratulanti autem inter poenam, quod non et locustam, quam praegrandem ceperat, obtulisset, locusta quoque lacerari os imperavit. Militem praetorianum, ob surreptum e viridiario pavonem, capite puniit. In quodam itinere, lectica, qua vehebatur, vepribus impedita, exploratorem viae, primarum cohortium Centurionem, stratum humi paene ad necem verberavit. [61] Mox in omne genus crudelitatis erupit, nunquam deficiente materia: quum primo matris, deinde nepotum et nurus, postremo Sejani familiares atque etiam notos persequeretur. Post cujus interitum vel saevissimus exstitit; quo maxime

---

remediorum] Vulg. *Romae dominii.* Spectat, quod initio capitis: *specie gravitatis ac morum corrigendorum*, unde etiam Tiberii vox: *oderint, dum probent* sc. remedia, corruptis moribus a me adhibita.

primarum cohortium] Vexat interpretes pluralis, unde Graev. e Lipsii émendatione dedit *primarium*, idem Lipsius Elect. 2, 17. suasit *praetoriarum*, Oudend. et Wolf. sub *primarum* gentis nomen vel tale quid latere existimant. Puto, *primas cohortes* dici praetorias, et *prim. coh. Centurionem* unum aliquem Centurionem praetorianorum, quum cohortem ipsam, cui praeerat, distinctius nominare, h. l. non attineret. Sic nos: *ein Officier von den Garden, von den Leibregimentern*, ubi, cujus cohortis fuerit, non quaerimus.

Post cujus interitum] v. *Dion.* 58, 14. sequ. qui c. 16. ὅθεν καὶ πάνυ ἀκριβῶς ἔμαθον, αὐτοὶ δι' ἑαυτῶν ἀπολλύμενοι, ὅτι καὶ τὰ πρότερον ἐκεῖνα οὐ τοῦ Σηϊανοῦ μᾶλλον ἢ τοῦ Τιβερίου ἔργα ἦν. οὐ γὰρ μόνον οἱ κατηγορήσαντές τινων ἐκρίνοντο, ἀλλὰ καὶ οἱ καταψηφισμένοι τινῶν ἀνθηλίσκοντο. οὕτως οὐθ' ὁ Τιβέριός τινων ἐφείδετο, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν αὐτοῖς κατ' ἀλλήλων ἀπεχρῆτο. οὔτ' ἄλλον βέβαιον φίλον

apparuit, non tam ipsum a Sejano concitari solitum, quam Sejanum quaerenti occasiones subministrasse. Etsi commentario, quem de vita sua summatim breviterque composuit, ausus est scribere, *Sejanum se punisse, quod comperisset, furere adversus liberos Germanici filii sui:* quorum ipse alterum, suspecto jam, alterum, oppresso demum Sejano, interemit. Singillatim crudeliter facta ejus exsequi, longum est: genera, velut exemplaria, saevitiae enumerare, sat erit. Nullus a poena hominum cessavit dies, ne religiosus quidem ac sacer. Animadversum in quosdam ineunte anno novo: accusati damnatique multi cum liberis atque etiam uxoribus suis. Interdictum, ne capite damnatos propinqui lugerent: decreta accusa-

---

οὐδένα εἶχεν, ἀλλ' ἐν τῷ ἴσῳ καὶ τὸ ἀδικοῦν καὶ τὸ ἀναμάρτητον, τό τε ὑποπτεῦόν τι καὶ τὸ ἀδεές, πρὸς τὴν τῶν Σηϊανῶν ἐγκλημάτων ἀνάκρισιν, ἐγίγνετο.

alterum — interemit] Periit Sejanus a. 784. Superioni anno interfectus fuerat Nero, igitur suspecto jam Sejano; Drusus a. demum 786., biennio igitur post oppressum Sejanum.

ne relig. qu. ac sacer] quibus non magis, quam Kal. Januariis supplicium de homine sumi, fas erat. v. Casaub. ad Aug. 57. Ceterum voc. *hominum*, quod nonnulli in *omnino* mutare voluerunt, et postea *novo*, quod aliis e glossemate ortum visum, recte ob morem Suetonii aliorumque defendit, addere solitorum, quae supervacua videantur.

lugerent] *Tac.* 6, 19. „Irritatus suppliciis, cunctos, qui carcere attinebantur, accusati societatis cum Sejano, necari jubet. Jacuit immensa strages; omnis sexus, omnis aetas; illustres, ignobiles, dispersi, aut aggerati. neque propinquis aut amicis adsistere, illacrumare, ne visere quidem diutius, dabatur; sed circumjecti custodes et in moerorem cujusque intenti, corpora putrefacta assectabantur, dum in Tiberim traherentur; ubi fluitantia aut ripis appulsa non cremare quisquam, non contingere. interciderat sortis humanae commercium vi metus, quantumque saevitia glisceret, miseratio arcebatur.“ Aliquando tamen id permissum. *Dio* 58, 16. ἔδοξε μὲν γάρ τινα ἀμνηστίαν αὐτῶν ὀψέ ποτε ἐξηγήσασθαι. καὶ γὰρ πενθεῖν τοῖς βουλομένοις αὐτὸν ἐπέτρεψε, προσαπειπὼν, μηδὲ ἐφ' ἑτέρου τινὸς κωλύεσθαί τινα τοῦτο ποιεῖν· ὃ πολλάκις ἐψηφίζετο.

toribus praecipua praemia, nonnunquam et testibus. Nemini delatorum fides abrogata. Omne crimen pro capitali receptum, etiam paucorum simpliciumque verborum. Objectum est poëtae, quod in tragoedia Agamemnonem probris lacessisset: objectum et historico, quod *Brutum Cassiumque ultimos Romano-*

---

decreta — praemia] per legem majestatis. *Dio* 57, 19. οἵ τε κατηγορήσαντες ἢ καὶ καταμαρτυρήσαντές τινων, τὰς οὐσίας τῶν ἁλισκομένων διελάγχανον, καὶ προσέτι καὶ ἀρχὰς καὶ τιμὰς προσελάμβανον, et, quem locum ex Excerpt. Peiresc. Reimarus inseruit 58, 14. καὶ γὰρ ἐπὶ Τιβερίου πάντες οἱ κατηγοροῦντές τινων χρήματα καὶ πολλά γε ἔκ τε τῶν οὐσιῶν αὐτῶν καὶ ἐκ τοῦ δημοσίου, καὶ προσέτι καὶ τιμάς τινας ἐλάμβανον. ἤδη δὲ καὶ ἕτεροι προχείρως τινὰς θορυβοῦντες, ἢ καὶ ἑτοίμως τινῶν καταψηφιζόμενοι, οἱ μὲν εἰκόνας, οἱ δὲ καὶ τιμὰς ἐπινικίους ἐκτῶντο. ὥστε τινὰς τῶν ἄλλων ἐλλογίμων, ἀξιωθέντας τοιούτου τινός, μὴ θελῆσαι αὐτὸ προςθέσθαι, ἵνα μὴ καὶ αὐτοὶ δόξωσί ποτε ὅμοιοι ἐκείνοις γεγονέναι.

Omne crimen pro cap. receptum] *Dio* 58, 24. ἀφείθη τῶν αἰτιαθέντων τότε οὐδείς, πάντες δ' ἡλίσκοντο, οἱ μὲν πλείους ἐκ τῶν τοῦ Τιβερίου γραμμάτων, καὶ ἐκ τῶν τοῦ Μάκρωνος βασάνων, οἱ δὲ δὴ λοιποί, ἐξ ὧν βουλεύεσθαι σφᾶς ὑπώπτευον.

poëtae — lacessisset] Similis, nisi eadem, a Suetonio tantum aliter excepta, causa fuit *Mamerci Scauri*, quem accusaverat Macro, „*detuleratque*," ut *Tac.* 6, 29., „*argumentum tragoediae, a Scauro scriptae, additis versibus, qui in Tiberium flecterentur.*" *Dio* 58, 24. Ἀτρεὺς μὲν τὸ ποίημα ἦν. παρῄνει δὲ τῶν ἀρχομένων τινὶ ὑπ' αὐτοῦ, κατὰ τὸν Εὐριπίδην, ἵνα τὴν τοῦ κρατοῦντος ἀβουλίαν φέρῃ μαθὼν οὖν τοῦτο ὁ Τιβέριος, ἐφ' ἑαυτῷ τότε (an τόδε.) τὸ ἔπος εἰρῆσθαι ἔφη, Ἀτρεὺς διὰ τὴν μιαιφονίαν εἶναι προςποιησάμενος, καὶ ὑπειπὼν ὅτι, Καὶ ἐγὼ οὖν Αἴαντα αὐτὸν ποιήσω, ἀνάγκην οἱ προσήγαγεν αὐτοεντεὶ ἀπολέσθαι. Ita apud Nostr., sub *Agamemnonis* persona Tiberium probris lacessitum, ferebant.

historico] *Tac.* 4, 34. „Cornelio Cosso, Asinio Agrippa Coss. (a. 778.) *Cremutius Cordus* postulatur, novo ac tunc primum audito crimine, *quod, editis annalibus, laudatoque M. Bruto, C. Cassium Romanorum ultimum dixisset.* — Egressus Senatu, (c. 35.) vitam abstinentia finivit. libros per Aediles cremandos censuere Patres; sed mansuerunt, occultati et editi." *Dio* 57, 24. Κρεμούτιος Κόρδος αὐτόχειρ ἑαυτοῦ γενέσθαι, ὅτι τῷ Σηϊανῷ προσέκρουσεν, ἠναγκάσθη. οὕτω γὰρ οὐδὲν ἔγκλημα ἐπαίτιον λαβεῖν ἠδυνήθη. (καὶ γὰρ ἐν πύλαις ἤδη γήρως ἦν, καὶ ἐπιεικέστατα ἐβεβιώκει) ὥστε ἐπὶ τῇ ἱστορίᾳ, ἣν πάλαι ποτὲ περὶ τῶν τῷ Αὐγούστῳ

rum dixisset: animadversum est statim in auctores, scriptaque abolita, quamvis probarentur ante aliquot annos, etiam Augusto audiente, recitata. Quibusdam, custodiae traditis, non modo studendi solatium ademtum, sed etiam sermonis et colloquii usus. Citati ad causam dicendam partim se domi vulneraverunt, certi damnationis, sed ad vexationem ignominiamque vitandam; partim in media Curia venenum hauserunt, et tamen colligatis vulneribus, ac semia-

---

πραχθέντων συνετεθείκει, καὶ ἣν αὐτὸς ἐκεῖνος ἀνεγνώκει, κριθῆναι, ὅτι τόν τε Κάσσιον καὶ τὸν Βροῦτον ἐπήνεσε, καὶ τοῦ δήμου τῆς τε βουλῆς καθήψατο· τόν τε Καίσαρα καὶ τὸν Αὔγουστον εἶπε μὲν κακὸν οὐδέν, οὐ μέντοι καὶ ὑπερεσέμνυνε. ταῦτά τε γὰρ ᾐτιάθη, καὶ διὰ ταῦτα αὐτός τε ἀπέθανε, καὶ τὰ συγγράμματα αὐτοῦ, τότε μὲν ἐν τῇ πόλει εὑρεθέντα, πρὸς τῶν ἀγορανόμων, καὶ τὰ ἔξω πρὸς τῶν ἑκασταχόθι ἀρχόντων ἐκαύθη· ὕστερον δὲ ἐξεδόθη τε αὖθις (ἄλλοι τε γὰρ καὶ μάλιστα ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ Μαρκία συνέκρυψεν αὐτά) καὶ πολὺ ἀξιοσπουδαστότερα ὑπὸ τῆς τοῦ Κόρδου συμφορᾶς ἐγένετο. N. l. junge: *quamvis probarentur — recitata* i. e. quamvis testimoniis probaretur, evinceretur, ea recitata esse.

studendi] *Studere* ea aetate absolute dici coepit. Plurima *Quinctiliani* et *Plinii* exempla v. in Lexico Schelleri. Ex hujus usus ignorantia venit n. l. lectio *scribendi*, sententia nimis circumscripta.

Citati — vulneraverunt] *Dio* 58. 15. τῶν γοῦν αἰτιαθέντων συχνοὶ μὲν καὶ κατηγορήθησαν παρόντες, καὶ ἀπελογήσαντο, καὶ παῤῥησίᾳ γε εἰσὶν οἳ μεγάλῃ ἐχρήσαντο· οἱ δὲ δὴ πλείους αὐτοὶ ἑαυτοὺς πρὶν ἁλῶναι διέφθειραν. ἐποίουν δὲ τοῦτο μάλιστα μέν, τῷ μήτε τὴν ὕβριν, μήτε τὴν αἰκίαν φέρειν· (πάντες γὰρ οἵ τινα τοιαύτην αἰτίαν λαβόντες, οὐχ ὅπως ἱππεῖς, ἀλλὰ καὶ βουλευταί, οὐδ' ὅπως ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες, ἐς τὸ δεσμωτήριον συνεωθοῦντο· καὶ καταψηφισθέντες, οἱ μὲν ἐκεῖ ἐκολάζοντο, οἱ δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ Καπιτωλίου ὑπὸ τῶν δημάρχων ἢ καὶ τῶν ὑπάτων κατεκρημνίζοντο· καὶ ἔς τε τὴν ἀγορὰν τὰ σώματα αὐτῶν ἁπάντων ἐῤῥίπτετο, καὶ μετὰ τοῦτο ἐς τὸν ποταμὸν ἐνεβάλλετο·) ἤδη δέ, καὶ ὅπως οἱ παῖδες τῶν οὐσιῶν αὐτοὺς κληρονομῶσιν. ὀλίγαι γὰρ πάνυ τῶν ἐθελοντηδὸν πρὸ τῆς δίκης τελευτώντων ἐδημεύοντο· προκαλουμένου διὰ τούτου τοὺς ἀνθρώπους τοῦ Τιβερίου αὐτοέντας γενέσθαι, ἵνα μὴ αὐτὸς σφᾶς ἀποκτείνειν δοκῇ· ὥσπερ οὐ πολλῷ δεινότερον ὄν, αὐτοχειρίᾳ τινὰ ἀποθανεῖν ἀναγκάσαι, τοῦ τῷ δημίῳ αὐτὸν παραδοῦναι. Postea edidi, auctore cod. Memm., *sed* ad sequ. pro *et* ad sequ., subintellecto *quidem* post *certi*.

nimes palpitantesque in carcerem rapti. Nemo punitorum non et in Gemonias abjectus, uncoque tractus; viginti uno die, [abjecti tractique sunt] inter eos feminae et pueri. Immaturae puellae, quia more tradito nefas esset virgines strangulari, vitiatae prius a carnifice, dein strangulatae. Mori volentibus vis adhibita vivendi. Nam mortem adeo leve supplicium putabat, ut, quum audisset, unum e reis, Carnulium nomine, anticipasse eam, exclamaverit: *Carnulius me evasit.* Et in recognoscendis custodiis, precanti cuidam poenae maturitatem respondit: *Nondum tecum in gratiam redii.* Annalibus suis vir consularis inseruit, frequenti quondam convivio, cui et ipse affuerit, interrogatum eum subito et clare a quodam nano, adstante mensae inter copreas, cur Pa-

---

viginti uno die] Quoniam *Tac.* 6, 19. *immensam stragem* fuisse dicit, Lipsius ∞ i. e. *mille*, alii alium numerum n. L substituerunt. Sed patet, Tacitum de totius post oppressum Sejanum temporis strage, Nostrum de uno die loqui. Ceterum verba *abjecti tractique sunt*, quae e glossemate in textum venisse, id quoque ostendit, quod *tractique sunt* in multis codd. desideratur, uncis inclusi.

Immaturae — strangulatae] *Immaturos* omnino Triumvirorum capitalium supplicio tradi, nefas erat, quam ob causam Antonius et Octavianus rerum potiti *παιδίσκον τινὰ ἐς ἐφήβους ἐσήγαγον, ἵν' ὡς εἰς ἄνδρας ἤδη τελῶν ἀποθάνῃ*, ut narrat *Dio* 47, 6. H. l. autem Suet. Sejani filiam dicit, de qua *Tac.* 5, 9. „Tradunt temporis ejus auctores, quia, Triumvirali supplicio affici virginem, inauditum habebatur, a carnifice, laqueum juxta, compressam; exin, oblisis faucibus, id aetatis corpora (virginis sc. fratrisque) in Gemonias abjecta.“ *Dio* 58, 11. *τά τε παιδία αὐτοῦ* (Sejani) *κατὰ δόγμα ἀπέθανε, τῆς κόρης, ἣν τῷ τοῦ Κλαυδίου υἱεῖ ἐγγεγυήκει, προδιαφθαρείσης ὑπὸ τοῦ δημίου· ὡς οὐχ ὅσιον ὂν παρθενευομένην τινὰ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἀπολέσθαι.*

Nondum — redii] *Dio* 58, 3. *δήσας τινὰ τῶν ἑταίρων, ἔπειτα λόγου περὶ τῆς θανατώσεως αὐτοῦ γενομένου, ἔφη ὅτι· Οὐδέπω αὐτῷ διήλλαγμαι*, et c. 23. *ἐν τοῖς τότε* (a. 786.) *ἀποθανοῦσι καὶ Γάλλος ἐγένετο. τότε γὰρ αὐτῷ μόλις (ὡς αὐτὸς εἶπε) κατηλλάγη.*

copreas] Ita legendum esse pro inepto *capreas* censuerunt Jos. *Scaliger* not. ad Festum in *scurra*, *Lipsius* Elect. 2, 17., *Turneb.* Advers. 22, 31., et receperunt post Casaubonum omnes.

conius majestatis reus tam diu viveret, statim quidem petulantiam linguae objurgasse, ceterum post paucos dies scripsisse Senatui, ut de poena Paconii quamprimum statueret. [62] Auxit intenditque saevitiam, exacerbatus indicio de morte filii sui Drusi: quem quum morbo et intemperantia perisse existimaret, ut tandem veneno interemtum fraude Livillae uxoris at-

---

v. hujus not. ad h. l. et Fabric. ad *Dion.* 50, 28. ubi Octavianus in oratione ad milites: τοὺς καλοὺς αὐτῶν ἑταίρους καὶ τραπεζεῖς, οὓς αὐτοὶ ἐκεῖνοι κοπρείας ἀποκαλοῦσιν, et Reimar. ad 73, 6. qui κοπρίας scribendum contendit. Describit eos h. l. Dio ita: κοπρίας τινὰς καὶ γελωτοποιούς, αἴσχιστα μὲν τὰ εἴδη, αἰσχίω δὲ τὰ ὀνόματα καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα ἔχοντας, καὶ διὰ τὴν ὕβριν τήν τε ἀσέλγειαν ὑπερπλουτοῦντας. *M. Paconius*, legatus C. Silani, Proconsulis Asiae, inter hujus accusatores commemoratur a *Tac.* Ann. 3, 67. V. de Paconiis, patre et filio, Lips. ad *Tac.* A. 16, 28.

veneno interemtum] A. 776. *Tac.* 4, 8. „Sejanus, maturandum ratus, deligit venenum, quo paullatim irrepente, fortuitus morbus assimilaretur. id Druso datum per Lygdum spadonem, ut octo post annos cognitum est.“ Id. c. 10. diversum de Drusi morte eorum temporum rumorem, et c. 11. „ordinem sceleris per Apicatam Sejani proditum, tormentis Eudemi ac Lygdi patefactum,“ tradit. *Dio* 57, 22. Δροῦσος δὲ ὁ παῖς αὐτοῦ φαρμάκῳ διώλετο. ὁ γὰρ Σηϊανὸς ἐπί τε τῇ ἰσχύϊ καὶ ἐπὶ τῷ ἀξιώματι ὑπερμαζήσας, τά τε ἄλλα ὑπέρογκος ἦν, καὶ τέλος καὶ ἐπὶ τὸν Δροῦσον ἐτράπετο, καί ποτε πὺξ αὐτῷ ἐνέτεινε. Φοβηθείς τε ἐκ τούτου καὶ ἐκεῖνον καὶ τὸν Τιβέριον, καὶ ἅμα καὶ προσδοκήσας, ἂν τὸν νεανίσκον ἐκποδὼν ποιήσηται, καὶ τὸν γέροντα ῥᾷστα μεταχειριεῖσθαι, φάρμακόν τι αὐτῷ διά τε τῶν ἐν τῇ θεραπείᾳ αὐτοῦ ὄντων, καὶ διὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ἥν τινες Λιουΐλλαν ὀνομάζουσιν, ἔδωκε· καὶ γὰρ καὶ ἐμοίχευεν αὐτήν. Proditum scelus narrat 58, 11. καὶ ἡ γυνὴ (Sejani) Ἀπικάτα οὐ κατεψηφίσθη μέν, μαθοῦσα δὲ ὅτι τὰ τέκνα αὐτῆς τέθνηκε, καὶ σφῶν τὰ σώματα ἐν τοῖς ἀναβασμοῖς ἰδοῦσα, ἀνεχώρησε, καὶ ἐς βιβλίον γράψασα περὶ τοῦ θανάτου τοῦ Δρούσου, κατά τε τῆς Λιουΐλλης τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, δι' ἥνπερ που καὶ αὐτὴ τῷ ἀνδρὶ προσεκεκρούκει, ὥστε μηκέτι συνοικεῖν, τὸ μὲν τῷ Τιβερίῳ ἔπεμψεν, αὐτὴ δ' ἑαυτὴν διεχρήσατο. καὶ οὕτως ὁ Τιβέριος ἐντυχὼν τῷ βιβλίῳ, καὶ διελέγξας τὰ γεγραμμένα, τούς τε ἄλλους πάντας καὶ τὴν Λιουΐλλαν ἀπέκτεινεν. A. 784.

Livillae] filiae Drusi, fratris Tiberii, ex Antonia minore, sororisque Germanici, quae nupta Druso cum Sejano rem habuit, et contra mariti vitam conspiravit. v. loc. cit. De ejus nomine

que Sejani cognovit, neque tormentis neque supplicio cujusquam pepercit; soli huic cognitioni adeo per totos dies deditus et intentus, ut Rhodiensem hospitem, quem familiaribus literis Romam evocarat, advenisse sibi nunciatum, torqueri sine mora jusserit, quasi aliquis ex necessariis quaestioni adesset; deinde, errore detecto, et occidi, ne divulgaret injuriam. Carnificinae ejus ostenditur locus Capreis, unde damnatos, post longa et exquisita tormenta, praecipitari coram se in mare jubebat, excipiente classiariorum manu, et contis atque remis elidente cadavera, ne cui residui spiritus quicquam inesset. Excogitaverat autem inter genera cruciatus etiam, ut larga meri potione per fallaciam oneratos, repente veretris deligatis, fidicularum simul urinaeque tormento distenderet. Quod nisi eum et mors praevenisset, et Thrasyllus consulto, ut ajunt, differre quaedam spe longioris vitae compulisset; plures aliquanto necaturus, ac ne reliquis quidem nepotibus parsurus creditur; quum et Cajum suspectum haberet, et Tiberium,

---

(nam *Livia* etiam et *Julia* appellatur) v. Oudend. ad h. l. et Fabr. ad *Dion.* 57, 22.

quasi aliquis ex necess. qu. adesset] Interpretantur: ex necessariis ad quaestionem i. e. ex iis, qui ad verum eruendum necessario torquendi essent. Sed quoniam haec ratio duriorem verborum structuram infert, malo *necessarium* alicujus reorum intelligere, quem quum Tiberius citatum ad quaestionem testimonii causa adesse existumaret, subjici statim tormentis jussit. Rem sic narrat *Dio* 58, 3. ἕτερον τινὰ καὶ πάνυ ἰσχυρῶς βασανίσας, ἔπειτα γνοὺς ὅτι ἀδίκως κατηγορήθη, καὶ πάνυ σπουδῇ ἀπέκτεινεν, εἰπὼν ὅτι χαλεπωτέρως ὕβρισται, ἢ ὥστε καλῶς δύνασθαι ζῆν.

Thrasyllus — compulisset] *Dio* 58, 27. οὐ μὴν καὶ πάντες οἱ αἰτιαθέντες ἀπέθανον, διὰ τὸν Θράσυλλον σοφώτατα τὸν Τιβέριον μεταχειρισάμενον. περὶ μὲν γὰρ αὑτοῦ καὶ πάνυ ἀκριβῶς καὶ τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν, ἐν ᾗ τεθνήξοιτο, εἶπεν· ἐκεῖνον δὲ δὴ δέκα ἄλλα ἔτη ψευδῶς βιώσεσθαι ἔφη, ὅπως ὡς καὶ ἐπὶ μακρότερον ζήσων, μὴ ἐπειχθῇ σφᾶς ἀποκτεῖναι· ὃ καὶ ἐγένετο. νομίσας γὰρ καὶ μετὰ τοῦτο ἐξεῖναί οἱ πάνθ' ὅσα ἐβούλετο κατὰ σχολὴν πρᾶξαι, οὔτ' ἄλλως ἔσπευσε, καὶ τῆς βουλῆς, ἀντειπόντων τι πρὸς τὰς βασάνους τῶν ὑπευθύνων, ἀναβαλομένης τὴν καταδίκην σφῶν, οὐκ ὠργίσθη.

ut ex adulterio conceptum, aspernaretur. Nec abhorret a vero: namque identidem *felicem Priamum vocabat, quod superstes omnium suorum exstitisset.* [63] Quam inter haec non modo invisus ac detestabilis, sed praetrepidus quoque, atque etiam contumeliis obnoxius vixerit, multa indicia sunt. Haruspices secreto ac sine testibus consuli vetuit. Vicina vero Urbi oracula etiam disjicere conatus est: sed majestate Praenestinarum sortium territus, destitit, quum obsignatas devectasque Romam non reperisset in arca, nisi relata rursus ad templum. Unum et alterum consulares, oblatis provinciis, non ausus a se dimittere, usque eo detinuit, donec successores post aliquot annos praesentibus daret: quum interim, manente officii titulo, etiam delegaret plurima assidue, quae illi per legatos et adjutores suos exsequenda cu-

ut ex adulterio conc.] matris Livillae et Sejani. v. *Tac.* 4, 3. et *Dion.* 57, 22. quem locum supra transscripsimus. Id. 58, 23. Τιβέριον διά τε τὴν ἡλικίαν (ἔτι γὰρ παιδίον ἦν) καὶ διὰ τὴν ὑποψίαν (οὐ γὰρ ἐπιστεύετο τοῦ Δρούσου παῖς εἶναι) παρεώρα.

felicem Priamum voc.] *Dio* 58, 23. πολλάκις λέγεται καὶ τὸν Πρίαμον μακαρίσαι, ὅτι ἄρδην μετὰ τῆς πατρίδος καὶ μετὰ τῆς βασιλείας ἀπώλετο.

contum. obnoxius] Viri docti, qui rursus non attenderunt ad morem Suetonii, quo summam eorum praemittit, quae deinde singillatim expositurus est, post Salmasium h. l. ejectum voluerunt *contumeliis*, ut *obnoxius* absolute esset i. q. *anxius*, *sollicitus*, ut supra c. 12. Nempe ab hoc inde capite ostendit auctor, *invisum* et *praetrepidum* vixisse, et c. 66. *contumeliis etiam obnoxium*. Ita enim illud orditur: „*Urebant* insuper *anxiam mentem* varia undique *convicia* sequ."

Praenest. sortium] De *sortibus* omnino dixi supra ad c. 14., de *Praenestinis* v. *Cic.* de divin. 2, 41. cf. *Guther.* de veteri jure pontificio 4, 12. (Thes. Graev. T. V. p. 197.) et in primis *Buleng*er. de sortibus 1, 1. (Ibid. p. 361. sequ.) N. l. jure Memm. lectionem *relata* sc. arca vulgatae *relatas* praetulerunt Ern. et Oudend.

assidue, quae] Vulg. *plurima, assidueque* sequ. Illud probarunt Oudend. et Wolf., amoto, quod Ernest. injecit dictioni, *plurima assidue*, ταυτολογίας crimine, quum *plurima* rem, *assidue* tempus notet. *Assidue* enim est *saepe*. v. ind. Quod ad rem,

30

rarent. [64] Nurum ac nepotes nunquam aliter post damnationem, quam catenatos, obsutaque lectica, loco movit; prohibitis per militem obviis ac viatoribus respicere usquam, vel consistere. [65] Sejanum, res novas molientem, quamvis jam et natalem ejus publice celebrari, et imagines aureas coli passim videret, vix tandem, et astu magis ac dolo, quam principali auctoritate, subvertit. Nam primo, ut a se per speciem honoris dimitteret, collegam sibi assumsit in quinto consulatu, quem longo intervallo

---

Dio 58, 19. τὸν Πείσωνα τὸν πολίαρχον τελευτήσαντα δημοσίᾳ ταφῇ ἐτίμησε — καὶ Λούκιον ἀντ' αὐτοῦ Λαμίαν ἀνθείλετο, ὃν πρόπαλαι τῇ στρατιᾷ προστάξας κατεῖχεν ἐν τῇ Ῥώμῃ. τοῦτο δὲ καὶ ἐφ' ἑτέρων πολλῶν ἐποίει, ἔργῳ μέν, μηδενὸς αὐτῶν δεόμενος, λόγῳ δὲ δή, τιμᾶν αὐτοὺς προσποιούμενος. *Tac.* 6, 27. „Extremo anni (786.) mors Aelii Lamiae funere censorio celebrata, *qui administrandae Syriae imagine tandem exsolutus*, Urbi praefuerat. genus illi decorum, vivida senectus, et *non permissa provincia* dignationem addiderat. Exin, Flacco Pomponio Syriae Propraetore defuncto, recitantur Caesaris literae, quis incusabat, egregium quemque, et regendis exercitibus idoneum, abnuere id munus; seque ea necessitudine ad preces cogi, per quas Consularium aliqui capessere provincias adigerentur; oblitus, Arruntium, ne in Hispaniam pergeret, decimum jam annum attineri."

loco movit] h. e. ab uno loco in alium transportavit. Inepte enim in dictat. Reitzianis explicatur: relegavit et dignitate privavit.

quamvis — videret] *Dio* 58, 2. ὁ δὲ δὴ Σηϊανὸς ἔτι καὶ μᾶλλον ἤρετο (an ἐπήρετο?). καὶ ἐψηφίσθη, ὅπως τὰ γενέθλια αὐτοῦ δημοσίᾳ ἑορτάζηται. τὸ γάρ τοι πλῆθος τῶν ἀνδριάντων, ὧν ἥ τε βουλὴ καὶ ἡ ἱππάς, αἵ τε φυλαὶ καὶ οἱ ἄνδρες οἱ πρῶτοι ἔστησαν αὐτοῦ, τίς ἂν ἐξηρίθμησεν ἄν τις· πρέσβεις δὲ ἰδίᾳ μὲν ἡ γερουσία, ἰδίᾳ δὲ οἱ ἱππεῖς, τό τε πλῆθος ἔκ τε τῶν δημάρχων καὶ ἐκ τῶν ἀγορανόμων τῶν σφετέρων πρὸς ἀμφοτέρους αὐτοὺς ἔπεμπον· καὶ ηὔχοντο ὑπὲρ ἀμφοῖν ὁμοίως, καὶ ἔθυον, καὶ τὴν τύχην αὐτῶν ὤμνυσαν. v. etiam ad c. 48.

collegam — in quinto cons.] v. ad c. 26. *Dio* 58, 4. ἐκ μὲν δὴ οὖν τοῦ προφανοῦς οὐδὲν ἔδρασε. τό τε γὰρ δορυφορικὸν πᾶν ἰσχυρῶς ᾠκείωτο, καὶ τῶν βουλευτῶν τὸ μὲν εὐεργεσίαις, τὸ δὲ ἐλπίσι, τὸ δὲ καὶ φόβῳ προσεπεποίητο. τούς τε περὶ τὸν Τιβέριον ὄντας οὕτω πάντας προσηταίριστο, ὥστε τὰ μὲν ἐκείνου πάντα ἁπλῶς ἃ ἔπραττε παραυτίκα οἱ ἀγγέλλεσθαι, τὰ δ' ὑπ' αὐτοῦ δρώμενα μηδένα τῷ Τιβερίῳ

absens ob id ipsum susceperat. Deinde spe affinitatis ac tribuniciae potestatis deceptum, inopinantem criminatus est pudenda miserandaque oratione; quum inter alia P. C. precaretur, *mitterent alterum e Consulibus, qui se senem et solum in conspectum eorum cum aliquo militari praesidio perduceret.* Sic quoque diffidens, tumultumque metuens, Drusum nepotem, quem vinculis adhuc Romae continebat, solvi,

---

δηλοῦν. ἄλλως οὖν αὐτὸν μετεπορεύετο, καὶ ὕπατόν τε αὐτὸν ἀπέδειξε, καὶ κοινωνὸν τῶν φροντίδων ὠνόμαζε· Σηϊανός τε ὁ ἐμὸς, πολλάκις ἐπαναλαμβάνων ἔλεγε· καὶ τοῦτο καὶ γράφων πρός τε τὴν βουλὴν καὶ πρὸς τὸν δῆμον ἐδήλου. A. 784.

spe affinitatis] Non solum enim desponderat filio Claudii Druso Sejani filiam, Claud. 27. *Tac.* A. 3, 29. *Dio* 58, 11. sed *generum* etiam sibi destinaverat ipsum Sejanum, *Tac.* 5, 6. et 6, 8. data in matrimonium filii Drusi filia Julia, ut ad Dionis l. c. ostendit Reimarus ex *Zonara* p. 550. τὸν δὲ Σηϊανὸν ἐπὶ μέγα δόξης ἐπάρας, καὶ κηδεστὴν ἐπὶ Ἰουλίᾳ τῇ τοῦ Δρούσου θυγατρὶ ποιησάμενος, ὕστερον ἔκτεινε. *Gener* igitur a Tacito pro *progenero* dicitur.

tribuniciae potestatis] Secundum *Dion.* 58, 9. Naevius Sertorius Macro, missus ad opprimendum Sejanum, ἰδὼν αὐτὸν ταραττόμενον, ὅτι μηδέν οἱ ὁ Τιβέριος ἐπεστάλκει, παρεμυθήσατο, εἰπὼν ἰδίᾳ καὶ ἐν ἀποῤῥήτῳ, ὅτι τὴν ἐξουσίαν αὐτῷ τὴν δημαρχικὴν φέροι. Potestatem autem tribuniciam dari solitam imperio destinatis, in Augusti Tiberiique vitis saepius vidimus. v. ad Aug. 27.

pudenda mis. oratione] epistola ad Senatum missa, cujus argumentum *Dio* 58, 10. exhibet, his additis verbis: ὡς γοῦν οὐδὲ τὴν ὁδὸν ἀσφαλῶς ποιήσασθαι δυνάμενος, τὸν ἕτερον τῶν ὑπάτων μετεπέμψατο. Consules autem intellige suffectos, quum ipse cum Sejano exorsus esset annum. De Consulibus hujus anni variis mensibus suffectis v. Fabr. ad *Dion.* l. c. et *Norisii* epistol. consularem (Thes. Graev. Tom. XI. p. 404.).

Sic quoque diffidens] *Dio* 58, 13. ὁ δὲ δὴ Τιβέριος, τέως μὲν ἐν δέει μεγάλῳ καθειστήκει, μὴ ὁ Σηϊανὸς κατασχὼν αὐτήν, (Urbem) ἐπ' αὐτὸν ἐπιπλεύσῃ, καὶ πλοῖα παρεσκευάσατο, ἵνα, ἄν τι τοιοῦτον συμβῇ, διαφύγῃ· τῷ τε Μάκρωνι, ὥς τινές φασιν, ἐνετείλατο, ὅπως ἄν τι παρακινήσῃ, τὸν Δροῦσον ἔς τε τὴν βουλὴν καὶ ἐς τὸν δῆμον ἐσαγάγῃ, καὶ αὐτοκράτορα ἀποδείξῃ. *Tac.* 6, 23. „Tradidere quidam, praescriptum fuisse Macroni, si arma ab Sejano tentarentur, extractum custodia juvenem (nam in Palatio attinebatur) ducem populo imponere."

si res posceret, ducemque constitui praeceperat. Aptatis etiam navibus, ad quascunque legiones meditabatur fugam, speculabundus ex altissima rupe identidem signa, quae, ne nuncii morarentur, tolli procul, ut quidque factum foret, mandaverat. Verum, et oppressa conjuratione Sejani, nihilo securior aut constantior, per novem proximos menses non egressus est villa, quae vocatur Jovis. [66] Urebant insuper anxiam mentem varia undique convicia, nullo non damnatorum omne probri genus coram, vel per libellos in orchestra positos, ingerente. Quibus quidem diversissime afficiebatur: modo, ut prae pudore ignota et celata cuncta cuperet; nonnunquam eadem contemneret, et proferret ultro, atque vulgaret.

---

nihilo securior] Non modo non admisit legatos, Roma ad gratulandum missos, *ἀλλὰ καὶ τὸν ὕπατον τὸν Ῥηγοῦλον, τά τε αὐτοῦ ἀεὶ φρονήσαντα, καὶ πρὸς τὴν ἀσφάλειαν τῆς ἐς τὴν πόλιν αὐτοῦ κομιδῆς, ὥσπερ ἐπεστάλκει, ἐλθόντα, ἀπώσατο.*

in orchestra] ubi Senatorum sedes, tempore ludorum. Sic Aug. 55. „famosi libelli, *in Curia* de Aug. sparsi dicebantur, utrumque celeberrimo loco, quo magis in vulgus exirent illa convicia, et potissima pars populi primum concitaretur." Burm. difficultates objicit fere ridiculas. Quamquam vinculis detenti, per alios poterant libellos exponere, ut ipsi solenni more exposuisse dicantur.

proferret ultro] *Dio* 57, 23. *ζητῶν καθ' ἕκαστον ἀκριβῶς, ὅσα τινὲς ᾐτιάζοντο φλαύρως περὶ αὐτοῦ εἰρηκέναι, αὐτὸς ἑαυτὸν πάντα τὰ ἐξ ἀνθρώπων κακὰ ἔλεγε. καὶ γὰρ εἰ ἐν ἀπορρήτῳ τις καὶ πρὸς ἕνα διελέχθη τι, καὶ τοῦτο ἐδημοσίευεν, ὥστε καὶ ἐς τὰ κοινὰ ὑπομνήματα ἐσγράφεσθαι. καὶ πολλάκις ἃ μηδ' εἶπέ τις, ὡς εἰρημένα, ἐξ ὧν ἑαυτῷ συνῄδει, προσκατεψεύδετο, ὅπως ὡς δικαιότατα ὀργίζεσθαι νομισθείη. κἀκ τούτου συνέβαινεν αὐτῷ, πάντα τε ἐκεῖνα, ἀφ' οἷς τοὺς ἄλλους ὡς καὶ ἀσεβοῦντας ἐκόλαζεν, αὐτὸς ἐς ἑαυτὸν πλημμελεῖν, καὶ προσέτι καὶ χλευασμὸν ὀφλισκάνειν. ἃ γὰρ ἀπηρνοῦντό τινες μὴ λελαληκέναι, ταῦτα αὐτὸς διϊσχυριζόμενος εἰρῆσθαι, καὶ κατομνύων, ἀληθέστερον ἑαυτὸν ἠδίκει. ἀφ' οὗ δὴ καὶ ἐξεστηκέναι τινὲς αὐτὸν τῶν φρενῶν ὑπώπτευσαν.* Ita, auctore eodem *Dione* 58, 25. et *Tacito* 6, 38. Fulcinius Trio supremis tabulis et ipsum et Macronem multis conviciis prosciderat. *καὶ οἱ μὲν παῖδες αὐτοῦ οὐκ ἐτόλμησαν τὰς διαθήκας δημοσιεῦσαι· ὁ δὲ δὴ Τιβέριος, μαθὼν τὰ γεγραμμένα, ἐς τὸ βουλευτήριον σφᾶς ἐκομι-*

Quin et Artabani, Parthorum regis, laceratus est literis, parricidia et caedes et ignaviam et luxuriam objicientis, monentisque, ut voluntaria morte maximo justissimoque civium odio quamprimum satisfaceret. [67] Postremo semetipse pertaesus, tali epistolae principio tantum non summam malorum suorum professus est: *Quid scribam vobis, Patres Conscripti, aut quomodo scribam, aut quid omnino non scribam, hoc tempore, Dii me Deaeque pejus perdant, quam quotidie perire sentio, si scio.* Existimant quidam, praescisse haec eum peritia futurorum: ac multo ante, quanta se quandoque acerbitas et infamia maneret, prospexisse; ideoque, ut imperium inierit, et PATRIS PATRIAE appellationem, et, ne in acta sua juraretur, obstinatissime recusasse, ne mox majore dedecore impar tantis honoribus inveniretur. Quod sane et ex oratione ejus, quam de utraque re habuit, colligi potest: vel quum ait, *Similem se semper sui futurum, nec unquam mutaturum mores suos, quamdiu sanae mentis fuisset: sed exempli causa cavendum esse, ne se Senatus in acta cujusquam obligaret, qui aliquo casu mutari posset.* Et rursus: *Si quando autem*, inquit, *de moribus meis, devotoque vobis animo dubitaveritis, (quod priusquam eveniat, opto, ut me supremus dies huic mutatae vestrae de me opinioni eripiat) ni-*

σθῆναι ἐκέλευσεν. ἥκιστά τε γὰρ αὐτῷ τῶν τοιούτων ἔμελε, καὶ τὰς κατηγορίας καὶ λανθανούσας ἔσθ' ὅτε ἐς τοὺς πολλοὺς ἑκὼν, ὥσπερ τινὰς ἐπαίνους, ἐξέφαινεν. ἀμέλει καὶ ὅσα ὁ Δροῦσος, οἷα ἔν τε ταλαιπωρίᾳ ὢν καὶ κακοπαθῶν ἐξελάλησε, καὶ ταῦτα ἐς τὴν βουλὴν ἐσέπεμψε.

Artabani] de quo v. *Tac.* A. 2, 3. sequ. et 6, 31. sequ., *Joseph.* Antiqu. 18, 4. Regnum obtinuit ad Claudii usque principatum.

tali epistolae princ.] Scripsit eam a. 785. *Insigne hoc initium* reddidit etiam Tac. 6, 6. apud quem haec una varietas, quod infra: „*quam perire me quotidie sentio,*“ quod praeplacet.

Patris Patr.—recusasse] v. supra c. 26. Mox, quod ad Tiberii orationem, confer similem apud *Tac.* 4, 38.

hil honoris adjiciet mihi PATRIS PATRIAE *appellatio; vobis autem exprobrabit aut temeritatem delati mihi ejus cognominis, aut inconstantiam contrarii de me judicii.* [68] Corpore fuit amplo atque robusto: statura, quae justam excederet. Latus ab humeris et pectore: ceteris quoque membris usque ad imos pedes aequalis et congruens: sinistra manu agiliore ac validiore: articulis ita firmis, ut recens et integrum malum digito terebraret; caput pueri, vel etiam adolescentis, talitro vulneraret. Colore erat candido, capillo pone occipitium summissiore, ut cervicem etiam obtegeret, quod gentile in illo videbatur: facie honesta, in qua tamen crebri et subiti tumores, cum praegrandibus oculis, et qui, quod mirum esset, noctu etiam et in tenebris viderent, sed ad breve, et quum primum a somno patuissent;

---

amplo atque robusto] *Vell.* 2, 94. juvenis dicitur *forma, celsitudine corporis* ornatissimus, et c. 97. fratri ejus Druso *pulchritudo corporis* tribuitur *proxima fraternae.* In senectute *praegracilem et incurvam proceritatem* ei fuisse, *Tacitus* auctor A. 4, 57., cujus nulla pugna cum Nostro, quum de varia aetate Tiberii exponant. Nam qui formam hominis describit, vel imaginem exhibet, juvenem, non senem delineat.

capillo — obtegeret] Contra seni *nudus capillo vertex Tac.* l. c., unde a Sejano ut Φαλακρὸς ludibrio expositus est. *Dion.* 58, 19.

subiti tumores] *Tac.* „*Ulcerosa facies* ac plerumque medicaminibus interstincta," ad qu. l. Lipsius vulgatam nostri l. lectionem *subtiles* corrigit in *substilli* v. *substilles.* Burm. conjecit *rubidi*, Ern. *lividi.* *Subiti* tumores (haec enim optimorum codd. lectio) sunt subito saepe orti, sed ita, ut celeriter evanescerent, qualibus vinosorum et libidinosorum hominum facies obsitae esse solent.

qui — ten. viderent] *Dio* 57, 2. imperium etiam recusasse dicit ob aetatem, καὶ δι᾽ ἀμβλυωπίαν (πλεῖστον γὰρ τοῦ σκότους βλέπων, ἐλάχιστα τῆς ἡμέρας ἑώρα), ubi vide doctam Fabricii annotationem. *Plin.* 11, 37. (54.) „Ferunt Tiberio Caesari, nec alii genitorum (*mortalium* glossam puto), fuisse naturam, ut expergefactus noctu paullisper, haud alio modo, quam luce clara, contueretur omnia, paullatim tenebris sese obducentibus," ubi v. interpretes.

deinde rursum hebescebant. Incedebat cervice rigida et obstipa: adducto fere vultu, plerumque tacitus: nullo aut rarissimo etiam cum proximis sermone, eoque tardissimo, nec sine molli quadam digitorum gesticulatione. Quae omnia ingrata, atque arrogantiae plena, et animadvertit Augustus in eo, et excusare tentavit saepe apud Senatum ac populum, professus, *naturae vitia esse, non animi.* Valetudine prosperrima usus est, tempore quidem principatus paene toto prope illaesa; quamvis a tricesimo aetatis anno arbitratu eam suo rexerit, sine adjumento consiliove medicorum. [69] Circa Deos ac religiones negligentior; quippe addictus mathematicae, plenusque persuasionis, cuncta fato agi. Tonitrua tamen praeter modum expavescebat: et turbatiore coelo nunquam non coronam lauream capite gestavit, quod fulmine afflari negetur id genus frondis. [70] Artes liberales utriusque generis studiosissime coluit. In oratione

---

cerv. rigida et obstipa] *mit steifem, zurückgebognem Nacken.* Hic est incessus superbiae et arrogantiae plenus. Mox *adductus vultus* est ad severitatem compositus. v. Lips. ad *Tac.* A. 14, 4. et Hist. 3, 7. ubi, excitato n. l. *adductum vultum* gravem esse docet, serium et severum, quia alacres, comes, fronte fere sunt exporrecta et diffusa, contra tristes et severi contracta et adducta.

animadv. Augustus] cum reprehensione. *Tac.* 1, 10. „Augustus, paucis ante annis, quum Tiberio tribuniciam potestatem a Patribus rursum postularet, quamquam honora oratione, quaedam de habitu cultuque et institutis ejus jecerat, quae velut excusando *exprobraret.*“

a tricesimo aet. anno] *Tac.* 6, 46. „Solitus eludere medicorum artes, atque eos, qui post tricesimum aetatis annum ad internoscenda corpori suo utilia vel noxia alieni consilii indigerent.“

mathematicae] v. notata supra ad c. 14. et 36.

coronam lauream] *Plin.* 15, 30. (40.) „Tiberium principem tonante coelo coronari lauro solitum ferunt contra fulminum metus.“ v. ad Aug. 90.

utriusque generis] Wolfius cum Perizon. *oratoriam* et *poeticam* intelligit, Ernest. *Graecum et Latinum sermonem.* Hoc praefero ob locum Calig. 3. „ingenium *in utroque eloquentiae doctri-*

Latina secutus est Corvinum Messalam, quem senem adolescens observaverat. Sed affectatione et morositate nimia obscurabat stilum: ut aliquanto ex tempore, quam a cura, praestantior haberetur. Composuit et carmen lyricum, cujus est titulus: *Conquaestio de L. Caesaris morte.* Fecit et Graeca poëmata, imitatus Euphorionem, et Rhianum, et Parthenium: quibus poëtis admodum delectatus, scripta eorum et imagines publicis bibliothecis inter veteres et praecipuos auctores dedicavit: et ob hoc plerique eruditorum certatim ad eum multa de his ediderunt. Maxime tamen curavit notitiam historiae fabularis, usque ad ineptias atque derisum. Nam et grammaticos, quod genus hominum praecipue, ut diximus, appetebat, ejusmodi fere quaestionibus experiebatur: *Quae mater Hecubae: Quod Achilli nomen inter virgines fuisset: Quid Sirenes cantare sint solitae?*

---

naeque genere praecellens" ubi intelligi non potest, nisi Graeca et Latina eloquentia atque doctrina, et quoniam auctor hoc capite *de oratione Latina*, sequenti *de sermone Graeco* exponit.

Corv. Messalam] de quo v. *Glandorp.* p. 865. sequ., sicut de ejus consulatu a nobis dictum ad Aug. 58. Quod ad eloquentiam ejus attinet, v. *Quinctil.* 10, 1. ubi „nitidus, et candidus, et quodammodo prae se ferens in dicendo nobilitatem suam" dicitur.

affectatione] v. Aug. 86. „nec Tiberio parcit, et exsoletas interdum et reconditas voces aucupanti."

Euphorionem] Chalcidensis fuit, vixitque temporibus Ptolemaei Euergetae. Plura de hoc tragico *nimis obscuro*, ut dicitur a *Cicer.* de Div. 2, 64. v. apud Casaubonum. cf. *Ern.* Clav. Cic. et *Salmas.* ad Solin. p. 601. Commemoratur cum *Rhiano* a *Meleagro* (Anthol. Jacobs. 1, 1.).

Rhianum] Cretensem, coaevum Euphorionis, cujus fragmenta exstant apud Stobaeum.

Parthenium] Nicaeensem, auctorem Augustei aevi, cujus librum περὶ ἐρωτικῶν παθημάτων servatum habemus. De utroque, Rhiano et Parthenio, consule *Fabricii* Biblioth. Graecam.

veteres] h. e. eos, qui ante Alexandrum M. vel Ptolemaeos fuerunt, sicut *veteres* Romanis sub Caesaribus vocantur ii, qui ante Augustum. Ern.

Et quo primum die, post excessum Augusti, Curiam intravit; quasi pietati simul ac religioni satisfacturus, Minois exemplo, thure quidem ac vino, verum sine tibicine, supplicavit, ut ille olim in morte filii. [71] Sermone Graeco, quamquam alias promtus et facilis, non tamen usquequaque usus est; abstinuitque maxime in Senatu, adeo quidem, ut *monopolium* nominaturus, prius veniam postularit, quod sibi verbo peregrino utendum esset. Atque etiam in quodam decreto Patrum, quum ἔμβλημα recitaretur, commutandam censuit vocem; et pro peregrina nostratem requirendam, aut, si non reperiretur, vel pluribus, et per ambitum verborum, rem enunciandam. Militem quoque Graece testimonium interrogatum, nisi Latine respondere vetuit. [72] Bis

---

verum sine tibicine] Rem, omisso Minois exemplo, quod imitatus est Tiberius, narrat *Dio* 56, 31. ὁ δὲ δὴ Τιβέριος καὶ ὁ Δροῦσος ὁ υἱὸς αὐτοῦ φαιάν, τὸν ἀγοραῖον τρόπον πεποιημένην, εἶχον. καὶ τοῦ μὲν λιβανωτοῦ καὶ αὐτοὶ ἔθυσαν, τῷ δ' αὐλητῇ οὐκ ἐχρήσαντο. De *tibiis funebribus* v. *Kirchmann.* de funer. Rom. 2, 5.

promtus et facilis] *Dio* 57, 15. καίπερ πολλὰς μὲν δίκας ἐν τῇ διαλέκτῳ ταύτῃ καὶ ἐκεῖ (in Senatu) λεγομένας ἀκούων, πολλὰς δὲ καὶ αὐτὸς ἐπερωτῶν. De *monopoliis* v. supra ad c. 30.

in quod. decreto Patrum] *Dio* l. c. ὁ Τιβέριος ἀπεῖπε μὲν ἐσθῆτι σηρικῇ μηδένα ἄνδρα χρῆσθαι, ἀπεῖπε δὲ καὶ χρυσῷ σκεύει μηδένα, πλὴν πρὸς τὰ ἱερά, νομίζειν. ἐπεί τε διηπόρησάν τινες, εἰ καὶ τὰ ἀργυρᾶ, τὰ χρυσοῦν τι ἔμβλημα ἔχοντα, ἀπηγορευμένον σφίσιν εἴη κεκτῆσθαι, βουληθεὶς καὶ περὶ τούτου τι δόγμα ποιῆσαι, ἐκώλυσεν ἐς αὐτὸ τὸ ὄνομα τὸ τοῦ ἐμβλήματος, ὡς καὶ Ἑλληνικόν, ἐμβληθῆναι· καίτοι μὴ ἔχων ὅπως ἐπιχωρίως αὐτὸ ὀνομάσῃ, in quo errasse hominem Graecum, quum *sigilla* Latine ἐμβλήματα illa dici solerent, monuit Ernestius. Putidam autem Tiberii puritatis Latini sermonis curam inde magis cognoscimus, quod vox *emblema*, Ciceroni etiam usitata, in sermonem quotidianum abierat. Ita nunc ridiculi saepe, qui vocabula peregrina, longo usu in linguam nostram recepta, exterminare satagunt, et patria substituere.

Militem — vetuit] *Dio* l. c. ἑκατοντάρχου Ἑλληνιστὶ ἐν τῷ συνεδρίῳ μαρτυρῆσαί τι ἐθελήσαντος, οὐκ ἠνέσχετο. Nimirum Romanus ab homine Graeco testimonium interrogatus Graece, Latine respondere jussus est. Idem dicit Dio, qui quomodo gra-

omnino toto secessus tempore, Romam redire conatus, semel triremi usque ad proximos Naumachiae hortos subvectus est, disposita statione per ripas Tiberis, quae obviam prodeuntes summoveret; iterum Appia usque ad septimum lapidem, sed prospectis modo, nec aditis Urbis moenibus, rediit; primo, incertum, qua de causa; postea, ostento territus. Erat ei in oblectamentis serpens draco, quem ex consuetudine manu sua cibaturus, quum consumtum a formicis invenisset, monitus est, ut vim multitudinis caveret. Rediens ergo propere Campaniam, Asturae in languorem incidit: quo paulum levatus Circejos pertendit. Ac ne quam suspicionem infirmitatis daret, castrensibus ludis non tantum interfuit, sed etiam missum in arenam aprum jaculis desuper petiit: statimque latere convulso, et, ut exaestuarat, afflatus aura, in graviorem recidit morbum. Sustentavit

---

vam censuram mereat, qua ab Ernestio notatur, equidem non video.

Bis omnino] A. 786. *Dio* 58, 21. Τιβέριος δὲ δὴ ἦλθε μὲν πρὸς τὸ ἄστυ, καὶ διέτριψεν ἐν τοῖς πέριξ αὐτοῦ τόποις, οὐ μέντοι καὶ ἐσεφοίτησεν εἴσω, καίτοι καὶ τριάκοντα σταδίους ἀποσχών, καὶ τὰς θυγατέρας τάς τε τοῦ Γερμανικοῦ τὰς λοιπάς, καὶ τὴν τοῦ Δρούσου τὴν Ἰουλίαν ἐκδούς, et a. 788. *Dio* c. 25. Τιβέριος δὲ ἐν Ἀντίῳ τοὺς τοῦ Γαΐου γάμους ἑώρταζεν. ἐς γὰρ τὴν Ῥώμην οὐδὲ δι' ἐκείνους ἐσελθεῖν ἠθέλησεν.

prox. Naumachiae hortos] hortos Caesaris, de quibus Caes. 83. et Naumachiam, effossam ab Augusto. v. Aug. 43. et aqua Alsietina repletam. *Frontin.* de aquaeduct. sect. 11. v. *Marliani* Urbis Rom. topograph. 5, 19. (Thes. Graev. T. III. p. 186. sequ.)

Asturae] v. Aug. 97. De *Circejis* v. *Cellar.* 2, 9. p. 810.

castrensibus ludis] „Milites ibi stationarii egerunt ludos s. venationem exercitii et delectationis causa, in Foro Circejorum arena sparso. Hos vocat *castrenses*, quia fiebant a militibus et sine magno apparatu." Oudend. Probat Wolfius, ac jure, puto, comparari locum Claud. 21. „anniversarium *in castris praetorianis* exhibuit" coll. *Dion.* 60, 17. αὐτὸς ὁπλομαχίας ἀγῶνα ἐν τῷ στρατοπέδῳ, χλαμύδα ἐνδύς, ἔθηκε. Res enim eadem, loci tantum et editores diversi.

Sustentavit] *Tac.* 6, 50. „Jam Tiberium corpus, jam vires,

tamen aliquamdiu, quamvis Misenum usque devectus nihil ex ordine quotidiano praetermitteret, ne convivia quidem ac ceteras voluptates, partim intemperantia, partim dissimulatione. Nam Chariclem medicum, quod commeatu afuturus, e convivio egrediens, manum sibi osculandi causa apprehendisset, existimans tentatas ab eo venas, remanere ac recumbere hortatus est, coenamque protraxit. Nec abstinuit consuetudine, quin tunc quoque instans in medio triclinio, adstante lictore, singulos valere dicentes appellaret. [73] Interim, quum in actis Senatus legisset, *dimissos ac ne auditos quidem quosdam reos*, de quibus strictim, et nihil aliud, quam nominatos ab indice, scripserat; pro contemto se

---

nondum dissimulatio deserebat. idem animi rigor; sermone ac vultu intentus, quaesita interdum comitate quamvis manifestam defectionem tegebat; mutatisque saepius locis, tandem apud promontorium Miseni consedit, in villa, cui L. Lucullus quondam dominus." *Dio* 58, 28. ἔφθασεν ἐν Μισηνῷ μεταλλάξας. ἐνόσει μὲν γὰρ ἐκ πλείονος χρόνου· προςδοκῶν δὲ δὴ τὴν Θρασύλλου πρόῤῥησιν βιώσεσθαι, οὔτε τοῖς ἰατροῖς ἐκοινοῦτό τι, οὔτε τῆς διαίτης μετέβαλλεν, ἀλλὰ πολλάκις (οἷα ἐν γήρᾳ καὶ νόσῳ μὴ ὀξείᾳ, κατὰ βραχὺ μαραινόμενος) τοτὲ μὲν ὅσον οὐκ ἀπεψύχετο, τοτὲ δὲ ἀνεῤῥώννυτο.

Chariclem medicum] *Tac.* l. c. „Illic, eum appropinquare supremis, tali modo compertum. erat medicus, arte insignis, nomine Charicles, non quidem regere valetudines Principis solitus, consilii tamen copiam praebere. Is, velut propria ad negotia digrediens, et per speciem officii, manum complexus, pulsum venarum attigit. neque fefellit. nam Tiberius, incertum an offensus, tantoque magis iram premens, instaurari epulas jubet, discumbitque ultra solitum, quasi honori abeuntis amici tribueret. Charicles tamen, labi spiritum, nec ultra biduum duraturum, Macroni firmavit."

instans] i. q. stans. Burm. et Oud. explicant: urgens, ut remanerent. At id ipsum ad dissimulandam valetudinem pertinebat, quod et stare se firmiter pedibus posse, ostendebat, et vox non minus quam memoria ad appellandos singulos valere dicentes suppetebat. Parum probabilis est emendatio loci, quam dat Lips. ad *Tac. A.* 3, 63. „*aut stans in medio triclinio, aut stans in litore, singulos* sequ." s. *aut stans in medio triclinio, aut e litore* sequ.

habitum fremens, repetere Capreas quoquo modo destinavit, non temere quicquam, nisi ex tuto ausurus. Sed et tempestatibus, et ingravescente vi morbi retentus, paullo post obiit in villa Luculliana, octavo et septuagesimo aetatis anno, tertio et vicesimo imperii, septimo decimo Kalendas Aprilis, Cn. Acerronio Proculo, C. Pontio Nigrino, Consulibus. Sunt, qui putent, venenum ei a Cajo datum lentum atque tabificum. Alii, in remissione fortuitae febris

---

pro cont. se hab.] Contra *Dio* 58, 27. τῆς βουλῆς, ἀντειπόντων τι πρὸς τὰς βασάνους τῶν ὑπευθύνων, ἀναβαλομένης τὴν καταδίκην σφῶν, οὐκ ὠργίσθη.

octavo et septuag. aetatis anno] *Tac.* 6, 51. „Sic Tiberius finivit, *octavo et septuagesimo aetatis anno.*“ *Dio* 58, 28. ἐβίω ὀκτὼ καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη, καὶ μῆνας τέσσαρας, καὶ ἡμέρας ἐννέα. Natus erat mense Novembri a. 712. (v. c. 5.) mortuus est mense Martio a. 790. *Aurel. Victor* Epit. c. 2. „*post septuagesimum octavum annum et mensem quartum*“ falso, et majore errore auctor de Caesar. c. 3. „quum imperium tres atque viginti, *aevi octogesimum uno minus* annos egisset.“ *Eutrop.* 7, 6., ut assolet, Suetonium sequitur.

tertio et vicesimo imperii] *Tac.* l. c. „rei Romanae arbitrium *tribus ferme et viginti* annis obtinuit,“ nempe ab a. 767. usque ad 790. *Dio* l. c. ἔτη μὲν δύο καὶ εἴκοσι, μῆνας δὲ ἑπτὰ καὶ ἡμέρας ἑπτὰ ἐμονάρχησε, ex sua scilicet ratione, qua VII. Kal. April. defunctum dicit. v. Fabr. ad h. l.

sept. dec. Kal. Apr.] Ita etiam Tacitus. Contra *Dio:* μετήλλαξε τῇ ἕκτῃ καὶ εἰκοστῇ τοῦ Μαρτίου ἡμέρᾳ, i. e. VII. Kal. April. *Zonaras:* εἰκοστῇ τοῦ Μαρτίου.

C. Pontio Nigrino] Vulg. *Nigro.* Cognomen *Nigrinum* vindicatur Pontio et inscriptione apud *Gruter.* 18, 8. et a *Dion.* 58, 27.

venenum ei a Cajo datum] *Oros.* 7, 4. „hic ambiguis signis veneni obiit.“ *Victor* Epit. 2. nihil nisi: „insidiis Caligulae exstinctus est.“

Alii] *Tac.* 6, 50. „XVII. Kal. Apr., interclusa anima, creditus est mortalitatem explevisse. Et multo gratantum concursu, ad capienda imperii primordia C. Caesar egrediebatur; quum repente affertur, redire Tiberio vocem ac visus, vocarique, qui recreandae defectioni cibum afferrent. pavor hinc in omnes; et ceteri passim dispergi, se quisque moestum aut nescium fingere; Caesar, in silentium fixus, a summa spe novissima exspectabat; Macro intrepidus, *opprimi senem injectu multae vestis*, jubet,

cibum desideranti negatum: nonnulli, pulvinum injectum, quum extractum sibi deficienti anulum mox resipiscens requisisset. Seneca eum scribit, intellecta defectione, exemtum anulum, quasi alicui traditurum, parumper tenuisse: dein rursus aptasse digito, et, compressa sinistra manu, jacuisse diu immobilem: subito vocatis ministris, ac nemine respondente, consurrexisse, nec procul a lectulo, deficientibus viribus, concidisse. [74] Supremo natali suo Apollinem Temenitem, et amplitudinis et artis eximiae, advectum Syracusis, ut in bibliotheca templi novi poneretur, viderat per quietem affirmantem sibi, „*Non posse se ab ipso dedicari.* Et ante paucos, quam obiret, dies turris Phari terrae motu Capreis concidit. Ac Miseni cinis e favilla et carbonibus, ad calfaciendum triclinium illatis, exstinctus et jam diu frigidus exarsit repente prima vespera, atque in multam noctem pertinaciter luxit. [75] Morte ejus ita laetatus est populus, ut ad primum nuncium discurrentes, pars, *Tiberium in Tiberim*, clamitarent: pars *Terram matrem Deosque Manes orarent, ne mortuo sedem ullam, nisi inter impios, darent:*

---

discedique ab limine." *Dio* 58, 28. κἀκ τούτου πολλὴν μὲν ἡδονὴν τοῖς τε ἄλλοις καὶ τῷ Γαΐῳ, ὡς καὶ τελευτήσων, πολὺν δὲ καὶ φόβον, ὡς καὶ ζήσων, ἐνεποίει. δείσας οὖν ἐκεῖνος, μὴ καὶ ἀληθῶς ἀνασωθῇ, οὔτε ἐμφαγεῖν τι αἰτήσαντι αὐτῷ, ὡς καὶ βλαβησομένῳ, ἔδωκε, καὶ ἱμάτια πολλὰ καὶ παχέα, ὡς καὶ θερμασίας τινὸς δεομένῳ, προσέβαλε· καὶ οὕτως ἀπέπνιξεν αὐτόν, συναραμένου πῃ αὐτῷ καὶ τοῦ Μάκρωνος. cf. Calig. 12.

Apollinem Temenitem] *Cic.* Verr. 4, 53. in descriptione Syracusarum, in quarta earum urbe, Neapoli, *signum* etiam esse dicit „*Apollinis, qui Temenites vocatur*, pulcherrimum et maximum." Nomen *Temenites* datum Apollini a loco prope Syracusas. Stephanus: Τέμενος, τόπος Σικελίας ὑπὸ τὰς Ἐπιπολὰς πρὸς ταῖς Συρακούσαις. v. *Turneb.* Advers. 8, 12.

templi novi] h. e. ab Augusto recens exstructi. Hoc enim dici, patet ex memorata bibliotheca. v. ad Aug. c. 29.

illatis] Ita ex Torrentii et Casaub. sententia dederunt Oudend. et Ernest. pro *illatus*.

alii uncum et Gemonias cadaveri minarentur, exacerbati super memoriam pristinae crudelitatis etiam recenti atrocitate. Nam quum Senatusconsulto cautum esset, ut poena damnatorum in decimum semper diem differretur, forte accidit, ut quorundam supplicii dies is esset, quo nunciatum de Tiberio erat. Hos implorantes hominum fidem, quia, absente adhuc Cajo, nemo exstabat, qui adiri interpellarique posset, custodes, ne quid adversus constitutum facerent, strangulaverunt, abjeceruntque in Gemonias. Crevit igitur invidia, quasi etiam post mortem tyranni saevitia permanente. Corpus ut moveri a Miseno coepit, conclamantibus plerisque, *Atellam potius deferendum, et in Amphitheatro semiustulandum*, Romam per milites deportatum est, crematum-

---

Senatusconsulto] A. 774. *Tac. A.* 3, 51. „Factum SC., ne decreta Patrum ante diem decimum ad aerarium deferrentur, idque vitae spatium damnatis prorogaretur." *Dio* 57, 20. δόγμα τι παραδοθῆναι ἐκέλευσε, μήτ' ἀποθνήσκειν ἐντὸς δέκα ἡμερῶν τὸν καταψηφισθέντα ὑπ' αὐτῶν, μήτε τὸ γράμμα, τὸ ἐπ' αὐτῷ γενόμενον, ἐς τὸ δημόσιον ἐντὸς τοῦ αὐτοῦ χρόνου ἀποτίθεσθαι, ὅπως καὶ ἀποδημῶν προπυνθάνηται τὰ δόξαντα σφίσι, καὶ ἐπιδιακρίνῃ. Postea triginta dies vitae damnatis post sententiam dati. v. Fabr. ad *Dion.*, Lips. ad *Tac.* l. c.

strangulaverunt] Servatos eos, narrat *Dio* 58, 27. οἱ δὲ δὴ ἄλλοι (praeter L. Arruntium, qui venas ipse sibi resolverat. cf. *Tac.* 6, 48.), οἱ μὲν καταψηφισθέντες, ἀλλ' ὅτι γε οὐκ ἐξῆν αὐτοὺς πρὸ τῶν δέκα ἡμερῶν ἀποθανεῖν, οἱ δὲ καὶ τῆς δίκης αὖθις (ἐπειδὴ τὸν Τιβέριον κακῶς ἀῤῥωστοῦντα ᾔσθοντο) ἀναβληθείσης, ἐσώθησαν.

Atellam] municipium inter Capuam et Neapolin. Ignominia in eo, quod Imperatoris corpus non in Urbe, a qua tam diu afuisset, sed in exiguo oppidulo, propinquo Capreis et Miseno, consumendum censebant. Alludi etiam ad flagitiosam ejus vitam ob tales Atellanorum mores, putat Casaubonus. Repugnat Gruterus.

in Amph. semiustulandum] Ita Caligula (infra c. 27.) „Atellanae poetam media Amphitheatri arena igni cremavit." Alia ignominia erat in corpore *semiustulato*. *Cic.* pro Milone c. 13. init. „Tu P. Clodii cruentum cadaver ejecisti domo, tu in publicum abjecisti; tu spoliatum imaginibus, exsequiis, pompa, lau-

que publico funere. [76] Testamentum duplex ante biennium fecerat: alterum sua, alterum liberti manu, sed eodem exemplo; obsignaveratque etiam humillimorum signis. Eo testamento heredes aequis partibus reliquit, Cajum ex Germanico, et Tiberium ex Druso, nepotes; substituitque invicem. Dedit et legata plerisque: inter quos virginibus Vestalibus, sed et militibus universis, plebique Romanae viritim, atque etiam separatim vicorum magistris.

---

datione, infelicissimis lignis *semiustulatum*, nocturnis canibus dilaniandum reliquisti." Id. c. 32. *amburere abjectum* dicit.

publico funere] *Dio* 58. fin. καὶ δημοσίας τε ταφῆς ἔτυχε καὶ ἐπῃνέθη ὑπὸ τοῦ Γαΐου. cf. Calig. 15.

eodem exemplo] i. e. eodem argumento. *Caes.* Civ. 3, 108.

heredes — reliquit] Cal. 14. „Tiberius testamento alterum nepotem suum, praetextatum adhuc, coheredem ei dederat." Sed irritam ejus voluntatem fecit Caligula. cf. *Dio* 59, 1.

substituitque] h. e. Tiberium secundum heredem fecit Cajo, et invicem, altero prius mortuo.

Dedit et legata] *Dio* 59, 2. ea Cajum dissolvisse, tradit. Ejus verba haec sunt: *τούς τε οὖν δορυφόρους εὐθὺς γυμνασίαν ποιουμένους θεασάμενος μετὰ τῆς γερουσίας, τάς τε καταλειφθείσας σφίσι κατὰ πεντήκοντα καὶ διακοσίας δραχμὰς διένειμε, καὶ ἑτέρας τοσαύτας προςεπέδωκε· καὶ τῷ δήμῳ τάς τε πέντε καὶ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν καὶ χιλίας μυριάδας (τοσαῦτα γὰρ αὐτῷ κατελείφθησαν) καὶ προςέτι τὰς ἑξήκοντα κατ' ἄνδρα δραχμάς, ἃς ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ ἐς τοὺς ἐφήβους ἐςγραφῇ οὐκ εἰλήφεσαν, μετὰ τόκου πεντεκαίδεκα ἄλλων δραχμῶν ἀπέδωκε. τοῖς τε γὰρ ἀστικοῖς καὶ τοῖς νυκτοφύλαξι, τοῖς τε ἔξω τῆς Ἰταλίας ἐκ τοῦ καταλόγου οὖσιν, εἴ τέ τι ἄλλο στράτευμα πολιτικὸν ἐν τοῖς μικροτέροις τείχεσιν ἦν, τὰ καταλειφθέντα διέλυσε· τουτέστι, τοῖς μὲν ἀστικοῖς, ἀνὰ πέντε καὶ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν δραχμάς, τοῖς δ' ἄλλοις ἅπασι, πέντε καὶ ἑβδομήκοντα.* De *vicorum magistris* v. Aug. 30.

C. CAESAR CALIGULA.

[1] Germanicus, C. Caesaris pater, Drusi et minoris Antoniae filius, a Tiberio patruo adoptatus, quaesturam quinquennio ante, quam per leges liceret, et post eam consulatum statim gessit. Missusque ad exercitum in Germaniam, excessu Augusti nunciato, legiones universas, Imperatorem Tiberium per-

et minoris Antoniae] *Plutarch.* Anton. 87. ἀπολειπομένων τῶν Ἀντωνίου καὶ Ὀκταβίας δυοῖν θυγατέρων, τὴν μὲν Δομίτιος Αἰνόβαρβος ἔλαβε, τὴν δὲ σωφροσύνῃ καὶ κάλλει περιβόητον Ἀντωνίαν Δροῦσος, ὁ Λιβίας υἱὸς, πρόγονος δὲ Καίσαρος. ἐκ τούτων ἐγένετο Γερμανικὸς καὶ Κλαύδιος. Pro *minoris* alii n. l. *junioris*, quod glossam recte judicat Oudendorp.

adoptatus] v. Tiber. c. 15. Factum a. 757. *Dio* 55, 13.

quinquennio ante] natus annos viginti et quod excurrit. Quaestor enim fuit a. 760. auctore *Dion.* 55, 31. quum vitam iniisset a. 739. Annus autem quaesturae legitimus inde ab Augusti temporibus erat aetatis vigesimus quintus, ut patet e *Dion.* 52, 20. et docet Lips. in exc. ad *Tac.* A. 3, 29.

consul. statim] i. e. praetermissa aedilitate et praetura a quaestura statim ad consulatum transiit, non eodem anno, sed quinquennio post, a. U. 765. *Dio* 56, 26. Γερμανικὸς τὴν ὕπατον ἀρχὴν μηδὲ στρατηγήσας ἐδέξατο.

Missus — in Germaniam] Multa omittit auctor, ad rem, quam agit, festinans, ut expeditionem Pannonicam a. 760. de qua *Dio* 55, 31. sequ. *Vell.* 2, 116. et res prius in Germania gestas, in quam missus jam fuerat a. 762. auctore *Dion.* 56, 25. Denuo id factum a. 766. *Vell.* 2, 123. „Caesar Augustus, quum Germanicum nepotem suum, reliqua belli patraturum, misisset in Germaniam sequ.“ Praefuit ibi octo legionibus. *Tac.* A. 1, 3. „Germanicum, Druso ortum, octo apud Rhenum legionibus imposuit.“ cf. Id. 1, 31.

tinacissime recusantes, et sibi summam Reipublicae deferentes, incertum, constantia an pietate majore, compescuit; atque, hoste mox devicto, triumphavit. Consul deinde iterum creatus, ac prius quam honorem iniret, ad componendum Orientis statum expulsus, quum Armeniae regem devicisset, Cappa-

---

legiones — compescuit] v. Nostr. Tiber. 25. *Tac.* 1, 31. sequ.

hoste mox devicto] v. *Tac.* 2, 50. sequ.

triumphavit] A. 770. *Tac.* 2, 41. „C. Caecilio, L. Pomponio Css. Germanicus Caesar a. d. VII. Kal. Junias triumphavit de Cheruscis Cattisque et Angrivariis, quaeque aliae nationes usque ad Albim colunt; vecta spolia, captivi, simulacra montium, fluminum, proeliorum: bellumque, quia conficere prohibitus erat, pro confecto accipiebatur sequ." cf. *Vell.* 2, 129. *Strabo* 7, 1. §. 3 et 4.

Consul — iter. creatus] A. 771. *Tac.* 2, 53. „Sequens annus Tiberium tertio, Germanicum iterum Consules habuit. sed eum honorem Germanicus iniit apud urbem Achajae Nicopolim, quo venerat per Illyricam oram, viso fratre Druso, in Dalmatia agente."

prius — expulsus] *Tac.* 2, 5. „Ceterum Tiberio haud ingratum accidit, turbari res Orientis; ut ea specie Germanicum suetis legionibus abstraheret, novisque provinciis impositum, dolo simul et casibus objectaret." Missus est Germanicus a. 770. statim post triumphum. *Tac.* 2, 43. „Tunc decreto Patrum permissae Germanico provinciae, quae mari dividuntur, majusque imperium, quoquo adisset, quam his, qui sorte aut missu Principis obtinerent."

Arm. regem devicisset] A. 771. *Tac.* 2, 56. „Armenii regem illa tempestate non habebant, amoto Vonone; sed favor nationis inclinabat in Zenonem, Polemonis regis Pontici filium, quod is prima ab infantia, instituta et cultum Armeniorum aemulatus, venatu, epulis, et quae alia barbari celebrant, proceres plebemque juxta devinxerat. Igitur Germanicus in urbe Artaxata, approbantibus nobilibus, circumfusa multitudine, insigne regium capiti ejus imposuit. ceteri venerantes regem, Artaxiam consalutavere, quod illi vocabulum indiderant ex nomine urbis." c. 58. „Vonones Pompejopolim, Ciliciae maritimam urbem, amotus est." Lips. ad *Tac.* 2, 56. jubet igitur n. l. legi vel *dejecisset*, vel, quod potius censet, et plerisque probavit, *dedisset*. Puto, Suetonium errasse, vel alium fontem secutum. Fortasse etiam Germanicus Armeniis in amovendo Vonone armis opem praesti-

dociam in provinciae formam redegisset, annum aetatis agens quartum et tricesimum diutino morbo Antiochiae obiit, non sine veneni suspicione. Nam praeter livores, qui toto corpore erant, et spumas, quae per os fluebant, cremati quoque cor inter ossa incorruptum repertum est: cujus ea natura existimatur, ut tinctum veneno igne confici nequeat. [2] Obiit autem, ut opinio fuit, fraude Tiberii, ministerio et opera Cn. Pisonis: qui sub idem tempus Syriae praepositus, nec dissimulans, offendendum sibi aut patrem, aut filium, quasi plane ita necesse esset, etiam aegrum Germanicum gravissimis verborum ac rerum acerbitatibus, nullo adhibito modo, affecit: propter quae, ut Romam rediit, paene discerptus a populo, a Senatu capitis damnatus est. [3] Omnes Germani-

---

terat, ut uterque scriptor possit conciliari. Ita fere vulgatam defendit etiam *Müllerus* Observ. p. 14.

Cappadociam — redegisset] perducto Romam rege Archelao. v. ad Tiber. 37. *Tac.* 2, 42. et 56. ubi: „At Cappadoces, in formam provinciae redacti, Q. Veranium Legatum accepere: et quaedam ex regiis tributis deminuta, quo mitius Romanum imperium speraretur." *Dio* 57, 17. καὶ ἡ Καππαδοκία τῶν τε Ῥωμαίων ἐγένετο, καὶ ἱππεῖ ἐπετράπη. *Strabo* 12, 1, 4. τελευτήσαντος τὸν βίον Ἀρχελάου τοῦ βασιλεύσαντος, ἔγνω Καῖσάρ τε καὶ ἡ σύγκλητος, ἐπαρχίαν εἶναι Ῥωμαίων αὐτήν. A. 771.

obiit] A. 772. natus a. 759. v. *Tac.* 2, 69—72. et notata supra ad Tiber. c. 52.

cor — confici nequeat] *Plin.* 11, 71. „Negatur cor cremari posse in iis, qui cardiaco morbo obierint; negatur et veneno interemtis. Certe exstat oratio Vitellii, qua reum Pisonem ejus sceleris coarguit, hoc usus argumento, palamque testatus, non potuisse ob venenum cor Germanici Caesaris cremari. Contra genere morbi defensus est Piso."

Cn. Pisonis] *Tac.* 2, 69. sequ. v. ad Tiber. 52.

Syriae praepositus] A. 770. *Tac.* 2, 43. „Sed Tiberius demoverat Syria Creticum Silanum, per affinitatem connexum Germanico, quia Silani filia Neroni, vetustissimo liberorum ejus, pacta erat; praefeceratque Cn. Pisonem, ingenio violentum et obsequii ignarum sequ."

damnatus est] *Tac.* 3, 10—15. et Not. Tib. l. c. *Dio* 57, 18. qui: ὁ δὲ Πείσων ἐς τὸ βουλευτήριον ἐπὶ τῷ φόνῳ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ

eo corporis animique virtutes, et quantas nemini cuiquam, contigisse, satis constat: formam et fortitudinem egregiam, ingenium in utroque eloquentiae doctrinaeque genere praecellens, benevolentiam singularem, conciliandaeque hominum gratiae, ac promerendi amoris mirum et efficax studium. Formae minus congruebat gracilitas crurum, sed ea quoque paulatim repleta, assidua equi vectatione post cibum. Hostem cominus saepe percussit. Oravit causas etiam triumphalis; atque inter cetera studiorum monumenta reliquit et comoedias Graecas. Domi forisque civilis: libera ac foederata oppida sine lictoribus adibat. Sicubi clarorum virorum sepulcra cognosceret, inferias Manibus dabat. Caesorum clade Variana veteres ac dispersas reliquias uno tumulo humaturus, colligere sua manu, et comportare primus

---

Τιβερίου εἰσαχθεὶς, ἀναβολήν τέ τινα ἐποιήσατο, καὶ ἑαυτὸν κατεχρήσατο.

Omnes — virtutes] v. *Tac.* 2, 13. et 73. ubi: „Et erant, qui formam, aetatem, genus mortis, ob propinquitatem etiam locorum, in quibus interiit, Magni Alexandri fatis adaequarent sequ." *Dio* 57, 18. κάλλιστος τὸ σῶμα, ἄριστος δὲ καὶ τὴν ψυχὴν ἔφυ· παιδείᾳ τε ἅμα καὶ ῥώμῃ διέπρεπε, καὶ ἔς τε τὸ πολέμιον ἀνδρειότατος ὢν, ἡμερώτατα τῷ οἰκείῳ προσεφέρετο· καὶ πλεῖστον ἰσχύων, ἅτε Καῖσαρ ὢν, ἐξ ἴσου τοῖς ἀσθενεστέροις ἐσωφρόνει· καὶ οὐδὲν οὐδὲ πρὸς τοὺς ἀρχομένους ἐπαχθὲς, οὔτε πρὸς τὸν Δροῦσον ἐπίφθονον, οὔτε πρὸς τὸν Τιβέριον ἐπαίτιον ἔπραττεν. ἀλλὰ συνελόντι εἰπεῖν, ἐν ὀλίγοις τῶν πώποτε οὔτε ἐξήμαρτέ τι ἐς τὴν ὑπάρξασαν αὐτῷ τύχην, οὔτ' αὐτὸς ὑπ' ἐκείνης διεφθάρη κ. τ. λ.

in utroque — genere] Graeco et Latino. v. ad Tiber. 70.

Oravit causas] *Dio* 56, 26. ubi de primo ejus consulatu sermo: ἐκ πολλῶν ᾠκειοῦτο τῷ πλήθει, καὶ ὅτι ὑπερεδίκει τινῶν, οὐχ ὅπως ἐπὶ τῶν ἄλλων δικαστῶν, ἀλλὰ καὶ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ Αὐγούστου. cf. *Ovid.* Fast. 1, 21. Patet autem, *triumphalem* dici ob ornamenta triumphalia prius accepta, quum statim post legitimum triumphum in Orientem profectus fuerit.

sine lictoribus] Athenis uno lictore usus est. *Tac.* 2, 53. „Hinc ventum Athenas, foederique sociae et vetustae urbis datum, ut uno lictore uteretur," ubi v. Lips.

aggressus est. Obtrectatoribus etiam, qualescunque et quantacunque de causa nactus esset, lenis adeo et innoxius, ut Pisoni, decreta sua rescindenti, clientelas divexanti, non prius succensere in animum induxerit, quam veneficiis quoque et devotionibus impugnari se comperisset: ac ne tunc quidem ultra progressus, quam ut et amicitiam ei more majorum renunciaret, mandaretque domesticis ultionem, si quid sibi accideret. [4] Quarum virtutum fructum uber-

---

Caesorum — aggressus est] A. 768. *Tac.* 1, 62. „Romanus exercitus, sextum post cladis annum, trium legionum ossa, nullo noscente, alienas reliquias an suorum humo tegeret, omnes, ut conjunctos, ut consanguineos, aucta in hostem ira, moesti simul et infensi condebant. Primum exstruendo tumulo caespitem Caesar posuit, gratissimo munere in defunctos, et praesentibus doloris socius. Quod Tiberio haud probatum, seu cuncta Germanici in deterius trahenti, sive exercitum imagine caesorum insepultorumque tardatum ad proelia et formidolosiorem hostium credebat."

divexanti] Recepi pro *diu vexanti* emendationem, quae Lipsio, Torrentio, Salmasio, in mentem venit, probatam etiam Wolfio. Infra Ner. 34. „neque in *divexanda* quicquam pensi habuit." Decreta rescissa a Pisone narrat *Tac.* 2, 69. „At Germanicus, Aegypto remeans, cuncta, quae apud legiones aut urbes jusserat, abolita, vel in contrarium versa cognoscit."

veneficiis qu. et devotionibus] *Tac.* c. c. v. ad Tiber. 52.

amicitiam — renunciaret] *Tac.* c. 70. „componit epistolas, quis amicitiam ei renunciabat," ad qu. l. v. excurs. Lipsii. — *Et* ante *amic.* abest in cod., cujus collatio est in manibus Cl. Mülleri.

mandaretque — ultionem] Oratio est apud *Tac.* c. 71. qui addit: „Juravere amici, dextram morientis contingentes, spiritum ante, quam ultionem, amissuros."

si quid sibi accideret] εἴ τι πάθοι, per euphemismum. Ernestius dicendum fuisse censet *accidisset*. Ita actio ulciscentium respiceretur, cui sane post mortem demum Germanici locus. Sed verba h. l. referuntur ipsius Germanici, mortem suam ut rem futuram et adhuc incertam cogitantis. *Acciderei* igitur optativus est aoristi. Ita c. 24. „quod *spe* occupandi Urbem, si quid sibi per tempestates *accideret*, remansisset." Auctor imperfecto usus est, quoniam retulit ad *spem*, scripturus *accidisset*, si retulisset ad: *occupandi Urbem*. Non minore injuria Ern. infra c. 29. de-

rimum tulit, sic probatus et dilectus a suis, ut Augustus, (omitto enim necessitudines reliquas,) diu cunctatus, an sibi successorem destinaret, adoptandum Tiberio dederit: sic vulgo favorabilis, ut plurimi tradant, quoties aliquo adveniret, vel sicunde discederet, prae turba occurrentium prosequentiumve nonnunquam eum discrimen vitae adisse: e Germania vero, post compressam seditionem, revertenti, praetorianas cohortes universas prodisse obviam, quamvis pronunciatum esset, ut duae tantummodo exirent; populi autem Romani sexum, aetatem, ordinem omnem usque ad vicesimum lapidem effudisse se. [5] Tamen longe majora et firmiora de eo judicia in morte ac post mortem exstitere. Quo defunctus est die, lapidata sunt templa, subversae Deûm arae, Lares a quibusdam familiares in publicum abjecti, partus conjugum expositi. Quin et barbaros ferunt, quibus intestinum, quibusque adversus nos bellum esset, velut in domestico communique moerore, consensisse ad inducias: regulos quosdam barbam posuisse, et uxorum capita rasisse, ad indicium maximi luctus: regum etiam regem et exerci-

---

maat: „cui tam diu non *prodesset* elleborum," rectam Latinitatem postulare dicens *profuisset*. Imo continuus usus ellebori neque eodem illo tempore intermissus, antea tamen et adhuc sine fructu, imperfecto optime significatur. Ita *Plutarch.* Ages. 3. χρόνον οὕτω πολὺν ἐν τῇ πόλει διάγων, αἰτίαν ἔσχε sequ., ubi διάγων particip. est imperfecti.

ut Augustus — destinaret] *Tac.* 4, 57. „Dubitaverat Augustus, Germanicum, sororis nepotem, et cunctis laudatum, rei Romanae imponere; sed precibus uxoris evictus, Tiberio Germanicum, sibi Tiberium adscivit."

adopt. Tiberio] v. c. l. et Tiber. 15.

lapidata) De usu hujus verbi v. Duker. ad *Flor.* 1, 22, 2.

barbam posuisse] Barbam ponere in luctu et capillos radere, gentibus Orientalibus erat solenne. Copiose de hoc more egerunt *Kirchmann.* de funer. Rom. 2, 14. et *Geierus* de Ebraeorum luctu c. 8. §. 5., nostri loci haud obliti.

regum et. regem] i. e. Parthorum regem, τὸν βασιλέα, τὸν

tatione venandi, et convictu Megistanum abstinuisse, quod apud Parthos justitii instar est. [6] Romae quidem, quum ad primam famam valetudinis attonita et moesta civitas sequentes nuncios opperiretur, et repente jam vesperi incertis auctoribus convaluisse tandem percrebruisset, passim cum luminibus et victimis in Capitolium concursum est, ac paene revulsae templi fores, ne quid gestientes vota reddere morarentur. Expergefactus e somno Tiberius est gratulantium vocibus, atque undique concinentium, *Salva Roma, salva patria, salvus est Germanicus.* Sed ut demum, fato functum, palam factum est, non solatiis ullis, non edictis inhiberi luctus publicus potuit, duravitque etiam per festos Decembris mensis dies. Auxit gloriam desideriumque defuncti etiam atrocitas insequentium temporum, cunctis nec te-

---

μέγαν βασιλέα. *Plutarch* Lucull. 14. Tigranes etiam, Armeniae rex, ob maximam potentiam βασιλεὺς βασιλέων dicitur. Id. Pompej. 38. hunc ducem dedignatum narrat, in literis τὸν Πάρθων βασιλέα βασιλέων προσαγορεῦσαι

Megistanum] i. e. procerum. *Tac.* A. 15, 27. *Megistanas Armenios* memorat. *Senec.* epist. 21. *Megistanas* et *Satrapas* conjungit. In N. T. idem voc. ter recurrit. *Marc.* 6, 21. Ἡρώδης τοῖς γενεσίοις αὐτοῦ δεῖπνον ἐποίει τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ. Apoc. 6, 15. οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς καὶ οἱ μεγιστᾶνες, et c. 18, 23. οἱ μεγιστᾶνες τῆς γῆς. Respondet Latinis: *optimates, magnates.*

repente jam — percrebruisset] *Tac.* 2, 82. „Forte negotiatores, vivente adhuc Germanico Syria egressi, laetiora de valetudine ejus attulere; statim credita, statim vulgata sunt; ut quisque obvius, quamvis leviter audita, in alios atque illi in plures cumulata gaudio transferunt. cursant per urbem, moliuntur templorum fores. juvit credulitatem nox, et promtior inter tenebras affirmatio. Nec obstitit falsis Tiberius, donec tempore ac spatio vanescerent. Et populus quasi rursum ereptum acrius doluit."

ne quid — morarentur] Recepi cum Burm. Oudend. Ernest. optimam lectionem. Vulg. *moraretur.* Sensus: ne fores se vota reddere gestientes *quid* (i. e. vel, aliquo modo v. aliquod momentum) *morarentur* i. e. detinerent. v. Ond.

Salva Roma — Germanicus] Versus trochaicus tetrameter catalecticus.

per festos Dec. m. dies] Saturnalia.

mere opinantibus, reverentia ejus ac metu repressam Tiberii saevitiam, quae mox eruperit. [7] Habuit in matrimonio Agrippinam, M. Agrippae et Juliae filiam, et ex ea novem liberos tulit: quorum duo infantes adhuc rapti, unus jam puerascens, insigni festivitate, cujus effigiem habitu Cupidinis in aede Capitolinae Veneris Livia dedicavit, Augustus in cubiculo suo positam, quotiescunque introiret, exosculabatur. Ceteri superstites patri fuerunt. Tres sexus feminini, Agrippina, Drusilla, Livilla, continuo triennio natae: totidem mares, Nero et Drusus et C. Caesar. Neronem et Drusum Senatus, Tiberio criminante, hostes judicavit. [8] C. Caesar natus est pridie Kalendas Septembres, patre suo et C. Fontejo Capitone Consulibus. Ubi natus sit, incertum diversitas tradentium facit. Cn. Lentulus Gaetulicus Tiburi genitum scribit; Plinius Secundus in Treveris, vico Ambiatino, supra Confluentes: addit etiam pro

---

reverentia — Tib. saevitiam] *Dio* 57, 19. Τιβέριος, ἐπεὶ τὸ ἀφαδρεῦον οὐκέτ' εἶχεν, ἐς πᾶν τοὐναντίον τῶν πρόσθεν εἰργασμένων αὐτῷ, πολλῶν ὄντων καὶ καλῶν, περιέστη.

Capit. Veneris] Commemoratur etiam Galb. 18, 5. v. *Nardini* Rom. vet. 5, 16., qui, utrum eadem atque *Erycinae Veneris* aedes fuerit, an *Calvae*, an et alterius, incertum se fatetur.

Neronem et Drusum] v. Tiber. 54.

prid. Kal. Sept.] Consentit *Dio* 59, 7. τὴν τελευταίαν τοῦ Αὐγούστου natalem ejus dicens. Annus fuit U. 765. v. c. l.

Cn. Lentulus Gaetulicus] Distinguendum Gaetulicum a Lentulo Augure, de quo dictum ad Tiber. 49., ac duos fuisse Gaetulicos, patrem, cujus mortem refert *Tac.* 4, 44. ad a. 778., et filium, de quo hic sermo, historiis carminibusque aeque celebrem, Consulem a. 779., interfectum a Caligula a. 792. ob conjurationem, (v. *Dion.* 59, 22. et Nostr. Claud. 9.) docet Lips. ad *Tac.* l. c., ubi scriptores, qui eum memoravere, citavit.

vico Ambiatino] De orthographia nominis (scribitur enim varie) locique situ v. *Cellar.* Geogr. Ant. 2, 3. p. 321. sequ. cf. *Mannert.* Geogr. Graec. et Rom. Vol. II. p. 185. sequ. — *Confluentes* sunt Mosellae et Rheni, hodie *Coblenz.* — Ceterum Plinii sententiam confirmat *Tac.* 1, 41. „infans *in castris* genitus, in contubernio legionum eductus, quem militari vocabulo Caligulam

argumento, aras ibi ostendi, inscriptas, OB AGRIPPINAE PUERPERIUM. Versiculi, imperante mox eo divulgati, apud hibernas legiones procreatum indicant:

In castris natus, patriis nutritus in armis,
Jam designati Principis omen erat.

Ego in actis, Antii editum, invenio. Gaetulicum refellit Plinius, quasi mentitum per adulationem, ut ad laudes juvenis gloriosique Principis aliquid etiam ex urbe Herculi sacra sumeret; abusumque audentius mendacio, quod ante annum fere natus Germanico filius Tiburi fuerat, appellatus et ipse C. Caesar; de cujus amabili pueritia immaturoque obitu supra diximus. Plinium arguit ratio temporum. Nam qui res Augusti memoriae mandarunt, Germanicum exacto consulatu in Galliam missum, consentiunt, jam nato Cajo. Nec Plinii opinionem inscriptio arae quicquam adjuverit, quum Agrippina bis in ea regione filias enixa sit, et qualiscunque partus, sine ullo sexus discrimine, *puerperium* vocetur; quod antiqui etiam puellas *pueras*, sicut et pueros *puellos* dictitarent. Exstat et Augusti epistola, ante paucos, quam obiret, menses ad Agrippinam neptem ita scripta de Cajo hoc, (neque enim quisquam jam alius infans nomine pari tunc supererat:) *Puerum Cajum quintodecimo Kalendas Junii, si Dii volent, ut ducerent Talarius et Asellius, heri cum his constitui. Mitto praeterea cum eo ex servis meis medicum, quem, scripsi Germanico, si vellet, ut retineret. Valebis, mea Agrip-*

---

appellabant sequ." Pro Tacito pugnat Lipsius in excursu ad l. c., pro Suetonio Ernestius ad nostrum. Arbiter hodie nemo fuerit, nec refert, tam accurate scire natale solum monstri. Optime tamen Oudend. disputat in nota 6. ad hoc caput, qua Suetonii argumenta confirmat.

urbe Herculi sacra] v. ad Aug. 72.

puerperium] *Priscian.* l. 6. „*Pueri* femininum *pueram* dicebant antiquissimi, unde et *puerpera*, quae *puerum* vel *pueram* parit." Idem docet voc. *puella* i. e. *puerula*.

pina, et dabis operam, ut valens pervenias ad Germanicum tuum. Abunde arbitror parere, non potuisse ibi nasci Cajum, quo prope bimulus demum perductus ab Urbe sit. Versiculorum quoque fidem eadem haec elevant; et eo facilius, quod hi sine auctore sunt. Sequenda est igitur, quae sola [actorum] restat [et] publici instrumenti auctoritas: praesertim quum Cajus Antium, omnibus semper locis atque secessibus praelatum, non aliter, quam natale solum, dilexerit; tradaturque etiam, sedem ac domicilium imperii taedio Urbis transferre eo destinasse. [9] Caligulae cognomen castrensi joco traxit, quia manipulario habitu inter milites educabatur. Apud quos quantum praeterea per hanc nutrimentorum consuetudinem amore et gratia valuerit, maxime cognitum est, quum post excessum Augusti tumultuantes, et in furorem usque praecipites, solus haud dubie conspectu suo flexit. Non enim prius destiterunt, quam ablegari eum ob seditionis periculum, et in proximam civitatem demandari, animadvertissent. Tunc demum ad poenitentiam versi, repreuso ac retento

---

[*actorum*] *rest.* [*et*] *publ. instr.*] Cum Casaubono, Graevio et Oudend. *actorum* in textum venisse puto ex interpretatione *publici instrumenti*, quod patet etiam ex vitiosa in omnibus libris scriptione. Recepto vocab. *actorum* addidit aliquis *et* ante *publ. instr.* Wolfius utrumque omisit. Nisi sequeretur *auctoritas*, suaderem; *sequenda est igitur auctori, quae sola* sequ.

Caligulae] *Tac.* 1, 41. „Militari vocabulo Caligulam appellabant, quia plerumque ad conciliandα vulgi studia eo tegmine pedum induebatur.“ *Dio* 57, 5. Γάϊον Καλιγόλαν, ὅτι ἐν τῷ στρατοπέδῳ τὸ πλεῖστον τραφεὶς, τοῖς στρατιωτικοῖς ὑποδήμασιν ἀντὶ τῶν ἀστικῶν ἐχρῆτο, προσωνόμαζον. Idem *Victor* Epit. c. 3. et Caes. 3., *Senec.* de constant. cap. 18. De hoc calciamenti genere v. Jul. *Nigronum* de caliga c. 4., *Balduini* calceum antiquum c. 13. et *Ruben.* de re vestiaria 2, 1.

in proximam civitatem] in Treveros. v. *Tac.* 1, 40. sequ. *Dio* l. c. τήν τε γυναῖκα αὐτοῦ Ἀγριππῖναν, καὶ τὸν υἱὸν, ὑπεκπεμφθέντας ποι ὑπὸ τοῦ Γερμανικοῦ, συνέλαβον. καὶ τὴν μὲν Ἀγριππῖναν ἐγκύμονα οὖσαν ἀφῆκαν αὐτῷ δεηθέντι, τὸν δὲ δὴ Γάϊον κατέσχον.

vehiculo, invidiam, quae sibi fieret, deprecati sunt. [10] Comitatus est patrem et Syriaca expeditione. Unde reversus primum in matris, deinde, ea relegata, in Liviae Augustae proaviae suae contubernio mansit: quam defunctam praetextatus etiam tum pro Rostris laudavit. Transiitque ad Antoniam aviam, et unetvicesimo aetatis anno, accitus Capreas a Tiberio, uno atque eodem die togam sumsit, barbamque posuit, sine ullo honore, qualis contigerat tirocinio fratrum ejus. Hic omnibus insidiis tentatus elicientium cogentiumque se ad querelas, nullam unquam occasionem dedit, perinde obliterato suorum casu, ac si nihil cuiquam accidisset: quae vero ipse pateretur, incredibili dissimulatione transmittens; tantique in avum, et qui juxta erant, obsequii, ut non im-

---

repreuso — deprecati sunt] *Tac.* „Sed nihil aeque flexit, quam invidia in Treveros; orant, obsistunt, rediret, maneret, pars Agrippinae occursantes, plurimi ad Germanicum regressi.“ *Invidia fiebat* militibus, quod apud Treveros tutius mansuros dux judicaverat suos, quam in illorum castris.

praetextatus etiam tum] annos natus 16. quum lucem vidisset a. 765., Livia obiret a. 782. v. Tiber. 51.

pro Rostris laudavit] *Tac.* 5, 1. „Laudata est pro Rostris a C. Caesare pronepote, qui mox rerum potitus est.“

unetvicesimo] Recepi Oudend. emendationem, jubente etiam Wolfio. Vulgo *undevicesimo* et *inde vicesimo*. Sed *Tac.* 6, 20. ad a. 786., aetatis Caji unetvicesimum: „Sub idem tempus C. Caesar, discedenti Capreas avo comes, Claudiam, M. Silani filiam, conjugio accepit.“ Id autem factum, auctore Nostro c. 12., *non ita multo post* sumtam togam. Alias dixisset: *insequenti anno*.

barbamque posuit] Quae initae virilis aetatis solennitas festo celebrari solebat. v. Ruperti ad *Juvenal.* 8, 186.

qualis contig. — tirocinio fr.] v. ad Tiber. 54.

elicientium — querelas] i. e. elicientium querelas, et cogentium se ad querelas. In utroque verbo est conatus sine effectu.

obliterato suorum casu] *Tac.* 6, 20. „immanem animum subdola modestia tegens, non damnatione matris, non exsilio fratrum rupta voce; qualem diem Tiberius induisset, pari habitu, haud multum distantibus verbis“ ubi conjicio legendum: „*qualem* sc. habitum *in diem* (i. e. καθ᾽ ἡμέραν) Tiberius induisset, pari habitu.“

merito sit dictum, *nec servum meliorem ullum, nec deteriorem dominum fuisse.* [11] Naturam tamen saevam atque probrosam nec tunc quidem inhibere poterat, quin et animadversionibus poenisque ad supplicium datorum cupidissime interesset, et ganeas atque adulteria, capillamento celatus et veste longa, noctibus obiret, ac scenicas saltandi canendique artes studiosissime appeteret; facile id sane Tiberio patiente, si per has mansuefieri posset ferum ejus ingenium, quod sagacissimus senex ita prorsus perspexerat, ut aliquoties praedicaret, *exitio suo omniumque Cajum vivere: et, se natricem* (serpentis id genus) *populo Romano, Phaëthontem orbi terrarum educare.* [12] Non ita multo post Juniam Claudillam, M. Silani nobilissimi viri filiam, duxit uxorem. Deinde Augur in locum fratris sui Drusi destinatus, prius quam inauguraretur, ad pontificatum traductus

---

saevam atque probrosam] *saevam*, quod suppliciis interesse; *probrosam*, quod ganeas atque adulteria obire solebat.

quod sag. — perspexerat] *Dio* 58, 23. οὔτε ἕτερόν τινα ὁμοίως πάνυ προσήκοντα ἑαυτῷ ἔχων (Tiberius), καὶ ἐκεῖνον κάκιστον εἰδὼς ἐσόμενον, ἀσμένως (ὥς φασι) τὴν ἀρχὴν αὐτῷ ἔδωκεν· ὅπως τά τε ἑαυτοῦ τῇ τοῦ Γαΐου ὑπερβολῇ συγκρυφθῇ, καὶ τὸ πλεῖον τό τε εὐγενέστατον τῆς λοιπῆς βουλῆς καὶ μετ' αὐτὸν φθαρῇ. λέγεται γοῦν πολλάκις ἀναφθέγξασθαι τοῦτο δὴ τὸ ἀρχαῖον· Ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί. Nepotem etiam suum e Druso, Tiberium, a Cajo interemtum iri, perspexerat, auctore eodem Dione c. c. τῷ Γαΐῳ ὡς καὶ μοναρχήσοντι προσεῖχε, καὶ μάλισθ' ὅτι τὸν Τιβέριον καὶ ὀλίγον χρόνον βιώσεσθαι, καὶ ὑπ' αὐτοῦ ἐκείνου φονευθήσεσθαι σαφῶς ἠπίστατο. ἠγνόει μὲν γὰρ οὐδὲν οὐδὲ τῶν κατὰ τὸν Γάϊον· ἀλλὰ καὶ εἶπέ ποτε αὐτῷ, διαφερομένῳ πρὸς τὸν Τιβέριον, ὅτι· Σύ τε τοῦτον ἀποκτενεῖς, καὶ σὲ ἄλλοι. cf. *Tac*, 6, 46.

serpentis id genus] Manifestum glossema. Ita jam alii judicarunt.

Juniam Claudillam] A. 786. *Tac.* 6, 20. „Sub idem tempus C. Caesar, discedenti Capreas avo comes, Claudiam, M. Silani filiam, conjugio accepit." *Dio* 58, 25. ad a. 788. refert: Τιβέριος ἐν Ἀντίῳ τοὺς τοῦ Γαΐου γάμους ἑώρταζεν.

in locum — Drusi] qui periit a. 786. v. ad Tib. 54.

ad pontificatum] Si Dioni fides, biennio ante. Is enim 58, 8.

est: insigni testimonio pietatis atque indolis, quum, deserta desolataque reliquis subsidiis aula, Sejano hoste tunc suspecto, mox et oppresso, ad spem successionis paulatim admoveretur. Quam quo magis confirmaret, amissa Junia ex partu, Enniam Naeviam, Macronis uxorem, qui tum praetorianis co-

---

ad a. 784. ἔκ τε οὖν τούτων ὁ Σηϊανὸς αὖθις ἠλλοιοῦτο, καὶ διότι καὶ τὸν Γάϊον ὁ Τιβέριος ἱερέα ἀποδείξας ἐπῄνεσε, καί τι καὶ ὡς διάδοχον αὐτὸν τῆς μοναρχίας ἕξων ἐνεδείκνυτο. Caji nomen quaerit etiam Reimar. in his c. 7. verbis: ὁ Τιβέριος ἱερέας μετ' αὐτοῦ τε καὶ ἐκεῖνον (Sejanum) καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐποίησε, ubi nullus dubito, quin pro μετ' αὐτοῦ τε scribendum sit μετὰ Γαΐου. Id quidem certum, Suetonium nimio brevitatis studio tempora paulum miscuisse. Nam pontificatum Caji ad a. 784. pertinere, docent praeter Dionis l. c. verba: *Sejano hoste — oppresso*. Constat enim, Sejanum obiisse a. 784. Sed quum Augurem factum narrasset Cajum, subjungit statim auctor pontificatus mentionem, quamquam biennio ante in illum collati. Quod Oudendorpium verba adhuc vexant *Dionis* c. 7. ὁ δ' οὖν Τιβέριος ταῖς μὲν ἱερωσύναις ἐτίμησεν αὐτόν, οὐ μὴν καὶ μετεπέμψατο, ἀλλὰ καὶ αἰτησαμένῳ οἱ, ὅπως ἐς τὴν Καμπανίαν ἐπὶ προφάσει τῆς μελλονύμφου νοσησάσης ἔλθῃ, κατὰ χώραν μεῖναι προςέταξεν, ὡς καὶ αὐτὸς ὅσον οὔπω ἐς τὴν Ῥώμην ἀφιξόμενος, id tribuendum errori, quem cum Fabricio aliisque Dionis interpretibus erravit, de Cajo intelligentibus, quae ad Sejanum pertinent. Verum vidit Reimarus.

insigni testimonio] sc. a Tiberio de pietate Caji erga se atque indole lato.

reliquis subsidiis] mortuis Germanico et Druso, filio Tiberii, sublatis fratribus Caji, Druso et Nerone. Quod *ad spem successionis admotum* dicit, id *Dio* locis supra citatis: ὡς διάδοχον αὐτὸν τῆς μοναρχίας ἕξων ἐνεδείκνυτο et: τῷ Γαΐῳ ὡς καὶ μοναρχήσοντι προςεῖχε.

amissa Junia ex partu] *Dio* 59, 8. ad a. 790. τὴν θυγατέρα τοῦ Σιλανοῦ ἐκβαλόντα ad Orestillae, de qua v. c. 25., nuptias eum processisse dicit. Cum Nostro consentit *Tac.* 6, 45. mortem Juniae Claudiae ad a. 789. referens. *Philo* etiam legat. ad Caj. ὠκύμορον ἀποθανοῦσαν tradit.

Enniam Naeviam, Macronis uxorem] Naevius Sertorius Macro (ita enim appellatur *Dion.* 58, 9.) praecipuam Tiberio operam praestiterat in opprimendo Sejano, cui successit in cohortium praetorianarum praefectura, *Sejano deterior*, ut Arruntius apud *Tac.* 6, 48., postea a Cajo ad mortem adactus. v. infra ad c. 26. Caji cum uxore ejus consuetudinem *Tac.* 6, 45. ita narrat: „Ni-

hortibus praeerat, sollicitavit ad stuprum, pollicitus et matrimonium suum, si potitus imperio fuisset: deque ea re et jurejurando, et chirographo cavit. Per hanc insinuatus Macroni, veneno Tiberium aggressus est, ut quidam opinantur: spirantique adhuc detrahi anulum, et, quoniam suspicionem retinentis dabat, pulvinum jussit injici, atque etiam fauces manu sua oppressit, liberto, qui ob atrocitatem facinoris exclamaverat, confestim in crucem acto. Nec abhorret a veritate, quum sint quidam auctores, ipsum postea, etsi non de perfecto, at certe de cogitato quondam parricidio, professum. Gloriatum enim esse assidue, in commemoranda sua pietate, *ad ulciscendam necem matris et fratrum introisse se cum pugione cubiculum Tiberii dormientis, et misericordia correptum, abjecto ferro recessisse: nec illum, quamquam sensisset, aut inquirere quicquam, aut exsequi ausum.* [13] Sic imperium adeptus, populum Romanum, vel dicam hominum genus, voti compotem fecit, exoptatissimus Princeps maximae parti provincialium ac militum, quod infantem plerique cognoverant; sed et

---

mia jam potentia Macronis, qui gratiam C. Caesaris, nunquam sibi neglectam, acrius in dies ferebat, impuleratque, post mortem Claudiae, quam nuptam ei retuli, uxorem suam Enniam, immittendo amore juvenem illicere, pactoque matrimonii vincire, nihil abnuentem, dum dominationis apisceretur. Nam, etsi commotus ingenio, simulationum tamen falsa in sinu avi perdidicerat." *Dio* 58, 28. ἅτε γὰρ κακῶς ἤδη τοῦ Τιβερίου νοσοῦντος, τὸν νεανίσκον ἐθεράπευε (Macro)· καὶ μάλισθ᾽ ὅτι ἐς ἔρωτα αὐτὸν τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς Ἐννίας Θρασύλλης προὐτῆκτο. Hic locus, comparatus cum superiori 58, 9. certam fere reddit emendationem Casauboni: *Enniam, Naevii Macronis uxorem.*

Tiberium aggressus est] v. Tiber. 73. Mox pro *retinentis* Reines. ad marginem ed. Casaub. conjecit: *renitentis.*

et miser.] Alii suasere *sed*, Müller. *at.*

voti compotem] Grammatice quidem refertur hoc ad *populum Rom.*; at simul complectitur *genus hom.*; de quo zeugmate v. Perizon. ad Sanctium p. 712. Wolf.

universae plebi urbanae ob memoriam Germanici patris, miserationemque prope afflictae domus. Itaque ut a Miseno movit, quamvis lugentis habitu, et funus Tiberii prosequens, tamen inter altaria et victimas, ardentesque tedas, densissimo et laetissimo obviorum agmine incessit, super fausta omina *sidus* et *pullum* et *puppum* et *alumnum* appellantium. [14] Ingressoque Urbem, statim consensu Senatus et irrumpentis in Curiam turbae, irrita Tiberii voluntate, qui testamento alterum nepotem suum, prae-

---

a Miseno] ubi obierat Tiberius. v. Tiber. 72. et 75.

inter altaria — tedas] v. Lips. ad *Tac.* Hist. 2, 70., Casaub. ad h. l.

omina] Ita dedi cum Gronov. Burm. Wolfio. Vulg. *nomina*. *Josephus* ἐπιβοήσεις εὐφήμους dicit, et Noster *super* i. e. praeter faustas alias acclamationes s. omina, blanda ei nomina data refert. Supra Aug. 57. „Revertentem ex provincia non solum *faustis ominibus*, sed et modulatis carminibus prosequebantur."

alumnum] Ipse se υἱὸν καὶ τρόφιμον Senatorum ferebat. *Dio* 59, 6.

irrita Tib. voluntate] de qua v. Tib. 76. *Dio* 59, 1. ἐκεῖνος (Tiberius) καὶ τῷ Τιβερίῳ τῷ ἐγγόνῳ (Tiberio Gemello, e Druso filio et Livilla nepoti) τὴν αὐταρχίαν κατέλιπεν· ὁ δὲ δὴ Γάϊος τὰς διαθήκας αὐτοῦ ἐς τὸ συνέδριον διὰ τοῦ Μάκρωνος ἐσπέμψας, ἀκύρους ὑπό τε τῶν ὑπάτων καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων τῶν προπαρεσκευασμένων οἱ, ὡς καὶ παραφρονήσαντος ἐποίησεν· ὅτι παιδίῳ, ᾧ μηδὲ ἐσελθεῖν ἐς τὸ βουλευτήριον ἐξῆν, ἄρχειν σφᾶς ἐπέτρεψε. τότε τε οὖν παραχρῆμα οὕτως αὐτὸν τῆς ἀρχῆς παρέλυσε, καὶ μετὰ τοῦτο ποιησάμενος ἀπέκτεινε· καίπερ ὁ Τιβέριος πολλαχῆ τὰ αὐτὰ γράψας, ὡς καὶ ἰσχύν τινα παρὰ τοῦτο ἕξοντα, κατέλιπε, καὶ πάντα τότε ἐκεῖνα ὑπὸ τοῦ Μάκρωνος ἐν τῇ γερουσίᾳ ἀνεγνώσθη. Curia nondum patebat juveni Tiberio, ut *praetextato adhuc*. *Coheredem* autem *imperii* constitutum eum fuisse, praeter verba Dionis et Xiphilini, qui: τὸν Τιβέριον — αὐτοκράτορα σὺν αὐτῷ ἀπέδειξε, docent Josephus et Philo. Apud illum enim 18, 8. Tiberius moriens Cajo nepotem ut imperii consortem commendat. Hic legat. ad Caj. p. 771. συναγαγὼν ὁ Γάϊος τοὺς ἐν τέλει, βούλομαι μέν, ἔφη, τὸν γένει μὲν ἀνεψιόν, εὐνοίᾳ δὲ ἀδελφόν, ἑπόμενος καὶ τῇ τοῦ τελευτήσαντος Τιβερίου γνώμῃ, κοινοπραγεῖν τῆς αὐτοκρατοῦς ἐξουσίας. ὁρᾶτε δὲ καὶ αὐτοὶ νήπιον ἔτι ὄντα κομιδῇ, καὶ χρῄζοντα ἐπιτρόπων καὶ διδασκάλων καὶ παιδαγωγῶν. Alio loco κοινωνὸν ἀπολειφθέντα τῆς ἀρχῆς dicit. Idem patet ex verbis Nostri, quibus *jus arbi-*

textatum adhuc, coheredem ei dederat, jus arbitriumque omnium rerum illi permissum est, tanta publica laetitia, ut tribus proximis mensibus, ac ne totis quidem, supra centum sexaginta millia victimarum caesa tradantur. Quum deinde paucos post dies in proximas Campaniae insulas trajecisset, vota pro reditu suscepta sunt; ne minimam quidem occasionem quoquam omittente in testificanda sollicitudine et cura de incolumitate ejus. Ut vero in adversam valetudinem incidit, pernoctantibus cunctis circa Palatium, non defuerunt, qui, depugnaturos se armis pro salute aegri, quique capita sua titulo proposito voverent. Accessit ad immensum civium amorem notabilis etiam externorum favor. Namque Artabanus, Parthorum rex, odium semper contemtumque

---

triumque omnium rerum Cajo *permissum* refert. Frustra difficultates quaesivit Casaubonus, ubi nullae sunt.

in prox. Campaniae ins.] Alterum ejus iter in Campaniam ad a. 792. refert *Dio* 59, 13. — Mox *in test. sollicitudine* est: ubi sollicitudinem testificari posset v. ubi id ageret, ut sollicitudinem testificaretur, ne quis nove dictum censeat cum Ernestio pro: testificandae sollicitudinis. Utrumque enim, prouti sententiam capias, aeque bene dicitur. Müller. nimis arctis finibus circumscribit auctoris sententiam, subaudiens: *vota suspiciendi* post *occasionem*.

in advers. valet.] octavo imperii mense per intemperantiam, ut narrat *Philo* p. 769. *Dio* 59, 8. μετὰ τοῦτο νοσήσας, αὐτὸς μὲν οὐκ ἀπέθανε, τὸν δὲ δὴ Τιβέριον — ἀνεχρήσατο.

depugnaturos se] v. c. 27. In sua capita deflectere se putabant Deorum iram destinatamque alicui mortem, qui pro salute ejus ita se devovebant. Apte Casaub. comparat Neron. 36. Eadem sententia veterum frequentibus pro patria devotionibus causa fuit. Postea *titulo proposito* est: formula devotionis in tabula publice proposita.

Artabanus] v. Tiber. 66. Coactum a L. Vitellio, Syriae praeposito, Artabanum tanta verecundia Cajum prosecutum esse, ad a. 793. narrat *Dio* 59, 27., quocum consentit Noster Vitell. 2. ubi vide. Quum tamen h. l. *ultro* ad colloquium venisse regem, dicat, idque primo imperii Caligulae anno, mutasse postea de hoc Caesare Artabanus videtur sententiam, fortasse offensus contumelia Darii Arsacidae, qui obses Romae erat, de qua v. infra c. 19., sed ad pristinum officium revocatus a Vitellio. Suetonium

Tiberii prae se ferens, amicitiam ejus ultro petiit; venitque ad colloquium legati consularis, et transgressus Euphratem, aquilas et signa Romana, Caesarumque imagines adoravit. [15] Incendebat et ipse studia hominum omni genere popularitatis. Tiberio cum plurimis lacrimis pro concione laudato, funeratoque amplissime, confestim Pandateriam et Pontias, ad transferendos matris fratrisque cineres, festinavit, tempestate turbida, quo magis pietas emineret: adiitque venerabundus, ac per semet in urnas condidit. Nec minore scena Ostiam, praefixo in biremis puppe vexillo, et inde Romam Tiberi subvectos, per splen-

---

certe eandem rem duobus locis ita sui immemorem tradidisse, vix credibile est. Diversa in excursu ad h. l. disputat Ernest. parum probabilia.

Incendebat] MS., cujus collationem commodavit mihi Cel. Müllerus, habet *intendebat*, quod probat vir ille doctissimus loco Tiber. 62. „*auxit intenditque* saevitiam."

Tiberio — laudato] *Dio* 58, 28. ἐπηνέθη ὑπὸ τοῦ Γαΐου. Idem tamen 59, 3. τὸν Τιβέριον αὐτόν, ὃν καὶ πάππον προςωνόμαζε, τῶν αὐτῶν τῷ Αὐγούστῳ τιμῶν παρὰ τῆς βουλῆς τυχεῖν ἀξιώσας, ἔπειτα, ἐπειδὴ μὴ παραχρῆμα ἐψηφίσθησαν, (οὔτε γὰρ τιμῆσαι αὐτὸν ὑπομένοντες, οὔτ' ἀτιμάσαι θαρσοῦντες, ἅτε μηδέπω τὴν τοῦ νεανίσκου γνώμην σαφῶς εἰδότες, ἐς τὴν παρουσίαν αὐτοῦ πάντα ἀνεβάλλοντο) οὐδενὶ ἄλλῳ πλὴν τῇ δημοσίᾳ ταφῇ ἤγαλε, νυκτός τε ἐς τὴν πόλιν τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐςαγαγών, καὶ ἅμα τῇ ἕῳ προθέμενος. ἐποιήσατο μὲν γὰρ καὶ λόγους ἐπ' αὐτῷ, ἀλλ' οὔτιγε καὶ ἐκεῖνον οὕτως ἐπαινῶν, ὡς τοῦ τε Αὐγούστου καὶ τοῦ Γερμανικοῦ τὸν δῆμον ἀναμιμνήσκων, καὶ ἑαυτὸν αὐτῷ παρακατατιθέμενος.

matris fratrisque cineres] v. Tiber. 54. *Dio* 59, 3. τὰ ὀστᾶ τά τε τῆς μητρὸς καὶ τῶν ἀδελφῶν τῶν ἀποθανόντων, αὐτός τε πλεύσας καὶ αὐτὸς αὐτοχειρίᾳ ἀνελόμενος ἐκόμισε, καὶ ἐς τὸ τοῦ Αὐγούστου μνῆμα κατέθετο, τὸ ἱμάτιον τὸ περιπόρφυρον ἐνδύς, καὶ ῥαβδούχοις τισίν, ὥςπερ ἐν ἐπινικίοις, κοσμηθείς. τά τε ψηφισθέντα κατ' αὐτῶν πάντα ἀπήλειψε, καὶ τοὺς ἐπιβουλεύσαντας σφίσι πάντας ἐκόλασε, τούς τε φεύγοντας δι' αὐτοὺς κατήγαγε. Ceterum accuratius Noster *matris fratrisque* cineres dicit, quorum illa in insula *Pandateria*, hic in *Pontia* perierat, (mallem enim cum Torrentio h. l. scribere *Pontiam*, ut Tib. 54.; quod duplici forma idem auctor usus esse non videtur), quum Drusus Romae in Palatio interfectus fuisset, quamquam credibile est, hujus cineres eodem cum illis honore fuisse conjunctos.

didissimum quemque equestris ordinis, medio ac frequenti die duobus ferculis Mausoleo intulit. Inferiasque his annua religione publice instituit: et eo amplius matri Circenses, carpentumque, quo in pompa traduceretur. At in memoriam patris Septembrem mensem *Germanicum* appellavit. Post haec Antoniae aviae, quicquid unquam Livia Augusta honorum cepisset, uno Senatusconsulto congessit. Patruum Claudium, Equitem Romanum ad id tempus, collegam sibi in consulatu assumsit. Fratrem Tiberium die virilis togae adoptavit, appellavitque *principem juventutis*. De sororibus auctor fuit, ut omni-

---

frequenti die] Inutilis mutatio est Lipsii et Torrentii: *ferventi*, tautologiam etiam auctori inferens pro sententia satis commoda.

carpentumque] tensam. v. Caes. 76. Omnino de usu carpenti v. Lips. ad *Tac.* A. 12, 42.

Antoniae aviae] *Dio* 59, 3. τὴν τήθην τὴν Ἀντωνίαν Αὐγοῦσταν τε εὐθὺς καὶ ἱέρειαν τοῦ Αὐγούστου ἀποδείξας, πάντα αὐτῇ καθάπαξ, ὅσα ταῖς ἀειπαρθένοις ὑπάρχει, ἔδωκε, ubi v. Fabric. numos comparantem, in quibus Antonia *Sacerdos Augusti* dicitur, et inscriptionem apud *Gruterum* p. CCXXXVI, 9.

Claudium — assumsit] A. 790. *Dio* 59, 6. αὐτὸς ὑπάτευσε, τὸν Κλαύδιον τὸν θεῖον προςλαβών. οὗτος γὰρ ἔν τε τοῖς ἱππεῦσι μέχρι τότε ἐξεταζόμενος, καὶ πρεσβευτὴς πρὸς τὸν Γαΐον, μετὰ τὸν τοῦ Τιβερίου θάνατον, ὑπὲρ τῆς ἱππάδος πεμφθεὶς, τότε πρῶτον, καίπερ ἓξ καὶ τεσσαράκοντα ἔτη βεβιωκὼς, καὶ ὑπάτευσεν ἅμα καὶ ἐβούλευσεν. In equestri ordine remanserat hucusque, legitimis honoribus, qui aditum in Curiam darent, a Tiberio exclusus. v. Claud. 5.

Fratrem Tiberium] *Dio* 59, 8. τὸν Τιβέριον, καίπερ ἔς τε τοὺς ἐφήβους ἐγγραφέντα, καὶ τῆς νεότητος προκριθέντα, καὶ τέλος ἐςποιηθέντα, ἀνεχρήσατο. Fratrem dicit patruelem.

De sororibus] *Dio* 59, 8. ταῖς ἀδελφαῖς ταῦτά τε τὰ τῶν ἀειπαρθένων (quae aviae Antoniae), καὶ τὸ τὰς ἱπποδρομίας οἱ ἐν τῇ αὐτῇ προεδρίᾳ συνθεᾶσθαι, τό τε τάς τε εὐχὰς τὰς κατ᾽ ἔτος ὑπὸ τῶν ἀρχόντων καὶ ὑπὸ τῶν ἱερέων ὑπέρ τε ἑαυτοῦ καὶ ὑπὲρ τοῦ δημοσίου ποιουμένας, καὶ τοὺς ὅρκους τοὺς ἐς τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ, φέρεσθαι καὶ ὑπὲρ ἐκείνων ὁμοίως, ἔνειμε. Id. c 9. in acta Tiberii non jurandum narrat, additque: περὶ δὲ δὴ τοῦ Αὐγούστου τοῦ τε Γαΐου τά τε ἄλλα ὥςπερ εἴθιστο, καὶ ὅτι καὶ σφῶν αὐτῶν καὶ τῶν τέκνων καὶ

bus sacramentis adjiceretur, NEQUE ME LIBEROSQUE MEOS CARIORES HABEBO, QUAM CAJUM HABEO ET SORORES EJUS; item relationibus Consulum: QUOD BONUM FELIXQUE SIT C. CAESARI SORORIBUSQUE EJUS. Pari popularitate damnatos relegatosque restituit: criminumque, si qua residua ex priore tempore manebant, omnium gratiam fecit. Commentarios, ad matris fratrumque suorum causas pertinentes, ne cui postmodum delatori aut testi maneret ullus metus, convectos in Forum, et ante clare obtestatus Deos, neque legisse, neque attigisse quicquam, concremavit. Libellum de salute sua oblatum non recepit, contendens, *nihil sibi admissum, cur cuiquam invi-*

ἐκεῖνον καὶ τὰς ἀδελφὰς αὐτοῦ προτιμήσουσιν, ὤμοσαν, καὶ τάς τε εὐχὰς ὑπὲρ πάντων αὐτῶν ὁμοίως ἐποιήσαντο, ex quo loco recte Casaub. nostro asserit *habebo*, quod Memm. exhibet, quum alii dent: *habeo*. Dio enim: προτιμήσουσιν. Atque ita suaserat jam Lips. ad *Tac*. A. 15, 67.

criminumque — gratiam fecit] Majestatis crimina intelligit, unde *Dion*. 59, 4. τὰ τῆς ἀσεβείας ἐγκλήματα παύσας dicitur, et c. 6. τὰ ἐγκλήματα τῆς ἀσεβείας, οἷσπερ καὶ τὰ μάλιστα πονουμένους σφᾶς ἑώρα, κατέλυσε.

Commentarios — concremavit] *Dio* 59, 4. καὶ τοῖς συστᾶσιν ἐπί τε τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα, τούς τε ἀδελφοὺς αὐτοῦ, τήν τε ὀργὴν ἀφεὶς, ὡς ἔλεγε, καὶ τὰ γραμματα αὐτῶν καταφλέξας, παμπληθεῖς ἐξ αὐτῶν ἀπέκτεινε. διέφθειρε μὲν γὰρ ὡς ἀληθῶς γράμματά τινα, οὐ μέντοι κἀκεῖνα τὰ αὐτόχειρα τὸν ἀκριβῆ ἔλεγχον ἔχοντα, ἀλλὰ ἀντίγραφα αὐτῶν ποιήσας. Id. c. 6. τὰ γράμματα τὰ περὶ αὐτῶν, ὅσα ὁ Τιβεριος κατελελοίπει, συννήσας (ὥς γε ἐσκήπτετο) κατέκαυσεν· εἰπὼν ὅτι, Τοῦτ' ἐποίησα, ἵνα μηδ' ἂν πάνυ ἐθελήσω ποτὲ διά τε τὴν μητέρα καὶ διὰ τοὺς ἀδελφοὺς μνησικακῆσαί τινι, δυνηθῶ αὐτὸν τιμωρήσασθαι. Postea tamen plures argutos narrat c. 10. ἐκ τῶν γραμμάτων, ἃ κατακεκαυκέναι ποτὲ ἔφη. Id. 60, 4. in vita Claudii: τὰ γράμματα, ἃ ἐπλάσσετο μὲν ὁ Γάϊος κεκαυκέναι, εὑρέθη δὲ ἐν τῷ βασιλικῷ ὄντα, τοῖς τε βουλευταῖς ἐπέδειξε, καὶ ἔδωκε καὶ αὐτοῖς ἐκείνοις τοῖς τε γράψασιν αὐτα, καὶ καθ' ὧν ἐγέγραπτο, ἀναγνῶναι· καὶ μετὰ τοῦτο κατέφλεξεν. Exempla aliorum, qui eadem animi magnitudine, et vera quidem, non ficta, ultionis materiam crematis inimicorum literis sibi praecluserunt, collegit Fabric. ad *Dion*, 41, 63.

sus esset: negavitque, se delatoribus aures habere. [16] Spintrias monstrosarum libidinum, aegre, ne profundo mergeret, exoratus, Urbe summovit. Titi Labieni, Cordi Cremutii, Cassii Severi scripta, Senatusconsultis abolita, requiri, et esse in manibus lectitarique permisit: quando maxime sua interesset, ut facta quaeque posteris tradantur. Rationes imperii, ab Augusto proponi solitas, sed a Tiberio intermissas, publicavit. Magistratibus liberam jurisdictionem, et sine sui appellatione, concessit. Equites Romanos severe curioseque, nec sine moderatione, recognovit: palam ademto equo, quibus aut probri aliquid aut ignominiae inesset: eorum, qui minore culpa tenerentur, nominibus modo in recitatione praeteritis. Ut levior labor judicantibus foret, ad

---

Spintriae] v. Tiber. 43., ex quo loco verba *monstrosarum libidinum* repetita arbitratur Ernestius, probante Oudend. At ita glossatorem puto additurum etiam fuisse vocabulum *repertores*, offensum hoc usu genitivi; ac Müller. excidisse etiam censet *inventores*; potius *repertores*.

T. Labieni] De hoc v. *Glandorp.* Onomast. p. 514.

Cordi Cremutii] v. ad Tiber. 61.

Cassii Severi] De hoc *Tac. A.* 1, 72. „Primus Augustus cognitionem de famosis libellis, specie legis ejus (majestatis), tractavit, commotus Cassii Severi libidine, qua viros feminasque illustres procacibus scriptis diffamaverat," et 4, 21. „Relatum et de Cassio Severo exsule, qui sordidae originis, maleficae vitae, sed orandi validus, per immodicas inimicitias, ut judicio jurati Senatus Cretam amoveretur, effecerat; atque illic eadem actitando, recentia veteraque odia advertit; bonisque exutus, interdicto igni atque aqua, saxo Seriphio consenuit." Historias eum scripsisse, patet e Nostri Vitell. 2. Plura v. apud Lips. ad *Tac.* 4, 21. et *Glandorp.* p. 209.

Rationes imperii] *Dio* 59, 9. τοὺς λογισμοὺς τῶν δημοσίων χρημάτων μὴ ἐκτεθειμένους ἐν τῷ χρόνῳ, ἐν ᾧ ὁ Τιβέριος ἐξεδήμησε, πάντας κατὰ τὸν Αὔγουστον προέγραψε.

Magistratibus — concessit] unde δημοκρατικώτατος initio fuisse dicitur *Dion.* 59, 3. De *appellatione ad Principem* v. dicta ad Aug. 33.

Equites — recognovit] v. ad Aug. 38.

quatuor priores quintam decuriam addidit. Tentavit et, comitiorum more revocato, suffragia populo reddere. Legata ex testamento Tiberii, quamquam abolito, sed et Juliae Augustae, quod Tiberius suppresserat, cum fide, ac sine calumnia repraesentata persolvit. Ducentesimam auctionum Italiae remisit;

---

quintam decuriam] v. ad Aug. 29. et 32. cf. *Plin.* 33. 1. (7.)

suffragia populo reddere] *Dio* 59. 9. τὰς ἀρχαιρεσίας τῷ τε δήμῳ καὶ τῷ πλήθει ἀπεδίδωκε, λύσας ὅσα περὶ αὐτῶν ὁ Τιβέριος ὡρίκει. Tiberio enim Caesare primum, ut *Tac.* A. 1, 15. „e Campo comitia ad Patres translata sunt. Nam ad eam diem, etsi potissima arbitrio Principis, quaedam tamen studiis fiebant.“ Biennio post, a. 792. jus illud populo Cajus denuo eripuit. *Dio* 59. 20. ἀπέδωκε μὲν γὰρ τὰς ἀρχαιρεσίας αὐτοῖς· ἅτε δὴ ἐκείνων ἀργοτέρων τε (ὑπὸ τοῦ πολλῷ χρόνῳ μηδὲν ἐλευθέρως κεχρηματικέναι) ἐς τὸ δρᾷν τι τῶν προσηκόντων σφίσιν ὄντων, καὶ τῶν σπουδαρχιώντων, μάλιστα μὲν μὴ πλειόνων ἢ ὅσους αἱρεῖσθαι ἔδει ἐπαγγελλόντων, εἰ δέ ποτε καὶ ὑπὲρ τὸν ἀριθμὸν γένοιντο, διομολογουμένων πρὸς ἀλλήλους, τὸ μὲν σχῆμα τῆς δημοκρατίας ἐσώζετο, ἔργον δ' οὐδὲν αὐτῆς ἐγίγνετο· καὶ διὰ τοῦτο ὑπ' αὐτοῦ αὖθις τοῦ Γαΐου κατελύθησαν.

Legata — persolvit] v. *Dion.* 59, 2. quem locum citavimus ad Tiber. fin. Addit ibi *Dio:* τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ περὶ τὰς τῆς Λιουΐας διαθήκας ἔπραξε· καὶ γὰρ ἐκεῖνα πάντα ἀπήλλαξε. De *suppresso* Liviae testamento v. etiam ad Tiber. 51.

Ducentesimam] Instituerat *centesimam rerum venalium* post bella civilia Augustus, ut militaris aerarii subsidium, (*Tac.* A. 1, 78.) eamque Tiberius servatam prius, quamvis deprecante populo (*Tac.* l. c.), postea, redacta Cappadocia post Archelai regis mortem in provinciam, quo levaretur vectigal, mutaverat in *ducentesimam* a. 770. (*Tac.* 2, 42.) Idem tamen senex ad avaritiam pronior, reduxisse *centesimam* dicitur *Dion.* 58, 16. a. 784. post mortem Sejani. Jam quum n. l. omnes libri conspirent in lectione: *ducentesimam*, atque auctor accedat numus a Patino prolatus, C. Caesaris Consulis III., in quo medio sunt literae R. CC. h. e. *remissa ducentesima*, jure statuerunt (v. Ryck. ad *Tac.* 2, 42. et Fabric. ad *Dion.* 56, 31. et 58, 16.) viri docti, Caligulam prius ducentesimam pro centesima restituisse, postea et illam abrogasse, de priore illo beneficio intelligentes verba *Dion.* 59, 9. καὶ τὸ τέλος τῆς ἑκατοστῆς κατέλυσε, quibus commoti *Turneb.* Advers. 27, 20. *Lips.* ad *Tac.* 2, 42. Casaub. ad h. l. emendaverant in Nostro: *centesimam* Fortasse etiam *Dio* hoc loco totum vectigalis genus omnino ἑκατοστῆς nomine designavit. Ceterum cf.

Multis incendiorum damna supplevit: ac si quibus regna restituit, adjecit et fructum omnem vectigaliorum, et reditum medii temporis, ut Antiocho Commageno sestertium millies confiscatum. Quoque magis nullius non boni exempli fautor videretur, mulieri libertinae octoginta donavit, quod excruciata

---

Burmann. de vectig. c. 5., Casauboni tamen correctionem approbantem.

incend. damna supplevit] *Dio* l. c. ἐμπρησίν τινα μετὰ τῶν στρατιωτῶν κατασβέσας, ἐπήρκεσε τοῖς ζημιωθεῖσι. Ceterum voc. *supplere* haud simpliciter donationem significare, ut Ern. ad h. l. contendit, sed eam, qua suppeditato, quod deest, in statum integrum aliquis restituitur, recte docet *Walther.* Observ. p. 21., neque potuisset ita a verbi natura recedi.

fructum o. vectigal. et reditum] Veram credo Ernestii sententiam, qui *vectigaliorum fructum* intelligit pecuniam, quae venit e portoriis, decumis, scriptura etc. *reditus* eam, quae e metallis regiis, tributis etc., atque eodem fere redit Beroaldi interpretatio, quamquam reprehensa ab Ernestio, qua *vectigalia* publicos esse reditus, *reditus* privata vectigalia dicit. Nostris adhuc temporibus distinguimus publicos et privatos regum reditus (*Staatseinkünfte und Domainen etc.*). — Wolfius probat alteram lectionem *redituum.*

Antiocho Commageno] Antiochi, interfecti ab Augusto, (v. *Dion.* 52, 43.) a. 725., nepoti, et filio Antiochi II. mortui 773. imperante Tiberio (*Tac.* 2, 42.), a quo in provinciam redacta est Commagene. Restituit igitur Caligula avi patrisque regnum Antiocho III. a. 790. (*Dio* 59, 8. Ἀντιόχῳ τοῦ Ἀντιόχου τὴν Κομμαγηνήν, ἣν ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἔσχε, καὶ προσέτι καὶ τὰ παραθαλάσσια τῆς Κιλικίας ἔδωκε), qui ab eodem ademtum recepit a Claudio (*Dio* 60, 8.) a. 794. et ad Vespasiani usque tempora administravit, cui auxilium contra Vitellium tulit, (*Tac.* Hist 2, 81.) Tito etiam in oppugnandis Hierosolymis socius. (*Tac.* Hist. 5, 1.) v. patris mei elementa histor. ant. p. 431. sequ. — *Commagenes*, quae ad Syriam pertinebat, caput erat *Samosata.* v. *Strabon.* 16, 2, 3.

confiscatum] nempe *HS. millies*, ne dubites cum Glareano, quo referas, ad *fructum*, an ad *regnum.*

mulieri — donavit] In Excerpt. Peiresc., quem locum Reimar. inseruit *Dion.* 59, 26., legitur: Πομπώνιον ἐπιβουλευθῆναι λεχθέντα οἱ ἀπέλυσεν, ἐπειδὴ ὑπὸ φίλου προεδόθη· καὶ τὴν ἑταίραν αὐτοῦ, ὅτι βασανισθεῖσα οὐδὲν ἐξεῖπεν, οὔτε τι κακὸν ἔδρασε, καὶ προσέτι καὶ χρήμασιν ἐτίμησεν, ad qu. l. Valesius nostrum comparavit. Pertinere sane res ad prima tempora imperii Caligulae

gravissimis tormentis de scelere patroni reticuisset. Quas ob res inter reliquos honores decretus est ei clypeus aureus, quem quotannis certo die collegia sacerdotum in Capitolium ferrent, Senatu prosequente nobilibusque pueris ac puellis carmine modulato laudes virtutum ejus canentibus. Decretum autem, ut dies, quo cepisset imperium, *Parilia* vocaretur, velut argumentum rursus conditae Urbis. [17] Consulatus quatuor gessit: primum ex Kalendis Juliis per duos menses; secundum ex Kalendis Januariis per triginta dies; tertium usque in Idus Januarii; quar-

---

videtur. — Pro *octoginta* al. *octingenta*, quae summa fidem excedit.

Parilia] s. *Palilia*. Primordia Urbis hoc festo (XI. Kal. Maj.) celebrabantur. v. *Rosin.* Ant. Rom. 4, 8. p. 266. sequ. Ceterum similis honor Caesari contigerat, cum solennitate hujus festi conjunctus, quem tradit *Dio* 43, 42. τὰ παρίλια ἱπποδρομίᾳ ἀθανάτῳ, οὔτιγε καὶ διὰ τὴν πόλιν, ὅτι ἐν αὐτοῖς ἔκτιστο, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ Καίσαρος νίκην, ὅτι ἡ ἀγγελία αὐτῆς τῇ προτεραίᾳ πρὸς ἑσπέραν ἀφίκετο, ἐτιμήθη.

primum ex Kal. Juliis] A. 790. Iniit hunc consulatum *Kal. Juliis* (ita enim restituerunt e Mss. Torrentius et Casaub. pro inepto *Januar.*), quoniam in prius semestre acceperant ordinarii Consules, Cn. Acerronius Proculus et C. Pontius Nigrinus, quibus legitimo demum muneris tempore functis alterius semestris initio successit. *Dio* 59, 6. ἐψηφίσθη μὲν οὖν καὶ παραχρῆμα αὐτὸν ὑπατεῦσαι (i. e. statim post mortem Tiberii, quae in mensem Martium inciderat. v. Tib. 73.), καταλυθέντων τοῦ τε Πρόκλου καὶ τοῦ Νιγρίνου τῶν τότε ἀρχόντων· καὶ μετὰ τοῦτο κατ' ἔτος ὑπατεύειν. οὐ μὴν καὶ προσεδέξατο αὐτά, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκεῖνοι τὴν ἑξάμηνον ἐς ἣν ἀπεδεδείχατο, διῆρξαν, οὕτω δὴ καὶ αὐτὸς ὑπάτευσε, τὸν Κλαύδιον τὸν θεῖον προσλαβών. cf. *Ernesti* exc. ad h. l. et Oudend. not.

per duos menses] *Dio* 59, 9. ταῦτ' οὕτως ἐν τῇ ὑπατείᾳ ἔπραξε δύο τε μησὶ καὶ ἡμέραις δώδεκα αὐτὴν σχών. τὸν γὰρ λοιπὸν τῆς ἑξαμήνου χρόνον τοῖς προαποδεδειγμένοις ἐς αὐτὴν ἀπέδωκε. Nomina suffectorum in alterum semestre ignoramus.

secundum] A. 792. *Dio* 59, 13. τριάκοντα δὲ δὴ ἡμέρας ἦρξε, καίτοι Λουκίῳ Ἀπρωνίῳ τῷ συνάρχοντι ἓξ μῆνας ἐπιτρέψας· καὶ αὐτὸν Σαγκουΐνιος Μάξιμος πολιαρχῶν διεδέξατο.

tertium] A. 793. *Dio* 59, 24. v. paullo inferius. Quamquam autem usque in Idus Januar. modo gessit, totus tamen annus ejus nomine designatus est, more illorum temporum solenni, unde

tum usque in septimum Idus easdem. Ex omnibus duos novissimos conjunxit. Tertium autem Lugduni iniit solus, non, ut quidam opinantur, superbia negligentiave, sed quod defunctum sub Kalendarum diem collegam rescisse absens non potuerat. Congiarium populo bis dedit trecenos sestertios: toties abundantissimum epulum Senatui equestrique ordini, etiam conjugibus ac liberis utrorumque. Posteriore epulo, forensia insuper viris, feminis ac pueris fascias purpurae ac conchylii distribuit. Et ut laetitiam publicam in perpetuum quoque augeret, ad-

---

Tac. Agric. 44. „Natus erat Agricola, Cajo Caesare tertium Consule Idib. Juniis."

quartum] A. U. 794. quo anno periit mense Januario.

Ex omnibus — conjunxit] i. e. *continuavit*, ut Aug. 26. vel *junctim gessit*, ut Claud. 14. ubi opponitur *per intervallum*. Patet autem, *tres* novissimos consulatus eum conjunxisse, unde varie moderi conati sunt huic difficultati viri docti, (v. *Ernest.* excurs. ad h. l.) sed frustra, si quid video. Errorem Suetonio excidisse existimo. Interpretatio enim Cl. Mülleri τοῦ *conjunxit* per: simul cum collega gessit, ut *Cicer.* pro lege Manil. c. 9. *bellum conjungere* dicit, cum usu Suetonii pugnare videtur supra notato.

Tertium — iniit solus] *Dio* 59, 24. ὑπατεύοντος αὐτοῦ τὸ τρίτον, οὐδεὶς οὔτε τῶν δημάρχων οὔτε τῶν στρατηγῶν ἀθροῖσαι τὴν γερουσίαν ἐτόλμησε. συνάρχοντα γὰρ, οὔ τι καὶ ἐπιτηδεύσας, (ὥσπερ οἴονταί τινες) ἀλλὰ τοῦ μὲν προαποδεδειγμένου τελευτήσαντος, ἑτέρου δὲ μηδενὸς δι' ὀλίγου οὕτως ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ ἀντικαταστῆναι δυνηθέντος, οὐδένα ἔσχε.

toties abund. epulum] A. 790. post dedicatum templum Augusti, ubi, auctore *Dion.* 59, 7. ἡ βουλὴ σὺν ταῖς γαμεταῖς σφῶν, ὅ τε δῆμος εἱστιάθη, et a. 792. *Dio* c. 13. καὶ ὁ δῆμος εἱστιάθη, τοῖς τε βουλευταῖς ταῖς τε γυναιξὶν αὐτῶν δωρεὰ ἐδόθη.

forensia] sc. vestimenta. Opp. *domestica*. v. Aug. 73.

fasciae] Varius *fasciarum* erat usus, varia materia et pretium. Illigari iis solebant obvolvique pectora, femora, tibiae, aliaeque corporis partes; ut adeo pro pectoralibus, femoralibus, tibialibus, quae veteres nostris similia ignorabant, haberentur. v. *Salmas.* ad *Lamprid.* Alex. Sev. c. 40., *Ernest.* in Clav. Cic. sub vocab. *fascia*, *fasciolae*, *strophium*.

jecit diem Saturnalibus, appellavitque *Juvenalem*. [18] Munera gladiatoria partim in Amphitheatro Tauri, partim in Septis, aliquot edidit: quibus inseruit catervas Afrorum Campanorumque pugilum, ex utraque regione electissimorum. Neque spectaculis semper ipse praesedit; sed interdum aut magistratibus aut amicis praesidendi munus injunxit. Scenicos ludos et assidue, et varii generis, ac multifariam fecit: quondam et nocturnos, accensis tota Urbe luminibus. Sparsit et missilia variarum rerum, et panaria cum opsonio viritim divisit. Qua epulatione Equiti Romano, contra se hilarius avidiusque vescenti, partes suas misit: sed et Senatori ob eandem causam codicillos, quibus Praetorem eum extra ordinem designabat. Edidit et Circenses plurimos a mane usque ad vesperam, interjecta modo Africanarum venatione, modo Trojae decursione: et quosdam praecipuos, minio et chrysocolla constrato Circo, nec ullis, nisi ex senatorio ordine, aurigantibus.

---

adjecit diem Saturnalibus] *Dio* 59, 6. τὰ Κρόνια ἐπὶ πέντε ἡμέρας ἑορτάζεσθαι ἐκέλευσε. De *Saturnalium* diebus, auctis ab uno ad quinque, disputat *Lipsius* Saturn. 1, 3. et 4. De ipso festo v. *Rosin.* Ant. Rom. 4, 16. p. 294.

in Amphit. Tauri — Septis] De illo v. ad Aug. 29., de Septis ad Aug. 43. De insano furore, quo ejusmodi spectacula amabat Caligula, v. infra c. 54. *Dio* 59, 10. ἐποίησε δὲ τοὺς ἀγῶνας τούτους τὰ μὲν πρῶτα ἐν τοῖς Σεπτοῖς — ἔπειτα δὲ καὶ ἑτέρωθι, πλεῖστά τε καὶ μέγιστα οἰκοδομήματα καθελών, καὶ ἴκρια πηξάμενος. τὸ γὰρ τοῦ Ταύρου θέατρον ὑπερεφρόνησε. Postea malim *lectissimorum*. Litera *e* adhaesit vocabulo e praecedente *regione*.

Sparsit et missilia] et tesseras distribuit. *Dio* 59, 9. γυμνικόν τινα ἀγῶνα ποιήσας, διέῤῥιψε σύμβολα, καὶ ἐξ αὐτῶν πλεῖστα τοῖς ἁρπάσασιν αὐτὰ διδοὺς. Eadem σφαίρια dicuntur 67, 4. al. et σφαίρια ξύλινα μικρά 66, 25. v. de his *tesseris* et *missilibus* *Lips.* de magn. Rom. 2, 11. et Reimar. ad *Xiphil.* 61, 18., ipsam denique descriptionem *Xiphilini* 66, 25.

chrysocolla] De hac v. *Plin.* 33, 5. (26.) Idem: „Visumque jam est Neronis Principis spectaculis, arenam Circi chrysocolla sterni, quum ipse concolori panno aurigaturus esset.“ Imitatus igitur est Nero Cajum, de quo tacet Plinius.

Commisit et subitos, quum e Gelotiana apparatum Circi prospicientem pauci ex proximis Maenianis postulassent. [19] Novum praeterea atque inauditum genus spectaculi excogitavit. Nam Bajarum medium intervallum Puteolanas ad moles, trium millium et sexcentorum fere passuum, ponte conjunxit, contractis undique onerariis navibus, et ordine duplici ad ancoras collocatis, superjectoque aggere terreno,

---

e Gelotiana] sc. domo. v. *Turneb.* Advers. 22, 30. et *Gruteri* Inscript. p. DXCVIII, 7. in qua est: *de domo Gelotiana.*

Maenianis] *Festus:* „Maeniana aedificia a Maenio sunt appellata; is enim primus ultra columnas extendit ligna, quo ampliarentur superiora.“ Quis ille Maenius fuerit, incertum. Vide tamen Al. *Donat.* de urbe Roma 2, 27.

Bajarum — conjunxit] Nonnulli addunt post *passum* voc. *spatium*, quod recepit Oudend., qui locum alias corruptum censet, nescio an nimis quaesitis difficultatibus. Bremius etiam reprehendit auctorem, quod *medium intervallum*, non, ut res erat, *Bajas at Puteolanas moles* ponte conjunctas dixit. Sed in verbo *conjunxit*, ut saepe, aliud latet verbum, ut *superstravit*, ut sensus sit: *Bajas et Puteol. moles*, super medium intervallum *ponte strato, conjunxit*. Id sane verum, scriptores saepius minus accurate scribere, dum brevitati nimis studeant. Ceterum opus ita describit *Dio* 59, 17. Γάϊος δὲ ἐκείνης μὲν τῆς πομπῆς (in Capitolium, de qua proxime dixerat) οὐδὲν προετίμησεν, (οὐδὲ γὰρ οὐδὲ μέγα τι ἐνόμιζεν εἶναι, ἵππῳ δι' ἠπείρου διελάσαι) διὰ δὲ τῆς θαλάσσης τρόπον τινὰ διϊππεῦσαι ἐπεθύμησε, γεφυρώσας τὸ μεταξὺ τῶν τε Πουτεόλων καὶ τῶν Βαύλων. (*Bauli*, ut *Tac.* A. 14, 4. „villae nomen, quae, promontorium Misenum inter et Bajanum lacum, flexo mari alluitur,“ unde Oudend. ob brevius spatium, passuum numero a Suetonio dato magis conveniens, n. l. mallet *Baulorum* pro *Bajarum*) τὸ γὰρ χωρίον τοῦτο κατ' ἀντιπέραν τῆς πόλεως (Puteolorum) ἐστι, διέχον αὐτῆς σταδίους ἓξ καὶ εἴκοσι. πλοῖα δὲ ἐς τὴν γέφυραν τὰ μὲν ἠθροίσθη, τὰ δὲ καὶ κατεσκευάσθη. οὐ γὰρ ἐξήρκεσε τὰ ξυλλεγῆναι δυνηθέντα ὡς ἐν βραχυτάτῳ, καίτοι πάντα ὅσα ἐνεδέχετο συναχθέντα. ἀφ' οὗπερ καὶ λιμὸς ἔν τε τῇ Ἰταλίᾳ καὶ ἐν τῇ Ῥώμῃ μάλιστα ἰσχυρὸς ἐγένετο. ἐζεύχθη δὲ οὐχ ἁπλῶς δίοδός τις, ἀλλὰ καὶ ἀνάπαυλαι ἐν αὐτῇ καὶ καταλύσεις, ὥστε καὶ ὕδωρ αὐτὰς πότιμον ἐπίῤῥυτον ἔχειν, ἐποιήθησαν. cf. *Joseph.* 19, 1. qui ἀπ' ἄκρων ἐπ' ἄκρα σταδίους τριάκοντα fuisse dicit.

aggere terreno] al. *terreo.* v. Oudend. ad h. l. et Tzschuck. ad *Pompon. Mel.* 1, 9, 4.

ac directo in Appiae viae formam. Per hunc pontem ultro citro commeavit, biduo continenti; primo die phalerato equo, insignisque quernea corona, et caetra, et gladio, aureaque chlamyde; postridie quadrigario habitu, curriculoque bijugi famosorum equorum, prae se ferens Darium puerum ex Parthorum obsidibus; comitante praetorianorum agmine, et in essedis cohorte amicorum. Scio, plerosque existimasse, talem a Cajo pontem excogitatum aemulatione Xerxis, qui non sine admiratione ali-

---

quernea corona, et caetra] Dedi *quernea* cum Ern. et Oudend. pro *quercica*. Postea auctore eodem Oudend. omisi verba: *et securi* ante *et caetra*. Desunt enim in plerisque codd., orta haud dubie e vitiosa scriptura voc. *caetra* v. *cetra*, cui quis notius vocabulum substituit; praeterea *securis* et *gladius* haud bene in eodem conveniunt, neque memoratur *securis* a *Dione*, qui l. c. ἐπειδή τε ἕτοιμα ἦν, τόν τε θώρακα τὸν Ἀλεξάνδρου, (ὥς γε ἔλεγε) καὶ ἐπ᾽ αὐτῷ χλαμύδα σηρικὴν ἁλουργῆ, πολὺ μὲν χρυσίον, πολλοὺς δὲ καὶ λίθους Ἰνδικοὺς ἔχουσαν, ἐπενέδυ· ξίφος τε παρεζώσατο, καὶ ἀσπίδα ἔλαβε, καὶ δρυῒ ἐστεφάνωτο.

quadrigario hab.] Lips. mutavit *quadrigarii*. Sed Noster etiam c. 9. dicebat *manipulario habitu*.

famosorum equ.] *Dio:* ἦγον δὲ αὐτὸν οἱ ἀθληταὶ ἵπποι ἀξιονικότατοι. Recentiores scriptores *famosum* pro *celebri* in utramque partem dicere, veteres vix aliter, quam in malam, monuit Duker. ad *Flor.* 3, 7, 6.

Darium puerum] *Dio:* καὶ ἄλλα δὲ αὐτῷ πολλά, ὡς καὶ λάφυρα, συνηκολούθησε, καὶ Δαρεῖος, ἀνὴρ Ἀρσακίδης, ἐν τοῖς ὁμηρεύουσι τότε τῶν Πάρθων ὤν.

praetor. agmine] *Dio:* ἔς τε τὸ ζεῦγμα ἀπὸ τῶν Βαύλων ἐσέβαλε, παμπληθεῖς καὶ ἱππέας καὶ πεζοὺς ὡπλισμένους ἐπαγόμενος, καὶ σπουδῇ καθάπερ ἐπὶ πολεμίους τινὰς ἐς τὴν πόλιν (Puteolos) ἐσέπεσε, ubi de priori die sermo.

in essedis] *Dio* de altero die, quo rediit Puteolis: οἵ τε φίλοι καὶ οἱ ἑταῖροι αὐτοῦ ἐπὶ ὀχημάτων ἐν ἐσθῆσιν ἀνθηραῖς ἐφείποντο, καὶ ὁ στρατός, καὶ ὅ γε λοιπὸς ὅμιλος, ἰδίως πως ἕκαστοι κεκοσμημένοι, ex quo loco adstruxerunt lectionem *in essedis* pro *in essedo* Oudend. et Wolf.

aemulatione Xerxis] *Dio:* ἐς τὸν Δαρεῖον καὶ τὸν Ξέρξην οὐδὲν ὅ, τι οὐκ ἀνέσκωπτεν, ὡς καὶ πολλαπλάσιον σφῶν μέτρον τῆς θαλάσσης ζεύξας. v. *Herodot.* 4, 85. sequ. et 7, 33. sequ. coll. *Plin.* 4, 12. ubi de Darii Hystaspidae et Xerxis operibus exponitur.

quanto 'angustiorem Hellespontum' contabulaverit; alios, ut Germaniam et Britanniam, quibus imminebat, alicujus immensi operis fama territaret. Sed avum meum narrantem puer audiebam, causam operis ab interioribus aulicis proditam, quod Thrasyllus mathematicus, anxio de successore Tiberio, et in verum nepotem proniori, affirmasset, *Non magis Cajum imperaturum, quam per Bajanum sinum equis discursurum.* [20] Edidit et peregre spectacula: in Sicilia Syracusis asticos ludos, et in Gallia Lugduni miscellos; sed et certamen quoque Graecae Latinaeque facundiae: quo [certamine] ferunt victoribus praemia victos contulisse, eorundem et laudes componere coactos, eos autem, qui maxime displicuissent, scripta sua spongia linguave delere jussos, nisi ferulis objurgari, aut flumine proximo mergi maluissent. [21] Opera sub Tiberio semiperfecta,

---

in verum nepotem] naturalem e Druso filio, Tiberium.

asticos ludos] Non dubito cum Burm. Ern. Oudend., quin scribendum sit: *iselasticos* vel *selasticos*, quod nomen datum ludis Graecorum sacris ab honore victorum, quo, diruta murorum parte, in urbem invehebantur (ἀπὸ τοῦ εἰσελαύνειν). Vide de his ludis, praeter laudatos a Burmanno, Petr. *Fabrum* Agonist. 2, 10. et 17. Saepius autem eos celebratos fuisse ab Imperatoribus Romanis, docent etiam epistolae *Plinii* l. 10, 119. et 120. ubi v. Gesner. — *Asticos* (ἀστυκοὺς ἀγῶνας v. ἀστικεύς) probant *Scaliger* de emend. temp. 5. p. 479. et Casaub. ad h. l., intelligentes ludos Graecos, sic dictos, quod in urbe, non extra urbem, exhibebantur, in honorem Bacchi, et convenit iis aliorum lectio *Atticos*. Lectio vulg. *hasticos* non magis est ferenda, quam emendatio Torrentii: *Actiacos*. v. Ernest. exc. ad h. l.

Lugduni miscellos] *Dio* 59, 22. ad a. 792. καὶ γὰρ θέας τινὰς ἐν τῷ Λουγδούνῳ ἐπετέλεσε. Editi autem sunt procul dubio ad aram Augusti. Memorat enim *Dio* 54, 32. ἑορτήν, ἣν καὶ νῦν περὶ τὸν τοῦ Αὐγούστου βωμὸν ἐν Λουγδούνῳ τελοῦσι, ubi v. Fabric. *Juvenal.* 1, 44. „Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram." *Miscelli* dicebantur, ut mixti e vario certaminum genere. *Miscellanea ludi Juvenal.* 11, 20. huc non pertinent. v. ibi Rupert. — Postea *certamine* videtur additicium.

templum Augusti theatrumque Pompeji, absolvit. Inchoavit autem aquae ductum regione Tiburti, et Amphitheatrum juxta Septa: quorum operum a successore ejus Claudio alterum peractum, omissum alterum est. Syracusis collapsa vetustate moenia, Deorumque aedes refectae. Destinaverat et Sami Polycratis regiam restituere, Mileti Didymeum peragere, in jugo Alpium urbem condere, sed ante omnia Isthmum in Achaja perfodere; miseratque jam ad dimetiendum opus primipilarem. [22] Hactenus quasi de Principe: reliqua ut de monstro narranda

---

templ. Aug. theatr. Pompeji] v. Tiber. 47. Dedicavit templum Aug. a. 790. *Dio* 59, 7. ἐκ δὲ τούτου τὸ ἡρῷον τὸ τοῦ Αὐγούστου ὡσίωσε, τὴν ἐπινίκιον στολὴν ἐνδύς· καὶ οἵ τε εὐγενέστατοι παῖδες, ὅσοι γε καὶ ἀμφιθαλεῖς ἦσαν, μετὰ παρθένων ὁμοίων τὸν ὕμνον ᾖσαν κ. τ. λ. Theatrum Pompeji dedicavit Claudius. v. Claud. 21.

aquae ductum] *Plin.* 36, 15. (24. §. 10. ed. Franz.) „Vicit antecedentes aquarum ductus novissimum impendium operis inchoati a Cajo Caesare, et peracti a Claudio. Quippe a lapide quadragesimo ad eam excelsitatem, ut in omnes Urbis montes levarentur, influxere Curtius atque Caeruleus fontes. Erogatum in id opus HS. LV. D." v. ad Claud. 20.

omissum alterum] nempe Amphitheatrum. Claudius enim opera potius necessaria, quam multa perfecit. Claud. 20.

Polycratis] de quo v. *Herodot*. 3, 39. sequ.

Mileti Didymeum] i. e. Apollinis Didymei (Apollo Διδυμαῖος an Διδυμεύς rectius dicatur, vide disputantem Ern. ad h. l.; id certum, templum scribendum *Didymeum*, non *Didymaeum*, ut *Mausoleum*, *Museum*, *Odeum* al.) templum, oraculo celebre. *Stephanus*: Δίδυμα, οὐδετέρως, τόπος καὶ μαντεῖον Μιλήτου, ἀφιερωμένον Διῒ καὶ Ἀπόλλωνι. Describit templum *Strabo* 14, 1, 5. ubi: διέμεινε δὲ χωρὶς ὀροφῆς διὰ τὸ μέγεθος, unde *peragere* illud voluit Cajus, sed honore aedis in se translato. *Dio* enim loco, quem ex Excerpt. Peiresc. l. 59, 28. restituit recentissimus editor: Γάϊος δὲ ἐν τῇ Ἀσίᾳ τῷ ἔθνει τέμενός τι ἑαυτῷ ἐν Μιλήτῳ τεμενίσαι ἐκέλευσε. ταύτην γὰρ τὴν πόλιν ἐπελέξατο, λόγῳ μὲν εἰπών, ὅτι τὴν μὲν Ἔφεσον ἡ Ἄρτεμις, τὴν δὲ Πέργαμον ὁ Αὔγουστος, τὴν δὲ Σμύρναν ὁ Τιβέριος προκατειλήφασι· τὸ δὲ ἀληθές, ὅτι τὸν νεών, ὃν οἱ Μιλήσιοι τῷ Ἀπόλλωνι καὶ μέγαν καὶ ὑπερκαλλῆ ἐποίουν, ἰδιώσασθαι ἐπεθύμησε. Consentit *Zonaras* p. 558.

Isthmum — perfodere] exemplo Caesaris. v. ad Caes. 44.

sunt. Compluribus cognominibus assumtis, (nam et PIUS, et CASTRORUM FILIUS, et PATER EXERCITUUM, et OPTIMUS MAXIMUS CAESAR vocabatur) quum audiret forte reges, qui officii causa in Urbem advenerant, concertantes apud se super coenam de nobilitate generis, exclamavit, Εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς. Nec multum afuit, quin statim diadema sumeret, speciemque principatus in regni formam converteret. Verum admonitus, et principum et regum se excessisse fastigium, divinam ex eo majestatem asserere sibi coepit; datoque negotio, ut simulacra numinum, religione et arte praeclara, inter quae Olympii Jovis, apportarentur e Graecia,

---

Compluribus cognominibus] *Dio* 59, 3. δημοκρατικώτατος εἶναι τὰ πρῶτα δόξας — μοναρχικώτατος ἐγένετο· ὥςτε πάντα ὅσα ὁ Αὔγουστος ἐν τοσούτῳ τῆς ἀρχῆς χρόνῳ μόλις καὶ καθ' ἓν ἕκαστον ψηφισθέντα οἱ ἐδέξατο (ὧν ἔνια ὁ Τιβέριος οὐδ' ὅλως προςήκατο) ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ λαβεῖν. πλὴν γὰρ τῆς τοῦ πατρὸς ἐπικλήσεως, οὐδὲν ἄλλο ἀνεβάλετο· καὶ ἐκείνην δὲ οὐκ ἐς μακρὰν προςεκτήσατο. Nova praeterea erant cognomina, quae Suetonius commemorat.

reges] Agrippam Judaeum et Antiochum Commagenum intelligit Casaub., atque eos affuisse Caligulae, ὥςπερ τινὰς τυραννοδιδασκάλους, testatur *Dio* 59, 24.

Εἷς κοίρανος] *Homer*. Il. 2, 204. οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς.

speciem princ.] i. e. splendorem, pompam, apparatum. v. quae de hoc voc. diximus ad Caes. 77. cf. *Ernesti* Clav. Cic. sub v. *species*. De *principis* nomine v. Lips. ad *Tac.* 1, 1.

divinam — maj.] *Dio* 59, 3. καὶ ναοὺς ἑαυτῷ καὶ θυσίας, ὡς καὶ θεῷ, γίγνεσθαι ἐκέλευσε. c. 26. τῶν μὲν ἥρωα, τῶν δὲ θεὸν αὐτὸν ἀνακαλούντων, δεινῶς ἐξεφρόνησεν. ἠξίου μὲν γὰρ καὶ πρότερον ὑπὲρ ἄνθρωπον νομίζεσθαι, quo capite, et 28. plura de hac ejus insania narrantur.

Olympii Jovis] Phidiae opus. *Dio* 59, 28. προςεγκαλέσας τῷ Διΐ, ὅτι τὸ Καπιτώλιον προκατέλαβεν, οὕτω δὴ ἕτερόν γε νεὼν ἐν τῷ Παλατίῳ σπουδῇ ᾠκοδομήσατο, καὶ ἄγαλμα ἐς αὐτὸν ἠθέλησε τὸ τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου ἐς τὸ ἑαυτοῦ εἶδος μεταῤῥυθμίσαι. μὴ δυνηθεὶς δέ, (τό τε γὰρ πλοῖον, τὸ πρὸς τὴν κομιδὴν αὐτοῦ ναυπηγηθέν, κεραυνοῖς ἐφθάρη, καὶ γέλως, ὁσάκις τινὲς ὡς καὶ τοῦ ἕδους ἐφαψόμενοι προςῆλθον, πολὺς ἐξηκούετο) ἐκείνῳ μὲν ἐπηπείλει, αὐτὸς δὲ ἕτερον ἐνιδρύσατο. Simulacrum loco moveri non potuisse; aliusque

quibus capite demto suum imponeret, partem Palatii ad Forum usque promovit, atque aede Castoris et Pollucis in vestibulum transfigurata, consistens saepe inter fratres Deos medius, se adorandum adeuntibus exhibebat; et quidam eum LATIAREM JOVEM consalutarunt. Templum etiam numini suo proprium, et sacerdotes, et excogitatissimas hostias instituit. In templo simulacrum stabat aureum iconicum, amiciebaturque quotidie veste, quali ipse uteretur. Magisteria sacerdotii ditissimus quisque, et ambitione et

---

prodigiis territum se, Memmium Regulum, cui datum erat transportandi negotium, ad Cajum retulisse, narrat *Josephus* 19, 1., *Pausan.* autem 9, 27., Cupidinem etiam Thespiensium eodem modo nefarie a Cajo attrectatum, sed non majori successu, ejusque sceleris morte postea poenas dedisse aeque, ac Neronem idem conatum. Simulacra autem, re vera apportata, suis urbibus restituit Claudius, auctore *Dion.* 60, 6. ἀπέδωκε καὶ ταῖς πόλεσι τοὺς ἀνδριάντας, οὓς ὁ Γάϊος ἐξ αὐτῶν μετεπέμπετο.

partem Palatii — transfigurata] *Dio* 59, 28. τό τε Διοσκούρειον τὸ ἐν τῇ ἀγορᾷ τῇ Ῥωμαίᾳ ὂν διατεμών, διὰ μέσου τῶν ἀγαλμάτων εἴσοδον δι' αὐτοῦ ἐς τὸ Παλάτιον ἐποιήσατο, ὅπως καὶ πυλωροὺς τοὺς Διοσκούρους (ὥς γε καὶ ἔλεγεν) ἔχῃ. Postea restituit Dioscuris templum Claudius. Auctor idem *Dio* 60, 6. ἀπέδωκε καὶ τοῖς Διοσκούροις τὸν νεών. De loco ipso atque aede Castoris et Pollucis v. *Nardini* Rom. vet. 4, 4. (Thes. Graev. Tom. IIII. pag. 1147. sequ.)

medius] Al. *medium se ador.*, quod servavit Oudend.

Latiarem Jovem] Al. *Latialem*, ut c. 16. *Palilia.* Utraque enim forma in usu erat. *Dio* l. c. Διάλιον (Casaub. scribi jubet e n. l. Δία Λατιάλιον vel Δία Λάτιον, probatque jure Reimarus) τε αὐτὸν ὀνομάσας, τήν τε Καισωνίαν τὴν γυναῖκα καὶ τὸν Κλαύδιον, ἄλλους τε τοὺς πλουσιωτάτους ἱερέας προσέθετο, πεντήκοντα καὶ διακοσίας ἐπὶ τούτῳ παρ' ἑκάστου μυριάδας λαβών. καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ ἱέρατο, καὶ τὸν ἵππον συνιερέα ἀπέφαινε.

simulacrum — iconicum] i. e. quod figuram vivi atque staturam (εἰκόνα) exacte exprimeret. v. Harduin. ad *Plin.* 34, 4. (9.) ubi *effigies iconicae* vocatae dicuntur, in quibus ex membris hominum ipsorum similitudo esset expressa. Idem 35, 8. (34.) Panaenum, fratrem Phidiae, proelii apud Marathona duces *iconicos* pinxisse dicit. *Dio* 59, 16. εἰκόνος αὐτοῦ χρυσῆς ἐς τὸ Καπιτώλιον ἀναγομένης.

Magisteria sacerdotii] „*Magistri* sacerdotii alicujus sunt ii,

licitatione maxima, vicibus comparabant. Hostiae erant phoenicopteri, pavones, tetraones, Numidicae, meleagrides, phasianae, quae generatim per singulos dies immolarentur. Et noctibus quidem plenam fulgentemque lunam invitabat assidue in amplexus atque concubitum: interdiu vero cum Capitolino Jove secreto fabulabatur, modo insusurrans, ac praebens invicem aurem, modo clarius, nec sine jurgiis. Nam vox comminantis audita est:

Ἤ μ᾽ ἀνάειρ᾽, ἢ ἐγὼ σέ·

---

qui primum locum tenent inter sacerdotes Deo cuipiam consecratos; unde *magisterium* dicitur ipse locus et munus; h. l. pluraliter, quia *per vices* obiri solebat, quum ipsum sacerdotium *perpetuum* esset. cf. Lips. ad *Tac.* 6, 12. et Casaub. ad *Capitolin.* M. Anton. c. 4." Wolf. De ingente pecunia, quam dare cogebantur pro his magisteriis, v. locum Dionis supra cit. et Claud. 9.

Hostiae erant] *Dio:* καὶ ὄρνιθες αὐτῷ ἁπαλοί τέ τινες καὶ πολυτίμητοι καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ἐθύοντο.

lunam — concubitum] *Dio* 59, 26. καὶ τῇ Σελήνῃ συγγίγνεσθαι, καὶ ὑπὸ τῆς Νίκης στεφανοῦσθαι ἔλεγε. Ζεύς τε εἶναι ἐπλάττετο, καὶ κατὰ τοῦτο καὶ γυναιξὶν ἄλλαις τε πολλαῖς, καὶ ταῖς ἀδελφαῖς μάλιστα, συνεῖναι προεφασίσατο.

cum Capit. Jove) *Dio* c. 28. ἐπεκτήνατο μὲν γὰρ καὶ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ κατάλυσίν τινα, ἵν᾽, ὡς ἔλεγε, τῷ Διῒ συνοικοίη. ἀπαξιώσας δὲ δὴ τὰ δευτερεῖα ἐν τῇ συνοικήσει αὐτοῦ φέρεσθαι, καὶ προσεγκαλέσας αὐτῷ, ὅτι τὸ Καπιτώλιον προκατέλαβεν, οὕτω δὴ ἕτερόν γε νεὼν ἐν τῷ Παλατίῳ σπουδῇ ᾠκοδομήσατο κ. τ. λ.

vox — audita est: Ἤ μ᾽ ἀνάειρ᾽, ἢ ἐγὼ σέ] Haec verba pro iis, quae in editiones vulg. recepta sunt: εἰς γαῖαν Δαναῶν περάσω σε, ex optimis, qui quidem Graeca exhibent, codd. huic loco restituenda, postquam censuere *Victorius* Castigat. in Cicer. ep. ad Att. 16, 6. et *Turneb.* Advers. 22, 31. et 27, 20., praestantissimi editores omnes exhibuerunt, auctoritate maxime duorum locorum, quamquam paullo diversorum, *Dionis* c. 28. ταῖς τε βρονταῖς ἐκ μηχανῆς τινος ἀντεβρόντα, καὶ ταῖς ἀστραπαῖς ἀντήστραπτε. καὶ ὁπότε κεραυνὸς καταπέσοι, λίθον ἀντηκόντιζεν, ἐπιλέγων ἐφ᾽ ἑκάστῳ τὸ τοῦ Ὁμήρου· (Il. 23, 724.) ἤ μ᾽ ἀνάειρ᾽, ἢ ἐγὼ σέ, et *Senecae* de ira 1, c. ult. „Cajus Caesar, iratus coelo, quod obstreperet pantomimis, quos imitabatur studiosius quam spectabat, quodque comessatio sua fulminibus terreretur, prorsus parum certis, ad pugnam vocavit Jovem, et quidem sine missione,

donec exoratus, ut referebat, et in contubernium ultro invitatus, super templum Divi Augusti ponte transmisso, Palatium Capitoliumque conjunxit. Mox, quo propior esset, in area Capitolina novae domus fundamenta jecit. [23] Agrippae se nepotem neque credi, neque dici ob ignobilitatem ejus volebat: succensebatque, si qui vel oratione, vel carmine, imaginibus eum Caesarum insererent. Praedicabat autem, matrem suam ex incesto, quod Augustus cum Julia filia admisisset, procreatam. Ac non contentus hac Augusti insectatione, Actiacas Siculasque victorias, ut funestas populo Romano, et calamitosas, vetuit sollemnibus feriis celebrari. Liviam Augustam proaviam, *Ulyxem stolatum* identidem appellans, etiam ignobilitatis quadam ad Senatum epistola arguere ausus est, quasi materno avo Decurione Fundano ortam; quum publicis monumentis certum sit, Aufidium Lurconem Romae honoribus functum. Aviae Antoniae secretum petenti denegavit, nisi ut interveniret Macro praefectus. Ac per istiusmodi indi-

---

Homericum illum exclamans versum: ἤ μ' ἀνάειρ', ἢ ἐγὼ σὲ sequ."

novae domus] v. locum Dionis supra citatum.

Agrippae — nepotem] ex matre Agrippina. Dicitur autem Agrippa *Tac.* 1, 3. *ignobilis loco*, et *Vell.* 2, 96. „*novitatem* multis rebus *nobilitavisse*" coll. c. 127. *Senec.* Controv. 2, 4. „Tanta autem sub Divo Augusto libertas fuit, ut praepotenti tunc M. Agrippae non defuerint, qui *ignobilitatem* exprobrarent."

Actiacas — celebrari] *Dio* 59, 20. consulatum dicitur quibusdam abrogasse, ὅτι ἐπὶ ταῖς τοῦ Αὐγούστου νίκαις, ἃς τὸν Ἀντώνιον ἐνενικήκει, ἑορτήν, ὥσπερ εἴθιστο, ἤγαγον.

Ulyxem stolatum] i. e. callidam feminam, non inficete. Haud deerat ingenium Germanici filio.

ignobilitatis] Livia enim gens plebeja erat. v. Tiber. 3. Tiberii autem maternam aviam Fundanam fuisse, prodit Noster Tiber. 5. — *Aufidium Lurconem* (ita enim, viri docti consensere, e Mss. scribendum pro *Lingonem*) *Glandorp.* Onomast. p. 138. eundem putat, qui *Cic.* pro Flacco 4. ad Att. 1, 16., *Plin.* 10, 20. (*Varron.* R. R. 3, 6.) memoratur. cf. *Ernest.* Cl. Cic. in: *M. Lurco.*

gnitates et taedia causa exstitit mortis; dato tamen, ut quidam putant, et veneno. Nec defunctae ullum honorem habuit: prospexitque e triclinio ardentem rogum. Fratrem Tiberium inopinantem, repente immisso Tribuno militum, interemit. Silanum item socerum ad necem, secandasque novacula fauces, compulit: causatus in utroque, quod hic ingressum se turbatius mare non esset secutus, ac spe occupandi Urbem, si quid sibi per tempestates accideret, remansisset; ille antidotum oboluisset, quasi ad praecavenda venena sua sumtum: quum et Silanus impatientiam nauseae vitasset et molestiam navigandi, et Tiberius propter assiduam et ingravescentem tussim medicamento usus esset. Nam Claudium patruum non nisi in ludibrium reservavit. [24] Cum omnibus sororibus suis stupri consuetudinem fecit: plenoque

---

causa exstitit mortis] *Dio* 59, 3. τὴν τήθην, ἐπιτιμήσασάν τι αὐτῷ, ἐς ἀνάγκην ἑκουσίου θανάτου κατέστησε.

Fratrem Tiberium — interemit] *Dio* 59, 8. τὸν Τιβέριον, καίπερ ἔς τε τοὺς ἐφήβους ἐγγραφέντα, καὶ τῆς νεότητος προκριθέντα καὶ τέλος ἐσποιηθέντα, ἀνεχρήσατο, ἔγκλημα αὐτῷ ἐπαγαγών, ὡς καὶ τελευτῆσαι αὐτον καὶ εὐξαμένῳ καὶ προσδοκήσαντι· ἀφ' οὗ καὶ ἄλλους γε συχνοὺς ἐφόνευσεν. *Philo* leg. ad Caj. λέγεται δέ, ὅτι καὶ κελευσθεὶς αὐτοχειρίᾳ κτείνειν ἑαυτόν, ἐφεστώτων ἑκατοντάρχων καὶ χιλιάρχων, οἷς εἴρητο μὴ συνεφάψασθαι τοῦ ἄγους, ὡς οὐκ ἐξὸν αὐτοκρατόρων ἀπογόνους πρὸς ἑτέρων ἀναιρεῖσθαι sequ.

Silanum it. socerum] *Dio* c. c. ὁ δὲ δὴ πενθερὸς αὐτοῦ, Μάρκος Σιλανός, οὔθ' ὑποσχόμενός τι, οὔτε κατομόσας, ὅμως ἐπειδὴ βαρὺς αὐτῷ ὑπό τε τῆς ἀρετῆς καὶ ὑπὸ τῆς συγγενείας ἦν, καὶ διὰ τοῦτο περιϋβρίζετο, ἑαυτὸν κατεχρήσατο, ubi plurimae contumeliae in Silanum collatae narrantur. *Philo* offensum dicit Gajum Silani admonitionibus, pergitque: ὑπολαβὼν οὖν καὶ τοῦτον εἶναι παρενόχλημα, τὴν πολλὴν αὐτῷ ῥύμην τῶν ἐπιθυμιῶν ἐφέξοντα, πολλὰ χαίρειν φράσας τοῖς δαίμοσι τῆς ἀποθανούσης γυναικός, εἰ πατέρα μὲν ἐκείνης, ἑαυτοῦ δὲ γενόμενον πενθερὸν προστήσεται, δολοφονεῖ. De *Claudio* v. Claud. 8. Paulo superius de imperfecto: „si quid sibi — *accideret*“ v. supra dicta ad c. 3.

Cum omnibus sororibus] Tres ei fuere sorores, ut prodidit auctor c. 7., Agrippina, Drusilla, Livilla. *Dio* 59, 3. τὰς ἀδελφὰς πάσας διαφθείρας, ἐς νῆσον τὰς δύο κατέκλεισεν· ἡ γὰρ τρίτη (Drusilla) προαπέθανε. c. 11. τῇ Δρουσίλλῃ συνῴκει μὲν Μάρκος

convivio singulas infra se vicissim collocabat, uxore supra cubante. Ex his Drusillam vitiasse virginem, praetextatus adhuc, creditur, atque etiam in concubitu ejus quondam deprehensus ab Antonia avia, apud quam simul educabantur. Mox Lucio Cassio Longino consulari collocatam abduxit, et in modum justae uxoris propalam habuit. Heredem quoque bonorum atque imperii aeger instituit. Eadem defuncta, justitium indixit: in quo risisse, lavisse, coenasse cum parentibus, aut conjuge liberisve, capital fuit.

Λέπιδος, παιδικά τε ἅμα αὐτοῦ καὶ ἐραστὴς ὤν, συνῆν δὲ καὶ ὁ Γάϊος. et c. 22. τὸν Λέπιδον — τὸν τῆς Δρουσίλλης ἄνδρα, τὸν καὶ ταῖς ἄλλαις αὐτοῦ ἀδελφαῖς, τῇ τε Ἀγριππίνῃ καὶ τῇ Λιουΐλλᾳ μετ' αὐτοῦ ἐκείνου συνόντα sequ. *Eutrop.* 7, 7. etiam: „Stupra sororibus intulit; ex una etiam natam filiam agnovit" (ubi male vulg. *cognovit*, quod fuere, qui contra omnem temporum rationem de stupro intelligerent).

L. Cassio Long.] *Tac.* 6, 15. „Servio Galba, L. Sulla Coss. (a. 785.) diu quaesito, quos neptibus suis maritos destinaret Caesar (Tiberius), postquam instabat virginum aetas, L. Cassium, M. Vinicium legit. — Cassius plebeji Romae generis, verum antiqui honoratique, et severa patris disciplina eductus, facilitate saepius, quam industria commendabatur. Huic Drusillam, Vicinio Juliam, Germanico genitas, conjungit." Id. 6, 45. progeneros Caesaris Cn. Domitium, Cassium Longinum, M. Vinicium, Rubellium Blandum nominat. Hic L. Cassius postea Asiae praefectus, jussu Caji in vinculis Romam deductus, mortem evasit. *Dio* 59, 29. ubi scriptoris vel scribae vitio Cajus dicitur. v. Reimar. ad h. l. post *Glandorp.* Onom. p. 205. et Lipsium ad Tac. 6, 15. disputantem contra Pomponium, qui cum C. Cassio, celebri Jurisconsulto, nostrum confudit. cf. *Bayle* diction. histor. sub: *Cassius Longinus.*

Eadem defuncta] A. 791. v. *Dio.* 59, 11. decretos mortuae a fratre honores fuse enarrantem.

capital fuit] Hanc Memmianam et optimorum codd. lectionem comprobarunt Graev., Oudend., Wolfius. Al. *capitale.* v. de utraque forma, praeter Oudend. ad h. l., Tzschuck. ad *Melam* 1, 9, 7. — *Dio* c. c. αἰτίαν δὲ πάντες ὁμοίως εἶχον, εἴθ' ἠσθησαν ἐπί τινι, ὡς λυπούμενοι, εἴτε καὶ ὡς χαίροντες ἔπραξαν (quem locum mutilum esse, quilibet videt, sine codd. nemo restituerit). ἢ γὰρ μὴ πενθεῖν αὐτήν, ὡς ἄνθρωπον, ἢ θρηνεῖν, ὡς θεόν, ἐνεκαλοῦντο. πάρεστι δὲ ἐξ ἑνὸς πάντα τὰ τότε γενόμενα τεκμήρασθαι. τὸν γὰρ πω-

Ac moeroris impatiens, quum repente noctuque profugisset ab Urbe, transcucurrissetque Campaniam, Syracusas petiit; rursusque inde propere rediit, barba capilloque promisso. Nec unquam postea quantiscunque de rebus, ne pro concione quidem populi, aut apud milites, nisi *per numen Drusillae* dejeravit. Reliquas sorores nec cupiditate tanta, nec dignatione dilexit, ut quas saepe exoletis suis prostraverit. Quo facilius eas in causa Aemilii Lepidi condemnavit, quasi adulteras, et insidiarum ad-

---

λήσαντα θερμὸν ὕδωρ ἀπέκτεινεν, ὡς ἀσεβήσαντα. Id. c. 10. καὶ ἑτέρους ἥ τε νόσος ἥ τῷ προτέρῳ ἔτει αἱ συμβᾶσα, καὶ ὁ τῆς Δρουσίλλης τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ θάνατος ἔφθειρε· τά τε γὰρ ἄλλα, καὶ εἴ τις εἱστίασεν, ἢ ἠσπάσατό τινα, ἢ καὶ ἐλούσατο ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις, ἐκολάζετο.

moeroris impatiens] *Senec.* Consol. ad Polyb. c. 36. „C. Caesar, amissa sorore Drusilla, is homo, qui non magis dolere, quam gaudere principaliter posset, conspectum conversationemque civium suorum profugit, exequiisque sororis suae non interfuit, justa sorori non praestitit, sed in Albano suo tesseris ac foro, et provocatis hujusmodi aliis occupationibus acerbissimi funeris levabat mala. — Idem ille Cajus furiosa inconstantia, modo barbam capillumque submittens, modo Italiae ac Siciliae oras errabundus permetiens, et nunquam satis certus, utrum lugeri vellet, an coli sororem. Eodem enim tempore, quo templa illi constituebat ac pulvinaria, eos, qui parum moesti fuerant, crudelissima afficiebat animadversione."

per numen Drusillae dejer.] Vulg. *nomen.* *Dio* l. c. καί οἱ (Drusillae) τά τε ἄλλα, ὅσα τῇ [τε] Λιουΐᾳ ἐδέδοτο, ἐψηφίσθη, καὶ ἵνα ἀθανατισθῇ, καὶ εἰς τὸ βουλευτήριον χρυσῆ ἀνατεθῇ, καὶ ἐς τὸ ἐν τῇ ἀγορᾷ Ἀφροδίσιον ἄγαλμα αὐτῆς ἰσομέτρητον τῷ τῆς θεοῦ ἐπὶ ταῖς ὁμοίαις τιμαῖς ἱερωθῇ, σηκός τε ἴδιος οἰκοδομηθῇ, καὶ ἱερεῖς εἴκοσιν οὐχ ὅτι ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες γεραίρωνται· αἵ τε γυναῖκες αὐτήν, ὁσάκις ἂν μαρτυρῶσί τι, ὀμνύωσι, καὶ ἐν τοῖς γενεσίοις αὐτῆς ἑορτὴ παρόμοια τοῖς Μεγαλησίοις ἄγηται, καὶ ἥ γερουσία ἥ τε ἱππὰς ἑστιᾶται. Οὕτω οὖν Πανθέα τε ὠνομάζετο, καὶ τιμῶν δαιμονίων ἐν πάσαις ταῖς πόλεσιν ἠξιοῦτο. Λιουΐος τέ τις Γεμίνιος βουλευτής ἔς τε τον οὐρανὸν αὐτὴν ἀναβαίνουσαν καὶ τοῖς θεοῖς συγγινομένην ἑωρακέναι ὤμοσεν, ἐξώλειαν ἑαυτῷ καὶ τοῖς παισίν, εἰ ψεύδοιτο, ἐπαρασάμενος, τῇ τε τῶν ἄλλων θεῶν ἐπιμαρτυρίᾳ, καὶ τῇ αὐτῆς ἐκείνης· ἐφ᾽ ᾧ πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας ἔλαβε.

in causa Aemilii Lepidi] *Dio* 59, 22. τοῦ Λεπίδου ἐκείνου, τὸν

versus se conscias. Nec solum chirographa omnium, requisita fraude ac stupro, divulgavit, sed et tres gladios, in necem suam praeparatos, Marti Ultori, addito elogio, consecravit. [25] Matrimonia contraxerit turpius, an dimiserit, an tenuerit, non est facile discernere. Liviam Orestillam, C. Pisoni nu-

---

ἐραστήν, τὸν ἐρώμενον, τὸν τῆς Δρουσίλλης ἄνδρα, τὸν καὶ ταῖς ἄλλαις αὐτοῦ ἀδελφαῖς τῇ Ἀγριππίνῃ τῇ τε Λιουΐλλᾳ μετ' αὐτοῦ ἐκείνου συνόντα, ᾧ πέντε ἔτεσι θᾶσσον τὰς ἀρχὰς παρὰ τοὺς νόμους αἰτῆσαι ἐπέτρεψεν, ὃν καὶ διάδοχον τῆς ἡγεμονείας καταλείψειν ἐπηγγέλλετο, κατεφόνευσε· καὶ τοῖς στρατιώταις ἀργύριον ἐπὶ τούτῳ, καθάπερ πολεμίων τινῶν κεκρατηκώς, ἔδωκε· καὶ ξιφίδια τρία τῷ Ἄρει τῷ Τιμωρῷ ἐς τὴν Ῥώμην ἔπεμψε. τάς τε ἀδελφάς, ἐπὶ τῇ συνουσίᾳ αὐτοῦ, ἐς τὰς Ποντίας νήσους κατέθετο, πολλὰ περὶ αὐτῶν καὶ ἀσεβῆ καὶ ἀσελγῆ τῷ συνεδρίῳ γράψας· καὶ τῇ γε Ἀγριππίνῃ τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ ἐν ὑδρίᾳ ἔδωκε, κελεύσας οἱ ἐν τοῖς κόλποις αὐτὴν διὰ πάσης ὁδοῦ ἔχουσαν, ἐς τὴν Ῥώμην ἀνενεγκεῖν. ἐπειδή τε συχνὰ αὐταῖς δι' ἐκεῖνον δηλονότι προσεψηφίσατο, ἀπηγόρευσε μηδενὶ τῶν συγγενῶν αὐτοῦ μηδεμίαν τιμὴν δίδοσθαι. De genere hujus Lepidi cf. Lips. ad *Tac.* 14, 2. de consecratis gladiis id. ad 15, 74.

requisita fraude ac stupro] i. e. quae sibi fraude comparaverat, ne stupro quidem ad requirenda ea et elicienda iis, qui habebant, omisso. Postea *addito elogio* est addita tabula, inscriptione, titulo, quo consecrationis causa notata erat. v. ind.

discernere] Servavi hoc verbum, quamvis jubentibus *Gronov.* Observ. 3, 13. et *Perizon.* ad Sanct. p. 784. legi *decernere*, et probante Wolfio. Ut enim multis in locis *diligere* et *deligere* aeque valere possunt, quum illud sit: e pluribus legere, hoc de numero aliquo legere, quod eodem redit, ita *discernere* h. e. e pluribus, quae narrantur vel judicantur, quid verum, quid probandum sit, cernere, atque ita definire, decernere, cur ferendum non sit, haud video. Recte in sententiam nostram disputare videtur etiam Bremius, et prorsus eam confirmant, quae *Walther.* dicit Observ. p. 21., *discernere* denotare antecedens, *decernere* consequens. Idem *Liv.* 7, 9. *discerni* legendum, recte ex meo sensu censet.

Liviam Orestillam] *Corneliam Orestinam* eam appellat *Dio* 59, 8. quem sequuntur Xiphilinus et Zonaras. Dio ita: τὴν θυγατέρα τοῦ Σιλανοῦ ἐκβαλών, (v. supra ad c. 12.) ἔγημε Κορνηλίαν Ὀρεστίναν, ἣν ἥρπασεν ἐν αὐτοῖς τοῖς γάμοις, οὓς τῷ ἐγγεγυημένῳ αὐτὴν Γαΐῳ Καλπουρνίῳ Πείσωνι συνεκρότει· (h. e. *quum ad officium*

bentem, quum ad officium et ipse venisset, ad se deduci imperavit, intraque paucos dies repudiatam biennio post relegavit, quod repetisse usum prioris mariti tempore medio videbatur. Alii tradunt, adhibitum coenae nuptiali, mandasse ad Pisonem, contra accumbentem, *Noli uxorem meam premere:* statimque e convivio abduxisse eam, ac proximo die edixisse, MATRIMONIUM SIBI REPERTUM EXEMPLO ROMULI ET AUGUSTI. Lolliam Paulinam, C. Memmio consulari, exercitus regenti, nuptam, facta mentione aviae ejus, ut quondam pulcerrimae, subito ex provincia evocavit, ac perdu-

---

et ipse venisset) πρὶν δὲ δύο μῆνας ἐξελθεῖν, ἀμφοτέρους σφᾶς, ὡς καὶ συγγιγνομένους ἀλλήλοις, ἐξώρισε· καὶ τῷ γε Πείσωνι δέκα δούλους ἐπάγεσθαι ἐπιτρέψας, εἶτ' ἐπειδὴ πλείονας ᾐτήσατο, ἀφῆκεν ὅσοις ἂν ἐθελήσῃ χρήσασθαι, εἰπὼν ὅτι, Καὶ στρατιῶται τοσοῦτοι σοὶ συνέσονται.

mandasse ad Pisonem] i. e. misisse, qui diceret Pisoni. Ita Graeci ἐπιστέλλειν dicunt et πέμπειν, involuta jubendi notione. v. *Sturzii* Lex. Xenoph. in πέμπειν no. 1. lit. 8. De usu Lat. *mandare* hoc sensu v. *Freinshem*. ind. Flori et *Duker*. ad Flor. 3, 5, 6.

exemplo Romuli et Augusti] Romulus enim Hersiliam, (v. *Plutarch*. Romul. 14.) Augustus Liviam, nuptas jam, abduxerant.

Lolliam Paulinam] A. 792. *Dio* 59, 12. διαλιπὼν ὀλίγας ἡμέρας, ἔγημε Λολλίαν Παυλίναν, αὐτὸν τὸν ἄνδρα αὐτῆς Μέμμιον Ῥηγοῦλον ἐγγυῆσαί οἱ τὴν γυναῖκα ἀναγκάσας, μὴ καὶ ἀνέγγυον αὐτὴν παρὰ τοὺς νόμους λάβῃ. καὶ εὐθύς γε καὶ ἐκείνην ἐξήλασε. Haec Lollia *Tac*. A. 12, 1. filia dicitur M. Lollii Consularis, et neptis erat M. Lollii, de quo dictum ad Tib. 12. v. *Plin*. 9, 35, (58.) Claudii Imperatoris nuptias postea ambiit, mortua Messalina, (v. *Tac*. l. c. Nostr. Claud. 26.,) ad mortem adacta odio Agrippinae a. 803. *Tac*. 12, 22.

C. Memmio consulari] Consul fuerat a. 784., quo tempore oppressus est Sejanus (v. *Dion*. 58, 9.), praefectus postea Macedoniae et Achajae (v. *Pigh*. Annal. ad a. 781.), unde transportandi Romam Jovis Olympii negotium a Caligula datum ei dicit *Joseph*. 19, 1. v. supra ad c. 22. Defuncti a. 815. laudes celebrat *Tac*. A. 14, 46.

ctam a marito conjunxit sibi, brevique missam fecit, interdicto cujusquam in perpetuum coitu. Caesoniam, neque facie insigni, neque aetate integra, matremque jam ex alio viro trium filiarum, sed luxuriae ac lasciviae perditae, et ardentius et constantius amavit: ut saepe chlamyde peltaque et galea ornatam, ac juxta adequitantem, militibus ostenderit; amicis vero etiam nudam. Quam enixam uxorio nomine dignatus est, uno atque eodem die professus, et maritum se ejus, et patrem infantis ex ea natae. Infantem autem, Juliam Drusillam appellatam, per omnium Dearum templa circumferens, Minervae gremio imposuit, alendamque et instituendam commendavit. Nec ullo firmiore indicio sui seminis esse credebat, quam feritatis: quae illi quoque tanta jam tunc erat, ut infestis digitis ora et oculos simul luden-

---

perductam] i. e. desponsatam. Coegerat enim maritum ἐγγυῆσαί οἱ τὴν γυναῖκα, ut *Dio* l. c. *Eusebius* in Chronico: „Cajus Memmii Reguli uxorem duxit, *impellens eum, ut uxoris suae patrem esse se scriberet*“ ubi v. Joseph. *Scaliger*. Consulto autem Suetonium usum turpi verbo *perductam* (v. Tiber. 45), quum *deduci* proprie sponsae dicerentur, recte monuisse videtur Ernest. De verbo *perducere* sensu utroque, turpi et honesto, v. Walch. ad *Lactant.* 6, 17. ubi *perductores* sunt *lenones scortorum*.

missam fecit] προφάσει μὲν, ὡς μὴ τίκτουσαν, τὸ δ' ἀληθές, ὅτι διακορὴς αὐτῆς ἐγεγόνει, ut *Dio* c. 23.

Caesoniam] *Dio* loco modo citato: ἐκβαλὼν τὴν Παυλίναν — Μιλωνίαν Καισωνίαν ἔγημεν, ἣν πρότερον μὲν ἐμοίχευε, τότε δὲ καὶ γαμετὴν ποιήσασθαι ἠθέλησεν, ἐπειδὴ ἐν γαστρὶ ἔσχεν, ἵνα αὐτῷ παιδίον τριακονθήμερον τέκῃ.

ornatam] κεκοσμημένην. Al. *armatam* e glossa.

Infantem — commendavit] *Dio* (quem locum ex Excerpt. Peiresc. reposuit Reimarus 69, 28.) ἐπειδή τε ἡ Καισωνία θυγάτριον μετὰ τριάκοντα ἡμέρας τῶν γάμων ἔτεκε, τοῦτό τε αὐτὸς δαιμονίως προσεποιεῖτο, σεμνυνόμενος ὅτι ἐν τοσαύταις ἡμέραις καὶ πατὴρ καὶ ἀνὴρ (inverso ordine legendum καὶ ἀνὴρ καὶ πατήρ) ἐγεγόνει. καὶ Δρουσίλλαν αὐτὴν ὀνομάσας, ἔς τε τὸ Καπιτώλιον ἀνήγαγε, καὶ ἐς τὰ τοῦ Διὸς γόνατα ὡς καὶ παῖδα αὐτοῦ οὖσαν ἀνέθηκε, καὶ τῇ Ἀθηνᾷ τιθηνεῖσθαι παρηγγύησεν. Jovis Capitolini genibus impositam, prodit etiam *Joseph.* 19, 1.

tium infantium incesseret. [26] Leve ac frigidum sit his addere, quo propinquos amicosque pacto tractaverit, Ptolemaeum, regis Jubae filium, consobrinum suum, (erat enim et is M. Antonii ex Selene filia nepos) et in primis ipsum Macronem, ipsam Enniam, adjutores imperii: quibus omnibus pro necessitudinis jure, proque meritorum gratia, cruenta mors persoluta est. Nihilo reverentior leniorve erga Senatum: quosdam summis honoribus functos, ad essedum sibi currere togatos per aliquot passuum

---

Ptolemaeum] A. 793. *Dio* 59, 25. Γάϊος δὲ ἐν τούτῳ τόν τε Πτολεμαῖον τὸν τοῦ Ἰόβου παῖδα μεταπέμψας, καὶ μαθών, ὅτι πλουτεῖ, ἀπέκτεινε, καὶ ἄλλους πολλοὺς μετ' αὐτοῦ. cf. infra c. 35.

ex Selene filia] Inepte al. *ex Helena* v. *Helene*, et *ex Helenae filia*. Cleopatrae, e regina Cleopatra filiae, (v. *Dion.* 51, 15. *Plutarch.* Anton. 87. et ad Aug. 17. fin.) Antonius *Selenae* nomen indiderat, ut filio Alexandro *Solis*, unde Solem et Lunam, Cleopatrae liberos, ante currum triumphalem Augusti ductos, narrat *Eusebius* in Chronico. De *Juba* v. ad Aug. l. c. *Consobrini* autem Ptolemaeus et Caligula erant impari gradu. Ille enim Antonii nepos, hic pronepos ex avia Antonia.

ipsum Macronem, ipsam Enniam] *Dio* 59, 10. τὸν Μάκρωνα μετὰ τῆς Ἐννίας, μήτε τοῦ ταύτης ἔρωτος, μήτε τῶν ἐκείνου εὐεργετημάτων, δι' ὧν τά τε ἄλλα καὶ τὴν ἀρχὴν αὐτῷ μόνῳ συγκατέπραξε, μνησθείς, ἔς τε ἑκούσιον δὴ θανάτου ἀνάγκην, καίπερ καὶ τὴν Αἴγυπτόν οἱ προστάξας, καὶ ἐς αἰσχύνην, ἧς αὐτὸς τὸ πλεῖστον μετεῖχε, κατέστησε. προαγωγείας γὰρ ἔγκλημα αὐτῷ πρὸς τοῖς ἄλλοις ἐπήγαγε. Postea *jus necessitudinis* Ptolemaeum, *meritorum gratia* Macronem spectat. *Philo* leg. ad Caj. ὁ γοῦν Μάκρων πάντα ἐπ' ἀληθείας πραγματευσάμενος μετ' ἐκτενεστάτης σπουδῆς καὶ φιλοτιμίας, τὸ μὲν πρότερον ὑπὲρ τοῦ σῶσαι Γάϊον, ἔπειτα δὲ ὑπὲρ τοῦ μόνον τὴν ἡγεμονίαν διαδέξασθαι, τοιαῦτα εὕρατο τὰ ἐπίχειρα. λέγεται γάρ, ὅτι ἠναγκάσθη ὁ δείλαιος, αὐτοχειρίᾳ κτεῖναι ἑαυτόν, καὶ τὴν αὐτὴν ἀναδέξασθαι συμφορὰν ἡ γυνή, καίτοι ποτὲ νομισθεῖσα διὰ συνηθείας αὐτῷ γενέσθαι.

currere] Ita edidi cum Oudend. et Ernest. ex optimis libris pro *occurrere*, quod huic loco non convenit. Casaub. suadebat *accurrere* i. e. παραθέειν, (ut *Plutarch.* Lucull. 21., qui locus nostrum egregie illustrat) v. παρατροχάζειν (quo utitur *Appian.* Syriac. 64. et Civil. 3, 70.). *Currere* confirmatur locis Nostri Galb. 6. „*etiam ad essedum Imperatoris per viginti passuum millia cucurrit*" et *Eutrop.* 9, 15. „Galerius pulsus, et ad Diocletianum

millia, et coenanti, modo ad pluteum, modo ad pedes stare, succinctos linteo, passus est: alios quum clam interemisset, citare nihilo minus ut vivos perseveravit, paucos post dies voluntaria morte perisse mentitus. Consulibus, oblitis de natali suo edicere, abrogavit magistratum: fuitque per triduum sine summa potestate Respublica. Quaestorem suum in conjuratione nominatum flagellavit, veste detracta, subjectaque militum pedibus, quo firme verberaturi insisterent. Simili superbia violentiaque ceteros tractavit ordines. Inquietatus fremitu gratuita in Circo loca de media nocte occupantium, omnes fustibus abegit. Elisi per eum tumultum viginti amplius Equites Romani, totidem matronae, super innumeram turbam ceteram. Scenicis ludis, inter plebem et Equitem causam discordiarum serens, decimas

---

profectus, quum ei in itinere occurrisset, tanta insolentia a Diocletiano fertur exceptus, *ut per aliquot passuum millia purpuratus tradatur ad vehiculum cucurrisse.*" Addit autem *togatos*, ut recte monet Burmann., quo gravior hac veste oneratis esset hic cursus. Praeterea *irreverentem* erga Senatum ostendit, quod veste Romana indutos servile officium praestare sibi coegit.

ad pluteum] v. interpr. ad *Propert.* 4, 8, 68. „Lygdamus ad plutei fulcra sinistra latens."

succinctos linteo] v. interpr. ad *Phaedr.* 2, 5, 11. „ex alticinctis unus atriensibus, cui tunica ab humeris linteo Pelusio erat districta, cirris dependentibus." cf. *Ferrar.* de re vestiar. 3, 4.

Consulibus — abrogavit mag.] A. 792. *Dio* 59, 20. τὸν δὲ δὴ Δομίτιον καὶ ὕπατον εὐθὺς ἀπέδειξε, τοὺς τότε ἄρχοντας (Cn. Domitium Corbulonem, suffectum Kal. Jul. v. *Dion.* c. 15. et collegam incerti nominis; nam Sanquinium Maximum, quem Ernest. addit e *Dion.* c. 13., finito priori semestri dignitate decessisse oportet. cf. *Pigh.* T. III. p. 567.) καταλύσας, ὅτι ἐς τὰ γενέθλια αὐτοῦ ἱερομηνίαν οὐκ ἐπήγγειλαν.

Quaestorem — flagellavit] *Senec.* de ira 3, 18. „C. Caesar Sextum Papinium, cui pater erat consularis, Betilienum Bassum, Quaestorem suum, procuratoris sui filium, alios Senatores et Equites Romanos, uno die flagellis cecidit, torsit, non quaestionis, sed animi causa."

maturius dabat, ut equestria ab infimo quoque occuparentur. Gladiatorio munere, reductis interdum flagrantissimo Sole velis, emitti quemquam vetabat: remotoque ordinario apparatu, tabidas feras, vilissimos senioque confectos, gladiatores quoque pegmares, patresfamiliarum notos, sed insignes debilitate aliqua corporis, subjiciebat. Ac nonnunquam, hor-

---

decimas mat. dabat] Patet, *decimas* dona fuisse quaedam, fortasse missilia, quibus allecta plebs Romana locos ad rapienda illa idoneos, adeoque sedes etiam Equitum, ante ludorum initium implebat, vi postea a venientibus expellenda, unde *discordiarum causa*. Id confirmat locus, cujus, miror, neminem meminisse interpretum, Galb. 15. „liberalitates Neronis,. non plus *decimis* concessis, — revocandas curavit," ad quem v. notata. Cur *decimae* dictae, incertum, nisi quod *Turneb.* Advers. 18, 5. a decima Herculi pollucta nomen deflexum putat. Reliquorum interpretum conjecturas (nam omnes fere corrigendum locum censet) vide suis locis. Optima est *Bulengeri* de venat Circi c. 24. et *Ernestii* ad h. l., *tesseras*. Hic tamen falso, si quid video, a communi tesserarum significatione recedens, tabellas intelligit, quibus in aditu exhibendis, gratis ingredi licebat (*Freibillets*).

reductis — velis] quibus spectantium capita tegebantur, ex quo primus id instituerat Qu. Catulus, quum Capitolium consecraret. v. *Valer. M.* 2, 4, 6. *Plin.* 19, 1, (6.) *Lucret.* 4, 73.

remotoque ordin. apparatu — subjiciebat] Reddidi locum, in quo sanando quanto opere viri docti desudaverint, Burmanni et Oudendorpii editiones ostendunt, ad Oudendorpianae Wolfianaeque exempla, quamquam non nullo haerente scrupulo. *Remoto ordinario apparatu* (v. Caes. 10.) — *subjiciebat* est: pro iis, quae alias ad oblectandum populum exhiberi in muneribus solebant, exhibebat, illa substituebat, (*subjicere* enim est sub oculos jacere, ostendere, ὑποτίθεσθαι, ne quis cum Burm. et Ern. malit *objiciebat*) quae nonnisi taedium cruciatumque spectantibus moverent, ut *tabidas feras*, (ita pro: *rabidis feris* Memm. aliique codd. optimae notae) non fortes validasque, sed tabe, vel morbo, vel annis contracta macilentas, et qui caederent eas, bestiarios *vilissimos senioque confectos*, quamquam haec verba ex interpretatione vocab. *tabidas* in textum venisse existimo, quod explicuerat aliquis: *vilissimas, senio confectas;* id enim conjicio ex omisso substantivo, fere necessario, et desiderata in plerisque copula *que* post *senio;* nisi legere quis malit: *vilissimosque senesque confectores*, ἀναιρέτας, v. Aug. 43.); et praeter hanc venatio-

reis praeclusis, populo famem indixit. [27] Saevitiam ingenii per haec maxime ostendit. Quum ad saginam ferarum, muneri praeparatarum, carius pecudes compararentur, ex noxiis laniandos annotavit; et, custodiarum seriem recognoscens, nullius inspecto elogio, stans tantummodo intra porticum mediam, a calvo ad calvum duci imperavit. Votum exegit ab eo, qui pro salute sua gladiatoriam operam

---

nem, qui *gladiatores pegmares* agerent h. e. de pegmate s. constructa ex materia machina depugnarent (v. de *pegmatibus* Lips. de Amphitheatro c. 22., de *pegmaribus* eund. Saturn. 2, 14. ubi tamen et ipse de salva lectione dubitat; quid si legas *pugiles* v. *pugillares*), non palaestra exercitos, et qui e gladiatorum familia essent, sed *patresfamiliarum*, cives igitur Romanos, eosque *notos*, non infimae sortis homines, (*in bonam partem* addit Memm. e glossa, ne quis *notos* h. l. *infames* esse putet) hos ipsos tamen debilitatos, πεπηρωμένους. Ceterum comparant locum *Dion*. 59, 10. ἐπιλειπόντων ποτὲ τῶν τοῖς θηρίοις ἐκ καταδίκης διδομένων, ἐκέλευσεν ἐκ τοῦ ὄχλου τοῦ τοῖς ἰκρίοις προςεστηκότος συναρπασθῆναί τινας καὶ παραβληθῆναι σφίσι, qui huc minus pertinet.

nullius inspecto elogio] i. e. tabula, in qua culpa erat perscripta, ob quam in custodia servabatur.

a calvo ad calvum] *Dio* 59, 22. ἰδών ποτε ὄχλον, εἴτε δεσμωτῶν, εἴτε καὶ ἄλλων τινῶν, προςέταξε τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον, ἀπὸ τοῦ φαλακροῦ μέχρι τοῦ φαλακροῦ πάντας αὐτοὺς σφαγῆναι. Nempe quum porticum ingressus, totam congregatorum in custodia multitudinem oculis perlustrasset, in utroque latere extremo calvis forte conspectis, totam seriem sine discrimine ab uno calvo ad alterum *duci* ad supplicium jussit, quae res in pro[illegible] obiit. Aliam, eamque non minus probabilem, inte[illegible]ationem dat *Reinesius* ad marg. edit. Casaub. ex *Dion*. 58, [illegible] ubi a L. Sejano Praetore omnes calvi Sejani, (non, ut Rei[illegible]es., omnes Sejani calvi) appellati dicuntur, postquam Flo[illegible]lia ad irridendum Tiberium calvorum ministerio celebraverat. Ita Cajus Sejanorum odium his verbis prodidisset. Di[illegible]autem auctor: *stans tant. intra port. mediam*, ut significaret, non consedisse in tribunali ad dispicienda crimina, sed brevi obtutu defunctum.

Votum exegit] *Dio* 59, [illegible]. Πούπλιος Ἀφράνιος Πότιτος, δημότης τε ὤν, καὶ ὑπὸ μωρᾶς κολ[illegible]κείας οὐ μόνον ἐθελοντής, ἀλλὰ καὶ ἔνορκος, ἄν γε ὁ Γάϊος σωθῇ, (v. supra c. 14.) τελευτήσειν ὑποσχόμενος· Ἀτίνιός τέ τις Σεκοῦνδος, ἱππεύς τε ὤν, καὶ μονομαχήσειν ἐπαγγειλάμενος, ἀντὶ τῶν χρημάτων, ἃ ἤλπιζον παρ' αὐτοῦ, ὡς καὶ ἀντίψυ-

promiserat, spectavitque ferro dimicantem; nec dimisit, nisi victorem, et post multas preces. Alterum, qui se periturum ea de causa voverat, cunctantem pueris tradidit; verbenatum infulatumque, votum reposcentes, per vicos agerent, quoad praecipitaretur ex aggere. Multos honesti ordinis, deformatos prius stigmatum notis, ad metalla, et munitiones viarum, aut ad bestias condemnavit, aut bestiarum more quadrupedes cavea coërcuit, aut medios serra dissecuit; nec omnes gravibus ex causis, verum male de munere suo opinatos, vel quod nunquam per Genium suum dejerassent. Parentes supplicio filiorum interesse cogebat. Quorum uni vale-

---

χοί οἱ ἀποθανεῖν ἐθελήσαντες, λήψεσθαι, ἀποδοῦναι τὴν ὑπόσχεσιν ἠναγκάσθησαν, ἵνα μὴ ἐπιορκήσωσι. καὶ τούτοις μὲν αὕτη αἰτία τοῦ θανάτου ἐγένετο.

verbenatum infulatumque] ut publicam hostiam. Auctore enim *Turnebo* Advers. 28, 30. restitutum *verbenatum* pro inepto *verberatum*. Comparat Oudend. *Servium* ad *Virgil.* Aen. 3, 57. qui: „Massilienses quotiens pestilentia laborabant, unus se ex pauperibus offerebat alendus anno integro publicis et purioribus cibis. Hic postea *ornatus verbenis et vestibus sacris*, circumducebatur per totam civitatem cum execrationibus, ut in ipsum reciderent mala totius civitatis, *et sic projiciebatur* (praecipitabatur)." *Aggerem* autem, quum non addiderit *aliquo*, non incertum intellexit auctor, sed suppliciis destinatum, juxta portam Collinam, descriptum a *Plutarch.* Num. 10.

ad bestias — coercuit] *Dio* 59, 10. τῶν ἱππέων τινὰ τῶν ἐπιφανῶν μονομαχῆσαί τε, ὡς καὶ ὑβρίσαντα τὴν μητέρα αὐτοῦ τὴν Ἀγριππῖναν, ἠνάγκασε, καὶ νικήσαντα κατηγόροις παρέδωκε, καὶ ἀπέσφαξε. τόν τε πατέρα αὐτοῦ, μηδὲν ἀδικήσαντα, ἔς τε γαλεάγραν, ὥσπερ καὶ ἄλλους συχνούς, καθεῖρξε, κἀνταῦθα διέφθειρεν. De *dissectis serra* v. Casaub. ad h. l. et Fabric. ad *Dion.* 68, 32. et ab eo citatos.

per Genium suum dejer.] *Minucius Fel.* Octav. c. 29. „Etiam principibus et regibus, non ut magnis et electis viris, sicut fas est, sed ut Diis, turpiter adulatio falsa blanditur. — Sic eorum numen vocant, ad imagines supplicant, Genium, id est daemonem ejus, implorant; et est iis tutius, per Jovis Genium pejerare, quam regis" ubi v. Lindner.

Parentes — cogebat] *Dio* 59, 25. Βετιλλῖνον Καπίτωνα ἀποσφα-

tudinem excusanti lecticam misit; alium a spectaculo poenae epulis statim adhibuit, atque omni comitate ad hilaritatem et jocos provocavit. Curatorem munerum ac venationum, per continuos dies in conspectu suo catenis verberatum, non prius occidit, quam offensus putrefacti cerebri odore. Atellanae poëtam, ob ambigui joci versiculum, media Amphitheatri arena igni cremavit. Equitem Romanum, objectum feris, quum se innocentem proclamasset, reduxit; abscisaque lingua, rursus induxit. [28] Revocatum quendam a vetere exsilio sciscitatus, quidnam ibi facere consuesset, respondente eo per adulationem, *Deos semper oravi, ut, quod evenit, periret Tiberius, et tu imperares;* opinans, sibi quoque exsules suos mortem imprecari, misit circum insulas, qui universos contrucidarent. Quum discerpi Senato-

---

γῆναι κελεύσας, καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ Καπίτωνα παρεῖναι φονευομένῳ αὐτῷ κατηνάγκασε, μήτ' ἀδικοῦντά τι, μήτ' εἰσηγγελμένον. πυθομένου τε αὐτοῦ, εἰ μῦσαί γέ οἱ ἐπιτρέπει, προσέταξε καὶ ἐκεῖνον σφαγῆναι.

epulis statim adhibuit] *Senec.* de ira 2, 33. „C. Caesar *Pastoris*, splendidi Equitis Romani, filium quum in custodia habuisset, munditiis ejus et cultioribus capillis offensus, rogante patre, ut salutem sibi filii concederet, quasi de supplicio ejus admonitus, duci protinus jussit. Ne tamen omnia inhumane faceret adversum patrem, ad coenam illum invitavit eo die. Venit Pastor, nihil vultu exprobrante sequ."

catenis verber.] Sine causa interpretes novitate supplicii, in tali monstro minime miranda, moti locum mutare voluerunt, quum alii satis frigide *habenis* suaderent, *Gronov.* autem et *Reines.* ad marg. *catomis* (κατωμίς), quae correctio aliam necessariam reddidit sequentium: *putr. cerebri odore* in: *putref. tabi odore*, quae tautologiam etiam infert.

Atellanae] v. ad Tiber. 45.

abscisaque lingua] *Dio* 59, 10. ὅπως γε μήτε ἐπιβοήσασθαι μήτε αἰτιάσασθαί τι δυνηθῶσι, τὰς γλώσσας αὐτῶν προαπέτεμε.

qui univ. contrucidarent] *Dio* 59, 18. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοῖς ἐξελαυνομένοις ἀσφάλεια ἦν, ἀλλὰ καὶ ἐκείνων πολλοί, ἤτοι κατὰ τὴν ὁδόν, ἢ καὶ ἐν τῇ φυγῇ, διεφθείροντο. *Philo* in Flaccum sub finem: Φασὶν ὅτι νύκτωρ ποτὲ διαγρυπνῶν ὁ Γάϊος, εἰς ἔννοιαν ἦλθε τῶν ἐν τέλει φυγάδων, ὀνόματι μὲν ὑποστελλόντων ἀτυχεῖν, βίον δ'

rem concupisset, subornavit, qui ingredientem Curiam, repente hostem publicum appellantes, invaderent, graphiisque confossum, lacerandum ceteris traderent. Nec ante satiatus est, quam membra et artus et viscera hominis tracta per vicos, atque ante se congesta vidisset. [29] Immanissima facta augebat atrocitate verborum. *Nihil magis in natura sua laudare se ac probare* dicebat, *quam*, ut ipsius verbo utar, *ἀδιατρεψίαν*. Monenti Antoniae aviae, tanquam parum esset non obedire, *Memento*, ait, *omnia mihi et in omnes licere*. Trucidaturus fratrem, quem metu venenorum praemuniri medicamentis suspicabatur,

---

ἀπράγμονα καὶ ἡσυχάζοντα καὶ ἐλεύθερον ὄντως πεありποιημένων· μετατίθει δὲ καὶ τὴν κλῆσιν, ἀποδημίας προσαγορεύων. ἀποδημία γάρ τίς ἐστιν, ἔφασκεν, ἡ τῶν τοιούτων ἔλασις, ἐχόντων ἄφθονα τὰ ἐπιτήδεια, καὶ σὺν ἀπραγμοσύνῃ καὶ εὐσταθείᾳ ζῆν δυναμένων, οὓς ἄτεπον εἶναι τρυφᾷν, ἀπολαύοντας εἰρήνην, βίον καρπουμένους φιλόσοφον· εἶτα προστάττει τοὺς ἐπιφανεστάτους, καὶ ὧν πλεῖστος ὁ λόγος, ἀναιρεθῆναι, γραφὴν δοὺς ὀνομάτων, ἧς ἡγεῖτο Φλάκκος. Id. leg. ad Caj. τῶν στρατευομένων ἐπιπέμψας τινά, μηδενὸς καινοτέρου προσπεσόντος, τοὺς ἀρίστους καὶ εὐγενεστάτους, ἤδη ζῶντας ὡς ἐν πατρίσι ταῖς νήσοις, καὶ τὴν ἀτυχίαν εὐτυχέστατα φέροντας, ἀθρόους ἀναιρεῖ, πένθος οἰκτρότατον καὶ ἀπροσδόκητον οἴκοις τῶν ἐν Ῥώμῃ μεγάλων προσβαλών. Rem indigitat *Senec.* Consol. ad Polyb. c. 32.

discerpi Senatorem] Scribonium Proculum dicit *Dio* 59, 26. δριμύ τά τι Σκριβωνίῳ Πρόκλῳ ἐνεῖδε, καὶ ἔφη· Καὶ σύ με ἀσπάζῃ, μισῶν οὕτω τὸν αὐτοκράτορα; ἀκούσαντες δὲ τοῦτο οἱ παρόντες, περιέσχον τε τὸν ξυμβουλευτήν, καὶ διέσπασαν.

graphiis] v. notata ad Caes. 32.

ἀδιατρεψίαν] *immobilitatem animi*, quo vocabulo de Stoicorum ἀναισθησίᾳ utitur *Lactant.* 6, 17. Laudabat Cajus eam animi firmitatem, qua immotis oculis cruentissima suppliciorum spectacula adspicere poterat. Haud inepta est glossa codd. quorundam: *hoc est, inverecundiam*; διατρέπεσθαι enim saepe i. q. αἰδεῖσθαι. v. Casaub. ad h. l. *Dio* 59, 10. ἦν δὲ οὐ τὸ πλῆθος τῶν ἀπολλυμένων οὕτω τι δεινόν, (καίπερ δεινὸν ὄν) ἀλλ' ὅτι τοῖς τε φόνοις αὐτῶν ὑπερέχαιρε, καὶ τῆς τοῦ αἵματος θέας ἀπλήστως εἶχεν.

et in omnes] Recepi cum Ern. et Oudend. Vulg. *et homini*. Reliquam lectionis varietatem virorumque doctorum conjecturas v. apud Burmann. et Oudend.

Antidotum, inquit, *adversus Caesarem?* Relegatis sororibus, non solum insulas habere se, sed etiam gladios, minabatur. Praetorium virum ex secessu Anticyrae, quam valetudinis causa petierat, propagari sibi commeatum saepius desiderantem, quum mandasset interimi, adjecit: *necessariam esse sanguinis missionem, cui tam diu non prodesset elleborum.* Decimo quoque die, numerum puniendorum ex custodia subscribens, *Rationem se purgare*, dicebat. Gallis Graecisque aliquot uno tempore condemnatis, gloriabatur, *Gallograeciam sese subegisse.* [30] Non temere in quemquam, nisi crebris et minutis ictibus animadverti passus est: perpetuo notoque jam praecepto, *Ita feri, ut se mori sentiat.* Punito per errorem nominis alio, quam quem destinaverat, ipsum quoque paria meruisse dixit. Tragicum illud subinde jactabat,

Oderint, dum metuant.

Saepe in cunctos pariter Senatores, ut Sejani clientes, ut matris ac fratrum suorum delatores, invectus est; prolatis libellis, quos crematos simulaverat, defensaque Tiberii saevitia, quasi necessaria, quum tot criminantibus credendum esset. Equestrem ordi-

---

Truc. fratrem — Releg. sor.] v. c. 23 et 24.

propagari] v. ad Aug. 23. Postea pro *prodesset* Ern[illegible]ulat *profuisset*, de qua re diximus ad c. 3. — *Anticyrae* insulae *elleborum* furiosorum medelae adhibitum, notissimum vel ex *Horat.* Art. poet. v. 300. „*tribus Anticyris* caput insanabile," et *Satir.* 2, 3, 82. „Danda est *ellebori* multo pars maxima avaris; Nescio, an *Anticyram* ratio illis destinet omnes" et v. 166. „Naviget *Anticyram*" al.

subscribens] Supra c. 27. „ex noxiis laniandos *annotavit.*" Mox *rationem purgare* Graeci ἐκκαθᾶραι λογισμόν.

ut matris — delatores] *Dio* 59, 10. ἕτεροι, πολλοὶ μὲν καταψηφισθέντες, οἱ δὲ καὶ πρὶν ἁλῶναι ἐφονεύθησαν· πρόφασιν μὲν διά τε τοὺς γονέας καὶ διὰ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, τούς τε ἄλλους τοὺς δι' ἐκείνους ἀπολομένους, τὸ δ' ἀληθές, διὰ τὰς οὐσίας.

prolatis libellis] v. supra ad c. 15.

nem, ut scenae arenaeque devotum, assidue proscidit. Infensus turbae, faventi adversus studium suum, exclamavit: *Utinam populus Romanus unam cervicem haberet!* Quumque Tetrinius latro postularetur, *et qui postularent, Tetrinios esse*, ait. Retiarii tunicati quinque numero gregatim dimicantes, sine certamine ullo totidem secutoribus succubuerant: quum occidi juberentur, unus, resumta fuscina, omnes victores interemit. Hanc, ut crudelissimam caedem, et deflevit edicto, et eos, qui spectare sustinuissent, exsecratus est. [31] Queri etiam palam de conditione temporum suorum solebat, quod nullis calamitatibus publicis insignirentur: Augusti principatum clade Variana; Tiberii, ruina spectaculorum apud Fidenas, memorabilem factum: suo oblivionem imminere prosperitate rerum. Atque identidem exercituum caedes, famem, pestilentiam, incendia, hiatum aliquem terrae optabat. [32] Animum quoque remittenti, ludoque et epulis dedito, eadem dictorum factorumque saevitia aderat. Saepe in conspectu prandentis vel comissantis seriae quaestiones per tormenta habe-

---

ut scenae aren. devotum] Ernestii interpretatio: „nimis studiosum spectaculorum scenicorum et gladiatoriorum" nimis est angusta. Furorem proscindebat Equitum, operas in scena arenaque praebendi, de quo dictum ad Aug. 43.

faventi adv. studium suum] *Dio* 59, 13. αἰτίαι δὲ ἐς τὰ μάλιστα τῆς ὀργῆς αὐτῷ ἐγίγνοντο, ὅτε τε μὴ σπουδῇ συνεφοίτων — καὶ ὅτι μήτε ἀεὶ πάντας τοὺς ἀρέσκοντας αὐτῷ ἐπῄνουν, καί τινας καὶ τῶν ἐναντίων ἔστιν ὅτε ἐτίμων. Erat autem addictus deditusque Prasinae factioni, ut narrat Noster c. 55. Quod ad dictum Caligulae attinet, *Dio* post narratam ejus necem addit 59, 30. ἐμνημόνευόν τε οἱ παρόντες τοῦ λεχθέντος ποτὲ ὑπ' αὐτοῦ πρὸς τὸν δῆμον· Εἴθε ἕνα αὐχένα εἴχετε, ἐπιδεικνύντες αὐτῷ, ὅτι ἐκεῖνος μὲν αὐχένα ἕνα, σφεῖς δὲ δὴ χεῖρας πολλὰς ἔχοιεν.

latro] sine dubio damnatus jam ad arenam.

Retiarii — secutoribus succub.] Totum pugnae genus illustratum vide a *Lipsio* Saturn. 2, 7 et 8. et ab Interpr. *Juvenal.* 2, 143. et 8, 200. sequ., quo loco accurate illud describitur.

ruina spectaculorum] i. e. Amphitheatri. v. Tiber. 40.

bantur. Miles decollandi artifex quibuscunque e custodia capita amputabat. Puteolis, dedicatione pontis, quem excogitatum ab eo significavimus, quum multos e litore invitasset ad se, repente omnes praecipitavit. Quosdam gubernacula apprehendentes, contis remisque detrusit in mare. Romae publico epulo servum, ob detractam lectis argenteam laminam, carnifici confestim tradidit, ut manibus abscisis, atque ante pectus e collo pendentibus, praecedente titulo, qui causam poenae indicaret, per coetus epulantium circumduceretur. Mirmillonem e ludo, rudibus secum batuentem, et sponte prostratum, confodit ferrea sica, ac more victorum cum palma discucurrit. Admota altaribus victima, succinctus poparum habitu, elato alte malleo, cultrarium mactavit. Lautiore convivio effusus subito in cachinnos, Consulibus, qui juxta cubabant, quidnam rideret, blande quaerentibus: *Quid, inquit, nisi uno meo nutu jugulari utrumque vestrûm statim posse?* [33] Inter varios jocos, quum assistens

---

decollandi] v. de hoc vocab. *Wesseling.* Observ. 1, 20.

Puteolis — praecipitavit] *Dio* 59, 17. ἐμπλησθεὶς δὲ καὶ ὑπερκορῆς καὶ σίτου καὶ μέθης γενόμενος, συχνοὺς μὲν τῶν ἑταίρων ἐς τὴν θάλασσαν ἀπὸ τῆς γεφύρας ἔῤῥιψε, συχνοὺς δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἐν πλοίοις ἐμβόλους ἔχουσι περιπλεύσας κατέδυσεν, ὥςτε καὶ ἀπολέσθαι τινας· οἱ γὰρ πλείους, καίπερ μεθύοντες, ἐσώθησαν.

praecedente titulo] h. e., ut *Dio* 54, 3. μετὰ γραμμάτων τὴν αἰτίαν τῆς θανατώσεως αὐτοῦ δηλούντων, ubi v. Fabric. Tales titulos et praeconum elogia collegit *Brisson.* de formulis l. 5. p. 488. sequ. cf. Domitian. 10.

rudibus secum batuentem] quod tirones facere solebant cum lanista, exercitii causa. v. *Lips.* Saturnal. 2, 15.

succ. poparum hab. — cultrarium mact.] v. Jac. *Guther.* de veteri jure pontificio 2, 14. (Thes. Graev. Tom. V. p. 108.) ubi: „*Popae* et *Victimarii* sacrorum ministri praecipui fuerunt. Popae hostias mactabant, *Victimarius* illas apparabat, et cultrum, aquam, ignem et molam. Popas Plautus *lanios* vocat. — *Victimarius*, μοσχοθύτης, μοσχοτόμος, *cultrarius* Suetonio.“ v. ibid. nostrum locum imagine illustratum. Pro *poparum* h. l. alii corrupte *pomparum*.

simulacro Jovis Apellem tragoedum consuluisset, uter illi major videretur, cunctantem flagellis discidit, collaudans subinde vocem deprecantis, quasi etiam in gemitu praedulcem. Quoties uxoris vel amiculae collum exoscularetur, addebat, *Tam bona cervix, simulac jussero, demetetur.* Quin et subinde jactabat, *exquisiturum se vel fidiculis de Caesonia sua, cur eam tanto opere diligeret.* [34] Nec minore livore ac malignitate, quam superbia saevitiaque, paene adversus omnis aevi hominum genus grassatus est. Statuas virorum illustrium, ab Augusto ex Capitolina area propter angustias in Martium campum collatas, ita subvertit atque disjecit, ut restitui salvis titulis non potuerint. Vetuitque posthac viventium cuiquam usquam statuam aut imaginem, nisi se consulto et auctore, poni. Cogitavit etiam de Homeri car-

---

Apellem tragoedum] Ascalonitam, qui in deliciis ei fuerat. *Dio* 59, 5. Γάϊος ἤρχετο μὲν καὶ ὑπὸ τῶν ἁρματηλατούντων καὶ ὑπὸ τῶν ὁπλομαχούντων· ἐδούλευε δὲ καὶ τοῖς ὀρχησταῖς καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς περὶ τὴν σκηνὴν ἔχουσι. τὸν γοῦν Ἀπελλῆν, τὸν εὐδοκιμώτατον τῶν τότε τραγῳδῶν, καὶ ἐν τῷ δημοσίῳ συνόντα οἱ ἀεὶ εἶχε. *Philo* leg. ad Caj. veterem Ascalonitarum simultatem erga Judaeos exercuisse hunc Apellem dicit, additque: ἀλλ' οἱ μὲν καλῶν πράξεων καλοὶ σύμβουλοι μικρὸν ὕστερον τὰ ἐπίχειρα εὗρον τῆς ἀσεβείας· ὁ μὲν (Ἀπελλῆς) ὑπὸ Γαΐου σιδήρῳ δεθεὶς ἐφ' ἑτέραις αἰτίαις, καὶ στρεβλούμενος, καὶ τροχιζόμενος ἐκ περιτροπῆς, ὥσπερ ἐν ταῖς περιοδιζούσαις νόσοις, in qua supplicii descriptione nescio an multum odio dederit homo Judaeus.

demetetur] Ita reddidit Graevius pro vulg. *demetur*.

omnis aevi hominum genus] Ita ex Memm. edidit Oudend., probans Graevii elegantem conjecturam: *adversus omne omnis aevi hominum genus*. Al. *adversus omne genus hominum*, ubi *omnis aevi*, quod necessarium ad auctoris consilium, male desideratur. Burmann. et Ernest. reddiderunt vulg. *adversus omnis aevi homines*.

non potuerint] Al. *valuerint*, quod de homine, aut iis rebus, quibus agendi vel praestandi aliquid facultas, unice dici, jure contendunt Burm. et Oudend. nisi quis cum Müllero legere malit: *restituere valuerint* sc. homines. Antea *suis* pro *salvis* male correxerunt Torrent. et Lipsius.

Vetuitque — poni] Comparat Casaub., quae de Claudio *Dio*

minibus abolendis; *Cur enim sibi non licere*, dicens, *quod Platoni licuisset, qui eum e civitate, quam constituebat, ejecerit?* Sed et Virgilii ac Titi Livii scripta et imagines, paulum afuit, quin ex omnibus bibliothecis amoveret: quorum alterum, ut *nullius ingenii, minimaeque doctrinae;* alterum, ut *verbosum in historia, negligentemque* carpebat. De juris quoque consultis, quasi scientiae eorum omnem usum aboliturus, saepe jactavit, *se, mehercle, effecturum, ne qui respondere possint praeter eum.* [35] Vetera

---

60. 25. ἐπειδή τε ἡ πόλις πολλῶν εἰκόνων ἐπληροῦτο. (ἐξῆν γὰρ ἀνέδην τοῖς βουλομένοις ἐν γραφῇ καὶ ἐν χαλκῷ λίθῳ τε δημοσιεύεσθαι) τάς τε πλείους αὐτῶν ἑτέρωσέ ποι μετέθηκε, καὶ ἐς τὸ ἔπειτα ἀπηγόρευσε, μηδενὶ ἰδιώτῃ, ᾧ ἂν μὴ ἡ βουλὴ ἐπιτρέψῃ, τοῦτο ποιεῖν ἐξεῖναι· πλὴν εἴ τις ἔργον τι ᾠκοδομηκὼς εἴη, ἢ καὶ κατασκευάσαιτο. τούτοις γὰρ δή, τοῖς τε συγγενέσιν αὐτῶν, ἵστασθαι ἐν τοῖς χωρίοις ἐκείνοις ἐφῆκε, ubi Fabric. laudat Edmund. *Frigelium* de statuis Romanorum c. 10. p. 77. sequ. Pro *poni* Müller. suadet *reponi*, absorpto *re* a praeced. *auctore*.

dicens] Ex margine intrusum videtur. Ita etiam Oud. et Ern.

ne qui resp. possint praeter eum] Quum manifeste verbis insit sententia Caes. 77. „*debere homines jam pro legibus habere, quae dicat*," quod confirmat *Philo* leg. ad Caj. νόμον ἡγούμενος ἑαυτόν, τοὺς τῶν ἑκασταχοῦ νομοθετῶν, ὡς κενὰς ῥήσεις, ἔλυεν, edidi c um Ern. et Oudend. *ne qui — possint* pro *ne quid* sequ. Quod enim alii: *ne quis — possit*, eodem redit. Pro *possint* al. *possent;* illud a proximo *effecturum*, hoc a verbo *jactavit* penderet. Jam *praeter eum* dictum pro *praeter se*, in quo scriptores, quum aliorum verba referunt, haud satis accurati saepius deprehenduntur, dum se magis narrantes, quam eum, de quo narrant, respiciunt. Ita *Valer. M.* 5, 1, 8. ext. „percontabatur, an ea, *quae ad aures ejus pervenerant*, dixissent" ubi auctor aeque a quaestione relata ad suam narrationem transit. Aeque Suetonium fefellit sententia: „Effecturus erat, ne qui resp. possent praeter eum." cf. ad Neron. 32. et *Eutrop.* 7, 11. „quum tanti *se* non esse dixisset, ut propter *eum* civile bellum commoveretur." *Tac.* H. 2, 64. „Vitellius, metu et odio, quod Petroniam, uxorem *ejus*, mox Dolabella in matrimonium *accepisset*" ubi τῷ *accepisset* conveniebat *suam*, contra post *uxorem ejus* sequi debebat *acceperat;* sed auctor, quum historice addere rem coepisset, subito ad Vitellii sententiam deflexit. Graecorum minorem hac in re ἀκρίβειαν esse,

familiarum insignia nobilissimo cuique ademit: Torquato torquem; Cincinnato crinem; Cn. Pompejo stirpis antiquae, Magni cognomen. Ptolemaeum, de quo retuli, et arcessitum e regno, et exceptum honorifice, non alia de causa repente perculit, quam quod, edente se munus, ingressum spectacula, convertisse hominum oculos fulgore purpureae abollae animadvertit. Pulcros et comatos, quoties sibi occurrerent, occipitio caso deturpabat. Erat Esius Proculus patre primipilari, ob egregiam corporis amplitudinem et speciem *Colosseros* dictus. Hunc e spectaculis detractum repente, et in arenam deductum,

---

satis notum. Ceterum innumerae fuere hujus loci emendationes, ut *praeter aequum* (praecedente *ne quid*), *praeter Deum*, *praeter equum* (Incitatum scilicet), *praeterea*; taceo alias, quas unius aestumemus assis. v. Burm. et Oudend. — *Respondere* autem proprie dicuntur, qui *consuli* solent, unde adhuc *Jurisconsulti* et *responsa juris*.

Cn. Pompejo] quem generum postea Claudii, et ab eodem occisum, narrat auctor Claud. 27. et 29. Ademtum autem cognomen Magni a Cajo, restitutum a Claudio, narrat *Dio* 60, 5. τοῦ Πομπηΐου ὁ Γάϊος τὴν τοῦ Μάγνου ἐπίκλησιν περιέκοψεν. ὀλίγου μὲν γὰρ καὶ ἀπέσφαξεν αὐτόν, ὅτι οὕτως ὠνομάζετο· ἀλλὰ τοῦτο μέν, καταφρονήσας ὡς καὶ παιδίου ἔτ' αὐτοῦ ὄντος, οὐκ ἐποίησε, τὴν δὲ δὴ πρόσρησιν κατέλυσεν, εἰπὼν μὴ εἶναί οἱ ἀσφαλές, Μάγνον τινὰ προσαγορεύεσθαι. ὅ γε μὴν Κλαύδιος καὶ ἐκεῖνο αὐτῷ τὸ πρόσρημα ἀπέδωκε, καὶ τὴν θυγατέρα προσσυνῴκισε. Verba *stirpis antiquae* addita dicunt, quia multi obscurae originis, ut ex libertis Pompejorum nati, Pompejum nomen gerebant. Equidem haec duo voc. glossam puto verborum: *nobilissimo cuique*, alieno loco in textum receptam.

perculit] Ita ex emendatione Lipsii et Perizonii, quae omne punctum tulit, edidi cum Ernestio pro *percussit*. v. ind. De *Ptolemaeo* v. ad c. 26.

purpureae abollae] Pallii hoc fuit genus, unde philosophis saepius tribuitur. v. *Ferrar.* de re vestiar. 2, 12. et interpr. ad *Juvenal.* Sat. 3, 115. et 4, 76.

Colosseros] a *Colossus* et ἔρως; illud nomen ab *corporis amplitudinem*, hoc ob *speciem* ei datum.

spectaculis detractum] cf. Domit. 10. De *Threcibus* et *hoplomachis* v. *Lips.* Saturn. 2, 9 et 11.

Threci, et mox hoplomacho comparavit; bisque victorem constringi sine mora jussit, et pannis obsitum vicatim circumduci, ac mulieribus ostendi, deinde jugulari. Nullus denique tam abjectae conditionis, tamque extremae sortis fuit, cujus non commodis obtrectaret. Nemorensi regi, quod multos jam annos potiretur sacerdotio, validiorem adversarium subornavit. Quum quodam die muneris, essedario Porio, ob prosperam pugnam servum suum manumittenti, studiosius plausum esset, ita se proripuit e spectaculis, ut, calcata lacinia togae, praeceps per gradus iret, indignabundus et clamitans, *Dominum gentium populum ex re levissima plus honoris gladiatori tribuentem, quam consecratis Principibus, aut praesenti sibi.* [36] Pudicitiae neque suae neque alienae pepercit. M. Lepidum, Mnesterem pantomimum, quosdam obsides dilexisse fertur, com-

---

Nemorensi regi] De templo *Dianae Aricinae* et *Nemore* dictum ad Caes. 46. De *rege Nemorensi* i. e. sacerdote ita *Strabo* 5, 3, 12. Τὸ δ' Ἀρτεμίσιον, ὃ καλοῦσι Νέμος, ἐκ τοῦ ἐν ἀριστερᾷ μέρους τῆς ὁδοῦ τοῖς ἐξ Ἀρικίας ἀναβαίνουσιν εἰς τὸ τῆς Ἀρικίνης ἱερόν. Λέγουσι δ' εἶναι ἀφίδρυμα τῆς Ταυροπόλου· καὶ γάρ τι βαρβαρικὸν κρατεῖ καὶ Σκυθικὸν περὶ τὸ ἱερὸν ἔθος. καθίσταται γὰρ ἱερεὺς ὁ γενηθεὶς αὐτόχειρ τοῦ ἱερωμένου πρότερον, δραπέτης ἀνήρ· ξιφήρης οὖν ἐστιν ἀεί, περισκοπῶν τὰς ἐπιθέσεις, ἕτοιμος ἀμύνεσθαι. Τὸ δ' ἱερὸν ἐν ἄλσει. *Ovid.* Fast. 3, 271. „Regna tenent fortesque manu pedibusque fugaces; Et perit exemplo postmodo quisque suo.“ Sacerdotem igitur fortem manuque promtum, *validiorem* Cajus summisit, qui occideret et sacerdotio potiretur.

essedario] De *essedariis* i. e. gladiatoribus, qui ex essedis pugnabant, v. *Lips.* Saturn. 2, 12.

praeceps — iret] Heinsius suadebat: *rueret.* Genuinam lectionem tuetur Burm. versu *Catulli* c. 17. „*ire praecipitem* in lutum per caputque pedesque.“ cf. Duker. ad *Liv.* 2, 46.

tribuentem] Accusativus regitur ab exclamatione indignabundi; unde inutilis correctio Lipsii: *tribuere.*

M. Lepidum] Drusillae maritum. v. c. 24. *Dio* 59, 11. Μάρκος Λέπιδος, παιδικά τε ἅμα αὐτοῦ καὶ ἐραστὴς ὤν, et c. 22. τὸν Λέπιδον ἐκεῖνον, τὸν ἐραστήν, τὸν ἐρώμενον sequ.

Mnesterem pantomimum] De eo *Dio* 60, 22. ἀνδριάντας ἃ

mercio mutui stupri. Valerius Catullus, consulari familia juvenis, stupratum a se, ac latera sibi contubernio ejus defessa, etiam vociferatus est. Super sororum incesta, et notissimum prostitutae Pyrallidis amorem, non temere ulla illustriore femina abstinuit: quas plerumque cum maritis ad coenam vocatas, praeterque pedes suos transeuntes, diligenter ac lente, mercantium more, considerabat; etiam faciem manu allevans, si quae pudore summitterent. Quoties deinde libuisset, egressus triclinio, quum maxime placitam sevocasset, paulo post, recentibus adhuc lasciviae notis, reversus vel laudabat palam, vel vituperabat; singula enumerans bona malave corporis, atque concubitus. Quibusdam, absentium maritorum nomine, repudium ipse misit, jussitque in acta ita referri. [37] Nepotatus sumtibus omnium prodigorum ingenia superavit, commentus novum balnearum usum, portentosissima genera ciborum atque coenarum: ut calidis frigidisque unguentis lavaretur, pretiosissimas margaritas aceto liquefactas sorberet, convivis ex auro panes et opsonia apponeret, *aut frugi hominem esse oportere*, dictitans, *aut Cae-*

Μεσσαλίνα τοῦ Μνηστῆρος τοῦ ὀρχηστοῦ ἐποιήσατο. ἐπεὶ γὰρ τῷ Γαΐῳ ποτὲ ἐκεῖνος ἐκέχρητο, χάριν τινὰ αὐτῷ ταύτην τῆς πρὸς ἑαυτὴν συνουσίας κατέθετο. Interfectus postea est a Claudio, ut narrat idem *Dio* 60, 31.

singula enum. — concubitus] Huc pertinet, quod *Senec.* de constant. sap. 18. „Asiaticum Valerium in primis amicis habebat, ferocem virum, et vix aequo animo alienas contumelias laturum. Huic in convivio, id est in concione, voce clarissima, qualis in concubitu esset uxor ejus, objecit.“

in acta ita referri] in acta urbana, in quae matrimonia et divortia referri solebant. v. *Lips.* exc. ad *Tac.* A. 5, 4. Caligula autem *ita*, nempe *absentium maritorum nomine se repudium misisse*, in acta referri jussit, ut recte monuit Oudendorp. ad h. l., restituti *ita* auctor.

Nepotatus] Ita e Mss. ediderunt jam Oudend. et Ern. pro *nepotinis*. — *Senec.* Consol. ad Helv. c. 9. „C. Caesar, quem mihi videtur rerum natura edidisse, ut ostenderet, quid summa

sarem. Quin et nummos non mediocris summae e fastigio basilicae Juliae per aliquot dies sparsit in plebem. Fabricavit et deceres Liburnicas, gemmatis puppibus, versicoloribus velis, magna thermarum et porticuum et tricliniorum laxitate, magnaque etiam vitium et pomiferarum arborum varietate: quibus discumbens de die inter choros ac symphonias, litora Campaniae peragraret. In exstructionibus praetoriorum atque villarum, omni ratione posthabita, nihil tam efficere concupiscebat, quam quod posse effici negaretur. Et jactae itaque moles infesto ac profundo mari, et excisae rupes durissimi silicis, et campi montibus aggere aequati, et complanata fossuris montium juga, incredibili quidem celeritate, quum morae culpa capite lueretur. Ac, ne singula enumerem, immensas opes, totumque illud Tiberii Caesaris vicies ac septies millies sestertium non toto ver-

---

vitia in summa fortuna possent, centies Sestertio coenavit uno die; et in hoc omnium adjutus ingenio, vix tamen invenit, quomodo trium provinciarum tributum una coena fieret."

nummos — sparsit in plebem] *Dio* 59, 25. τὸν δῆμον ἀθροίσας, πολὺ μὲν ἀργύριον ἐκ μετεώρου τινός, πολὺ δὲ χρυσίον ἔῤῥιψε, καὶ πολλοὶ δὲ ἀπώλοντο διαρπάζοντες. σιδήρια γὰρ μικρὰ ἄττα αὐτοῖς, ὥς φασί τινες, ἀναμέμικτο. cf. *Joseph.* 19, 1. qui et ipse, distribuisse illum haec munera, dicit, ὑπὲρ τῆς βασιλικῆς ἱστάμενον. De *basilica Julia* v. Al. *Donat.* de Urbe Roma 2, 17., qui colli Palatino vicinam eam fuisse existimat.

deceres] δεκήρεις. Hanc *Turnebi* (Advers. 22, 30.) correctionem, petitam e Memm., qui dat *de ceris*, recepere pro *de cedris* Ern. et Oudend.

discumb. de die] h. e. medio die, ante justum coenae tempus, nonam scilicet vel decimam diei horam. De ejusmodi conviviis *tempestivis* v. infra ad c. 45.

praetoriorum atque villarum] Vel splendore atque magnificentia *praetoria* differunt h. l. a *villis*, vel *praetoria* aedificia sunt ipsi Principis habitationi destinata, *villae* rei rusticae inservientia. Urbanum in villis aedificium interpretatur n. l. *praetorium* etiam *Heinecc.* Ant. Rom. l. 2. tit. 3. §. 1.

vicies ac septies millies HS.] *Dio* 59, 2. καὶ ἐς ὀρχηστάς, καὶ ἐς ἵππους, τούς τε μονομάχους, καὶ τἄλλα τὰ τοιουτότροπα, ἀπλή-

tente anno absumsit. [38] Exhaustus igitur atque egens, ad rapinas convertit animum, vario et exquisitissimo calumniarum et auctionum et vectigalium genere. Negabat, jure civitatem Romanam usurpare eos, quorum majores sibi posterisque eam impetrassent, nisi filii essent: neque enim intelligi debere *posteros* ultra hunc gradum: prolataque Divorum Julii et Augusti diplomata, ut vetera et obsoleta, delebat.

στως δαπανήσας, τοὺς θησαυροὺς, μεγάλους γενομένους, διὰ βραχυτάτου ἐξεκένωσε. — πέντε γοῦν μυριάδας μυριάδων καὶ πεντακοσίας καὶ ἑπτακισχιλίας (sc. δραχμῶν h. e. vicies ter millies HS.), ὡς δ' ἕτεροι, ὀκτώ τε (sc. μυριάδας μυριάδων) καὶ δισχιλίας καὶ πεντακοσίας (h. e. tricies ter millies HS.), τεθησαυρισμένας εὑρὼν οὐδὲ ἐς τὸ τρίτον ἔτος μέρος ἀπ' αὐτῶν τι διέσωσεν, ἀλλ' εὐθὺς τῷ ἑτέρῳ παμπόλλων προσεδεήθη, quem locum variis correctionibus cum nostro conciliare studuerunt viri docti; nescio an frustra, quum pateat, illis jam temporibus de magnitudine summae fuisse dubitatum. Suetonio tamen maxima fides habenda videtur, ut qui mediam inter duplicem Dionis dederit.

Exhaustus — conv. an.] *Dio* 59, 4. τά τε χρήματα καὶ ἀφειδέστατα ἀνήλισκε, καὶ ῥυπαρώτατα ἠργυρολόγει. De *calumniis* agit auctor hoc cap. usque ad verba: *auctione proposita*, unde novum caput descripsi, auctore etiam Oudend., de *auctionibus* c. 39., de *vectigalibus* c. 40. sequ.

posteros ult a hunc gr.] Mera haec fuit in circumscribenda vocabuli potestate calumnia. *Posteri* enim, ut Gr. ἀπόγονοι, ἔκγονοι, non filii tantum sunt vel nepotes, sed omnino omnes, ex alicujus stirpe legitima serie procreati, descendentes.

delebat] Recepi correctionem, quae ipsa facilitate ut aptissimam se commendat. Vulg. *deflebat*, quod de mimica commiseratione interpretantur, qua tam vetera diplomata nullius amplius auctoritatis esse posse, doluerit, sententia argumento, quod hic tractat auctor, parum congrua. Defenditur tamen a *Walthero* Observ. p. 22. qui *deflere*, de re funebri desumtum, significare putat: aliquam rem ita habere, ut quasi sit *conclamata*. Casaub. aliique post Lips. ad *Tac.* Hist. 2, 54. maluerunt *deflabat* v. *difflabat* (illud cod. Memm. exhibet) h. e. spernebat, cum irrisu rejiciebat, ut Gr. καταφυσᾶν dicunt, quod serioris Latinitatis vocabulum nimisque quaesitum nescio an injuria Suetonio obtrudatur. Ad eandem cum *delebat* probabilitatem accedit, quod Ern. etiam suasit, *abolebat*, scriptori etiam nostro frequentissimum, ut index docet.

Arguebat et perperam editos census, quibus postea quacunque de causa quicquam incrementi accessisset. Testamenta primipilarium, qui ab initio principatus Tiberii neque illum, neque se heredem reliquissent, ut ingrata rescidit; item ceterorum, ut irrita et vana, quoscunque quis diceret herede Caesare mori destinasse. Quo metu injecto, quum jam et ab ignotis inter familiares, et a parentibus inter liberos, palam heres nuncuparetur, derisores vocabat, quod post

---

Arguebat et perp. editos census] Casaub. corrigebat: *editi census*, sc. *eos*, *quibus* sequ., falsa, ut Wolf. monuit, sententia, quum *censui*, patrimonio, incrementum accedat, non iis, qui possident; Ernest. *ut* pro *et*, quod admitti potest, sed non opus est. *Arguebat* i. e. accusabat, in quaestionem vocabat atque confiscabat census postea aliqua forte auctos, prius perperam editos calumniatus. Ceterum cf. ind. in *arguere*, et acutam de usu hujus voc. disputationem *Waltheri* Observ. p. 22.

primipilarium] ut quibus amplum plerumque patrimonium ex emolumentis bellicis testamentisque militum, dignum adeo Principis rapina. Centuriones simpliciter, at minus accurate dicit *Dio* 59; 15. πάσας ἁπλῶς τὰς τῶν ἐν τοῖς ἑκατοντάρχοις ἐστρατευμένων οὐσίας, ὅσοι μετὰ τὰ ἐπινίκια, ἃ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἔπεμψεν, ἄλλῳ τινὶ αὐτάς, καὶ μὴ τῷ αὐτοκράτορι, καταλελοίπεσαν, αὐτὸς ἑαυτῷ καὶ ἄνευ ψηφίσματος εἰςέπραξε.

quoscunque — destinasse] Huc facit, quod *Dio* c. c. ἐς τοὺς πόρους τῶν χρημάτων πρότερον ἐψήφιστο, ὅπως ὅσοι τινὰ τῷ Τιβερίῳ καταλιπεῖν ἐθελήσαντες περιῆσαν, τῷ Γαΐῳ αὐτὰ τελευτῶντες χαρίσωνται. ἵνα γὰρ μὴ καὶ παρὰ τοὺς νόμους καὶ κληρονομεῖν καὶ δωρήματα τοιαῦτα λαμβάνειν (ὅτι μήτε γυναῖκα τότε γε μήτε παῖδας εἶχε) δύνασθαι δοκῇ, δόγμα τι προέθετο.

quum jam — nuncuparetur] *Dio* c. c. τότε δ' οὗτοί τε ὡς ἕκαστοι, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ὡς εἰπεῖν οἱ ἐν τῇ πόλει, τρόπον τινὰ ἀπεσυλῶντο, καὶ ἀζήμιος τῶν γέ τι ἐχόντων οὐδείς, οὐκ ἀνήρ, οὐ γυνὴ ἦν. καὶ γὰρ εἴ τινα τῶν ἀφηλικεστέρων ζῆν εἴα, ἀλλὰ πατέρας τε καὶ πάππους, μητέρας τε καὶ τήθας σφᾶς ὀνομάζων, ζῶντάς τε ἐκαρποῦτο, καὶ τελευτῶντας τῶν οὐσιῶν ἐκληρονόμει. Apposite autem Gruter. comparat locum *Tac.* Agric. 43. „Satis constabat, lecto testamento Agricolae, quo coheredem optimae uxori et piissimae filiae Domitianum scripsit, laetatum eum, velut honore judicioque. tam caeca et corrupta mens assiduis adulationibus erat, ut nesciret, a bono patre non scribi heredem, nisi malum Principem."

nuncupationem vivere perseverarent, et multis venenatas macteas misit. Cognoscebat autem de talibus causis, taxato prius modo summae, ad quem conficiendum consideret: confecto demum excitabatur. Ac ne paululum quidem morae patiens, super quadraginta reos quondam ex diversis criminibus una sententia condemnavit, gloriatusque est expergefactae somno Caesoniae, *quantum egisset, dum ea meridiaret.* [39] Auctione proposita, reliquias omnium spectaculorum subjecit et venditavit, exquirens per se pretia, et usque eo extendens, ut quidam immenso coacti quaedam emere, ac bonis exuti, venas sibi inciderent. Nota res est, Aponio Saturnino inter subsellia dormitante, monitum a Cajo praeconem, ne praetorium virum, crebro capitis motu nutantem sibi, praeteriret: nec licendi finem factum, quoad tredecim gladiatores sestertio nonagies igno-

---

nuncupationem] v. de hoc voc. *Brisson.* de formulis l. 7. p. 585.

macteas] s. *matteas* v. *mattyas* (ματτύας a μάττειν) i. e. placentulas. v. *Turneb.* Advers. 22, 6.

Auctione proposita] Ab his verbis novum caput distinxi, quod jubet ipsa argumenti ratio. v. ad c. superius. — Ad verbum *subjecit* supplent *hastae* vel *praeconi.* Subintelligendum potius ex superioribus *auctioni*, quamquam neque hoc opus. v. Tit. 8. et Duker. ad *Flor.* 2, 6, 47. Ceterum rem ita refert *Dio* 59, 14. τοὺς περιγενομένους τῶν μονομάχων (*reliquias omn. spectaculorum*) τοῖς τε ὑπάτοις καὶ τοῖς στρατηγοῖς, τοῖς τε ἄλλοις, οὐχ ὅτι τοῖς ἐθέλουσιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς πάνυ ἄκοντας βιαζόμενος ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις καὶ τὰ τοιαῦτα ποιεῖν, καὶ δὴ καὶ τοῖς ἐπ' αὐτὸ τοῦτο κληρουμένοις ὅτι μάλιστα (δύο γὰρ στρατηγοὺς ἐς τοὺς ὁπλομαχικοὺς ἀγῶνας, ὥσπερ ποτὲ ἐγίγνετο, λαγχάνειν ἐκέλευσεν) πάντως ἐπιτιμῶν ἀπεδίδοτο· αὐτός τε ἐπὶ τοῦ πρατηρίου καθεζόμενος, καὶ αὐτὸς ὑπερβάλλων. πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοθεν ἀφικνούμενοι ἀντωνοῦντο αὐτούς· καὶ μάλισθ' ὅτι ἐπέτρεψε τοῖς βουλομένοις καὶ ὑπὲρ τὸν νόμον τῷ ἀριθμῷ τῶν μονομαχούντων χρῆσθαι, καὶ πολλάκις καὶ αὐτὸς ἐπεφοίτα σφίσιν. ὥσθ' οἱ μέν, καὶ δεόμενοι τῶν ἀνθρώπων, οἱ δέ, χαριεῖσθαι αὐτῷ νομίζοντες, καὶ οἵ γε πλείους, ὅσοι ἐν δόξῃ περιουσίας ἦσαν, ἀναλῶσαί τι τῶν ὑπαρχόντων ἐπὶ τῇ προφάσει ταύτῃ, ὅπως πενέστεροι γενόμενοι περισωθῶσι, θέλοντες, μεγάλων αὐτοὺς χρημάτων ἠγόρασαν.

ranti addicerentur. In Gallia quoque, quum damnatorum sociorum ornamenta, et supellectilem, et servos, atque etiam libertos, immensis pretiis vendidisset; invitatus lucro, quicquid instrumenti veteris aulae erat, ab Urbe repetiit; comprehensis ad deportandum meritoriis quoque vehiculis, et pistrinensibus jumentis: adeo, ut et panis Romae saepe deficeret, et litigatorum plerique, quod occurrere absentes ad vadimonium non possent, causa caderent. Cui in-

---

damn. sociorum] Recepi emendationem Oudend., probatam jam a Ruhnken. et Wolf., confirmatam loco Dionis mox citando. Vulg. *damnatarum sororum*, quod cum loco, tempore, et Dione pugnat. Burm. ejecta voce *sororum*, simpliciter suadebat: *damnatorum*. Mihi hoc potius glossae loco voci vel *sororum* vel *sociorum* appositum videtur. Mox *libertos* edidi cum Burm. et Ern., partim ob cod. Memm. auctoritatem, qui dat *libertos* partim quod *liberti* optime excipiunt *servos*, salva partic. *atque etiam* potestate. Vulg. enim *liberos* in tali etiam monstro nimiam continere saevitiam vel insaniam videtur. Ceterum *Dio* 59, 21. ad a. 792. ἐλθὼν ἐκεῖσε (in Galliam), τῶν μὲν πολεμίων οὐδένα ἐκάκωσε, τοὺς δ' ὑπηκόους, τούς τε συμμάχους καὶ τοὺς πολίτας, πλεῖστα καὶ μέγιστα ἐκακούργησε. τοῦτο μὲν γάρ, τους τι ἔχοντας ἐν πάσῃ προφάσει ἐσύλα, τοῦτο δέ, καὶ δῶρα οἵ τε ἰδιῶται καὶ αἱ πόλεις ἑκοῦσαι δῆθεν μεγάλα αὐτῷ ἦγον ἄλλους νεωτερίζοντας, ἄλλους ὡς ἐπιβουλεύοντάς οἱ ἐφόνευε. καὶ ἦν δημόσιον ἔγκλημα πᾶσι σφίσι τὸ πλουτεῖν καὶ αὐτῶν τὰ κτήματα αὐτος πιπράσκων, πολλῷ καὶ ἐκ τούτου πλέον ἠργυρολόγει. πάντες γὰρ ἠναγκάζοντο, παντοίως (malim παντοῖα v. παντοίων) τε καὶ πολύ γε ὑπὲρ την ἀξίαν ὠνεῖσθαι.

quicquid instrum. vet. aulae erat] *Dio*: καὶ ἃ τῆς μοναρχίας κειμήλια τὰ κάλλιστα καὶ τιμιώτατα μεταπεμψάμενος ἀπεκήρυξε, τὴν δόξαν τῶν ποτε χρησαμένων αὐτοῖς συμπωλῶν σφίσιν. ἐπέλεγε γοῦν ἐφ' ἑκάστῳ (h. e. *nihil non fraudis ac lenocinii adhibuit*)· Τοῦτο μοῦ ὁ πατὴρ ἐκτήσατο, τοῦτο ἡ μήτηρ, τοῦτο ὁ πάππος, τοῦτο ὁ πρόπαππος· Ἀντωνίου τοῦτο Αἰγύπτιον, Αὐγούστου τὸ νικητήριον. κἀν τούτῳ τήν τε ἀνάγκην ἅμα τῆς πράσεως αὐτῶν ἐνεδείκνυτο, ὥστε μηδένα ὑπομένειν εὐπορεῖν δοκεῖν· καὶ τὰ ἀξίωμα σφίσι συνκατεδίδοτο.

quod occ. abs. ad vadimonium non poss.] h. e. sistere se in judicio, in quo certo die affuturos se, datis vadibus, promiserant, non poterant, via in Urbem longiore, comprehensisque omnibus vehiculis, quibus uti potuissent. Haud recte Bremius: „*da sich Calig. nach Gallien entfernt hatte, und sie auf den bestimmten Tag nicht dahin kommen konnten, so verloren sie den Process.*"

strumento distrahendo nihil non fraudis ac lenocinii adhibuit: modo avaritiae singulos increpans, et, *quod non puderet eos, locupletiores esse, quam se*; modo poenitentiam simulans, quod principalium rerum privatis copiam faceret. Compererat, provincialem locupletem ducenta sestertia numerasse vocatoribus, ut per fallaciam convivio interponeretur, nec tulerat moleste, tam magno aestimari honorem coenae suae. Huic postero die sedenti in auctione misit, qui nescio quid frivoli ducentis millibus traderet, diceretque, *coenaturum apud Caesarem, vocatu ipsius*. [40] Vectigalia nova atque inaudita, primum per publicanos, deinde, quia lucum exuberabat, per Centuriones Tribunosque praetorianos exercuit; nullo rerum aut hominum genere omisso, cui non tributi aliquid imponeret. Pro edulibus, quae tota Urbe venirent, certum statutumque exigebatur: pro litibus atque judiciis, ubicunque conceptis, quadragesima summae, de qua litigaretur; nec sine poena, si quis composuisse vel donasse negotium

---

Non enim de itinere litigatorum in Galliam, sed *in Urbem* sermo est, a quo prohibebantur vehiculorum penuria, quae effecerat etiam, ut panis *Romae* saepe deficeret. De voc. *vadimonium* et *vadari* v. Clav. Cic. et *Rosin*. Ant. R. 9, 13. p. 671.

causa caderent] Nam qui *vadimonium deseruisset*, perdebat litem.

Vectigalia nova a. inaud.] *Dio* 59, 28. (ex Excerpt. Peiresc.) τά τε ὤνια καὶ τὰ καπηλεῖα, τάς τε ὥρας (ita Vales. pro corrupto ὤρνας) καὶ τὰ δικαστήρια, τούς τε χειροτέχνας καὶ τὰ ἀνδράποδα τὰ μισθοφοροῦντα, τά τε ἄλλα τὰ τοιαῦτα — ἠργυρίζετο.

edulibus] Ita Memm. aliique antiquissimi. Al. *eduliis*. Utraque forma frequentatur. v. Oudendorp.

statutumque] Hoc jure praeferunt Oudend. et Wolf. Vulg. *statum*.

composuisse vel donasse negotium] Bremius *donasse* ad judices, non ad partem litigantem refert, haud recte. *Compono* negotium (*ich vergleiche mich*), ubi de stricto jure aliquid remitto, ita ut utraque pars, litem non persecutura, et commodum aliquod ferat et detrimentum. *Dono* negotium, ubi litem prorsus depono, relictis v. concessis adversario omnibus, de quibus liti-

convinceretur: ex gerulorum diurnis quaestibus pars octava, ex capturis prostitutarum, quantum quaeque uno concubitu mereret. Additumque ad caput legis, ut tenerentur publico, et quae meretricium, et qui lenocinium fecissent; nec non et matrimonia obnoxia essent. [41] Ejusmodi vectigalibus indictis, neque propositis, quum per ignorantiam scripturae multa commissa fierent, tandem flagitante populo proposuit quidem legem, sed et minutissimis literis, et angustissimo loco, uti ne cui describere liceret.

---

gandum erat. Saepius haud tanti erat negotium, ut tantum ex victa causa vectigal solvendum ducerent, itaque, mittere rem litemque deponere, satius ducebant.

gerulorum] *bajulorum*, *geronum*; τὰ ἀνδράποδα τὰ μισθοφοροῦντα dicit *Dio* l. c. — De voc. *captura* v. Casaub. ad h. l.

ut tenerentur publico] h. e. vectigal aerario pendere, obligarentur. Pro: *additumque ad caput legis* Heinsius volebat: *add. id capiti*, quod est alteram constructionem alteri substituere, Gronov. *additumque et caput legis*, quod sententiam praeter rem immutat. Ad legis de vectigalibus caput illud, quo de vect. ex re Venerea sanciebatur, additum etiam id, ut, quae meretrices antea fuissent (h. e. *meretricium fecissent*), vel qui ex lenocinio lucrum comparassent, in singulos annos exerciti quaestus vectigal redderent. Veram hanc interpretationem esse, docet tempus *fecissent* (non *facerent*).

matr. obnoxia essent] h. e. annuum vectigal penderent, veluti pro usu uxoris et dotis, quam marito attulissent, ut recte interpretatur Ernest. — Burm. semel tantum in conjugii initio, et ab illis, qui primum uxores ducerent, exactum illud existimat.

Ejusm. vectigalibus — liceret] Vectigalia illa *indicta* quidem erant a Caesare et magistratibus per vocem praeconis, sed non *scripto proposita*, ut ita facile rerum vectigalibus obnoxiarum summaeque tribuendae oblivíscerentur, *scriptura* i. e. lege scripta non moniti. Ita *multa commissa fiebant*, multum peccabatur contra legem, *per ignorantiam scripturae* i. e. quia scriptam aliquam legem non noverant. Ita interpretandum puto locum ei, qui genuinum eum habet. Sed *scripturae* fere puto e corrupto glossemate ortum. Scilicet voc. *propositis* explicuerat aliquis addito: *scriptura*, vel substituerat etiam *scriptis*, idque alieno postea loco textui insertum. Id quidem certum, duram admodum esse vulg. lectionem, utcunque interpreteris, dicendumque potius fuisse, ut Oudend. monet, *per indigentiam scripturae*. Ut

Ac, ne quod non manubiarum genus experiretur, lupanar in Palatio constituit: distinctisque et instructis pro loci dignitate compluribus cellis, in quibus matronae ingenuique starent, misit circum fora et basilicas nomenculatores ad invitandos in libidinem juvenes senesque, praebita advenientibus pecunia fenebri, appositisque, qui nomina palam subnotarent, quasi adjuvantium Caesaris reditus. Ac ne ex lusu quidem aleae compendium spernens, plus mendacio atque etiam perjurio lucrabatur. Et quondam proximo collusori demandata vice sua, progressus in atrium domus, quum praetereuntes duos Equites Romanos locupletes sine mora corripi confiscarique jussisset; exsultans rediit, gloriansque, nunquam se prospe-

---

tamen vel durius loquendi genus auctori tribuere, quam de corrigendo loco cogitare malim, facit *Dionis* locus, e nostro fere translatus, et ex Exc. Peiresc. insertus l. 59, 28. ὡς μέντοι καὶ περὶ τῶν τελῶν κινρῶν τινα διανομοθετήσας, ἐς λεύκωμα αὐτὰ βραχυτάτοις γράμμασιν ἐξέγραψε, καὶ ἀφ' ὑψηλοῦ τινος ἀπεκρέμασεν, ὅπως ὡς ἥκιστα ἀναγινώσκοιτο, κἀκ τούτου πολλοὶ τοῖς ἐπιτιμίοις ἀγνοοῦντες τὸ κεκωλυμένον ἢ κεκελευσμένον περιπίπτωσιν, ἔς τε τὸν ἱππόδρομον εὐθὺς σπουδῇ συνέδραμον, καὶ δεινὰ συνεβόησαν.

manubiarum] Salse dixit de Imperatore pro *praedarum*. Mox pro *experiretur* al. *expediretur*, quod probat Burm. e locis Caes. 4. et Tib. 48., provocans ad notata in *Phaedr.* 1, 16, 2.

lupanar in Pal. constituit] *Dio* 59, 28. ἀλλά τά γε οἰκήματα, τὰ ἐν αὐτῷ τῷ Παλατίῳ ἀποδειχθέντα, καὶ τὰς γυναῖκας τὰς τῶν πρώτων, τούς τε παῖδας τοὺς τῶν σεμνοτάτων (*ingenuos*, unde male Burm. h. l. suadet *ingenuaeque*), οὓς ἐς αὐτὰ καθίζων ὕβριζεν, ἐκκαρπούμενος ἐπ' αὐτοῖς πάντας ἁπλῶς, τοὺς μὲν ἐθελοντάς, τοὺς δὲ καὶ ἄκοντας, ὅπως μὴ καὶ δυσχεραίνειν τι νομισθῶσι, πῶς ἄν τις σιωπήσειεν;

distinctisque] E vestigiis codd. Burm. suadet *descriptisque*, Oudend. *discretisque*. Idem bene exprimit vulgata.

pecunia fenebri, appositisque] Oudend. auctoritate codd. dedit, plenius distincto post *senesque*, : „*Praebita adv. pecunia fenebris, appositique* sequ." Melius nectitur narratio, qualem reddidimus cum Burm. et Ernestio.

subnotarent] Ita Gr. ὑπογράφειν, ὑπομιμνήσκειν, ὑπομνήματα. v. ind. in *subscribere*.

riore alea usum. [42] Filia vero nata, paupertatem, nec jam imperatoria modo, sed et patria conquerens onera, collationes in alimoniam atque dotem puellae recepit. Edixit et, strenas ineunte anno se recepturum: stetitque in vestibulo aedium Kalendis Januariis ad captandas stipes, quas plenis ante eum manibus ac sinu omnis generis turba fundebat. Novissime contrectandae pecuniae cupidine incensus, saepe super immensos aureorum acervos, patentissimo diffusos loco, et nudis pedibus spatiatus, et toto corpore aliquamdiu volutatus est. [43] Militiam resque bellicas semel attigit, neque ex destinato, sed quum ad visendum nemus flumenque Clitumni Mevaniam processisset, admonitus de supplendo numero Batavorum, quos circa se habebat, expeditionis Germanicae impetum cepit: neque distulit, sed legionibus et auxi-

---

nunqu. se prosp. alea usum] In Gallia ita factum narrat *Dio* 59, 22. κυβεύων δέ ποτε, καὶ μαθὼν ὅτι οὐκ εἴη οἱ ἀργύριον, ᾔτησέ τε τὰς τῶν Γαλατῶν ἀπογραφάς, καὶ ἐξ αὐτῶν τοὺς πλουσιωτάτους θανατωθῆναι κελεύσας, ἐπανῆλθέ τε πρὸς τοὺς συγκυβευτάς, καὶ ἔφη ὅτι· Ὑμεῖς περὶ ὀλίγων δραχμῶν ἀγωνίζεσθε, ἐγὼ δὲ εἰς μυρίας καὶ πεντακισχιλίας μυριάδας ἤθροισα.

in alimoniam] Al. *alimonium*, solenni varietate. v. Ern. ad *Tac.* A. 11, 16.

strenas] *Dio* 59, 24. absenti etiam Cajo a Senatoribus in templo Capitolino strenas depositas dicit. Verba sunt: ἐς τὸ Καπιτώλιον ἀθρόοι οἱ βουλευταὶ ἀναβάντες, τάς τε θυσίας ἔθυσαν, καὶ τὸν τοῦ Γαΐου δίφρον τὸν ἐν τῷ ναῷ κείμενον προσεκύνησαν, καὶ ἔτι καὶ ἀργύριον, κατὰ τὸ ἐπὶ τοῦ Αὐγούστου ἔθος ἰσχύσαν, ὡς καὶ αὐτῷ ἐκείνῳ διδόντες, κατέθεσαν. De *strenis* v. quae diximus ad Aug. 57. et Tiber. 34.

saepe — volutatus est] *Dio* c. 28. ἐς [illegible] τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον τὸ συλλεγόμενον ἀπ' αὐτῶν ἐμβάλλων ἑκάστοτε ἑαυτὸν ἐκαλινδεῖτο. *Saepe*, quod deest in nonnullis, abjecit Burm., restituit Oudend.

nemus flum. Clitumni] *Clitumnum*, fontem fluviumque Umbriae, cis Apenninum, prisco templo celebrem, descriptum vide a *Plinio* epist. 8, 8. De eodem et *Mevania* urbe cf. *Cellar.* G. A. 2, 9. p. 748.

exped. Germ. impetum cepit] *Dio* 59, 21. ἐς τὴν Γαλατίαν ἀφώρμησε, πρόφασιν μέν, τοὺς Κελτοὺς πολεμίους, ὡς καὶ παρα-

liis undique excitis, dilectibus ubique acerbissime actis, contracto et omnis generis commeatu, quanto nunquam antea, iter ingressus est: confecitque modo tam festinanter et rapide, ut praetorianae cohortes contra morem signa jumentis imponere, et ita subsequi cogerentur; interdum adeo segniter et delicate, ut octophoro veheretur, atque a propinquarum urbium plebe verri sibi vias et conspergi propter pulverem exigeret. [44] Postquam castra attigit, ut se acrem et severum ducem ostenderet, legatos, qui auxilia serius ex diversis locis adduxerant, cum ignominia dimisit. At in exercitu recensendo, plerisque Centurionum maturis jam, et nonnullis ante paucissimos, quam consummaturi essent, dies, primos pilos ademit, causatus senium cujusque et imbecillitatem: ceterorum increpita cupiditate, commoda emeritae militiae ad sex millium summam rescidit. Nihil autem amplius, quam Adminio, Cynobellini Britannorum regis, filio, qui pulsus a patre, cum exigua

---

κινδυνεύσας τι, ποιησάμενος, ἔργῳ δέ, ὅπως καὶ τὰ ἐκείνων ἀνθοῦντα τοῖς πλούτοις, καὶ τὰ τῶν Ἰβήρων, ἐκχρηματίσηται.

legionibus — acerb. actis] *Dio* 59, 22. εἴκοσι, ὡς δέ τινές φασι, πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας στρατιωτῶν ἤθροισε.

quanto nunquam antea] In maxima diversitate lectionis, quam recensitam vide apud Burm. et Oudend., secutus sum auctoritatem Gronov. et Wolfii. *Quanto nunqu. ant.* supple: *iter institutum est.*

quam consumm. essent] sc. *militiam* v. *stipendia*, quod latet in praecedente: *maturis* h. e. *emeritis*.

ad sex millium summam] Hanc Lipsii (ad *Tac.* A. 1, 17. excurs.) emendationem pro vulg, *ad sexcentorum millium s.*, omnes editores probarunt. Nempe quum Augustus sanxisset, ut exactis viginti militiae annis duodena millia nummum praemium essent (v. *Dion.* 55, 23. et notata ad Aug. 49.) ad dimiduum Caligula missionis commoda retraxit.

Adminio, Cynobellini — filio] En. l. *Oros.* 7, 5. „Hic siquidem magno et incredibili apparatu profectus quaerere hostem viribus otiosis, Germaniam Galliamque percurrens, in ora Oceani circa prospectum Britanniae restitit. Quumque ibi Adminium, Cynobellini Britannorum regis filium (ita enim leg. pro corrupto

manu transfugerat, in deditionem recepto; quasi universa tradita insula, magnificas Romam literas misit, monitis speculatoribus, ut vehiculo ad Forum usque et Curiam pertenderent, nec nisi in aede Martis, ac frequente Senatu, Consulibus traderent. [45] Mox, deficiente belli materia, paucos de custodia Germanos trajici, occulique trans Rhenum jussit, ac sibi post prandium quam tumultuosissime, adesse hostem, nunciari. Quo facto, proripuit se cum amicis et parte equitum praetorianorum in proximam silvam; truncatisque arboribus, et in modum tropaeorum adornatis, ad lumina reversus, eorum quidem, qui secuti non essent, timiditatem et ignaviam corripuit; comites autem et participes victoriae, novo genere ac nomine coronarum donavit, quas, distinctas solis ac lunae siderumque specie, *exploratorias* appellavit. Rursus obsides quosdam, abductos e literario ludo, clamque praemissos, deserto repente con-

---

Minocynobellinum), qui a patre pulsus cum paucis oberrabat, in deditionem recepisset, deficiente belli materia, Romam rediit." Cynobellini duos alios filios nominat *Dio* 60, 20., *Cataratacum* et *Togodumnum*, devictos a Plautio, Imperatore Claudio, regiam *Camulodunum* 60, 21., de qua urbe v. interpr. ad *Tac.* A. 12, 32. Ceterum scripsi *Cynob.*, non *Cinob.*, cum Oudend., auctoribus cod. Memm., et Dione, qui Κυνοβελλῖνον dicit locis cit. — Caji expeditionem brevissime describit *Dio* 59. 21. ὀλίγον ὑπὲρ τοῦ Ῥήνου προχωρήσας ὑπέστρεψε, καὶ μετὰ τοῦτο ὁρμήσας ὡς καὶ ἐς τὴν Βρεττανίαν στρατεύσων, ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Ὠκεανοῦ ἀνεκομίσθη, καὶ τοῖς ὑποστρατήγοις κατορθοῦσί τι πάνυ ἤχθετο. Postea pro *speculatoribus* al. corrupte: *saepe latoribus*. De illis v. Lips. ad *Tac.* A. 4, 41.

solis ac lunae sid. specie] sine dubio, quod horum etiam Deorum honores sibi arrogaverat, et attributa gestabat. v. *Dion.* 59, 26. — *Exploratarias coronas* Brenius dictas existimat, quod exploratis amicis darentur, vitam pro Caesare tradere haud veritis; cui assentiri nequeo. Imo ob explorationem, quam susceperat sine proelio, ut tamen expeditionis et honos esset et memoria, inventae sunt a vano homine atque sociis tributae.

e literario ludo] Ubi is fuerit, quaerunt; nemo dixerit, quamquam probabile, ex colonia aliqua vel alia urbe Rheno-

vivio cum equitatu insecutus, veluti profugos ac reprehensos in catenis reduxit; in hoc quoque mimo praeter modum intemperans. Repetita coena, renunciantes coactum agmen, sicut erant, loricatos ad discumbendum adhortatus est. Monuit etiam notissimo Virgilii versu, *Durarent, secundisque se rebus servarent.* Atque inter haec absentem Senatum populumque gravissimo objurgavit edicto, quod, *Caesare proeliante, et tantis discriminibus objecto, tempestiva convivia, Circum, et theatra, et amoenos secessus celebrarent.* [46] Postremo, quasi perpetraturus bellum, directa acie in litore Oceani, ac ballistis machinisque dispositis, nemine gnaro aut opinante, quidnam coepturus esset, repente, ut conchas legerent, galeasque et sinus replerent, imperavit; *spolia Oceani* vocans, *Capitolio Palatioque de-*

---

vicina abductos pueros. *Perizon.* ad *Aelian.* 3, 21. sine exemplis in castris ludum liter. obsides habuisse, putat. *Dio* autem, vere hostes nonnullos per insidias captos, dicit c. 22. πολεμίων ὀλίγους ποτὲ ἀπάτῃ τινὶ συλλαβὼν ἔδησε.

Durarent] *Virgil.* Aen. 1, 207. „Durate, et vosmet rebus servate secundis."

tempestiva convivia] Ita, Memmiano cod. praeeunte, restitutum pro inepta librariorum correctione: *intempestiva*, quae plerosque locos invasit. De *tempestivis* conviviis, h. e. ante horam solitam coenae, nonam fere vel decimam diei, inceptis, quae et intemperantiam et inertiam tam mature comissantium ostendebant, v. *Lips.* exc. ad *Tac.* A. 14, 2., *Salmas.* ad *Vopisc.* Flor. 6., *Freinshem.* ad *Curt.* 5, 7. et 6, 2., e quibus Salmasius, *intempestiva* convivia, quae nostro aliisque locis ferunt Lips. et Freinsh. cum multis, prorsus ejicienda e libris censet, ut librariorum modo errore orta.

Postremo — imperavit] *Dio* 59, 25. ἐς τὸν Ὠκεανὸν ἐλθών, ὡς καὶ ἐν τῇ Βρεττανίᾳ στρατεύσων, καὶ πάντας τοὺς στρατιώτας ἐν τῇ ἠϊόνι παρατάξας, τριήρους τε ἐπέβη, καὶ ὀλίγον ἀπὸ τῆς γῆς ἀπάρας, ἀνέπλευσε. καὶ μετὰ τοῦτο ἐπὶ βήματος ὑψηλοῦ ἱζήσας, καὶ σύνθημα τοῖς στρατιώταις ὡς ἐς μάχην δούς, τοῖς τε σαλπιγκταῖς ἐξοτρύνας αὐτούς, εἶτ' ἐξαίφνης ἐκέλευσε σφίσι τὰ κογχύλια συλλέξασθαι. λαβών τε τὰ σκῦλα ταῦτα, (καὶ γὰρ λαφύρων [illegible] τι πρὸς τὴν τῶν ἐπινικίων πομπὴν ἐδεῖτο) μέγα τε ἐφρόνησεν, ὡς καὶ τὸν

bita. Et in indicium victoriae altissimam turrem excitavit, ex qua, ut ex Pharo, noctibus ad regendos navium cursus ignes emicarent: pronunciatoque militi donativo, centenis viritim denariis, quasi omne exemplum liberalitatis supergressus, *Abite*, inquit, *laeti, abite locupletes.* [47] Conversus hinc ad curam triumphi, praeter captivos ac transfugas barbaros, Galliarum quoque procerissimum quemque, et, ut ipse dicebat, ἀξιοθριάμβευτον, ac nonnullos ex principibus legit, ac seposuit ad pompam; coëgitque, non tantum rutilare et summittere comam, sed et sermonem Germanicum addiscere, et nomina barbarica ferre. Praecepit etiam, triremes, quibus introierat Oceanum, magna ex parte itinere terrestri Romam devehi. Scripsit et Procuratoribus, *Triumphum apparent quam minima summa, sed quantus nunquam alius fuisset; quando in omnium hominum bona jus haberent.* [48] Priusquam provincia decederet, consilium iniit nefandae atrocitatis, legiones, quae post excessum Augusti seditionem olim moverant, contrucidandi, quod et patrem suum Germanicum ducem, et se, infantem tunc, obsedissent. Vixque a tam praecipiti cogitatione revocatus, inhiberi nullo potuit modo, quin decimare velle perseveraret. Vocatas itaque ad concionem inermes, atque

---

Ὠκεανὸν αὐτὸν δεδουλωμένος, καὶ τοῖς στρατιώταις πολλὰ ἐδωρήσατο. καὶ ὁ μὲν ἐς τὴν Ῥώμην τὰ κογχύλια ἀνεκόμισεν, ἵνα καὶ ἐκείνοις τὰ λάφυρα δείξῃ sequ. De loco, ubi *turris* illa exstructa est, vide disputantes viros doctos ad h. l. — Fabric. ad Dionis l. c. „Hujus turris s. Phari ad Bononiam adhuc superstitis effigies apud Cel. Montfauconum T. IIII. Supplem. tab. 50."

rutilare — comam] Germanis enim, ut *Tac.* Germ. 4. „truces et caerulei oculi, rutilae comae, magna corpora et tantum ad impetum valida."

Procuratoribus] sc. fisci Imperatoris, unde et sequentia: *quam minima summa* de pecunia intelligenda sunt, quae ex fisco illo impenderetur.

quae — sedit. olim moverant] v. Tib. 25. et Calig. 1. et 9.

inermes] h. e. sine loricis, scutis et galeis. Haec enim pro-

etiam gladiis depositis, equitatu armato circumdedit. Sed quum videret, suspecta re plerosque dilabi ad resumenda, si qua vis fieret, arma, profugit concionem, confestimque Urbem petiit, deflexa omni acerbitate in Senatum, cui ad avertendos tantorum dedecorum rumores palam minabatur; querens inter cetera, fraudatum se justo triumpho, quum ipse paulo ante, ne quid de honoribus suis ageretur, etiam sub mortis poena denunciasset. [49] Aditus ergo in itinere a legatis amplissimi ordinis, ut maturaret, orantibus, quam maxima voce, *Veniam*, inquit, *veniam, et hic mecum*, capulum gladii crebro verberans, quo cinctus erat. Edixit et, *reverti se, sed iis tantum, qui optarent, equestri ordini et populo: nam se neque civem neque Principem Senatui am-*

---

prie *arma*, ut Gr. ὅπλα, unde distinguuntur h. l. gladii. Mox pro *depositis* al. *dispositis*, correctum jam a *Turneb.* Advers. 27, 20. Ceterum vere factam talem militum caedem, prodit *Dio* 59, 22. τοῦ δὲ δὴ οἰκείου πολὺ μέρος ἀνάλωσε, τοὺς μὲν καθ' ἑκάστους κατακόπτων, τοὺς δὲ καὶ ἀθρόους ἅμα πάντας φονεύων.

profugit concionem] Vulg. *concione*. Accusativum exemplis defendit Burm., atque puto; huic constructioni *effugiendi* etiam s. *evadendi* notionem inesse, quum altera fugientis modo actum significet, nisi hoc est argutari.

deflexa omni acerb. in Senatum] *Dio* 59, 25. ἐσελθὼν ἐς τὴν πόλιν, τὴν βουλὴν ὀλίγου ἐδέησεν ἀπολέσαι πᾶσαν, ὅτι μὴ τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον αὐτῷ ἐψηφίσατο. *Seneca* de ira 3, 19. de toto Senatu trucidando cogitasse eum dicit.

justo triumpho] *Dio* c. 22. ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἑπτάκις αὐτοκράτωρ, (ὥς που καὶ ἔδοξεν αὐτῷ) μήτε μάχην τινὰ νικήσας, μήτε πολέμιόν τινα ἀποκτείνας, ἐπωνομάσθη, unde ex dato, ob victorias scilicet, Imperatoris cognomine, justi triumphi praetextum cepisse, colligimus.

quum ipse — denunciasset] *Dio* 59, 23. πάντα γὰρ ἀεὶ τὰ δεδόμενα αὐτῷ παρ' οὐδὲν ἐτίθετο· καὶ ἤχθετο μέν, εἰ μικρά τινα ψηφισθείη, ὡς καταφρονούμενος· ἤχθετο δὲ καί, εἰ μείζω, ὡς καὶ τῆς τῶν λοιπῶν ἐξουσίας ἀφαιρούμενος. οὐδὲ γὰρ ἐβούλετο δοκεῖν τι τῶν τιμήν τινα αὐτῷ φερόντων ἐπ' αὐτοῖς εἶναι, ὡς καὶ κρείττοσιν αὐτοῦ οὖσι, καὶ χαρίσασθαι σφῶν οἱ, ὡς καὶ ἥττονι σφῶν, τι δυναμένοις (ita legendus locus corruptus videtur vel corrigendus: καὶ χαρίσασθαι σφῶν οἱ, ὡς καὶ ἧττον σφῶν τι δυναμένῳ, ἐξεῖναι).

plius fore. Vetuit etiam, quemquam Senatorum sibi occurrere: atque omisso, vel dilato triumpho, ovans Urbem natali suo ingressus est. Intraque quartum mensem periit, ingentia facinora ausus, et aliquanto majora moliens. Siquidem proposuerat, Antium, deinde Alexandriam, commigrare, interemto prius utriusque ordinis electissimo quoque. Quod ne cui dubium videatur, in secretis ejus reperti sunt duo libelli, diverso titulo: alteri GLADIUS, alteri PUGIO index erat. Ambo nomina et notas continebant morti destinatorum. Inventa et arca ingens, variorum venenorum plena: quibus mox a Claudio demersis, infecta maria traduntur, non sine piscium exi-

---

Intraque quartum mensem] Quum natalis ejus in prid. Kal. Sept. inciderit, (v. c. 8.) mors in VIIII. Kal. Februar. (v. c. 58.), vera censenda emendatio Perizonii et Ryckii ad *Tac.* A. 12, 58. *intraque quintum m.* Probarunt eam Ern. et Oudend.

reperti sunt duo libelli] *Oros.* 7, 5. e n. l. „Duo libelli in secretis ejus reperti sunt, quorum alteri *pugio*, alteri *gladius* pro signo nominis ascriptum erat; ambo lectissimorum virorum utriusque ordinis (senatorii et equestris) nomina et notas continebant morti destinatorum." Auctore *Dione* 59, 26. circumferebat istos libellos Protogenes quidam. Ita enim ille: ἦν δέ τις Πρωτογένης πρὸς πάντα αὐτῷ τὰ χαλεπώτατα ὑπηρετῶν, ὥστε καὶ βιβλία ἀεὶ δύο περιφέρειν, καὶ αὐτων τὸ μὲν ξίφος, τὸ δὲ ἐγχειρίδιον ὀνομάζειν. Recte autem Orosii exemplo Oudend. n. l. reposuit, inverso vocabulorum ordine, *nomina et notas*, quod probavit Wolfius, in textum recipere oblitus. Prius in libellis illis exaranda erant *nomina* morti destinatorum, et adjungendae *notae* s. notandae causae mortis, crimina, quibus peterentur. Ernest. genera suppliciorum intelligit, quae magis e vestigio decrevisse Cajus videtur.

arca ingens] *Oros.* l. c. „Inventa est et arca ingens variorum venenorum (*pocula continens*, quae e glossa addita censet Oudend., ut *plena* n. l.) quibus mox Claudio Caesare jubente demersis, infecta maria traduntur non sine magno piscium exitio, quos enecatos per proxima litora passim aestus ejecit."

a Claudi demersis] *Dio* 60. 4. τά τε φάρμακα, ἃ πολλὰ ἐν τοῖς τοῦ Γαΐου εὑρέθη, καὶ τὰ βιβλία τὰ τοῦ Πρωτογένους (ὃν καὶ ἀπέκτεινε), τά τε γράμματα ἃ ἐπλάσατο μὲν ὁ Γάϊος κεκαυκέναι, εὑρέθη δὲ ἐν τῷ βασιλικῷ ὄντα, — κατέφλεξεν, ubi omnia auctor

tio, quos enectos aestus in proxima litora ejecit. [50] Statura fuit eminenti, colore expallido, corpore enormi, gracilitate maxima cervicis et crurum, oculis et temporibus concavis, fronte lata et torva, capillo raro ac circa verticem nullo, hirsutus cetera. Quare, transeunte eo, prospicere ex superiore parte, aut omnino quacunque de causa *capram* nominare, criminosum et exitiale habebatur. Vultum vero natura horridum ac tetrum etiam ex industria efferabat, componens ad speculum in omnem terrorem ac formidinem. Valetudo ei neque corporis neque animi constitit. Puer comitiali morbo vexatus, in adolescentia ita patiens laborum erat, ut tamen nonnunquam subita defectione ingredi, stare, colligere semet, ac sufferre vix posset. Mentis valetudinem et ipse senserat, ac subinde de secessu, deque purgando cerebro cogitavit. Creditur potionatus a Caesonia

---

verbum ad τὰ φάρμακα pertinens, celeritate stili ad libellos combustos pergens, nisi quis cum Fabricio venenorum descriptiones iis additas intelligit, ubi tamen restat eadem quaestio, quid cum venenis ipsis fecerit. Sed talia saepissime scriptoribus exciderunt, neque de inserendo aliquo verbo cogitandum.

col. expallido] Ita optimi codd. pro *pallido*. Oculos *Plin.* 11, 37. (54.) Cajo tribuit *rigentes*. *Senec.* de constant. sap. 18. formam C. Caesaris *materiam* fuisse dicit *risus benignissimam*; „tanta illi (inquit) palloris insaniam testantis foeditas erat, tanta oculorum sub fronte anili latentium torvitas, tanta capitis destituti et emendicatis capillis aspersi deformitas, adjice obsessam setis cervicem; et exilitatem crurum, et enormitatem pedum.“

ita patiens] Malim *idem* pro *ita*. Quamquam puer morbo comit. vexatus, *idem* adolescens patiens laborum erat, ut *tamen* sequ. Tam parum valetudo ei constitit.

potionatus] Sine omni haesitatione verbum relinquo, Vegetio et serioribus scriptoribus frequens, et ad analogiam verb. *concio*, *concionari*, efformatum. Oudend. conjecit: *potione tentatus*, ut *tentare veneno* dicitur Neron. 35. — Philtrum autem Cajum a Caesonia accepisse, quod in insaniam verterit, auctores etiam *Joseph.* 19, 2. et *Juvenal.* 6, 616. „si non Et furere incipias,

uxore, amatorio quidem medicamento, sed quod in furorem verterit. Incitabatur insomnia maxime: neque enim plus quam tribus nocturnis horis quiescebat; ac ne his quidem placida quiete, sed pavida miris rerum imaginibus, ut qui inter ceteras, pelagi quondam speciem colloquentem secum videre visus sit. Ideoque magna parte noctis vigiliae cubandique taedio, nunc toro residens, nunc per longissimas porticus vagus, invocare identidem atque exspectare lucem consuerat. [51] Non immerito mentis valetudini attribuerim diversissima in eodem vitia, summam confidentiam, et contra nimium metum. Nam qui Deos tanto opere contemneret, ad minima tonitrua et fulgura connivere, caput obvolvere, ad vero majora proripere se e strato, sub lectumque condere solebat. Peregrinatione quidem Siciliensi, irrisis multorum locorum miraculis, repente a Messana noctu profugit, Aetnaei verticis fumo ac murmure pavefactus. Adversus barbaros quoque minacissimus, quum trans Rhenum inter angustias densumque agmen iter essedo faceret, dicente quodam, *non mediocrem fore consternationem, sicunde hostis appareat*, equum illico conscendit; ac propere versus ad pontes, ut eos calonibus et impedimentis stipatos reperit, impatiens morae, per manus ac super capita hominum translatus est. Mox etiam, audita rebellione Ger-

---

ut avunculus ille Neronis, Cui totam tremuli frontem Caesonia pulli Infudit."

insomnia] Al. *insomnio*, de qua forma singulari jure dubitantem v. Oudend. ad h. l.

ad vero majora] Displicet *vero*, quod abest ab uno cod. Alii aliter. Heinsius corr. *at vero ad majora*.

Aetnaei verticis] *Turneb.* Advers. 27, 20. e vetusto cod. maluit: *crateris*, quod post Gronov. comprobarunt Oudend., Ruhnk., Wolf.

Adv. barbaros qu. minac.] *Tac.* Germ. 37. „Ingentes C. Caesaris minae in ludibrium versae."

maniae, fugam et subsidia fugae, classes apparabat; uno solatio acquiescens, transmarinas certe sibi superfuturas provincias, si victores Alpium juga, ut Cimbri, vel etiam Urbem, ut Senones quondam, occuparent: unde, credo, percussoribus ejus postea consilium natum, apud tumultuantes milites ementiendi, ipsum sibi manus intulisse, nuncio malae pugnae perterritum. [52] Vestitu calciatuque, et cetero habitu, neque patrio, neque civili, ac ne virili quidem, ac denique humano, semper usus est. Saepe depictas gemmatasque indutus paenulas, manuleatus et armillatus in publicum processit: aliquando sericatus, et cycladatus: ac modo in crepidis vel cothurnis, modo in speculatoria caliga, nonnunquam socco muliebri; plerumque vero aurea barba, fulmen tenens, aut fuscinam, aut caduceum, Deorum insignia, atque etiam Veneris cultu conspectus est.

Germaniae] Fuere, qui mutatum vellent in: *Germanorum* ob sequens *victores*, immemores notissimae Latinorum consuetudinis, quam synesin vocant. Mox *certe* e tribus Torrentii codd. restituerunt Oudend. et Ernest.

ac den. humano] Ern. legendum censet: *nec den. humano*, Wolf. *aut*. Mihi praeplacet *ac*, suppleto e super. *ne quidem*. Docte idem tuetur *Walther*. Observ. p. 23.

depictas] i. e. pictas. Exemplis defendit Oudend. Ita in poematio Bibaculi apud Nostr. de ill. Gr. c. 11. „*depictas* minio assulas."

plerumque vero — conspectus est] *Dio* 59, 26., quemadmodum ex Exc. Peiresc. locum dedit Reimarus, ita: Ζεύς τε εἶναι ἐπλάττετο, καὶ κατὰ τοῦτο καὶ γυναιξὶν ἄλλαις τε πολλαῖς, καὶ ταῖς ἀδελφαῖς μάλιστα, συνεῖναι προεφασίσατο. καὶ Ποσειδῶν αὖθις, ὅτι τοσοῦτον θαλάσσης μέτρον ἔζευξε, Ἥρα τε καὶ Ἄρτεμις καὶ Ἀφροδίτη πολλάκις ἐγίγνετο. τόν τε Ἡρακλέα, τόν τε Διόνυσον, τόν τε Ἀπόλλω, τούς τε ἄλλους οὐχ ὅτι τοὺς ἄῤῥενας, ἀλλὰ καὶ τὰς θηλείας ὑπεκρίνετο. πρὸς γὰρ δὴ τὴν τῶν ὀνομάτων μετάθεσιν καὶ τὸ ἄλλο σχῆμα πᾶν τὸ προσῆκον σφίσιν ἐλάμβανεν, ὥστε ἐοικέναι ἂν δοκεῖν. ποτὲ μὲν γὰρ θηλυδριώδης ἑωρᾶτο, καὶ κρατῆρα καὶ θύρσον εἶχε, ποτὲ δὲ ἀῤῥενωπὸς ῥόπαλον καὶ λεοντῆν, ἢ καὶ κράνος ἀσπίδα τε ἐφόρει. λειογένειος αὖ καὶ μετὰ τοῦτο πωγωνίας ἐφαντάζετο· τρίαιναν τε ἔστιν ὅτε ἐκράτει, καὶ κεραυνὸν αὖθις ἀνέτεινε. παρθένῳ

Triumphalem quidem ornatum etiam ante expeditionem assidue gestavit; interdum et Magni Alexandri thoracem, repetitum e conditorio ejus. [53] Ex disciplinis liberalibus minimum eruditioni, eloquentiae plurimum attendit, quantumvis facundus et promtus, utique, si perorandum in aliquem esset. Irato et verba et sententiae suppetebant; pronunciatio quoque et vox, ut neque eodem loci prae ardore consisteret, et exaudiretur a procul stantibus. Peroraturus, *stricturum se lucubrationis suae telum*, minabatur; lenius comtiusque scribendi genus adeo contemnens, ut Senecam, tum maxime placentem, *commissiones meras* componere, et *arenam esse sine calce*, diceret. Solebat etiam prosperis oratorum

---

τε κυνηγετικῇ ἢ καὶ πολεμικῇ ὡμοιοῦτο, καὶ μετ' οὐ πολὺ ἐγυναίκιζεν. οὕτω που καὶ τῷ ῥυθμῷ τῆς στολῆς, καὶ τοῖς προσθέτοις τοῖς τε περιθέτοις ἀκριβῶς ἐποικίλλετο· καὶ πάντα μᾶλλον δοκεῖν, ἢ ἄνθρωπος αὐτοκράτωρ τε εἶναι, ἤθελε. Eadem fere *Philo* l. c.

Triumphalem — gestavit] *Dio* l. c. ταῦτα μὲν οὖν τὰ σχήματα, ὁπότε τις θεὸς ἐπλάττετο εἶναι, ἐλάμβανε· — ἄλλως δὲ δὴ ἔν τε τῇ σηρικῇ καὶ ἐν τῇ νικητηρίᾳ σκευῇ, ὡς πλήθει, ἐδημοσίευεν.

Magni Alex. thor.] v. ad c. 19.

eloquentiae plur. attendit] *Dio* 59, 19. προέχειν ἁπάντων τῶν ῥητόρων ἠξίου. *Joseph.* 19, 2. ῥήτωρ τε ἄριστος, καὶ γλώσσῃ τῇ Ἑλλάδι, καὶ τῇ Ῥωμαίοις πατρίῳ σφόδρα ἠσκημένος. συνίει τε ἐκ τοῦ παραχρῆμα, καὶ τοῖς ὑφ' ἑτέρων συντεθεῖσί τε καὶ ἐκ πλείονος προσυγκειμένοις ἀντειπὼν ἐκ τοῦ ὀξέος κ. τ. λ. *Tac.* A. 13, 3. „Etiam C. Caesaris turbata mens (i. e. mentis valetudo, non turbata per iram, ut Burm. placet) vim dicendi non corrupit.“ Si *Suidae* credendum, scripsit etiam Caligula ῥητορικὴν τέχνην Ῥωμαϊκῶς, quem tamen librum Lips. ad *Tac.* l. c. Germanico potius tribuit. Ceterum *eruditionem* n. l. recte interpretatur Ern. *literas Graecas et Latinas* s. philologiam.

Senecam] Capitis periculum subiisse dicitur Seneca *Dion.* l. c., ὅτι δίκην τινὰ ἐν τῷ συνεδρίῳ παρόντος αὐτοῦ καλῶς εἶπε.

commissiones meras] ἀγωνίσματα, λόγους πρὸς τὰς ἐπιδείξεις καὶ ἀγῶνας γεγραμμένους, quales erant orationes recitatae in *commissionibus*, de quibus v. Casaub. ad Aug. 89. et ad n.

arenam esse sine calce] „quod sententias plerumque loqueretur breves et nulla admodum connexione inter se cohaerentes“ Casaub. Ingeniosa tamen est interpretatio hujus dicti, quam

actionibus rescribere, et magnorum in Senatu reorum accusationes defensionesque meditari; ac, prout stilus cesserat, vel onerare sententia sua quemque, vel sublevare; equestri quoque ordine ad audiendum invitato per edicta. [54] Sed et aliorum generum artes studiosissime et diversissimas exercuit. Threx et auriga, idem cantor, atque saltator. Batuebat pugnatoriis armis, aurigabat exstructo plurifariam Circo. Canendi ac saltandi voluptate ita efferebatur, ut ne publicis quidem spectaculis temperaret, quo minus et tragoedo pronuncianti concineret, et gestum histrionis quasi laudans vel corrigens palam effingeret. Nec alia de causa videtur eo die, quo periit, pervigilium indixisse, quam ut initium in scenam prodeundi licentia temporis auspicaretur. Saltabat autem nonnunquam etiam noctu: et quondam tres consulares secunda vigilia in Palatium accitos, multaque et extrema metuentes, super pulpitum collocavit; deinde repente magno tibiarum et scabellorum

---

dedit *Müllerus* in Observ. p. 15. sequ., repetitum illud dicens a Circo, in quo Caji studia maxime versabantur, ut adeo Senecam *arenam* s. stadium, curriculum sine *calce* s. sine meta v. loco calce v. creta notato, ubi cursu exacto victor consistere et praemium accipere solebat, h. e. hominem dixerit ingenii intemperantis, qui, ut Amm. Marc., *extra calces decurreret*, nimis copiosum rebus et verbis, nugatorem ineptum, qui in Foro et in Curia multum agendo nihil perageret, declamatorem umbraticum, cui finis esset propositus nullus, et qui nesciret, quando loqui desineret." Postea de v. *rescribere* i. e. ἀντιγράφειν v. ind.

Threx et auriga] *Dio* 59, 5. ἅρματά τε ἤλασε, καὶ ἐμονομάχησεν· ὀρχήσει τε ἐχρήσατο, καὶ τραγῳδίαν ὑπεκρίνατο.

volupt. ita efferebatur] *Dio* l. c. καὶ αὐτῶν (scenicorum) τὰ μὲν πρῶτα θεατὴς καὶ ἀκροατὴς ἐγίγνετο, συνεσπούδαζέ τέ τισι καὶ ἀντεσπούδαζεν, ὥςπερ τις ἐκ τοῦ ὁμίλου ὤν· καί ποτε δυςκολάνας τε τοῖς ἀντικαθεστηκόσιν, οὐκ ἀπήντησεν ἐπὶ τὴν θέαν. προϊόντος δὲ δὴ τοῦ χρόνου, καὶ ἐς ζήλωμα καὶ ἐς ἀγώνισμα πολλῶν προῆλθεν.

scabellorum] *Scabella* instrumenta erant pneumatica, quae calceorum modo pedibus saltantium alligata eundem sonum crepantem semper referebant. Descripsit ea et marmore illustravit

crepitu, cum palla tunicaque talari prosiluit, ac desaltato cantico abiit. Atque hic tam docilis ad cetera, natare nesciit. [55] Quorum vero studio teneretur, omnibus ad insaniam favit. Mnesterem pantomimum etiam inter spectacula osculabatur: ac si quis saltante eo vel leniter obstreperet, detrahi jussum manu sua flagellabat. Equiti Romano tumultuanti per Centurionem denunciavit, abiret sine mora Ostiam, perferretque ad Ptolemaeum regem in Mauritaniam codicillos suos. Quorum exemplum erat: *Ei, quem istuc misi, neque boni quicquam, neque mali, feceris.* Threces quosdam Germanis corporis custodibus praeposuit. Mirmillonum armaturas recidit. Columbo victori, leviter tamen saucio, venenum in plagam addidit, quod ex eo *Columbinum* appellavit.

Alb. *Rubenius* de re vestiar. 2, 17. v. Ern. Clav. Cic. sub v. *scabillum.*

prosiluit — abiit] *Dio* l. c. ἅπαξ ποτὲ τοὺς πρώτους τῆς γερουσίας σπουδῇ νυκτός, ὡς καὶ ἐπ' ἀναγκαῖόν τι βούλευμα μεταπεμψάμενος, ὠρχήσατο.

osculabatur] *Dio* 59, 27. ἐφίλει ὀλιγίστους· τοῖς γὰρ πλείστοις καὶ τῶν βουλευτῶν ἢ τὴν χεῖρα ἢ τον πόδα προςκυνεῖν ὤρεγε. καὶ διὰ τοῦθ' οἱ φιληθέντες ὑπ' αυτοῦ χάριν αὐτῷ καὶ ἐν τῇ γερουσίᾳ ἐγίνωσκον, καίτοι τοὺς ὀρχηστὰς καθ' ἡμέραν φιλοῦντι πάντων ὁρώντων. De *Mnestere* v. ad c. 36.

Ptolemaeum] v. supra ad c. 26.

arm. recidit] h. e. non modo minus pretiosas et elegantes fieri jussit, ut Ern. explicat, sed leviora etiam arma dedit et minora, quo facilius Threcibus, quibus magis favebat, succumberent.

venenum — addidit] *Dio* 59, 14. τούς τε ἀρίστους καὶ τοὺς ἐνδοξοτάτους τῶν μονομάχων φαρμάκῳ διέφθειρε. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἵππων τῶν τε ἡνιόχων τῶν ἀντιστασιωτῶν ἐποίει. ἰσχυρῶς γὰρ τῷ τὴν βατραχίδα ἐνδύνοντι, καὶ διὰ τοῦτ' ἀπὸ τοῦ χρώματος τῷ πρασίνῳ καλουμένῳ προςέκειτο· ὥςτε καὶ νῦν ἔτι Γαϊανὸν ἀπ' αὐτοῦ τὸ χωρίον, ἐν ᾧ τὰ ἅρματα ἤσκει, καλεῖσθαι. De *factionibus* aurigarum, quatuor distinctis coloribus, *veneto* s. caeruleo, *prasino* s. viridi, *albo* et *russeo* s. *russato*, quos vel a Diis, vel ab elementis acceperunt, accurate exposuit *Bulenger*. de Circo c. 48 et 49. cf. Fabric. ad *Dionis* l. c., Reimar. ad *Xiphil.* 61, 6. et 67, 4. ubi quatuor prioribus novas Domitianus adjecisse dicitur duas

Sic certe inter alia venena scriptum ab eo repertum est. Prasinae factioni ita addictus et deditus, ut coenaret in stabulo assidue, et maneret. Agitatori Eutycho comissatione quadam in apophoretis vicies sestertium contulit. Incitato equo, cujus causa pridie Circenses, ne inquietaretur, viciniae silentium per milites indicere solebat, praeter equile marmoreum, et praesepe eburneum, praeterque purpurea tegumenta, ac monilia e gemmis, domum etiam, et familiam, et supellectilem dedit, quo lautius nomine ejus invitati acciperentur: consulatum quoque traditur destinasse. [56] Ita bacchantem atque grassantem, non defuit plerisque animus, adoriri. Sed una alteraque conspiratione detecta, aliis per inopiam

---

factiones *auream* et *purpuream* (πορφυροῦν enim scribendum ibi docet doctissimus interpres pro ἀργυροῦν ex Martial. Epigr. 14, 55. et Nostr. Domit. c. 7.).

maneret] i. e. pernoctaret. v. ind.

Eutycho] *Joseph.* 19, 3. ἦν δὲ ὁ Εὔτυχος οὗτος ἡνίοχος τοῦ καλουμένου πρασίνου, περισπούδαστος Γαΐῳ, καὶ περὶ τὰς οἰκοδομὰς τῶν στάσεων τοῦ περὶ ἐκεῖνον ἱππικοῦ τὸ στρατιωτικὸν ἐτρίβετο.

in apophoretis] h. e. donis, quae convivis a comissatione domum redeuntibus a magistro convivii dabantur. v. Aug. 75.

Incitato equo] *Dio* 59, 14. καὶ ἕνα γε τῶν ἵππων, ὃν Ἰγκίτατον ὠνόμαζε, καὶ ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλει, χρυσᾶς τε (leg. ἐν χρυσῷ τε) αὐτῷ κριθὰς παρέβαλλε, καὶ οἶνον ἐν χρυσοῖς ἐκπώμασι προὔπινε· τήν τε σωτηρίαν αὐτοῦ καὶ τὴν τύχην ὤμνυε, καὶ προσυπισχνεῖτο καὶ ὕπατον αὐτὸν ἀποδείξειν. καὶ πάντως ἂν καὶ τοῦτο ἐπεποιήκει, εἰ πλείω χρόνον ἐζήκει.

una alteraque consp. detecta] *Zonaras* p. 557. (quem locum cum nostro comparavit Reimarus ad *Dion.* 59, 25.) τοῦτον δὲ τὸν τρόπον βιοὺς, πάντως ἐπιβουλευθήσεσθαι ἔμελλε. καὶ ἐφώρασε τὴν ἐπίθεσιν· καὶ συλλαβὼν Ἀνίκιον Κερεάλιον (cf. *Tac.* A. 16, 17. qui *Anicium Cerealem* dicit) καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Σέξτον Παπίνιον, ἐβασάνισε, καὶ ἐπεὶ μηδὲν ἐξελάλησεν, ἀνέπεισε τὸν Παπίνιον, σωτηρίαν αὐτῷ καὶ ἄδειαν ὑποσχόμενος, κατειπεῖν τινων ἢ ἀληθῶς ἢ ψευδῶς, καὶ ἐκεῖνον αὐτίκα καὶ τοὺς ἄλλους ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ἀπέκτεινεν. ἑνὸς δὲ τῶν κτεινομένων καὶ τὸν πατέρα παρεῖναι κατηνάγκασε, τοῦ υἱοῦ φονευομένου· πυθόμενον δέ, εἰ μῦσαι αὐτῷ ἐπιτρέπει, καὶ ἐκεῖνον σφαγῆναι προσέταξεν. (v. ad c. 27.) ὁ δὲ κινδυνεύων, προσεποιήσατο ἐκ τῶν ἐπιβεβουλευκότων εἶναι, καὶ τοὺς λοιποὺς πάντας ἐκφῆναι ὑπέσχετο,

occasionis cunctantibus, duo consilium communicaverunt, perfeceruntque; non sine conscientia potentissimorum libertorum, praefectorumque praetorii; quod ipsi quoque, etsi falso, in quadam conjuratione quasi participes nominati, suspectos tamen se et invisos sentiebant. Nam et statim seductis magnam fecit invidiam, destricto gladio affirmans, *sponte se periturum, si et illis morte dignus videretur:* nec cessavit ex eo criminari alterum alteri, atque inter se omnes committere. Quum placuisset, Palatinis ludis spectaculo egressum meridie aggredi, primas sibi partes Cassius Chaerea, Tribunus cohortis praetoriae, depoposcit: quem Cajus seniorem jam, ut

---

καὶ ὠνόμασε τούς τε ἑταίρους τοὺς τοῦ Γαΐου, καὶ τοὺς συνεργοὺς τῆς ἀσελγείας καὶ τῆς ὠμότητος. καὶ πολλοὺς ἂν ἀπώλεσεν, εἰ μὴ καὶ τοὺς ἐπάρχους καὶ τὸν Κάλλιστον καὶ τὴν Καισωνίαν προςδιαβαλὼν ἠπιστήθη. καὶ ὁ μὲν ἀπέθανεν, τῷ δὲ Γαΐῳ τὸν ὄλεθρον αὐτὸ τοῦτο παρεσκεύασεν. ἰδίᾳ γὰρ τοὺς ἐπάρχους καὶ τὸν Κάλλιστον προςκαλεσάμενος· εἷς εἰμί, ἔφη, τρεῖς δὲ ὑμεῖς, καὶ γυμνὸς μὲν ἐγώ, ὡπλισμένοι δ' ὑμεῖς. εἰ οὖν μισεῖτέ με, καὶ ἀποκτείνειν θέλετε, φονεύσατε. ἐξ ἐκείνου δὲ μισεῖσθαι νομίσας, καὶ ἄχθεσθαι τοῖς πραττομένοις ἐκείνους, ὑπώπτευε σφᾶς, καὶ ξίφος κἂν τῇ πόλει παρεζώννυτο, καὶ συνέβαλλεν αὐτοὺς ἀλλήλοις (*non cessavit — inter se omnes committere*), ὅπως μὴ συμφρονῶσι, κατὰ μόνας ἑκάστῳ ὡς πιστοτάτῳ διαλεγόμενος περὶ τῶν λοιπῶν, μέχρις οὗ συνέντες τὸ ἐπιχείρημα, προήκαντο αὐτὸν τοῖς ἐπιβουλεύουσι. De conspiratione Aemilii Lepidi v. supra c. 24.

Palatinis ludis] *Joseph.* 19, 1. θεωριῶν ἐν τῷ Παλατίῳ ἐπιτελουμένων. ἄγονται δὲ ἐπὶ τιμῇ τοῦ πρώτου μεταστησαμένου την αρχὴν (ἀπὸ) τοῦ δήμου Καίσαρος εἰς αὐτόν, et postea: Γάϊος δέ, προόδων αὐτῷ γενομένων, ἔθυε τῷ Σεβαστῷ Καίσαρι, ᾧ δὴ καὶ τὰ τῆς θεωρίας ἤγετο. Institutos hos ludos a Livia post mortem Augusti, narrat *Dio* 56, 46. καὶ ἡ Λιουΐα ἰδίαν δή τινα αὐτῷ πανήγυριν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐν τῷ Παλατίῳ ἐποίησεν, ἣ καὶ δεῦρο ἀεὶ ὑπὸ τῶν ἀεὶ αὐτοκρατόρων τελεῖται.

Cassius Chaerea] *Dio* 59, 29. ἐπεβούλευσαν αὐτῷ Κάσσιός τε Χαιρέας καὶ Κορνήλιος Σαβῖνος, καίτοι χιλιαρχίας ἐν τῷ δορυφορικῷ ἔχοντες. συνώμοσαν μὲν γὰρ πλείονες, καὶ συνῄδεσαν τὸ πραττόμενον, ἐν οἷς ἦν ὅ τε Κάλλιστος καὶ (excidit nomen) ὁ ἔπαρχος· εἰ δὲ αὐτόχειρες αὐτοῦ γενόμενοι ἐκεῖνοι ἦσαν. Fuse conspirationis narrationem exhibet *Joseph.* 19, 1.

mollem et effeminatum denotare omni probro consuerat, et modo, signum petenti, PRIAPUM aut VENEREM dare, modo, ex aliqua causa agenti gratias, osculandam manum offerre, formatam commotamque in obscoenum modum. [57] Futurae caedis multa prodigia exstiterunt. Olympiae simulacrum Jovis, quod dissolvi transferrique Romam placuerat, tantum cachinnum repente edidit, ut machinis labefactis opifices diffugerint. Supervenitque illico quidam Cassius quoque nomine, jussum se somnio affirmans, immolare taurum Jovi. Capitolium Capuae Idibus Martiis de coelo tactum est: item Romae cella Palatini

---

ut mollem et effem. denotare] *Joseph.* ὀνείδη ἐς τὴν ἀνανδρίαν dicit. *Dio* l. c. γύννιν τε αὐτόν, καίπερ ἐῤῥωμενέστατον ἀνδρῶν ὄντα, ὁ Γάϊος ἐκεκάλει, καὶ τὸ σύνθημα αὐτῷ, ὁπότε ἐς ἐκεῖνον καθήκοι, Πόθον, ἢ Ἀφροδίτην, ἢ ἕτερόν τι τοιοῦτον, ἐδίδου. *Joseph.* θήλεά τε ἐδίδου ὀνόματα, καὶ ταῦτα (v. τοιαῦτα) αἰσχύνης ἀνάπλεα. *Pausan.* 9, 27, 3. ἀνθρώπῳ στρατιώτῃ διδοὺς ἀεὶ τὸ αὐτὸ σύνθημα μετὰ ὑπούλου χλευασίας, ἐς τοσοῦτο προήγαγε θυμῷ (an θυμοῦ ?) τὸν ἄνθρωπον, ὥςτε σύνθημα διδόντα αὐτὸν διεργάζεται. *Senec.* de constant. sap. 18. „Chaereae, Trib. mil., sermo non pro manu erat, languidus sono, et infracta voce suspectior. Huic Cajus signum petenti modo Veneris, modo Priapi dabat; aliter atque aliter exprobrans armato mollitiem. Haec ipse perlucidus, crepidatus, armillatus. Coegit itaque illum, uti ferro, ne saepius signum peteret."

osculandam man. offerre] Manus osculari, servorum erat. v. Fabr. ad *Dion.* 59, 27. quem locum ad caput superius citavimus.

commotamque in obsc. modum] Emendationes *Lips.* ad *Tac.* 13, 2. *gammatamque* h. e. ad formam literae Gamma insertis commixtisque digitis flexam, et proxime *in obscoenum nodum* argutiores sunt, quam veriores.

cachinnum — edidit] *Dio* 59, 28. γέλως, ὁσάκις τινὲς ὡς καὶ τοῦ ἕδους ἐφαψόμενοι προςῆλθον, πολὺς ἐξηκούετο. v. supra ad c. 22. Tantus autem ferebatur esse Jovis cachinnus, ut machinas i. e. vectes, quibus ad movendum ingens simulacrum usi fuerant opifices, labefactaret. Postea *diffugerint* injuria reprehendit Ernest. postulans *diffugerent*. v. notata ad Caes. 6.

Capitolium Capuae] v. ad Tiber. 40.

atriensis. Nec defuerunt, qui conjectarent, altero ostento periculum a custodibus domino portendi; altero, caedem rursus insignem, qualis eodem die facta quondam fuisset. Consulenti quoque de genitura sua, Sulla mathematicus, *certissimam necem appropinquare*, affirmavit. Monuerunt et Fortunae Antiatinae, *ut a Cassio caveret.* Qua causa ille Cassium Longinum, Asiae tum Proconsulem, occidendum delegaverat, immemor, Chaeream Cassium nominari. Pridie, quam periret, somniavit, consistere se in coelo juxta solium Jovis, impulsumque ab eo dextri pedis pollice, et in terras praecipitatum. Prodigiorum loco habita sunt etiam, quae forte illo ipso die paulo prius acciderant. Sacrificans resper-

---

Palatini atriensis] Intelligunt cellam, *οἴκημα*, servi atriensis Palatii. Sed quum Capitolium s. Jovis templum praecesserit, *Palatinum atriensem* Apollinem esse puto Palatinum, de cujus templo v. ad Aug. 29. Conjunxerat autem Caligula (v. c. 22.) Palatium Capitoliumque, ita ut Apollinis templum Palatini Jovi Capitolino pro atrio esset, et ipse Deus ad *custodes*, de quibus proxime sermo, posset referri. Nihil tamen definio in re, de qua in utramque patem potest disputari.

eodem die] Idibus Martiis, quibus Caesar occisus fuerat.

Fortunae Antiatinae] Al. *sortes*, quod ex interpretatione ortum videtur, quum sortium crebrior apud Nostrum fiat mentio. v. quae notavimus ad Tiber. 14. et 63. — Erant autem duae Fortunae Antii, oracula edentes, quas *veridicas sorores* dicit *Martial.* 5, 1, 3. cf. *Bulenger.* de sortibus (Thes. Graev. T. V. p. 363).

ut a Cassio caveret] *Dio* 59, 29. *θεοπρόπιον δέ τι τῷ Γαΐῳ ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐγεγόνει, Φυλάττεσθαι Κάσσιον. καὶ ὁ μὲν ἐς Γάϊον Κάσσιον τὸν τότε τῆς Ἀσίας ἄρχοντα,* (de quo v. dicta supra ad c. 24.) *ἐπειδὴ τὸ γένος ἀπὸ τοῦ Κασσίου ἐκείνου τοῦ τὸν Καίσαρα ἀποκτείναντος εἶχεν, ὑποπτεύσας, μετεπέμψατο αὐτὸν δεδεμένον. προέλεγε δ' ἄρα αὐτῷ τὸ δαιμόνιον ταὐτὸν τὸν Κάσσιον τὸν Χαιρέαν. Ἀπολλώνιός τέ τις Αἰγύπτιος οἴκοι τὸ συμβὰν αὐτῷ προεῖπε. καὶ πεμφθεὶς διὰ τοῦτ' ἐς τὴν Ῥώμην* (Cassius) *προσήχθη τε αὐτῷ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ τελευτήσειν ἔμελλε, καὶ ἀναβληθείς, ὡς καὶ μετ' ὀλίγον κολασθησόμενος, ἐσώθη.*

Sacrificans] non Cajus ipse, sed is, qui phoenicopterum Cajo sacrificium immolabat, (v. c. 22.) nisi quis, Cajum sibi ipsi sacrificasse, censeat. *Joseph.* 19, 1. in sacrificio, a Cajo Au-

sus est phoenicopteri sanguine. Et pantomimus Mnester tragoediam saltavit, quam olim Neoptolemus tragoedus ludis, quibus rex Macedonum Philippus occisus est, egerat. Et quum in Laureolo mimo, in quo actor proripiens se ruina sanguinem vomit, plures secundarum certatim experimentum artis darent,

---

gusto Caesari per ludorum Palatinorum solemnitatem oblato, Asprenatis Senatoris, qui postea cum Cajo periit, togam cruore respersam, idque mortis signum huic fuisse, narrat.

tragoediam] *Joseph.* l. c. ὀρχηστὴς δρᾶμα εἰσάγει Κινύραν, ἐν ᾧ αὐτός τε ἐκτείνετο, καὶ ἡ θυγάτηρ Μύῤῥα. αἷμά τε ἦν τεχνητὸν πολύ, καὶ τὸ περὶ τὸν σταυρωθέντα (de quo vide not. proximam) ἐκκεχυμένον, καὶ τὸ περὶ τὸν Κινύραν. Carmen, quod Neoptolemus tragoedus (πρωτεύων τῇ μεγαλοφωνίᾳ καὶ τῇ δόξῃ) pronunciavit, Persarum interitum spectans, sed ad Philippi mortem postea applicatum, servavit *Diodor.* 16, 92. ubi v. Wesseling. Ceterum, quod Josephus addit: ὁμολογεῖται δὲ καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην γενέσθαι, ἐν ᾗ Φίλιππον τὸν Ἀμύντου, Μακεδόνων βασιλέα, κτεῖναι Παυσανίας, εἷς τῶν ἑταίρων, εἰς τὸ θέατρον εἰσιόντα, id temporum rationi non convenire, ex initio regni Alexandri M. computat *Usserius* Annal. ad A. 3668. p. 157. sequ., ubi efficit, circa diem 24. Septembris Philippum occisum fuisse, cum Caji mortem auctor noster cap. sequ. ad VIIII. Kal. Febr. referat.

in Laureolo mimo] *Joseph.* μῖμος εἰσάγεται, καθ' ὃν σταυροῦται ληφθεὶς ἡγεμών. De incerto hujus mimi auctore, vel Q. Lutatio Catulo, vel Naevio, vel Laberio, argumentoque v. Rupert. ad haec *Juvenalis* 8, 187. „*Laureolum velox etiam bene Lentulus egit, Judice me dignus vera cruce,*" quae, in crucem aliquem in eo actum fuisse, fortasse servum Laureolum, vere Josephum narrare, ostendunt. Diverse igitur Noster, actorem *e ruina* h. e. lapsu (puto enim intercidisse *e* ante *ruina* ob antecedens *se*) se proripientem sanguinem illum vomuisse narrat, quo scena repleta est, cum Joseph. τὸ αἷμα τὸ περὶ τὸν σταυρωθέντα ἐκκεχυμένον dicat, nisi utrumque in eadem fabula occurrit, ut statuit etiam Oudendorp. Namque paucis probabitur emendatio, quam Thom. Reinesius margini adscripsit: *cervina*, hac addita interpretatione: „Cum cruci affigeretur, habuit utriculos de pelle cervina sanguinis plenos; subduxit ille sese ita, ut utriculi illi affixi clavis sanguinem fuderint." Ceterum pro *vomit* vulgo legitur *vomit, ut*, quod nullum dat sensum, vel ineptum, sed ex quo vera fortasse eruenda lectio: *vomuerat*.

plures secundarum] sc. partium. Scilicet post actam fabulam prodibant in scenam hypocritae, qui primos actores imitabantur,

cruore scena abundavit. Parabatur et in noctem spectaculum, quo argumenta inferorum per Aegyptios et Aethiopas explicarentur. [58] Nono Kalendas Februarias, hora quasi septima, cunctatus, an ad prandium surgeret, marcente adhuc stomacho pridiani cibi onere, tandem suadentibus amicis egressus est. Quum in crypta, per quam transeundum erat, pueri nobiles ex Asia ad edendas in scena operas evocati praepararentur; ut eos inspiceret hortareturque, restitit. Ac, nisi princeps gregis algere se diceret, redire ac repraesentare spectaculum voluit. Duplex

---

eoque artificio spectatores oblectabant, uti h. l. *experimentum artis dabant*, fictum v. artificiosum sanguinem, *αἷμα τεχνητόν*, certatim evomentes, quum primarius actor ob fabulae argumentum id fecisset. Male Bremius eos fuisse dicit, qui minoris momenti personas agerent (*welche Nebenrollen spielten*), quamquam aliis locis apta haec est interpretatio. Omnino de *secundarum* et *tertiarum partium actoribus* vide docte disserentem *Bulenger.* de Theatro 1, c. 7.

an ad prandium surgeret] e theatro. *Dio* 59, 29. τηρήσαντες αὐτὸν ἐκ τοῦ θεάτρου ἐξελθόντα — ἀπέκτειναν. Auctore *Josepho* Asprenas eum monuit, ut lotus pransusque reverteretur, vix differente in ipso theatro Chaerea negotium, ἐπεὶ καὶ περὶ τὴν ἐννάτην ὥραν ἤδη τὰ τῆς ἡμέρας ἦν.

in crypta — restitit] *Dio:* ἐξελθόντα, ἵνα τοὺς παῖδας θεάσηται, οὓς ἐκ τῆς Ἑλλάδος καὶ τῆς Ἰωνίας τῶν πάνυ εὐγενῶν, ἐπὶ τῷ τὸν ὕμνον τὸν εἰς ἑαυτὸν πεποιημένον ᾆσαι, μετεπέμψατο. δῆθεν, ἀπέκτειναν, ἐν στενωπῷ τινι ἀπολαβόντες. *Joseph.* ἐπεὶ δὲ ἐντὸς ἦν τοῦ βασιλείου, τὰς μὲν εὐθείας ὁδοὺς λείπει, καθ' ἃς δὴ ἑστήκεσαν τῶν δούλων οἱ θεραπεύοντες αὐτόν, καὶ προῄεσαν οἱ περὶ τὸν Κλαύδιον. τρέπεται δὲ κατὰ στενωπὸν ἠρεμηκότα — ἅμα καὶ παῖδας, οἳ ἥκεσαν ἐκ τῆς Ἀσίας, κατανοήσων, πομπῆς αὐτῶν ἐκεῖθεν γενομένης ἐπὶ ὕμνοις μυστηρίων ἃ ἐπετέλει, ἔνιοι δὲ κατὰ πυῤῥιχισμούς, οἳ ἐν τοῖς θεάτροις ἔσοιντο.

hortareturque] sc. ut partes suas bene agerent, quo pertinet mox *alloquenti pueros*, ut recte interpretatur Ernest., ut saltem haud necessaria videatur, quam Oudend. protulit probavitque, ingeniosa tamen coniectura Nic. Hopsii: *sortireturque* i. e. sorte disponeret, quam firmare studet loco Neron. 21., ubi de tali citharoedorum sortitione sermo.

Ac, nisi — diceret — voluit] Gr. ἐπανῆλθε ἄν, εἰ μὴ sequ. Ita

dehinc fama est. Alii tradunt, alloquenti pueros a tergo Chaeream cervicem gladio caesim graviter percussisse, praemissa voce, *Hoc age!* dehinc Cornelium Sabinum, alterum e conjuratis Tribunum, ex adverso trajecisse pectus. Alii, Sabinum, summota per conscios Centuriones turba, signum more militiae petisse, et, Cajo *Jovem* dante, Chaeream ex-

---

Caes. 58. „neque in Britanniam *transvexit*, nisi — *explorasset*." *Tac.* A. 11, 34. „nec multo post — *offerebantur* communes liberi, nisi Narcissus amoveri eos *jussisset*." Id. c. 37. „ni caedem Narcissus *properavisset*, *verterat* pernicies in accusatorem." *Princeps gregis* est magister puerorum scenicorum, χοροδιδάσκαλος, postea *repraesentare spectaculum* i. q. statim, e vestigio exhibere populo.

cervicem — percussisse] *Josephus* Chaeream narrat, cum signum petenti rursus obscoenum dedisset, primum vulnus impegisse, non letale tamen, ita ut sine voce Cajus prae dolore fugeret. Describit vulnus ita: μεσσηγὺς τοῦ τε ὤμου καὶ τοῦ τραχήλου φερόμενον τὸ ξίφος ἐπέσχεν ἡ κλεὶς προσωτέρω χωρεῖν. *Senec.* de constant. sap. 18. „Chaerea primus inter conjuratos manum sustulit; ille *cervicem mediam* uno ictu decidit; plurimum deinde undique publicas ac privatas injurias ulciscentium gladiorum ingestum est."

Hoc age] quae formula in sacrificiis erat solemnis, curam animosque praesentium ad actum sacrum revocans. Refert eam ad disciplinam Pythagoricam et inde ad Numae instituta *Plutarch.* Num. c. 14. ubi: μέχρι νῦν, ὅταν ἀρχῶν πρὸς ὄρνισιν ἢ θυσίαις διατρίβῃ, βοῶσιν· Ὅκ ἄγε. σημαίνει δὲ ἡ φωνή· Τοῦτο πρᾶσσε, συνεπιστρέφουσα καὶ κατακοσμοῦσα τοὺς προστυγχάνοντας. et Coriolan. c. 25. ubi: ὅταν ἄρχοντες ἢ ἱερεῖς πράττωσί τι τῶν θείων, ὁ κήρυξ πρόεισι μεγάλῃ φωνῇ βοῶν· Ὅκ ἄγε. σημαίνει δ' ἡ φωνή· Τοῦτο πρᾶττε, προσέχειν κελεύουσα τοῖς ἱεροῖς, καὶ μηδὲν ἔργον ἐμβάλλειν μεταξύ, μηδὲ χρείαν ἀσχολίας. Pluribus illustrat eam *Brisson.* de formulis l. 1. p. 11. sequ. — Chaerea ad Cajum tanquam ad victimam accedens ea utebatur, atque ita Galbam etiam „obtulisse ultro jugulum, et, *ut hoc agerent* ac ferirent, quando ita videretur, hortatum" narrat Noster c. 24.

Cornel. Sabinum] *Joseph.* στένῳ δὲ χρησάμενος πρὸς τῆς ἀλγηδόνος τὸ περιττὸν εἰς τὸ πρόσθεν ἵετο φυγῇ, καὶ δεξάμενος αὐτὸν Κορνήλιος Σαβῖνος, τὴν διάνοιαν ἤδη προκατειργασμένος, ὠθεῖ κλιθέντα ἐπὶ γόνυ. πολλοὶ δὲ περιστάντες ἀφ' ἑνὸς ἐγκελεύσματος ἔκοπτον τοῖς ξίφεσι. — τελευταίαν δὲ Ἀκύλας ὁμολογεῖται ὑπὸ ἁπάντων πληγὴν ἐπαγαγών, ἢ μαθίστησιν αὐτὸν ἀκριβῶς.

clamasse, *Accipe iratum*, respicientique maxillam ictu discidisse. Jacentem, contractisque membris clamitantem se vivere, ceteri vulneribus triginta confecerunt. Nam signum erat omnium, *Repete.* Quidam etiam per obscoena ferrum adegerunt. Ad primum tumultum lecticarii cum asseribus in auxilium accucurrerunt: mox Germani corporis custodes: ac nonnullos ex percussoribus, quosdam etiam Senatores innoxios, interemerunt. [59] Vixit annis unde-

---

Accipe iratum] Recepi emendationem Lipsii exc. ad *Tac. A.* 13, 2. probatam Gronov., Oudend., Ern., Wolfio, et plerisque, commotus tot et tantorum nominum auctoritate. Inhaeret tamen animus vulg. *Accipe ratum*, quod ab auguriis ductum docet *Brisson.* l. c. p. 121., ubi aves *ratum auspicium facere* dicebantur. Cajus quum *Jovem* dedisset h. e. Tonantem, Fulgurantem, Vindicem, Chaerea regessit: en ratum tibi omen, en praesentem numinis vindictam. Si falsa, haud absurda tamen vulgata est lectio, eamque defendit etiam *Walther.* Observ. p. 24. ex conjuncta cum nomine Jovis *fulminis*, ideoque *ictus, cladis* notione.

contractisque membris clamitantem] Quid hoc sit, scire se negat Oudend., suadens *indicantem*, quod esset frigidissimum. Jacens et contractis i. e. convulsis membris prae vulnerum dolore, clamitabat, se vivere. Quod Josephum, eum non clamitasse, testari dicit Oudend., id huc non pertinet, quum de primo Chaereae ictu nulloque ad vulnus illud amicorum auxilio implorato ibi sermo sit.

cum asseribus] quibus lecticam imponere solebant.

Germani — interemerunt] Longa Josephi est narratio de Germanorum furore. Interemtos ab iis tradit Aspr[illegible]atem, Norbanum, Antejum cum paucis aliis, totumque theatrum strictis gladiis circumdatum, donec Aruntius, certo de Caji morte allato nuncio, gratiaque tumultum sedarit. *Dio* 59. 30. ἐπεὶ δὲ τὸ δορυφορικὸν ἐταράττετο, καὶ δια[illegible]ες ἐπυνθάνοντο, τίς Γάϊον ἔσφαξεν, Οὐαλέριος Ἀσιατικός, ἀνὴρ ὑπατευκώς, θαυμαστὸν δή τινα τρόπον αὐτοὺς ἡσύχασεν, ἀνελθὼν ἔς περιφανές τι χωρίον, καὶ ἐκβοήσας· Εἴθε ἐγὼ αὐτὸν ἀπεκτόνειν. καταπλαγέντες γὰρ ἐπαύσαντο τοῦ θορύβου. His verbis, serius narrat Josephus, *populum* tumultuantem flexisse Valerium, de quo v. etiam *Tac.* 12, 1.

Vixit annis undetriginta] Natus prid. Kal. Sept. a. U. 765. (v. c. 8.) postr. VIIII. Kal. Februar. a. 794. Vixit igitur annos 28 cum quinque fere mensibus, atque accuratius ita *Eutrop.* 7, 7. „interfectus in Palatio est anno aetatis suae XXVIIII.“ N. etiam

triginta: imperavit triennio et decem mensibus, diebusque octo. Cadaver ejus clam in hortos Lamianos asportatum, et tumultuario rogo semiambustum, levi cespite obrutum est: postea per sorores ab exsilio reversas erutum, et crematum, sepultumque. Satis constat, priusquam id fieret, hortorum custodes umbris inquietatos: in ea quoque domo, in qua occubuerit, nullam noctem sine aliquo terrore transactam, donec ipsa domus incendio consumta sit. Periit una et uxor Caesonia, gladio a Centurione confossa, et filia parieti illisa. [60] Conditionem temporum illorum etiam per haec existimare quivis possit. Nam neque caede vulgata statim creditum est:

---

l. nonnulli XXVIII., sed vulgata rectior; solet enim auctor numero rotundo uti.

imperavit triennio — dieb. octo] calculo inito a morte Tiberii, quae incidit, auctore Suet. c. 73., in XVII. Kal. Apr. a. 790. *Dio* 59, 30. Γάϊος μὲν δὴ ταῦτα ἐν ἔτεσι τρισί, καὶ μησὶν ἐννέα, ἡμέραις τε ὀκτὼ καὶ εἴκοσι, πράξας, τοῖς ἔργοις αὐτοῖς, ὡς οὐκ ἦν θεός, ἔμαθεν, quem locum injuria sollicitat Casaub. ad n., oblitus, Dionem Tiberii mortem referre ad VII. Kal. Apr. — *Josephus* 19, 2. numero rotundo: τέταρτον ἐνιαυτὸν ἡγεμονεύσας Ῥωμαίων, λείποντα τεσσάρων μηνῶν. Aliorum numeros attulit Fabric. ad *Dionis* l. c.

in hortos Lamianos] De his, juxta Maecenatianos sitis, v. *Nardini* Rom. vet. 4, 2. et *Borrichii* ant. Urb. Rom. fac. c. 7. — Gens *Lamia* nobilitate et originis, quam ferebat, antiquitate erat illustris. v. *Horat.* Od. 3, 17, 1.

ab exilio rever[illegible] revocatas a Claudio. v. Dio 60, 4.

uxor Caesonia] Dio 59, 29. τήν τε γυναῖκα καὶ τὴν θυγατέρα εὐθὺς ἔσφαξαν. Interempta est, auctore *Joseph.* 19, 2. a Julio Lupo, Trib. mil., misso ad hoc [illegible]tium a Chaerea. Fusam narrationem ita claudit: καὶ ἥδε μὲν [illegible]ύχως ταύτῃ τελευτᾷ ὑπὸ τοῦ Λούπου, καὶ ἐπ' αὐτῇ τὸ θυγάτριον.

Conditionem — existimare quivis possit] *Terent.* Heautont. 2, 3, 41. „ea res dedit tum *existimandi* copiam Cotidianae vitae *consuetudinem*“ et Hecyr. 1, 2, 88. „ad exemplum ambarum *mores* earum *existimans.*“ Ernest., qui h. l. restituit *aestimare*, bene edidit defenditque „*existimari* (i. e. judicari) a medicis jubet“ *Tac.* Hist. 4, 81.

neque caede v. st. creditum est] v. *Joseph.* 19, 1.

fuitque suspicio, ab ipso Cajo famam caedis simulatam et emissam, ut eo pacto hominum erga se mentes deprehenderet; neque conjurati cuiquam imperium destinaverunt. Et Senatus in asserenda libertate adeo consensit, ut Consules primo non in Curiam, quia Julia vocabatur, sed in Capitolium convocarint; quidam vero, sententiae loco, abolendam Caesarum memoriam, ac diruenda templa, censuerint. Observatum autem notatumque est inprimis, Caesares omnes, quibus Caji praenomen fuerit, ferro periisse, jam inde ab eo, qui Cinnanis temporibus sit occisus.

---

in asserenda libertate] v. Claud. 10.

quia Julia vocabatur] Hanc Curiam, destructa Curia Hostilia, Caesari aedificandam suoque nomine appellandam demandaverat Senatus, (*Dio* 44, 5.) post Caesaris mortem aedificaverant Triumviri, (Id. 47, 19.) dedicaverat Augustus. (Id. 51, 22.) Mox dedi ex more Suetonii *convocarint* et *censuerint*. Vulg. *convocarent* et *censuerunt*, quod ab aliis mutatum in *censerent*.

fuerit] Ita recte reposuerunt Ern. et Oudend. ob sequens *sit occisus*, unde patet, constructionem pendere a verbo *notatum est*. Nam alias auctor non minus bene dicere potuisset, quod habent plures, *fuit*, ex veritate historica, non ex sententia aliorum. Cajum autem Caesarem, Dictatoris patrem, sua morte periisse, docet locus *Plinii*, ad Caes. 1. citatus, morboque etiam Cajum, Augusti ex Julia et Agrippa nepotem, quos citavimus ad Aug. [illegible] Idem monuit jam Torrent.

qui Cinn. temporibus sit occisus] cum L. Julio [illegible], hospitis Etrusci scelere proditus, ut narrat *Cic.* de Or[illegible] 3. cf. *Appian.* Civ. 1, 72. Factum a. U. 667.